10
56
4

113
117
156

277

277-2-4

1.462

Es del Vso
Joseph Guadalupara

50
25
250
100
1250

40
25
200
80
1000

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL

QVÆSTIONES REGVLARES, ET CANONICÆ, INQVIBVS VTRIVSQVE IVRIS

& priuilegiorum Regularium & Apostolicarum constitutionum nouæ, & veteres difficultates dispersæ, & cõfusæ miro ordine scholastico per quæstiones, & articulos elucidantur, prælatis Ecclesiasticis, & Regularibus, necnon iudicibus cuiuscumque tribunalis, & vtriusque iuris peritis, & quibuscumque Ecclesiasticis & Regularibus maximè necessariæ.

AVTORE P. F. EMANVELE RODERICO
Lusitano, sacræ Theologiæ Lectore, Prouinciæ Sancti Iacobi Regularis Obseruantiæ D.P.N. Francisci Dissinitore.

TOMVS TERTIVS.

Reuerendissimo Patri nostro P. Francisco à Sosa, totius Ordinis Minorum Ministro generali dicatus.

His accesserunt indices tres. Quorum primus decreta Concilij Tridentini declarata proponit; Secundus articulos & dubia Quæstionum ostendit. Tertius rerum notabilium, sententias insinuat.

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL
NCIA

CVM PRIVILEGIO

SALMANTICÆ.

Excudebat Didacus a Cussio.

Anno M. DC. VI.

Este libro tiene 139. pliegos, conforme a su tassa se montan doze reales y nueue marauedis.

TASSA.

YO Christoual Nuñez de Leon Escriuano de Camara del Rey nuestro señor, y vno de los que residen en su Consejo, doy fè, que auiendose presentado ante los señores del, por Fray Manuel Rodriguez de la Orden de Sant Francisco vn libro intitulado Tercero Tomo de las Questiones Regulares, que con licencia fue impresso. Los dichos señores, tassaron cada pliego de los del dicho libro a tres marauedis, y mandaron, que esta tassa se ponga al principio de cada vno de los dichos libros. Y para que dello conste, de mandamiento de los dichos señores del Consejo de su Magestad, y de pedimiento del dicho Fray Manuel Rodriguez, di esta fè, en la ciudad de Valladolid à onze dias del mes de Mayo de mil y seyscientos y dos años.

Christoual Nuñez de Leon.

EL REY.

POR quanto por parte de vos fray Manuel Rodriguez Lector de Theologia, de la Prouincia de Santiago, nos fue fecha relacion, que vos auiades compuesto el Segundo y Tercero Tomo de las *Questiones Canonicas y Regulares*, en lo qual auiades puesto mucho estudio, y trabajo, y nos pedistes y supplicastes, os mandassemos dar licencia, y priuilegio por quinze años, para poderlos hazer imprimir, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por su mandado se hizieron las diligencias, que la pragmatica por nos vltimamente fecha, sobre la impression de los libros, dispone. Fue acordado, que deuiamos de mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon. E nos tuuimoslo por bien, por la qual por os hazer bien y merced, os damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros siguientes que corran y se cuenten desde el dia de la fecha della, vos, o la persona que vuestro poder vuiere, y no otro alguno podays imprimir y vender el dicho libro que de suso se haze mẽcio por el original, que en el nuestro Consejo se vio, que va rubricado y firmado al fin del, de Christoual Nuñez de Leon, nuestro escriuano de Camara, de los que en el residen, con que antes q̃ se venda, lo traygays ante ellos juntamente con el dicho original, para que se vea, si la dicha impressiõ està conforme à el, o traygays fe en publica forma, en como, por Corrector por nos nõbrado, se viò y corregio la dicha impressiõ por su original. Y mãdamos al impressor q̃ imprimiere el dicho libro, no imprima el principio, y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro cõ el original al Author, o persona a cuya costa se imprimiere y no a otro alguno, para effectò de la dicha correction y tassa, hasta q̃ primero el dicho libro esté corregido, y tassado por los del nuestro Cõsejo, y estando assi y no de otra manera podays imprimir en el dicho libro, el principio, y primer pliego: en el qual seguidamẽte, se ponga esta nuestra licencia, y priuilegio, y la aprobacion tassa, y erratas, so pena de caer è incurrir en las penas contenidas en las pragmaticas y leyes de nuestros Reynos que sobre ello disponen, y mandamos, que durante el dicho tiempo de los dichos diez años persona alguna sin vuestra licencia, no le pueda imprimir ni vender, so pena que el que lo imprimiere, aya perdido y pierda todos qualesquier libros, moldes, y aparejos, que del dicho libro tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis, la qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra Camara, y la otra tercia parte para la persona que lo denunciare, y la otra tercia para el juez que lo sentenciare. Y mandamos à los del nuestro Consejo, Presidente, y Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la casa y Corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Assistentes, Gouernadores, Alcaldes mayores, y Ordinarios, y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas y lugares de los nuestros Reynos y señorios, assi à los que agora son, como à los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula, y contra su tenor y forma, y de lo en ella contenido, no vays ni passeys, ni consintays yr ni passar en manera alguna, so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Dada en Villacastin, à diez y nueue dias del mes de Enero, de mil y seyscientos y vn años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor.

Don Luys de Salazar.

CENSVRA.

HVNC Tertium Canonicarum & regularium Quæſtionum Tomum Doctiſsimi P. F. Emanuelis Roderici ex commiſsione clauſtri Salmanticenſis Academiæ, cui regius Senatus examinandum tradiderat, iam prius in lucem editum non inuitus euolui, diligenter perpendi, accurateque ponderaui. Abſit in eo quidquam ſinceritati fidei extraneum, morum probitati diſſentaneum, aut rectæ rationi diſparatum poſſe reperiri. Verum accutiſsimum prodit ingeniũ. Pontificum priuilegia partim confuſa atque diſperſa, partim ætate, & temporum iniuria ferme dilapſa ſuis diſtincta locis curioſe proponit, articulatim quæque redigit, & quæ in eis ſuboriuntur difficultates aperte, ſubtiliterque definit, ſacræ paginæ & vtriuſque iuris non minimam eructans cognitionem. Vnde cum in eo non dũntaxat vtilia; verum etiam ad regularem diſciplinam & quorũcunque tribunalium regimen exacte ſubeundum præterneceſſaria adeo vt nihil deſiderari poſsit Typis cenſeo excudendum. Dat. Salmanticæ. Anno Domini 1602.

Doctor Ioannes Ybañes
à Frechilla.

CENSVRA.

TERTIVM hoc Canonicarum & Regularium Quæſtionum volumen ab eruditiſsimo P. F. Emanuele Roderico editum, à multis deſideratum huius almæ Salmanticenſis Academiæ cui examinandum ſupremus commiſit ſenatus lubens vidi, lucens legi, libentius accurate introſpectum ſummacum voluptate, ac vtilitate iterum iterumque religi. In quo reconditi indultorum Theſauri ponuntur in propatulo. Romanorum Pontificum ſpeciales Regularibus conceſsæ gratiæ accurate reſtituuntur, necnon cuiuſcũque Eccleſiaſticæ dignitatis munus & officium ponderatur. Qua propter cũ nihil in eo à Sacræ Romanæ Eccleſiæ decretis, aut vitæ probitate alienum reperio & variarum materiarum veluti florilegio vernet, ſententijs ſcateat innumeris, omnibuſque Canonicarum inſtitutionum præceptis ſuperabundet ſi prælo mandetur reipubl. in vniuerſum Chriſtianæ plurimum emolumenti euenturum promitto. Dat. Salmanticæ, in Conuentu D. Auguſtini. Anno 1602.

F. Franciſcus
à Cornejo.

TOMVM

CENSVRA.

OMVM Tertium *Quæstionũ Regularium*. R. P. F. Emanuelis Roderici de Sacra Theologia, & vtro que iure meritiſsimi, atque eruditiſsimi, de mandato Reuerendiſsimi P. N. F. Matthæi de Burgos, nunc Epiſcopi Pampil. digniſsimi, tunc vero noſtri Seraphici ordinis Cõmiſſarij Generalis, euolui ſedulo, accuratèque perlegi. In eo autem non ſolum nihil catholicæ veritati aduerſum, aut diſſentaneum cõperio: quinimo vberem eruditionem, præclaram doctrinam, atque perſpicuam methodum intueor. Et vt plane quod ſentio, proferam, præter paucas, quas alij vel ſummis labijs attigerunt, quæſtiones, quas ipſe exornat, & auget, plæraſque ab alijs hucuſque minime agitatas è latebris excitat, in artem redigit, luculenter amplificat, ac definit, merito & inuentoris & authoris laudis dignus. Quam obrem opus illud tanto ingenio, & induſtria elaboratum, numeris abſolutum, ſi prodeat in publicum, cunctis qui vſi fuerint gratiſsimum atque vtiliſsimum fore. Datum in inſigni hoc Salmanticenſi S. F. conuentu Kalendis Maij 1602.

Frater Andreas
De Auila.

Licentia Generalis.

FRATER Franciſcus de Soſa totius ordinis Seraphici Patris noſtri Franciſci Generalis miniſter, ac ſeruus, Doctiſsimo Patri Fratri Emanuele Rodriguez, ſacræ Theologiæ Lectori, & noſtræ Sancti Iacobi prouinciæ Definitori ſalutem in Domino ſempiternam. Commodum & vtilitatem ex libris iam pridem typis mandatis conſecutam videntes, & conſecuturã ex mandãdis, præuidentes. Quæſtionum Regularium, Tomum Tertium, quem, tam docte, quam accuratè cernimus elaboratum, à doctiſsimis præſertim, cenſoria (vt aiunt) trutina penſitatum & examinatum, reliquè præſentatum, & approbatum Conſilio, typis excudi libenter concedimus, imo & mandamus, Chriſtianæ Reipublicæ non mediocre emolumentum afferantes, vt quam citiſsime volumen hoc in lucem proferatur, ne deinceps lumen hoc tam diu abſconditum, quam deſideratum (præſertim omni literatorum Concilis acclamante) latear. Vale, datis in noſtro Conuentu Salmanticenſi Kalendis Aprilis. Anno 1602.

Frater Franciſcus à Soſa
Miniſter Generalis.

REVE-

REVERENDISSIMO

AC SAPIENTISSIMO PATRI FRATRI Franciſco à Soſa totius ordinis Minorum regularis obſeruantiæ Miniſtro Generali, Frater Emanuel Rodericus, eiuſdem ordinis alumnus. Salutem dicit.

MOS eſt etenim iam vſque ad heroicis ductus temporibus (Reuerendiſsime Pater, & familia nobilitate & virtutibus lucidiſsime) vt qui opus aliquod in manus hominum dare, & in medium quaſi totius orbis theatrum ablegare architectantur, in quo diligentiſsime laborarint condendo Mecænatem, ſeu ad primum ſibi adquirãt, qui ſit digeſtus glorioſus, meritis inclytus, aput principes validus, literis nitidus, ſapientiæ fulgidus, cuius tutamine & ductu aduerſus maleuolorum & obtectantium morſus ſuæ exiſtimationis, & authoritatis valeant opinatum protegere, ac præcipites furibundus deliros inimicorum impetus, & audatiam contundere. Nam cum nihil ſit tam ſanctum, nihil tam ſincerum, aut omnibus vndique partibus abſolutum, quod non mordacium hominum dentibus impetatur, & in quod non ſoleant maledici ſacrilego & infecto ore debachari niſi ſe firmiſsimis excellentium virorum præſidijs ſolidaſſent omnis eorum dignatas turpiſsimis verbis contumelijs, probris paſsim deformaretur: hac ratione philoſophorum princeps Ariſtoteles, ſcilicet, plus operum ſuorum potentiſsimo Alexandro direxit, Seneca autem Neroni, Titus vero Liuius Octauiano, Plutarchuſque Traiano, & cæteri omnes veteres authores in principium, ac Regum manus ſuum opus fuerunt moliti tranſmittere. Si iſta ſapientiſsimi viri Hiſtoriographique præſtantiſsimi á maioribus exoptarunt protegi, vt à minoribus fuiſſent ſuſcepti? Quanto magis ego ſum flagitando deuinctus fauorem, teque (ſapientiſsime Pater) contendendo fautorem, ac denique hunc libellum regularium canonicarumque quæſtionum offerendo? vt præſens tractatus ſub alarum tuarum opacitate ſit omnibus acceptabilis, ad quod comparandum nullus ſe ſe mihi dignior offerri potuit, cui hoc ingenij noſtri litterarios fœtus dedicandos putarem, quam tu ipſe, qui tantis nobilitatis inſignibus, tot eruditionis

tionis ornamentis, tot excellentiſsimarum virtutum luminibus, tot poſtremo iuſtitiæ, ac prudentiæ virtutibus illuſtratus & non ſolum hoc fui coactus, verum etiam nimia noſtra erga te charitate, quæ vllis verbis ſignificari minime poteſt, quantaque erga nos dederis, quam rara, quamque inuſitata humanitatis & clementiæ documenta, quanto nos affectu, ſtudio beneuolentia charitate complexus fueris quantis poſtremo beneficijs, quanta præmiorum & mercedum amplitudine noſtram diligentiam remuneraris, quibus niſi aliqua grati animi ſignificatione reſponderemus, aut ruſtici, aut parum officioſi iudicaremur. Quod ſi hoc ad præſens opus præſtandum intellectum noſtrum non impuliſſet, illa tamen ſatis magna videretur eſſe cauſa, quod in te ſolo tot tantaque cæleſtis patriæ nationis originis ſtemmatis ſobolis propaginis ornamẽta niteſcant, quod omnibus naturæ & fortunæ dotibus abundes, quod litterarum nitore & velocitate cæteris omnibus, qui vna tecum in eodem litterato puluere & ſapientiæ curriculo deſudarunt propudium & tenebras, ac crepuſculum effuderis, quod tam ſis morum dulcedine vitæ religione, præclariſsimarum virtutum elegantia & pulchritudine decoratus, vt dura etiã atq; elaborata ingenia ad tui ipſius dilectionẽ mirabile elicias & attrahas & eos, qui nec te vnquam conuixerunt, aut fuerunt allocuti, ac denique viderunt ad te diligendum colendũ, ſuſpiciendum inuitos etiã & calcitrantes pertraxeris Quid referam de prudentia, ſine qua nec vlla quidem virtus intelligi poteſt, quam tibi ipſi (digniſsime pater) in negotijs omnibus decernendis copulaſti? quæ tua omnium calculis conſentientibus dicitur eſſe propria, qua ſapientiſsime religionem iſtam magnificam moderaris & veluti valideſsimus ductor hoc fortiſsimum ſubſidium Chriſti ducem ſectans Chriſtianorum potentiſsimum Ducemque fidei firmiſsimum, & præcipue tu inter ſeraphici huius ordinis fratres quaſi pretioſiſsima gemma præſtantiſsimum lyncurium præclariſsimaque cautes eluceſcis prouinciamque iſtam te filium habentem coruſcare, facis & nos denique, quod fratres, & ſocij tui ſimus in Chriſti militiæ exordio in ſtudijs litterarum fæliciſsimi putamur. Quid dicam de ciuitate, quæ tibi in Hiſpania contigit Toletana, tam rerum diuerſitatum florentiſsima, tam varia, ac multiplici laudationis materia celebris antiquitate, aeris ſalubritate ſoli feracitate agrorum fertilitate, ſiue religionis ſtudio ciuium nobiliſsimorum frequentia Hiſpaniæque Eccleſia ad prima decorata? quid terram illam fertilem neque aliunde tanta illi fælicitas prouenire potuit, quod clariſsimis Tagi muros alluentis irrigationibus fæcundior efficiatur? quid nobiliſsimarum hominum familias? inter quas ſemper tua fulgentiſsima in omnibus extitit, quid virtutem & religionem tuam? qua propter ſupremum, ac magnum gradum aſcendiſti (aio magnum) ſiquidem præter ſummum Pontificem nullus te reperiri poteſt ductor maior, à quo in Eccleſia Dei ductus maior dicatur, ſiquidẽ præter Põtificẽ maximũ & te nullus eſt, qui maiori ſubſidio, vel phalãgis, vel turmæ aduerſus Chriſti

aduer-

aduersarios signa conferat, aut congrediatur & hoc meritis profecto tuis. Quæ vt laudibus afficerem & in altum tollerem maximo opere gauderem, vt copiam haberem. Sed ea duplici prætermitto ratione. Prima ne alterum condam codicem. Secunda quia licet à te cognoscentibus tuique notionem habentibus non Rhetoristes, sed dialecticus, non palpo, sed curtus ac pusillanimis iudicabor tamen desidiorum linguas exhorrescens, sileſco, quia iuxta Apostolum sapientibus, & insipientibus debitores sumus.

Accipies inquam, fronte serena ac vultu suaui hoc munusculum minimum non ab exiguia nostra erga te pietate ac beneuolentia profectum quod tua gratia ac patrocinio non indignum indicabis.

Vale totius huius ordinis lumen & ornamentum, ac te Deus
Optimus Maximus iuuandis bonis omnibus & litterarum studijs prouehendis diu seruet
incolumem.

AD LE-

AD LECTOREM.

ILLE inquam doctiſsimus, ac perfectiſsimus vir Philoſophiæ & Logicæ princeps pater & inuentor Ariſtoteles ſcilicet (non inuentor inquio, quia lux Philoſophiæ, & Logicæ à primo parente, vſque nunc non eſt totaliter extincta ipſe enim primus parens, vt perfectæ gubernationis officium poſſet exercere, in quo fuit poſitus à Deo ab eo etiam fuit omni ſcientia præditus in cuius probatione omnibus ſtatim rebus nomina impoſuit & ipſe parens ſuos filios docuit, & ita ad alio vſque nunc eſt deriuata) ſed reformator, perfectam volens diffinitionem hominis deſignare quoniam eius Platonis magiſtri alumnitatis eius in oculis videbatur inualida videlicet, homo eſt animal bipes, ſine pennis plurimum laboris & opere poſuit omneſque ætatis ingenij & induſtriæ neruos contendit & conſtituit in diffinitione: homo eſt animal bipes pulchrum, magni cerebri: quæ fuit bona & hominis recta diffinitio, quoniam ipſæ particulæ per ſe ſumptæ in quocumque reperiuntur animali, bipes eſt galina, aquila eſt pulchra, & magni cerebri equus, ſed iunctæ in nullo iſtorũ reperiuntur, nec reperiuntur, niſi in nomine. Sed quoniam diffinitio debet eſſe breuis, & quo eſt breuior eſt abtior, & quia Ariſtotelici ingenijs ſubtilitas erat maxima & ad prima non requieuit, quo ad vſque ad exitum perfectiſſime exiuit, ſed antea diligentius, & multo accuratius laborauit, vt quod ſemel inciperet, ſemel & conſumaret, qua propter profectiſsimam & immaculatam, quæ adhucuſque manet eam adinuenit, ſcilicet, homo eſt animal rationale: profecto, & ſigentilis & cæcus ariolari fuit viſus illud, quod Chriſtus per Lucam 14. cap. ait Quis enim ex vobis volens turrim ædificare nonne ſedens prius, computat ſumptus, qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendum, ne poſtquam poſuerit fundamentum & non potuerit perficere omnes, qui viderint incipiant illudere ei dicentes: quia hic homo cæpit ædificare, & non potuit conſummare, quod omnes perpendentes, quod cæperunt ad extremum perduxerunt, quos ego & ſi in ipſorum contentione minimus profecto ſectans triplicem tomum, quem fui ad orſus volui perficere & ad extremum perducere: quo circa nihil ſe ſe mihi vtilius, atque commodius efferri potuit, quam iſte regularium canonicarumque quæſtionum tractatus quo quidem perfectio & tomorum diffinitio eſt clarior, vt talius tomi clareſcant, quem fui perpolire aggreſſus quoniam intellexi in omnium maximam vtilitatem hominum redundare poſſe, qui michi ſane vtilis, ac neceſſarius videtur ad quælibet canonica regulariaque diſcernenda & latius intelligenda, in quo condendo non oſcitanter, ſed diligentiſsime laboraui propter materiæ difficultatem, adminiculum parum noſtri, & ingenij fragilitatem ſalutis inualitatem, ac tempus denique minimum in cuius tantum acceptilatione flagitare cogitaui, vt eum veluti proprium habeas, à deliris maleuolis defendas, ad quod ſi altera non eſſet cauſa illa tamen ſatis videtur magna, quod in eo ſit plurimum laboris poſitum, quod non magis te decere poſſe non video, quam vt hominem tuum proximum ames eum & ius ſiue opera tuearis. Accipe in quam hoc donum quamuis in tua præſentia tenue & indignum ſentias, vt aperto propenſe voluntas excipiatur: tum quod ſit vtile, tum quod abeo ſit miſſum, qui ſe ſe iam pridem in tuam adduxit vtilitatem, in quo profecto veterum Athenienſium conſuetudinem in ſacrificijs, iam acceptam adimpleo, iderat vires & ingenium in proximi eruditionem propagare, apud quos gerebatur in mortem ignoranter erudire & lationem viam facere nolentes carpere & deteſtari, quod naturæ maxime congruum erat, quod enim animo luſtrantes & ſequentes ſecundum ſuam ſcripſerunt laborantes & auxerunt ſcientiam & hac ratione quotidie ad maiorem eſt perfectionem perducta, ſed vt ad propoſitum redeam, quo finem imponam teſtor me nihil ardentius cupiſſe, quam tibi omnibuſque in ſeruire, quod ſi vt ſperamus præſtiteris: & expectationem, quam de tua probitate concitati luſtinebis: & ad plura alia ſcripta, quæ in noſtris ſcrinijs delitescunt maiores nobis animos & multo alaciores efficies.

ERRA-

ERRATAS.

PAg.2.co.li.vlt.vterum.le.veterum.pa.14.co.2.li.23.ſub le.ſiue.pa.20.co.1.li.antepen.cauſam. le.cauſa.p.22.co.2.li.5.monmuentis.le.monumentis.pa.52.co.1.li.3.ſtatuit.le ſtatutis.pag.61. co.2.li 7.enuriatam.le.enutritam.pag.69.co.2.li 31.fuiſſent.leg.fuiſſe vt.pa.75.co.1 li.vlt.amualletur.le.annulletur.pag.88.co.2.lin.42.nouere.le mouere.pa.97.co.2.li.31.32.33.la.ſutn.ret.leg. 12.lum.ſet.pag.107.co.2.li.25.moretur.le.moreretur.li.41.reciperiuntur.le.reperiuntur. pa.106.col. 2.li.1.ſtatuorum.le.ſtatutorum.pa.118.co.1.li.26.ordinan.le.ordinans pa 127.co.1.lin.3.inſaruibilitatis.le.inſatiabilitatis.pa.137.co.2.li.76.At.le.Ait.p.158.co.2.li 9.prædication.le.prædicatio.li.33 34. Hortamur.Dominico.le.Hortamur Domino.pa.166.co.2.li.46.indicium.le iudicium.li.49.labefacta res.le.labefactatas.pa.169 co.1.li.3.militiam.le.malitiam.pa.191 co.1.li.8.quacuque.le.quarumcumque.p.193.co.1 li.25 genere.le.gerere.p.217.co 1.li.43.netiuitatis.le.natiuitas.pa.225.co. 1.li.56. exemplum.le.exemptum.p.235.co.1.li.21.conſtituitite.le.conſtituite.pa. 237.co.2.li.3.communerantur.le.connumerantur.li 6 illi.le.illud.p.246.co.1.li.8.Tertice.le.Tertij.p.253.co. 2.li.3.ſed.le.d.pa. 254.co.2.li.25.collitur.le.tollitur.pag. 255.co.1.li.17.con.le.cum.pag.265.co.2.li.3..to.le.te.pa.270. co.1.li.5.comede.le.cõmode.co.2.li.35.perfectiorem.le.perfectionem.p.273.co.2.lin.15.ſocietatis.le. ſocietati.pa.321.co.2.li.32.prouintia.le.prouidentia.pa.456.co.1 li.2.pater.le.patre li.14.vitalis.leg. vt.tales.p.464.co.1.li.15.fidelignum,le.fidedignum.

Con eſtas erratas eſtá correcto conforme a ſu original eſte Tercer tomo de las Queſtiones Regulares. En fé de lo qual lo firme. En Salamanca oy.22. de Iulio de 1606.años.

El Corrector,&c. *Manuel Correa de Moncenegro.*

INDVLGENCIA CONCEDIDA EN FAVOR DE LAS ANImas de los Frayles, de ſus padres, y de los hermanos que los recogen en ſus caſas.

Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

DE omniũ ſalute paterna charitate ſoliciti, ſpiritualia de Theſauro Eccleſiæ, libẽter erogamus, per quæ animæ fideliũ defunctorum (præſertim religioſorũ) Domini noſtri Ieſu Chriſti, & glorioſiſsimæ eius Genitricis Mariæ, ac Sanctorũ omniũ ſuffragia meritorũ conſequi, & illis adiutæ, ex purgatorij pœnis ad æternitatis gloriã fœliciter valeãt peruenire. Supplicationibus igitur pro parte dilectorum filiorum miniſtri prouincialis, & fratrum prouinciæ Sancti Gabrielis Hiſpaniarum, ordinis Sancti Franciſci, diſcalciatorum nuncupatorum, nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ac de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi, concedimus, vt decedẽte aliquo dicti ordinis religioſo, vel alicuius religioſi parẽtibus, vel altero ipſorũ, aut perſona, quã ipſi religioſi fratrẽ appellãt, & in quoli bet loco dictæ Prouinciæ ad eorũ receptaculum & ſubuentionem paratã habent, ab aliquo ſeu aliquibus eius cõuẽtus, in quo religioſi parentes, vel alter ipſorũ deceſſerit, vel perſona præfata in fratrẽ deſcripta fuerit, miſſam defũctorũ pro anima ipſius defuncti, quæ Deo in charitate cõiuncta, ab hac luce migrauerit, celebrãte, ſeu celebrãtibus anima ipſa de Theſauro Eccleſiæ indulgentiã conſequatur, ita vt Domini noſtri Ieſuchriſti, ac beatiſsimæ Virginis Mariæ, & Sanctorũ omniũ meritis ſibi ſuffragantibus à Purgatorij pœnis liberetur, in cõtrariũ faciẽtibus non obſtãtibus quibuſcunq;. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo piſcatoris, die xx. Iunij M.D.XCVI. Pontificatus noſtri anno quinto.

Mr. Veſtrius Barbianus.

Noteſe, que qualquiera ſacerdote religioſo de las ordenes mẽdicantes del cõuento dõde muriere algun frayle de las dichas ordenes, que dixere *Miſſa* de diffunctos, por el anima del dicho frayle, gana indulgencia para la dicha anima, y per modum ſuffragij la ſaca de purgatorio, y la miſma indulgencia ſe gana diziẽdo Miſſa de diffunctos los dichos religioſos por la anima de qualquiera de los padres de los dichos frayles, y lo miſmo es, diziendo vna Miſſa de diffunctos por entrambos à dos, y la miſma indulgencia ſe gana, diziendo los dichos frayles la dicha *Miſſa* de diffunctos, por los hermanos y hermanas que los recogen en ſus caſas, y tienen carta de hermandad del prelado del conuento, en cuyo diſtricto eſtà, y donde moran los religioſos que han de dezir la Miſſa. Y eſto, attento vn priuilegio de Leon X. por virtud de lo qual lo concedido à vna caſa particular, o à vna prouincia particular de las dichas ordenes mendicantes, ſe communica à todos los mendicantes, como lo prueuo en el Tercero Tomo de las Queſtiones Regulares, citando el breue de Leõ. Y aduiertaſe, que tambien gozan las otras Religiones no mendicantes deſte indulto, ſi tienen de la Sede Apoſtolica concedida communicacion de los priuilegios concedidos y por conceder à las ordenes mendicantes.

3. *tom. quæſtio.* 10. *art.* 1. *pa.* 34.

QVÆSTIONES CANONICAE ET REGVLARES,

AVTHORE F. Emanuele Roderico Sacræ Theologiæ Lectore, & Prouinciæ Sancti Iacobi regularis obſeruantiæ Patris Noſtri Franciſci Definitore.

TOMVS TERTIVS.

QVÆSTIO PRIMA.

De Matrimonio in octo articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur octo.

1 *VTrum religioſi poſsint ducere vxorem & qua pœna puniantur matrimonium contrahentes.*
2 *Vtrum matrimonium contractum cum aliquo religioſo ſit nullum.*
3 *Vtrum per ingreſſum religionis ſoluãtur ſponſalia de futuro & de præſenti.*
4 *Quo iure matrimonium ratum per ingreſſum religionis diſſoluatur.*
5 *Vtrum Papa poſsit diſpenſare in voto ſolemni religionis, & caſtitatis, ita quod monachus profeſſus de licentia Summi Pontificis poſsit exire à monaſterio vt vxorem ducat.*
6 *Vtrum religioſi ſocietatis Ieſu poſsint contrahere matrimonium.*
7 *Vtrum per profeſsionem in religionibus militaribus emiſſam ſoluatur matrimonium ratum.*
8 *Vtrum oblati religionum poſsint contrahere matrimonium.*

ARTICVLVS. I.

Vtrum religioſi poſsint ducere vxorem, & qua pœna puniantur matrimonium contrahentes.

RESPONDEO, dicendo, quod Græcis ſolis licuit vti cõiugio contracto ante ſacrũ ſuſceptum ordinem, non autem poſt ſacrũ Ordinem contrahere, vt ex ſacris a Canonibus euidenter colligitur: & tradit Ioannes Maior, in ſacri enim ordinis ſuſceptione adeſt vótũ ſolenne implicitum caſtitatis, cui repugnat vxorum vſus, quod eleganter probat noſter Michael à Medina in libro, quem edidit de ſacrorũ hominũ continẽtia, & Petrus â Soto b multa circa hunc articulũ adducentes. Neque hoc mirũ eſt, cũ apud barbaros, legibus, & moribus id ipſum ſit receptum in regione quadam Palmaria in nouo orbe inuenta & detecta ſacerdotes viuunt cælibes, & incorrupti, vt teſtatur Petrus c Martyr, & idẽ refert apud Eſtæos. Nec nubebant Veſtales apud A Ethnicos, niſi cum Religioni erant inutiles, ſicut commemorat Prudentius. d Neque his mores, vel corruptelæ aliquarũ natio-

a c. cũ olim de cleric. cõiug. c. Syrac. 28. diſt. Maior in 4. d. 24 q. 2. & d. 27. q. 1.

b So. de inſt. ſacer. de matrim. lect. 6.

c Pet. Mart. in lib. de noui orbis inſul. & l. 8. de præpara. Euange.

d Prud. li. 1. cõtra Sima.

nationum, vt Moſcouitarum, & Græcorum refragatur, vt docet eleganter Sigiſmundus Varro. e

e Varo. lib. commẽ. de reb. Moſco.

De Monachis vero illud prætereundum non eſt, quod in Concilio f Turonenſi ſecundo ſub Pelagio primo Pontifice Maximo eo tempore celebrato, quo licebat Clericis iuxta vſum Orientalis Eccleſiæ vxores habere, ita decretum eſt. Si qui in Monaſterio conuerſi ſunt, nullatenus exinde habeant licentiã euagandi, neque (quod abſit nullus eorum cõiugem ducere, aut extranearum mulierum familiaritatem habere. Nam ſi vxorem duxerit, excommunicetur, & de vxore male ſociata conſortio etiam iudicis auxilio ſeparetur, & infœlix monachus coniunctione fædatus ab Eccleſia ſegregetur, donec reuertatur ad ſepta Monaſterij, & indictã ab Abbate, quandiu præceptum fuerit, agat pænitẽtiam. Hæc dictum Concilium. Et certe de monacho illo, qui poſt ſolennem religionis profeſsionem cõtrahit matrimonium, hac diſtinctione iuris periti communiter vti ſolent, ſi publice facinus hoc perpetrauit eo caſu magis ſuſpectus de hæreſi eſt, & ipſo facto male ſentiens de vtis Monaſticis reputatur, videtur enim aſſerere id ſibi licere, quod palã committere non erubeſcit. Aliud eſſe aiunt cum occultẽ monachus duxit vxorem, quia tunc magis præſumitur dolo peccaſſe quam in electus errore. Quamobrem priori caſu procedere poſſunt cõtra eum Inquiſitores, poſteriori vero non, argumento cuiuſdam legis, g & eorum, quæ tradunt Iacobus Butrius, Baldus, Abbas, Felinus, Ioannes de Anania Frãciſcus de Squila, Matthæus de Afflictis & alij, quos refert Simãcas ab hac opinione merito diſcedens tenens indiſtincte, quod ſiue occulte, ſiue publice contrahat monachus matrimonium, poſſunt Domini inquiſitores contra eum procedere, cuius fundamẽtum eſt, nã & ſi impudicitius ille faciat, qui palam has nuptias celebrat, non tamen ſuſpicione magna carebit, qui eaſdẽ occulte contraxerit, quinimo plerumque fit, vt vehementer ſuſpicione laboret, qui clancu lum talia commiſit, nam, qui malè agit, odit lucem, ne redarguantur opera eius, & (vt ait Ariſtoteles) h magis iniuſti ſunt hi qui magis occulte procedunt, & ſicut Socrates i inquit, ea, quæ occulte geruntur, ſimprobitatis ſuſpicione pleniſſima ſunt. Quod multis exemplis K confirmare poſſem, quæ alij ante nos retulerunt, præcipuè doctiſſimus Tiraquelus l Cũ igitur crimẽ in vtroque caſu idẽ prorſus ſit, nec differentia ponatur, niſi in qualitate ambigua, non video cur tã diuerſa cognitionis cauſa conſtituenda ſit & ſic concludit Simancas m quod cognoſcere quoque poterunt Inquiſitores de crimine monachi occultè matrimoniũ contrahẽtis, præſertim in his temporibus, in quibus impijſsimus Lutherus palãdocere non erubuit licere monachis omnibus, etiã cum virginibus Deo dicatis libere matrimoniũ contrahere. Quæ hæreſis iã olim condẽnata eſt. Vnde Inquiſitores ieiunia, & orationes iniungere ſolẽt cũ detruſione perpetua in ali quod monaſteriũ religioſis matrimoniũ occulte contrahentibus argumento eorũ, quæ ex variis conſilijs n & ſacris Canonibus colligunt Doctores, & tradit Nicephorus, o & Simancas ait idem dicẽdum in matrimonijs facta â ſacerdotibus diaconis, & ſubdiaconis, de quo in ſecũdo tomo ſatis dictũ eſt.

f Cõc. Tur. c.16.

g l.2.§.pen. ff. de vi bon rap. Burt. & Bal. in l. nemo C. de epiſc. & cler. Abb. inc. de hom. decelc. miſſ. & conſ. 68. lib. 1. Feli. in c. cum quidã de iure. iur. & inc. ad abolẽdum de hære. vbi Anan Eſq. de fide Cath. c. 15. Affl. in cõſue. 51. co. ti. 2. q. 7. Sim. de cat. inſt. ti. 4. de mat. n. 8. & 9.

h Ariſto. 7. Ethi.

i Socrat li. 5. hiſt. Eccleſ. K Ioann. 3. Ari. 7. Ethi. c. 6. Socr. hiſto. tripar. li. 5 c. 34. l. vnica de ritu. nup. l. non exiſtimo ff. de adminiſt. c. cum ea in ſtitnit. de hæret.

l Tiraq. in præfat. de retracta. Couen. c. 13. & lib. de pœnis c. 57.

m Simã. vbi ſup. n. 10.

n Concil. 2. Tur. Can. 11 c. impudic. c ſi quis ſac. c. monacho & c. quia, 27 q.

o Niceph. l. 2. c. 15. cum ſeq. & lib. 6. c. 30. Simã. vbi

ARTICVLVS II.

Vtrum matrimonium contractum cũ aliquo religioſo ſit nullum.

REſpondeo dicendo, quod priſcis illis primitiuæ Eccleſiæ tẽporibus non tãta inerat Monaſticis votis autoritas, ac hæc, quã noſtri Theologi, & iuriſperiti appellãt, ſolẽnitas, imo etiã nec expreſſe vt veriſimilius eſt, ac publicè vota religionis emittebantur, ſed ea profeſsio ex generali omniũ ſenſu, & cõſenſu, ita erat religioſo ſtatui annexa, vt etiã ſi voce facta non eſſet promiſsio: tamẽ intelligeretur cũ ſtatu ſuſcepta eius profeſsionis obligatio modo, quo nunc caſtitatis votũ in ſacris Ordinibus accipiendis includitur, idque ex quodã loco Baſilij a intelligi poteſt, vbi ait, eos, qui ſe ad monachorũ Ordinẽ addijcerent, cœlibatũ emittere cẽſuiſſe. Itaque hoc etiã tãdiu ſeruarũ eſt, quandiu priſca illa pietas, & verecundia ſatis fuit ad homines in officio cõtinendos, poſtea tamen commodius viſum eſt, quod etiam Baſilius ibidem decernit expreſſam caſtitatis promiſsionem adijcere. Et primum quidem adhuc eo modo vt ſi quis rupto voto matrimonium iniret, peccaret quidem, ſed tamen matrimonium ratum, validum que eſſet, declarant hoc vterum patrum ſentẽtiæ Cyprianus, b

a Baſ. 5. Epiſt. 2. ad Annil. Cant. 14.

b Cypr. in epiſt. ad Pop

ip

in epiſtola ad Pomponium, & Hieronymus
c Hierony. epiſt.8. *c* ad Demetriadem, vbi ita de monialibus loquuntur, vt ſi ſe continere non poſſent quod profeſſæ erant, eas potius ad nubēdū hortentur, quod iam nec peccatum quidem feciſſent accedente legitima Epiſcopi diſpenſatione id quidem ab Epiphanio *d* quoque conſuli videmus. Auguſtinus *e* etiam in ſuper quoſdam apertè confutat, qui harū coniugium eſſe negabant. Quod ſi Innocentius primus Pontifex, qui horum ætate vixit, & cōcilia etiā quædā huiuſmodi coniugia dirimi iubent, id pœnæ cuiuſdā loco conſtituunt, quod ſine dubio poterant, vt torus ſeparetur: non quia ipſum cōnubij vinculū non valuiſſet, id enim nuſquā dicit. Atque hanc ipſam pœnam conſtat illo quidem tempore non ab Eccleſia generaliter receptam eſſe. Ita Leo Primus *g* qui poſt Innocentium fuit annis paulo plus, quam viginti etiam ſi peccatum id eſſe doceat, non tamē de nuptijs reſcindendis mentionem vllā fecit, & Gelaſius *h* qui anno quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, eandem ſedem tenuit: has quidem Moniales ad propoſitum vnde exciderunt, adhortatur, non tamen cō pellit, neque matrimonium infirmat, quia Gregorius ipſe, quo nullus ante Pontifex ſeuerior in hoc genere fuerat cum crebris *i* decretis, & epiſtolis eos, qui coniugium contraxiſſent ſeiungi, & in monaſterium retrudi iubebat, nihil tamen dicit, quod coniugium non valuiſſe intelligatur, imo vero quōd valuiſſe exiſtimauerit, ex eo etiam intelligitur, quod in Homilia K quadam narrat de Guardiana amita, quæ ſe poſtquam vna cum duabus ſororibus dedicaſſet, mortuis illis oblita pudoris, ac reuerentiæ, oblita conſecrationis, maritum acceperat, & cum eo deinceps vixerat. Quare primus omnium quōd literis extet, Innocentius ſecundus cum Romana Synodo Generaliter anno nimirū humanæ ſalutis milleſimo centeſimo trigeſimo nono hoc cōſtituit, vt religioſis omnino matrimonium interdiceret, idque ita vt ſi contraherent, nullam vim haberet, & Bonifacius *l* VIII. declarauit illud ſolum votum debere dici ſolenne quantum ad poſt contractum matrimonium dirimendum, quod ſolennizatum fuerit per ſuſceptionē ſacri Ordinis, aut per profeſsionē expreſſam, vel tacitā factā alicui de religionibus per Sedem Apoſtolicā approbatis, ſuper cuius decretalem gloſſa

d Epiph. hæreſi. 61. contra Apol.
e Aug. de bono vidui tatis.
f Con. Tol. 17. q. 1. c. viduas c. de filia.
g Epiſt. 5. c. 14.
h 27. q. 1. c. de viduis.
i Referūtur 27. q. 1.
K Hom. 38. in Euangel.
l c inimici de voto l. 6.

m ait, quod profeſsio tacita poteſt contingere in eo, qui maior annis ſponte & ſciēs aſſumpſit habitum, qui ſolet dari profeſsis, & perſeuerauit in delatione habitus ipſius per triduum, vt dicitur in alia Decretali *n* quod ego intelligo, quando tales habitus aſſumpti eſſent ab habēte poteſtatem recipiēdi, & incorporandi religioni, vt aſſerunt Archidiaconus *o* Lappus, & Francus; nam licet alia vota, quibus quis ſolum Deo obligatur, & quæ pendent à ſola voluntate vouentis non exigant perſonā recipientem, tamen in profeſsione, vbi contrahitur reciproca obligatio, ſecundum quam conuerſus obligatur monaſterio, & monaſterium conuerſo ad eum alendū opus eſt, quod recipiatur profeſsio ab Abbate, vel ab alio ſuperiore loco Abbatis, vt Innocentius, *p* Panormitanus annotauerunt. Vnde ſi habitus religionis recipiatur, aut propria autoritate, aut ab alio non habente poteſtatē, valet interim matrimonium antequā talis profeſsio ratificetur â poteſtatē habēte, & ita tenet Ioannes Brunelus, *q* quod matrimoniū tale ſic medio tēpore contractū, cum tenuerit, non infirmabitur per ratificationē illam ſuperuenientem. Vnde ſi quis profitetur religionem approbatā in manibus prælati qui non erat illius religionis, matrimonium per eum contractum non infirmabitur, prout tenet Imola. *t*

m Gl. v. tacitam. ne. conſtitutione de regul. li. 6. Andræ in d. c. cū ſpeculato eodē tit. §. 1. v. placet p. c. 1. in fin. cl. reg. lib. 6 cl. eos eodē titul.
o Archidiac. Lappus Domi. & Francus in d. c. 1.
p Innocē. & Pan. inc por rectum de regula.
q Brunel. de ſpōſ. & mat. concl. 30. n. 6. n. 1.
t Imol. in d. c. Imo vnico.

ARTICVLVS III.

Vtrum per ingreſſum religionis ſoluantur ſponſalia de futuro, & de præſenti.

RESpondeo dicendo, quod per ingreſſum religionis non ſoluuntur ſponſalia de futuro, niſi ſecuta profeſsione, eſſet enim in poteſtate ſic contrahentiū ea pro arbitrio diſſoluere ingrediēdo, & ſumendo habitum Nouitiorū, & poſtea relinquēdo illum habitū eludi ipſam ſponſam vt contra aliquos aduertit Ioannes Brunelus. *a* Quod inſuper probatur, nam matrimonium ratum non ſoluitur per ingreſſum religionis, ſed per ingreſſum cum effectu ſecuta profeſsione, vt notat Gloſſa *b* quam ibi ſequuntur communiter Doctores. Neque obſtat, quod per expectationem profeſsionis illi, qui remanet in ſæculo, eſt

a Brunel. de ſpōſ. & mat cōc. 8. in pr.
b Gl. in d. c. expublic. de conuerſ. cōiug. v bi DD

periculũ de lapſu carnis: nam reſpondetur, quod in cõiugio multi caſus occurrũt, inquibus coniuges ſine culpa, ſed nõ ſine cauſa cõtinere cogũtur, prout ait Innocentius c III. Papa, & ſic videmus, quod plus eſt, quod maritum cruce ſignatum tenetur mulier expectare quantiſcumque annis vt patet ex iure, d ergo multo fortius tenetur expectare per annum ingredientem religionem, & ita hanc opinionem tenet etiam Couarruuias, e qui addit, quod tutius erit prius contrahere adimplendo fidẽ, quã promiſit ſe ducturum eam, verbi gratia in vxorem, præcipue ſi fidem iuramento firmauit, & ante conſummationem matrimonij contracti religionem ingreditur, ſic intelligens quandam Decretalem. f

c c. Quoniã frequẽter §. ſin autem in fi. vt li. non cont. eſt.

d c. in præſentia de ſpõſa. c. exmulta de voto.

e Couar. de re ſtam. 1. p. c. 5. n. 11.

f c. commi. de ſponſ.

ARTICVLVS IIII.

Quo iure matrimonium ratum per ingreſſum religionis diſſoluitur.

REſpondeo dicendo, certum eſſe in iure, a matrimonium ratum per profeſſionem religionis in aliqua religione approbata diſſolui, & licet aliqui dubitauerint, an quoad vinculum diſſoluatur, vt conſtat ex traditis à Michaele de Medina: b nunc vero iam huiuſmodi dubitatio ſublata eſt à Concilio Tridentino c his verbis, ſiquis dixerit matrimonium ratum non conſummatum per ſolennem profeſsionem religionis alterius coniugis non dirimi, anathema ſit. Nunc vero quo iure, qua ve ratione dirimatur explorare oportet, in qua parte variæ ſunt Scholaſticorum autorum (quẽ admodum & in reliquis omnibus, quæ fides religioque non præſcribit) ſententiæ, & inter eas duas tantum referam, quæ communiter circunferuntur. Prima eſt, quæ ipſo iure naturali matrimonia rata non conſummata aduentu religionis euaneſcere docet. Eſt autem huius opinionis ratio, non imperfectio formalis, aut eſſentialis matrimonialis contractus nondum conſummati, vt Gratianus docebat, ſed imperfectio obiectiua, quoniã ſcilicet religio ſit multo excellentior, & ſublimior, â minus autem perfecto ſtatu, ratio neque viuendi ad magis perfectum, præſertim vbi nulla incercedit coniugis alterius iniuria, licet aſcẽdere, ſtatus autẽ religionis vt D. Paulus, d docet petfectior eſt ſtatu cõiungali, id autẽ, quod perfectius eſt, nõ debet impediri per minus perfectũ, ergo, vtrũque coniugium, ſi citra alterius iniuriam fieri poteſt, integrum eſt ad religionem ſe conferre. Quod vero ante copulã relicto cõiuge non fiat tam atrox iniuria, quæ bono religionis nõ cõpenſetur, hac ratione perſuadeo, nã aut illa iniuria irrogaretur fini matrimonij, qui eſt prolis procreatio, aut deſertæ ſpõſæ, non proli, quia nulla adhuc eſt, cũ non dum præceſſerit coniungalis congreſſus neque vero ſponſæ, quia cũ maneat integra, nihil decoris, aut honoris amiſit, quominus poſsit alteri nubere. Ita tenent aliqui e cum Durando, & docet Soto.

a c. ex publico de cõuer coniug.

b Med. li. 5. de ſac hom contin. c. 57

c Trid. ſeſſ. 24. Can. 6.

d 1. Cor. 7.

e Aliqui apud Durã. in 4. d. 27. Sot. in 4. ſen d. 27. q. r. a. 3

At contra hanc ſententiã optimẽ inſurgit Durandus, f quod ſcilicet prædicta ratio non minus matrimonia rata non conſummata quam ipſo conſummata per coitum diſſoluenda ſuadeat. Quemadmodum enim matrimonium ratum tantummodo religionis ſtatu minus bonũ eſt: ita matrimoniũ conſummatũ, & actionibus iã coniugalibus implicatũ perfectione Chriſtianæ vitæ abeodẽ excediturratio vero illa, quæ ab alterius partis iniuria deſumitur, ex eo conſunditur, quod ſolet frequẽtiſsimè accidere oſcula, & tactus impudicos præceſsiſſe inter ſponſos per verba de præſenti, per quæ profecto non nihil, imo multũ honoris nupturis deſcendit: præcipue cum ex his fama coitus licet falſa reſultet, per quã ad alium matrimonium ineundum inepta fiat ſponſa.

f Durand. vbi ſu. q. 2.

Secunda opinio eſt Scoti g putantis ex ſola diuina inſtitutione per profeſsionẽ religionis matrimoniũ opere carnali non conſummatum diſſolui. Quã opinionẽ probat primò ex natura Chriſtiani matrimonij, quæ eſt indiſſolubilitas ex inſtituto diuino iuxta illud, Quod Deus cõiunxit, homo nõ ſeparet, nã in hoc caſu cũ nõ diſſoluatur per mortem naturalem alicuius ex contrahentibus neceſſum eſt, vt per eum, qui talem inſtituit indiſſolubilitatem ſoluatur. Secunda ratio eſt â Sanctorum exemplis, nam, vt ferunt, Ioannes Euangeliſta â nuptijs à Chriſto ad Apoſtolatum vocatus eſt, & de Alexio Theone, quodam Machario Romano, & alijs nõnullis Eccleſiaſticæ hiſtoriæ memorant relictis ſponſis ad monachatum ſe contuliſſe. Et hanc ſententiam ante Scotum tenuit D. Bonauentura, h ſed Michael de Medina ab ea recedit. Primo quia recurrere ad diuinũ ius in hoc caſu

g Scot. in 4. d. 32.

h Bouan. in 4. d. 27. ar. 2. q. 11

caſu eſt ſine ſolido fundamento. Nam D.
11.Cor.7. Paulus cũ multa de coniugali tũ infideliũ, tum vero fidelium coniugũ diuortio partim propria, partim Domini autoritate tradiderit, nihil de diuortio religionis memorauit, ſed poſt quàm generali ſententia ex diuino mandato decreuiſſet vxorem à viro non recedere, quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari, ſolũ Chriſtianæ religionis gratia, non item inſtituti peculiaris cõſorte recedendi facultatem indulget dicens. Quod ſi infidelis (inquit) diſcedit, diſcedat, non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, aut ſoror in eius modi, in pace autem vocauit nos Deus, atque id quidem quando alter coniugum infidelis non conſentit habitare cum fideli, quanquam id ſecundum non ex diuina, ſed ex propria duntaxat autoritate deriuatum ingenue fateatur, cæteris, (inquit) id eſt, fidelibus, ego dico, non Dominus ſiquis frater habet vxorem infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat eam, &c. Argumentum vero, quod ab exemplis Sanctorum ducebatur, quantum ad eos attinet, qui poſt Chriſtum ad monachatum, aut vitam eremiticam deſertis ſponſis diuerterunt, nihil perſuadet, hoc enim Eccleſiaſticorum Canonum authoritate ſunt feciſſe putandi. Quantum vẽ
Meli.de ſacro.homin. contin. li.5. c.90. ro ad Ioannem Euangeliſtam pertinet, ait Michael de Medina, K quod nunquam ea hiſtoria ſibi perſuaderi potuit, quanquam illius aſſertor non ſemel Hieronymus videatur. Primo quidẽ quod inter Eccleſiaſticos autores, qui vitas Apoſtolorũ memoriæ prodiderunt, Euſebiũ dico, Abdiam, Nicephorum, Dorotheum Tyrum, &c. nihil de hoc coniugio legerat.

Secundo, quoniam nuptiæ illæ celebratæ ſunt in Chana Galilææ, vt idem Ioannes inquit, Ioannes vero non ex Chana, vt aliqui affirmant, erat, illud autem eſt prorſus intolerabile, quod quidã ſcribunt, Magdalenam Lazari Sororem in illis nuptijs ſponſam fuiſſe, cum hæc Hieroſolymitana ille Galilæus, hæc nobiliſsima, ac ditiſsima, ille contra ex mediocri plebe, ac demum piſcator. Et certum argumentum, quod à Sanctorum geſtis deſumitur, non conuincit. Nam cum hi non ad religionem ab Eccleſia Romana approbatam, cuius duntaxat profeſsionem matrimonium ratũ dirimere canones docent, ſed vel ad vitam eremiticam, & ſingularem, vel ad aliam ſi milem diuerterint, quo pacto huic Eccleſiaſticæ doctrinæ, quæ docet ingreſſu religionis coniugia rata duntaxat diſſolui, ſuffragari poterunt? Enim vero nunc Alexij vita quantumcunque ſanctiſsimã matrimonium ratum non dirimere: etſi horum ſanctorum conuerſiones aliquid ſuadent, ſuadent profecto coniungia per quamcunque rationem religionis diſſolui, quod nunc Theologi non cõcedent, qui ad ſolas religiones ab Eccleſia Romana approbatas reduxerunt.

Quare concludit Mithael de Medina, quod matrimonium ratum, & non conſummatũ, licet ſit verum, & perfectum matrimonium, iure tantum Eccleſiaſtico per ingreſſum religionis diſſoluitur, cum ſecundum ipſius, & doctiſsimorum ſententiam Pontifex in matrimonio rato non conſummato poſsit diſpenſare, nimirum ſi poſsit Generalem condere legem, qua omnibus ſponſis per verba etiam de præſenti diuertendi ad religionem facultatem tribuit, atque ea lex illa eſt, qua ante duos menſes poſt celebratas per verba de præſenti nuptias, contractumque matrimonium ſponſi, aut coniugis conuenire vetantur, daturque illis diuertendi ad religionem tempus.

ARTICVLVS V.

Vtrum Papa poſsit diſpenſare in voto ſolennis religionis, & caſtitatis, ita quod monacho profeſſo de licẽtia Summi Pontificis liceat exire à monaſterio, vt vxorem ducat.

REſpondeo dicendo, quod de articuli huius quæſtione agũt Couarruuias, *a* Nauarrus, Mandoſius, Menochius, Corduba, Andreas, Gãbarus, Stephanus de Caieta, & Soto. Et pro quæſtionis principalis reſolutione, ſi credimus veriori Doctorum opinioni dicendum videtur diſpenſatum fuiſſe cum Ramiro Rege Aragonum, vt relicta religione, & Epiſcopatu Regnum ſuſciperet, & vxorem, vt poſt Raphael Volaterranum, *b* & alios ſupra citatos refert diligentiſsimus hiſtoricus Hieronymus Blanques in inſcriptione Regum

a Cou. in c. 2. de teſta. n. 11. Nau. inc. Nõ dicatis. n. 49. Mandoſ. de ſign. grat. v. Voti cõmutatio. ver. an Papa poſsit. Menoch. lib. 2. præſum. 62. ex nu. 258. Cordo. li. 1. qq. q. 24. Gãba. de off. & poteſt. leg. l. 2. ex n. 259. & li. 8. in rubric de off. & pote. leg. in Regul. ex n. 84. Steph. de Caie. inc. ad limin. 30. q. 1. §. 4. nu. 353. Sot. lib. 7. de inſt. q. 4. ar. 2. verſ. de capital. & q. 5. ar. 3. verſi. aut ergo. & in 4. d. 38. q. 2. ar. 2. verſi. dehis ergo.

b Vola. li. 2. de Geograp. vlt. Blanq in inſcript. Reg. Arag. fol. 23. & in Arag rerum comm. pag. 145.

gum Aragoniæ, & in Aragonenſium cõmẽ tarijs rerum. Et idem pariter obſeruauit Celeſtinus III. Pontifex Maximus, qui diſpenſauit cum Conſtantia filia Rogerij Regis, vt Religione deſerta nuberet Henrico VI. Federici imperatoris filio, vt memoriæ proditum eſt à Platina *c* & â Guillermo Benedicto, & à Rodulpho Cupers, & â Ioãne Baptiſta â Sancto Seueriano. Scribit etiam Arnaldus *d* Albertinus Alexandrum VI. Summum Pontificẽ diſpenſaſſe cum Cæſare Diacono Cardinali, vt vxorem duceret cum filia Ducis Valentiniani Galli.

c Platin. in vita Cele. III. Benedi. in c. Rayn. in verb quicũ alia matrimon. cõtrahens. n 28. Rodul. inc. oportebat. 29. d. 5 artẽ tis n. 25. pa. 246. Seuer. de pẽſioni q. c. 9 n. 6. *d* Arnal. de agnoſcẽ li. aſſert. Cath q. 27. n. 24.

Sed videamus, quibus rationibus hæc opinio fulciatur, pro cuius reſolutione certa ab incertis ſegregare operæ preciũ eſſe duxi. Et primo certũ eſt quod ſi loquamur de voto ſolenni continentiæ ſacerdotalis, conſtat ſecundum cõmuniter Doctores, quod ex ſola Eccleſiaſtica inſtitutione conſona iuri diuino, & naturali annexum eſt ordini ſacerdotali, ac proinde per Papam poteſt diſpenſari, quod idẽ dicẽdum eſt de voto continentiæ ex inſtitutione tantum Eccleſiæ alijs religionibus annexo, quales ſunt Ordines militares, poſſunt per Papam diſpenſari. Hæc certa ſunt. Quod autem in dubio verſatur, eſt vtrũ loquendo de religione perfecta, & Euangelica, cuius eſſentia ex inſtitutione diuina cõſtat ex tribus votis eſſentialibus, quorũ altero ablato aufertur & ipſius ſubſtãtia religionis. Vtrũ, ſcilicet, in hoc voto poſſit Papa diſpenſare, ita vt ſic religioſus factus religione deſerta poſſit ducere vxorem, duæ opiniones circunferuntur.

c Sot. vbiſ.

Prima opinio eſt D. Thomæ, quam ſequitur Soto, *e* quod Papa non poſſit in hoc caſu diſpenſare.

f Scot. & Ricar. in 4. d. 38.

Secunda opinio communis eſt, quam tenent Scotus, *f* & Richardus, quod Papa poteſt in voto ſolenni continentiæ monachali, vel religionis diſpenſare, quam opinionẽ tenẽt cõmuniter Doctores, & multi etiam Thomiſtæ, vt Caietanus *g* Ambroſius Catherinus, & Turrecremata, qui refert D. Thomã & multos alios id tenuiſſe quod ſcilicet ex magna cauſa communi putà, pro Regni conuerſione, vel pace: quæ non aliter ſperaretur tam cõmode fieri, licita eſſet Papæ diſpenſatio, vt religioſus exiens â religione vxorem duceret. Cuius grauiſſimæ opinionis fundamentum potiſſimũ eſt, quia qua ratione poteſt Papa diſpenſare in voto ſimplici, poteſt etiam in ſolenni. Nam in ſimplici tripliciter diſpenſat ſecundum modum triplicem loquendi Doctorũ. Primo quia ex cauſa diſpenſat in iure diuino, vel naturali tollendo, vel relaxãdo eius obligationem de implendo vota, vel promiſſa Deo, & hominibus, aut ſecundo quia vt tenet D. Thomas, remittit, vel tollit materiã id eſt votum, vel promiſsionẽ, & eius obligationẽ humanã iam Deo quæſitam, & hoc ſecundum eſt materia prioris obligationis diuinæ, & naturalis de adimplendo vota, atque promiſſa: aut tertio quia declarat tam hoc, quam illud ius, aut votum ex cauſa legitima non tenere, neque obligare, ſed quocumque modo iſtorum poteſt. ſimiliter Papa facere, aut diſpenſare in voto ſolenni, in quo eſt etiam ipſum votum, quod eſt materia prioris iuris diuini, & naturalis quia tandem habet poteſtatem diſpenſatiuã, relaxatiuam, & declaratiuam adhoc, & ad illud ex cauſa legitima. Sed huic argumento reſpondent aduerſarij negando minorem, dicendo non eſſe ſimile, quia in voto ſoleni vltra promiſsionẽ, quæ ſola eſt in voto ſimplici, eſt datio vel exhibitio actualis Deo, vel Eccleſiæ in nomine Dei, ratione cuius eſt iã ius Deo, & Eccleſiæ acquiſitũ ſuper homine ad tales actus, quod quidem ius ſicut neque alienum tollere, neque contra ius diuinum agere, Papa derogare non poteſt, vt ait Soto. *h*

g Caieta. in quoſi Tur. inca. de illo clerie 12. d. 38. D Th. in 4. d. 32.

h Soto li. 8. de iuſt. 42. ar. 5. & q. 4. ar. 5. & q. 3. ar. 3.

At contra replicatur, quia qua ratione Papa poteſt ex cauſa reuocare, tollere, & inualidare voti ſimplicis obligationẽ humanã iã Deo acquiſitã, vel ipſam promiſsionẽ, quæ eſt materia iuris diuini, & naturalis de implendo vota ſua, eadem ratione poteſt iã data tam Deo rem, vel obligationem hominis, & ſtatus religionis aſſumptionẽ, quæ ſit in voto ſolenni reuocare, vel tollere, & ex conſequẽti materiã iuris diuini de implẽdo votũ ſoléne. Præterea poteſt eſſe votũ ſoléne, ſine datione, vel ſine ſtatus aſſumptione, vt ſi Eccleſia ſtatuat, quod votũ cõtinẽtiæ, vel religionis emiſſum corã tribus, vel quatuor teſtibus ſit ſoléne dirimẽs matrimoniũ, iã in illo voto ſolẽni poteſt Papa diſpenſare, ſicut diſpeſat in ſacerdotali, ergo ſolẽnitas nõ ſtat in datione & ſtatus mutatione, & dato, quod ſolẽnitas voti ſtet in datione, & ſtatus mutatione actuali, hoc tamẽ nõ impedit, quin Papa poſſit diſpẽſare, quia ſicut Papa poteſt diſpẽſare in paupertate, & obediẽtia relinquẽdo monachum ſub habitu ſuo, vel clericali,

vt

vt ſunt fratres Sancti Spiritus, & ſub obedié tia Epiſcopi, vel alterius Prælati, vel ipſius Papæ immediate, & in concedendo licentiam vt faciat de rebus ad libitum diſponendo in vita, & in morte, vt facit cum monachis Epiſcopis, vel cum alijs de monachatu ad clericatum tranſeuntibus. Ita ergo ſimiliter in voto ſolenni continétiæ poteſt diſpéſare, & ſoluere hominem ab obligatione, qua ſe religioni obligauit per ſimplex, & ſolenne votum, & de religioſo facere non religioſum quãuis non poſsit facere, quod maneat vera, & perfecta religio, & perfectus religioſus Euangelicus ſine tribus votis, nec ſtatum Euangelicæ religionis diſſoluere poſsit, vt bene in iure, i habetur, nec illud faciendo diſpenſat in iure diuino de adimplendo votum, ſed in materia eius, vt dictum eſt.

ic. cũ admonaſteriũ de reg. li. 6.

Neque obſtat, quod ex datione, & ſtatus aſſumptione conſurgat etiam obligatio diuina, contra quã Papa nõ poteſt, in quo ſtat tota difficultas. Nam ad probandum id eſſe falſum nota, quod vltra communem obligationem iuris diuini, & naturalis de implendo votum, tam ſimplex, quam ſolenne, in voto ſolenni religionis ſunt quatuor. Primum eſt promiſsio actuum religionis. Secundum datio perſonæ Deo vel Eccleſiæ nomine Dei ad dictos actus implendos. Tertium aſſumptio ſtatus religionis, per quam fit illa traditio, & acceptio in profeſsione. Quartum eſt, ipſa religio perfecta, & ſtatus Euangelicus conſtans ex tribus votis eſſentialibus religioni ipſi. Et hoc quartum eſt de iure diuino, ita quod ex inſtitutione diuina de eſſentia religionis perfectæ Euangelicæ ſunt illa tria vota, & de hoc hic non agimus, vtrum eſſe poſsit perfecta religio, perfectuſque religioſus Euangelicus ſine tribus illis votis eſſentialibus cum duobus tantummodo, vel non. De tribus autem prioribus, quæ conſtituunt votum ſolenne huius religionis, conſtat, quod ſunt actiones humanæ, & illæ tres obligationes ex tribus illis actionibus conſurgentes Deo acquiſitæ conſtat etiã, quod ſunt ſolum humanæ, ſcilicet obligatio ex promiſsione, ex datione, & ex profeſsione, vel ſtatus illius aſſumptione ſuntque materia generalis obligationis, vel iuris diuini, & naturalis de adimplendo votum omne tam ſimplex, quam ſolenne, & ita patet, quod ipſum votum ſolenne, vt tale, nihil iuris diuini habet admixtum, ſicut neque votum ſimplex religionis, aut continentiæ, alioquin eadem ratione votum ſimplex religionis haberet ius diuinum admixtum, & eſſet in diſpenſabile, quia eſt de eadem religione, vel continentia, quæ ſecundum contrariam opinionem eſt de iure diuino ſicut & adimpletio voti cuiuſcunque de iure diuino eſt & naturali. Vnde cum Papa poſsit ex cauſa omnem obligationem humanam diſſoluere, in ea diſpenſare conſequitur quod poteſt omnes tres illas priores obligationes diſpenſando diſſoluere, & maxime illam tertiam, ne ſit iam homo religioſus, nec obligatus alicui religioni aut voto, ſed quod ſit vxoratus, quamuis non poſsit facere quod manens religioſus perfectus ſit vxoratus aut proprium habens, quia id euangelicæ religioni repugnat ſtante lege poſita, ita docte Corduba. K

K Cord. vbi ſup. pa. 215. col. 2.

¶ Ad argumenta.

EX his quæ dicta ſunt aliqua argumenta quæ contra ſupra poſitã ſententiã adducuntur ſoluta manẽt, nunc autẽ pro maiori claritate duo tãtum proponam.

Primũ argumẽtũ, eſt, quia qui nõ poteſt in minus, nõ poteſt in maius ei ſubordinatum vel eiuſdẽ generis, aut rationis, ſed Papa nõ poteſt diſpẽſare in matrimonio tãtũ rato, & nõ cõſummato, quod eſt minus vinculũ, minuſq; perfectus ſtatus, quã vinculũ, & ſtatus religionis, cũ per ingreſſum religionis vinculũ matrimonij rati diſſoluatur, ergo âfortiori nõ poterit diſpẽſare in vinculo voti ſolẽnis religionis. Reſpõdetur, quod Papa poteſt ex cauſa diſpẽſare in matrimonio rato, & nõ cõſumato, vt cõtra Theologos defendit Caietanus l quẽ ſequitur Nauarrus dicẽs *Quod hæc opinio adeo ſeruatur, quod etiam, ter, aut quater ad petitiones conſilio ſuo antequam in vrbem veniſſet, oblatas ſalutis recordationis Paulus III. & Pius IIII. per ſuas diſpenſationes diſſoluerunt quædam matrimonia omnino clãdeſtina, nõdũ cõſummata in remediũ animarũ alioquin probabiliter perituratũ. Quod, (ait,) atteſtor, neguis ſecutus Sot cõtra Caietanũ* m Sot. li. 7. de iuſtit.

l Caiet. in opus 1. tomo tract. 28. Nauar. in man. c. 22. n. 21.

vllum ſcrupulum ingerat ijs, qui eiuſmodi ſanctiſsima gratia fruuntur, vel poſt hac fruentur, nam & poſt eum Michael á Medina, Franciſcanus, vir eruditiſsimus, & alias purus Theologus libro quinto de ſacrorum hominum continentia Caietanum, & cõmunem eſt ſequutus. Hæc Nauarrus.

Secundum argumentũ deſumitur ex quadam decretali, *n* definiente, quod pauperes adeo eſt annexa Ordini Monachali, q̃ in ea, ſicut in continentia nec ſummus Pontifex poſsit diſpenſare. Reſpõdetur, quod in hoc caſu ſolum prætendit Papa, quod cũ Monacho Papa non poſsit diſpenſare, vt maneat Monachus perfectus in perfecta, & Euangelica religione, quam profeſſus eſt, & quod ſimul habeat proprium, aut vxorem, quia hæc omnia tria vota ſunt de ſubſtantia religionis Euãgelicæ, adeo quod altero ablato iam ipſa religio diſſoluitur, & ipſe iam religioſus illius deſinit eſſe, cũ quo ſtat quod ex cauſa rationabili ille de religioſo per diſpenſationem poteſt fieri non religioſus, aut in toto aut in parte ab obligatione illius religionis diſſolui, & illa in voto ſolenni ex ſupradictis diſpenſare poteſt.

n c. cum ad monaſteriũ de ſtat. reg. li. 6.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Religioſi ſocietatis Ieſu poſsint contrahere matrimonium.

RESpondeo dicẽdo, quod omnes, qui in ſocietatem admiſsi biennio probationis â quolibet eorũ peracto tria vota eſſentialia, tametſi ſimplicia, emiſerint, emittent ve, in futurum inhabiles eſſe, antequã à ſocietate dimittantur, ad matrimoniũ contrahendũ, cõtractuſque huiuſmodi nullos, & irritos decreuit Gregorius XIII. prout iã in primo tomo *a* eſt relatum in quo aliqua diximus de huius conſtitutionis intelligentia, nunc autem operæ pretium eſſe duxi aliqua vltra adijcere, vt huius rei definitio magis illuceſcat.

a 1. tom. q. 1.

Et prima facie videtur, quod Papa hoc determinare minimẽ potuit, cum hi fratres ſint adhuc ſæculares, ſi quidem poſſunt habere propriũ, quod repugnat ſtatui religioſo iuxta ſuperius dicta, & propterea videtur, quod nõ poſſunt ſimpliciter inhabiliariad matrimoniũ: nã vt colligitur ex Syluestro *b* poſt Panormitanum, quanuis ſummus Pontifex poſsit inhabilitare ſæculares, ne contrahant in tali gradu cõſanguinitatis non tamẽ poteſt inhabilitare ſimpliciter ad hoc vt nullibi poſsint contrahere, quia hoc eſt contra Euangeliũ concedens cuilibet ſæculari Laico poſſe nubere. Hæc ratio, vt audiui, multorũ torſit ingenia, at meum ingeniolũ proculdubio nunquã torſit. Procedit enim ea in ſecularibus abſolute, qui nullum votũ caſtitatis, & continentiæ emiſerunt, in aliqua cõgregatione à Papa approbata, non autẽ in illis, qui dũ ſunt ſub obedientia Regulari promiſſa publicè in aliqua religione approbata, cuiuſmodi eſt ſocietas Ieſu, hi enim licet poſtquã dimiſſi ſunt à ſocietate ſunt verè ſæculares, antequam tamen dimittantur, religioſi ſunt, reuocabiliter tamen, & cum ſint religioſi, inhabilitantur ad matrimonium contrahendum, & matrimonium ab his contractum ipſo iure irritatur, cum ſtatus religionis, pœnitentiæ, cuiuſmodi eſt religio ſocietatis, repugnet cum ſtatu hominis coniugati, de intrinſeca enim veræ religionis monachalis, & pœnitentiæ eſt mors ciuilis, & ſic ipſius profeſſores mortui Mundo iudicantur, & in eodem ſtatu permanentes cum ſint verè religioſi, proprium habere non poſſunt. Vnde iure optimo Summus Pontifex potuit definire, Et de facto definiuit, ne ipſi inſtatu religionis perſeuerantes contrahere poſsint, & eorum matrimonium iure optimo irritauit, non enim conueniunt, & in vna ſede morantur, quem eſſe religioſum, & monachum, & priuilegijs religionis gaudere, & eſſe vxoratum, & rei vxoriæ indulgere: & ita Gregorius XIII. in eadem conſtitutione hos, qui peractis duobus annis probationis tria vota ſimplicia paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ emiſerunt, vocat, & definit eſſe verè religioſos. Quod certe ex opinione Scoti *c* maxime confirmatur, cum teneat per votum ſimplex religionis fieri traditionem reſpectu *Dei*, ſicut fit per votũ ſolenne reſpectu *Dei*, & hominum, & à fortiori hoc erit aſſerẽdum in voto ſimplici publicè emiſſo in hac ſacra religione approbata, in qua promittitur obedientia perpetua publice, irreuocabiliter ex parte promittentis, licet ſit reuocabilis ex parte admittentis ipſam

b Syl. v. obedientia. §. 5. Panor. in c. olim de cleric. coniug.

c Scot. in 4. d. 31. q. vn.

ipſam obedientiã,& ſic poteſt dici,quod in his religioſis ſocietatis,cum tria vota ſimplicia emittant,contingit inueniri quodammodo traditionem reſpectu Dei,& hominum, ſicut inuenitur in voto ſolenni reſpectu Dei,quia ipſi ſe,& ſua illi per votum tradiderunt reſpectu hominum, quia ipſis publice obedientiam promiſerũt: ita quod ſummi Pontifices definiunt eos in apoſtaſię crimen & excommunicationem ipſo facto incurrere,ſi â ſocietate decederent, aditũ que illis ad profeſsionem in ordinibus etiã mendicantibus denegarunt,irritamque, & nullam eſſe, ita definiuit Gregorius XIII. Kalendis Februarij anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo. Motu proprio, & ex certa ſcientia, qui inter alia definiuit ipſos eſſe verè, & proprie religioſos,& octauo Kalendas Iunij anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto: id ipſum iterum definiuit,vt ex diplomatibus eadem die relatis, ac pu-
1.Tom.c.1. blicatis conſtat,& ſupralate in primo tomo dictum eſt.

ARTICVLVS VII.

Vtrum per profeſsionem in religionibus militaribus emiſsam ſoluatur matrimonium ratum.

REſpondeo dicendo, quod loquẽdo de Clericis profeſsis in religionibus Militaribus non eſt dubitandum ipſos eſſe vere, & proprie profeſſos,& ideo omnia iura, quæ loquuntur de Regularibus licet non comprehendant milites,ſiue Equites Commendatarios, comprehendunt tamen ipſos Clericos profeſſos Crucem portantes,atque ideo quando Alexander. VI. in Bulla confirmationis, quæ habetur in regula Sancti Iacobi decreuit, vt imponentes manus violentas in Fratres,& Sorores, ordinis Sancti Iacobi,incidunt in pœnam Canonis,*Siquis ſuadente*. Aliqui viri docti intelligunt hoc procedere de ipſis Clericis,& mo nialibus,quia vtrique ſunt verè religioſi,& non de Commendatarijs, qui falluntur,vt conſtat ex Bulla Alexandri, III. Confirmatoria huius ſacræ religionis,cuius tenorem refert Licentiatus *Didacus a* de la Mota
a Dida de la religionis Sancti Iacobi alumnus, in libro
Mota.h.12. quem de hac religione nouiſsimè edidit.
p.74.n.47. Vnde ad quæſtionẽ propoſitam redeuntes dico,quod profeſsio Clericorum huius ordinis dirimit ſine dubio matrimonium ratũ & non conſummatũ cum per profeſsionem in religione approbata dirimatur. At vtrum per profeſsionem militum in religione Sancti Ioannis Baptiſtæ dirimatur matrimoniũ ratum inter Doctores, maxime ventilatur, adeo quod licet doctiſsimus Soto, olim dixerit eſſe vere religioſos,tamen idẽ auctor alibi *b* aſſeruit nõ eſſe inter veros religioſos connumerãdos,& propterea per ingreſſum,& profeſsionem huius ordinis non diſſolui matrimonium ratum non cõſummatũ, quam opinionem,ego minime tenere audeb So.in 4.d. 27.q.1.ar.4.
rem,licet enim Papa cum ipſis poſsit diſpenſare,vt habeant vxores,ſicut de facto diſpẽſauit cum profeſſoribus in alijs militijs,ha ctenus tamen cum his non diſpenſauit, & ſic hi promittunt ſolenniter obedientiam, paupertatem,& abſolute caſtitatem,& non caſtitatem coniugalem, quam aliorum ordinum militarium Equites profitentur. Itatenet Nauarrus, *c* & per conſequens eorum profeſsio dirimit matrimonium ratum,nõ conſummatũ,vt tenet Corduba. *d* Decæteris autem militaribus Ordinum D. Iacobi Alcãtaræ, & Calatrauæ,nullo modo poteſt dubitari eorum profeſsionem non dirimere matrimonium ratum,cum non promittant caſtitatem abſolute,ſed caſtitatem coniugalem,quod nihil aliud eſt,quam quod non debent cognoſcere alias fœminas præter ſuas proprias, & legitimas vxores. Et quod eorum profeſsio non dirimat matrimoniũ ratum, tenet Aragon *e* Ouando, Petrus de Ledeſma,& Henriquez.
c Na.de reddit.Eccl. in fin.
d Cor.de caſib.conſciẽ. q.184.
e Ar.2.2.q. 88.art.11. p. 1037. col.1.. Ouan in 4. d.78.propo 30. in vlti. ver. Led. in addit. ad. 3. p.q.61.ar. 2. ad.4.p.593. Henr.de ſacram.lib.11. c.8.§.6.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrum oblati Religionum poſsint contrahere matrimonium.

REſpondeo dicendo,quod oblati ſunt hi,qui abſq; religionis profeſsione ſe ipſos perpetuo Monaſterio obtulerũt ſicut tradunt Cardinalis,*a* & Abbas & ſentit Lappus, eſt enim neceſsaria perpetua oblatio,vt conſtat ex iure *b* & tradunt cõmuniter Doctores,qui vero mutato habitu non manẽt in ſæculo,ſunt proprie perſonæ Eccleſiaſticæ,qui autẽ in ſæculo manẽt non proprie,ſed large perſonæ Eccleſiaſticæ nuncupantur,vt tradit quædã Gloſſa *c* vbi Cardinalis,Abbas,& Doctores, Capel-
a Car.in Cle 1.de decim. col.pen.Abbas inc.non eſt de regu. Lapp. alle. 129.
b c. per exẽptionem de priuil.l.6.c. cum plantare §. vlti. c. tuarũ & vbi Abb.de priuil.
c Glo.v.mutato habitu Car.Ab. & Docto.in c. vt priuileg. de priuil. li. 6.c.penult. de priui.Toſ.8. vbi. Aufrer.Pau. & Soc.in c. 2. de for. Comp.

la Tolosana,vbi Aufrerius , & Panormitanus,& Soccinus tractant , an obligatus sit exemptus à iurisdictione Iudicis sæcularis, & quod oblatus , qui habitum non mutauerit,possit matrimonium contrahere , eadem Capella *d* Tolosana asserit , cui sententiæ libenter assentitur doctissimus Couarruuias *e* opinans id ipsum in quocumque oblato, qui votum castitatis non emiserit,tacite vel expresse,etiam si habitum sæcularem mutauerit,nō enim est aliquid,quod in hac specie matrimonij vinculum impediat.

d Capel. Tolos. 8. nu. 33.

e Cou. in c. alm. mater. 2. p. §. 2. n. 8

QVÆSTIO II.

De matrimonio quo ad eius ministrum,& dispensationem in gradibus prohibitis in duos articulos diuisa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Vtrum religiosi excommunicentur ministrantes Sacramentum matrimonij, sine licentia parrochi.*

2 *Vtrum prælati regulares possint dispensare in aliquibus impedimentis matrimonij dirimentibus.*

ARTICVLVS I.

Vtrum Religiosi excommunicentur ministrantes sacramentum matrimonij sine licentia Parrochi.

RESPONDEO dicēdo,quod in quadā Clementina *a* definitur,quod religiosi, qui matrimonium solēnizare præsumpserunt non habita super his Parrochi licentia speciali excommunicationis sententiā incurrunt ipso facto per sedem duntaxat Apostolicā absoluendi. Quod intelligitur quando solennizant matrimonia benedictionenuptiali. Aduertendum tamen,quod Glossa *b* ait,quod sufficit ad excusationem Religiosi,si alienus Parochianus dicat se habere licentiam à proprio sacerdote. Quod punctum satis disputat Glossa , & intendit distinguere inter forum contentiosum & forum Pænitentiale,vt in foro contentioso nō credatur dicenti se habere talem licentiam, in foro autem pænitētiali credatur,quia nō est præsumēdus quis immemor suæ salutis. Et licet Ioannes de Lignano , pro vt refert Ioannes a Capistrano *c* dicat,quod Stephanus concordat cum dicta Glossa , Ioannes tamen de Imola *d* dicit se habere Epistolam Stephani tenentis contradictam Glossam,pro vt refert idem Capistranus, & respondet ad cōtraria,quod loquūtur de Sacramento Pœnitentiæ , & confessionis , quod datur in occulto,Sacramentum autem matrimonij datur in publico,& ideo probationes requiruntur,pro iustificatione autē huius differentiæ adducitur simile ex eo,quod habetur in quadam decretali *e* vbi Clericus peregrinus admittitur in occulto , sed non in publico sine literis dimissorijs celebrare. Et ideo Capistranus,ait quod in simili religiosus non debet esse nimis credulus argumento quarundā legum *f* & ait,quod semper consuluit religiosis ,ne facile credant dicentibus se habere licentiam,nisi eis constet per legitima documenta,ne se illa queent excommunicatione prædicta, nam si in criminalibus causis requiruntur probationes luce meridiana clariores iuxta quandam legem *g* multo magis debet requiri maior cautela ad euitandum hoc periculum maius: qui Capistranus ait contra Glossam, *h* quod licet,non sufficiat licentia generalis data parochiano,vt à quocūque possit recipere sacramenta,sed est necessaria specialis, vt religiosus administret hoc Sacramentum matrimonij,sufficit tamen in licentia generali,vt fiat mentio huius sacramenti cō ferendi , licet in ea non fiat mentio de religiosis.

a Cle. relig. de priuil.

b Gloss. ind. Clem.

c Capist. in tract. de ex com. qui habetur tom. 14. tract. d. Imel. ibi.

e c. tuæ de clere. peteg

f L. 2. ff. de fal. tuto. iunli. 1. ff. de eo quod factū erit. l. tutor. in prin. ff. de minoribus

g l. fin C. de probat.

h Glo. in d. Clem. v. speciali.

ARTICVLVS II.

Vtrum possint Regulares Prælati dispensare in impedimentis matrimonij.

RESpondeo dicendo,quod Episcopi,& per cōsequens à fortiori Prælati Religionum prohibentur dispensare in gradibus prohibitis,tam consaguinitatis,quam affinitatis vt notat Sylvester *a* verum est tamen,quod refert Roffensis *b* in libello de causa matrimonij Regis Angliæ, quod Leo X fratribus Augustini Ordinis cōcessit per totum orbem Christianum,quem ad modum

a Syl. v. casus casa 4. r. c. liter. de. rest spolia. c. nō debet decō sang. & affi.

b Roffen. in lib. 1. in prin in fin. primi folij.

modum in eius Bulla palã continetur, quod cum his, qui in primo gradu affinitatis ſcienter, aut ignoranter contraxerunt modo notorium id non fuerit, neque in iudiciũ productum diſpenſare valeant, & de nouo contrahant, & in eodem item matrimonio contracto remaneant prole etiam legitima. Hæc Roffenſis. Cuius teſtimonio certè credendum eſt propter eius maximam ſanctitatem, ſiquidem pro fide Catholica gladijs impiorum occubuit, ſed tale priuilegiũ non video eſſe in vſu, imo doctiſsimus Pater Vega legens Sacram Theologiam in hoc Conuentu S.P.N. Franciſci Salmanticenſi aſſeruit ſe credere hoc priuilegiũ non fuiſſe vniuerſaliter conceſſum, ſed pro aliquo caſu particulari tantum indultum, quo caſu ceſſante iam ipſummet ceſſauerat, non enim credendum eſt ſummum Pontificem Religioſis quoad ſæculares conceſsiſſe, id quod Epiſcopis nunquam legitur fuiſſe generaliter elargitum.

QVÆSTIO III.
De Mendicitate in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *VTrum religioſi potẽtes labore manuũ ſuarum victum quærere poſſint mendicando id ipſum quærere.*

2 *Vtrum mendicitas fratrum Minorum & Prædicatorum ſit meritoria.*

3 *Vtrum fratres Minores ex viſu regulæ teneantur ad mendicitatem, ſeu ad viuendum de eleemoſynis.*

ARTICVLVS. I.
Vtrum Religioſi potẽtes labore manuũ ſuarum victum quærere, poſſint mẽdicando id ipſum quærere.

REſpondeo dicẽdo, quod D. Thom. *a* latiſsime diſputans cõcludit, nõ tenere laborare vltra ſtatum Regulę manibus: tũ quia nullo præcepto naturali neque diuino præcipitur laborare manibus qui alias honeſte ſine alterius iniuria poteſt ſuſtẽtare ſe, & ſuos, quos de præcepto alere tenetur, tum quia dicta D. Pauli, *b* quæ contra hoc citari ſolent, & in effectu habent, Non manducet, qui non laborat, non probant, quẽ abſolute teneri laborare manibus, ſed ob cauſam vt tollat otium vitioſum, & ſuſtentet ſe, & ſuos decenter ſecundũ ſtatum ſuum ſine alterius iniuria, & ita ceſſant illius dicta tũ quia intentio S. Auguſtini, qui etiã contra hoc allegatur in libro de opere Monachorũ, eſt improbare errorẽ dicentium non licere Monachis manibus laborare, non autẽ eos obligare ad ſic laborandũ, ſi alias ſine otio vano, & alterius iniuria viuere poſſunt: tum quod Diuus Thomas *c* laudat paupertatem aſſumentes & ex humilitate mendicare volentes, licet manibus non laborent, nec bonis renuncient: nãſq; bona tenũciẽt, id à fortiori eſt aſſerendũ, etiã ſi non fiant Regulares, ſed remaneãt homines ſæculares ipſi renunciantes, quod exẽplo Eliſei *d* à D. Ambroſ. *e* relato confirmatur.

a Tho. opus 19. ca. 5. & 22. q. 187. ar. 3.

b 2. Theſſ. 3.

c Tho. vbi ſu.

d 3. Reg. 19. e c. Domi. 86. diſt.

Ex quibus infert Nauarrus *f* non peccare illum, qui ad ſe in humilitatis, & patientiæ virtute exercendum habitum pauperis ſuſcipit, & mendicando aliquem pium locũ lõginquum viſitat, etiam ſi nullum paupertatis votum emittat, nec ſua bona pauperibus diſpertiat, quod ait certe in hunc vſque diem non ſatis animaduertiſſe, imo conſenſiſſe multis reprehendẽtibus peregrinos alienis impenſis, ideſt, eleemoſynis mendicãdo peregrinãtes, quos per leges *g* Cæſareas, & decreta *h* Sanctorum concludit Calderinus *i* eſſe puniẽdos, præſertim ſi ſacris ſunt initiati. Quod tamen non procedit in his, qui propter prædictã cauſam mendicant, quia per talẽ mendicitatẽ eorũ nihil honoris perit Clero.

f Nau. in c. non dicatis n. 37.

g L. 1. C. de mend. vali. 11.

h c. diaco. 5. 95. diſt.

i Cal. cõſil. de vit. & honeſt. Cler.

ARTICVLVS II.
Vtrum mendicitas fratrũ Minorum, & Prædicatorum ſit meritoria.

REſpondeo dicendo, quod Alexander Papa declarauit, quod mendicitas fratrum Minorum, & Prædicatorum eſt meritoria, & quod prædicti fratres tam ab his, quibus prædicãt quãm ab alijs, poſſunt petere, & recipere eleemoſynas. Ac quod illi poſſunt huiuſmodi eleemoſynas eiſdem fratribus ſalubriter elargiri. Ita habetur in libro, Monumenta *a* Ordinum Sed oportet hoc breuitate probare, vt huius diffinitionis veritas clariorſiat. Nã ſupererogatoriè meritorium eſt de eleemoſynis, & de men-

a In 2. imp. fo. 16. conceſ. 15.

mendicitate reſpectu eorum,qui relictis om nibus efficiuntur mēdici propter Chriſtum
b Matth.19. cum apud Matthæum *b* legatur, Conſuluiſſe Chriſtum cuidam,*Si vis perfectus eſſe. Vade,& vende omnia,quæ habes & da pauperibus*. Supradicti autem fratres iam omnibus diſtributis nihil habent,& intendunt ſpirituale Eccleſiæ,ſupererogatorie enim ſe humiliant viuendo de humiliter mendicatis, & eleemoſynaliter petitis,& habitis, cum poſſent ſine tanta abiectione,humilique verecundia,etiam ſine labore mannum ſibi debitum ſtipendium aliter petere,& recipere & viuere, ſicut alij Clerici Præbendati, ſi Eccleſiaſtici fierent,ergo ex prædicta humilitate,& contemptus amore propter Chriſtum egere,& mendicare meritorium, & Euangelicum conſilium eſt. Item ſecundo id patet,quia ex Euangelio tales mēdicātes laudātur,nam vbi Latina verſio habet apud
c Matt.5. Matth. *c Pauperes ſpiritu*,Litera Græca habet.*Beati mēdici*,vt ait Chyſoſ.Doctor Græcus.Iterē tertio idē patet exēplo Chriſti,nam Chriſtus,fuit mēdicus aliquando non viuēs de labore manuū ſuarū corporali, vt patet
d Pſalm.39 in Pſal. *d* Ego mendicus ſum,& pauper, vt
e Tho. 2. 2 ait D.Chyſ. ſuper eum:& tradit *D.* Thoq.187.art.4 mas *e* quod nō in perſona *D*auid, qui non & 5. fuit mendicus,ſed in perſona Chriſti hoc dicitur.Conſonat Auguſtinus ſuper illud Pſalmi de Iuda Iſcariote loquens, Perſequutus eſt hominem inopem, & mendicum,id eſt Chriſtum.Et Hieronymus ad Nepotianum dicit,quod Chriſtus,vt paupercibo veſcebatur alieno,quia ſcilicet de eleemoſynaliter oblato licet non ſemper oſtiatim mendicato adhumilitatis exemplum vixit, vt erat perſona particularis,& ſæpe id innuitur in Euangelio, *f* vbi mendicauit pullum,& aſi
f Lu.22.ca.8. nam,& videtur mendicaſſe victum à mulie & 8. ribus miniſtrantibus in via,& hoſpitiū à Zachæo,vt exemplum cæteris daret.

Verū eſt,quod vt mendicitas horum fratrū ſit licita,& meritoria, oportet aliqua concurrere. Primum eſt,quodipſi fratres paucis ſint contenti,& velint aliquo carere,& pati penuriam,& nolint habere certum victum ſuum,& veſtitum ordinarium, & indifferenter,& quod quando ca ent,non murmurent,ſi enim aliquid horum deficiat,mendicitas non erit meritoria,& dum eum ſtatum aliqui ſumpſerunt, & reſilire non poſſunt poſt profeſſionem,illicitum eſt, & continuum peccatum permanere in tali voluntate culpabili,& cum tali propoſito mendicare ad ſuperfluitatem,ſed tenētur deponere talem culpabilem voluntatem,& paucis, vt pauperes debent eſſe contenti, ſtultum eſt, & irrationabile ſua dimittere,quibus licite vti poterant,& aliena cum auiditate quærere,& cum ſcrupulo peccati manducare panē. Vnde Gregorius in paſtoralibus dicit, quid eorum morte infœlicius,quibus delargitate naſcitur auaritia, & peccatorum ſeges, quaſi ex virtutum ſenio procreantur. Item quid riſu dignius,quam quærere cum auiditate maxima, labore,infœlicitate, & contemptu,& mala conſcientia ea, quæ liberaliter dimiſſa ſunt? Quid eſſet ridiculoſius,quam ſarcinam temporalium proprio-rum reijcere,& alienorum tam auide quærere? Certe hi ſunt,qui relinquunt ſua vt ſtulte,& laborioſe contēptibiliter,& culpabiliter ad infernum capiant aliena,cum ſi, vt ait Gregorius g proprie, indiſcrete diſtri-
g Greg. in buentes non ſolū ad impatientiæ murmur Poſt.3.adm. prorūpunt,ſed cogente inopia vſque ad aua 22. ritiā deuoluantur,cum hypocriſi autē,& mēdacio oſtiatim mendicant,ſignū veræ mēdicitatis præ ſe ferentes ad ſuperfluitatē ſemper anhelantes, dum paupertatē, quā non habent,oſtendunt,quod ipſis datur pauperibus indigentibus vſurpatur. Secunda conditio,quæ requiritur ad licitè viuendum de mendicitate vel eleemoſynis eſt,quod tales mendicantes recōpenſent aliquo modo in ſpiritualibus. Quod probatur,nā omnes Doctores ſuper illud Apoſtoli, *h* Qui non
h 2.adThef. laborat:non manducet, tenent illicitā eſſe 3. mendicitatē exiſtentibus corpore ſanis potentibus laborare,niſi in ſpiritualibus recō penſent,vt pote in ſermonibus,in officio diuino,orationibus,& in vita religioſa, approbatur enim mendicitas,non vt mendicantes otio vacantes,ſed vt melioribus exercitijs debite occupentur,vt optime ait D.Tho. *i*

i Tho.2.2 q. 187.a 3.& 4 & 5.

ARTICVLVS. III.

Vtrum fratres Minores ex vi Regulæ teneantur ad mendicitatē,ſeu ad viuēdum de eleemoſynis humiliter eas petendo,& acceptando,ſine vllo iure ciuili ad eas petendo.

REſpondeo dicendo,quod fratres Minores,ex quo nullū ius ciuile, ſiue actio-

nem

nem: nec redditus: nec prouiſiones longas ex vi ſuæ Regulæ habere poſſunt, ex vi ſuæ Regulæ tenentur ad mendicitatem, ſeu ad viuendum de eleemoſynis humiliter eas petendo. Et probatur inſuper, nam tenentur ipſi fratres prouidere ſibi ad vſum moderatum neceſſitatum ſuarum modo alias licito, & non reſtat vllus alius modus licitus illis: niſi per viam eleemoſynæ petere, aut accipere oblata, ſeu neceſſaria ad victum, & veſtitum, & executionem officiorum ſtatus Minorum, ergo tenentur viuere de eleemoſynis, ſeu de mendicitate, nam mendicare eſt ſolo titulo neceſsitatis ſine actione aliqua ciuili petere neceſſaria, ad quod tenentur dicti fratres ex vi ſuæ Regulæ, & ſic tenent communiter omnes Scriptores ſuper dictam regulam, & hoc conſtat ex declaratione Nicolai *a* III. & Clementis V. Nam quantumcunque dictis fratribus iure naturali, vel diuino, vel alio quocumque modo aliquid debeatur pro Miſsis, Sermonibus, exequijs aut pro alijs exercitijs ſpiritualibus, aut corporalibus, aut pro quacumque alia cauſa, ipſi tamen fratres non poſſunt id recipere, aut petere, niſi purè eleemoſynaliter ſine vllo titulo iuris ciuilis ex parte ipſorū pro vt reſoluit doctiſsimus Corduba *b* ſuperdictam Regulam. Vnde eorum fratrum mendicitas dicitur incerta, quia ſcilicet nō habet certitudinem ciuilem, & nullum ius neque actionem, in re, quæ ipſis eleemoſynaliter datur, quanuis habeant certitudinem probabilem, moralem, & ſic poſſunt habere certas eleemoſynas, quas ſolent aliqui Domini, aut communitates ipſis facere, cum poſsint habere certas eleemoſynas moraliter, non autem certas ciuiliter, pro vt idem Corduba *c* ait.

a c. exijt. qui ſeminat. de verb. ſig. l. 6 Clemen. exiuit de paradiſo eodē. tit.

b Cord. ſup. regul. c. 5. q. 3. c 6. & q. 1. & 5. & q. 10.

c Cord. ind q. 10. in 4. tomo.

Ex his infertur, quod poſſunt dicti fratres recipere domus ab aliquibus dominis temporalibus præbentibus omnia neceſſaria ad victum, & veſtitum ſine eo, quod oſtiatim hæc petantur, præcipue in locis, vbi etiam ſi oſtiatim mendicentur, minime ſuppeditabuntur, cum hæc omnia à dictis dominis nō actione aliqua ciuili petantur, ſed per viam eleemoſynæ ab ipſis quotidie cum maxima ipſorum fratrum verecundia mendicentur, ſucceſſores enim horum dominorum, & illi ad quos pertinet hæc dare, ſæpe cōtingit, vt ſint indeuoti, & omnia murmurando tribuant, ſæpe etiam contingit, vt zelent magis reformationem fratrum, quam ipſorum moderatam refectionem fingentes ſuo zelo auaritiæ miſto ipſos fratres debere eſſe ſicut Angelos Dei, qui ijs neceſſarijs ad vitam minime indigēt, propter quod ego nun quam conſulerem, vt in noſtra religione Minorum ſumantur Monaſteria in locis, vbi quotidianis mendicationibus à vicinis ipſorum locorum non poteſt ſperari poſſe tranſigere vitam, cum ea quæ à dictis Dominis, & eorum ſucceſſoribus dantur, non valeant petere ciuiliter, ſed tantū eleemoſynaliter mēdicando. Aliquando autem contingit, vt ipſi Domini fundent vincula, aut capellas cū magnis redditibus, aut eos redditus relinquant alicui Confratriæ, aut Collegio Pio cum obligatione, vt ipſis fratribus omnia neceſſaria ſuppeditentur quia acceptantes dicta legata cum prædicto grauamine obligantur in conſcientia ipſis fratribus prouidere, ipſi tamen fratres minime id in iudicio petere poſſunt, cum ſint incapaces cuiuſcumque actionis ciuilis, poſſunt tamē implorare officium iudicis, qui iudex implioratus ex officio non ad petitionem iuridicā ipſorum fratrum poteſt compellere, & ſupra dicta adminiſtrare iuxta ea, quæ inſuperioribus dicta ſunt. Et fratres ex dictis poſſunt recipiere ſupradicta tantum per viam eleemoſynæ, & licet ſit certa, ipſa tamen certitudo eſt moralis, non tamen ciuilis, & ipſi nō ſunt incapaces eleemoſynæ moraliter certæ. Vide alia circa hanc materiam in quæſtione *a* de eleemoſyna, in ſecundo tomo.

a 2. tom.

QVÆSTIO *IIII.*
Quantum ad Miſſam in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *VTrum clerici ſeculares poßint contra, voluntatem religioſorum Miſſas & exequias in ipſorum monaſterijs celebrare & è contra.*

2 *Vtrum religioſi poßint dicere vnam Miſſam pro alia commendata.*

3 *Vtrum ſacerdos relinquens Miſſam inceptam ſit excommunicatus.*

Multa circa celebrationem Miſſarum dicta ſunt in primo tomo *a* nunc autem pauca remanent dicenda per articulos infra poſitos diuiſa.

a 1. to. q. 43.

AR-

ARTICVLVS. I.

Vtrum Clerici ſæculares poßint contra voluntatem religioſorum Miſſas, & exequias in ipſorum monaſterijs celebrare,& contra.

Eſpondeo dicēdo,quod *Clemens V. prohibuit nequis in Eccleſijs fratrum Minorum ſolēnia,vel pro animabus eorum,qui ad loca eorum tumulandi deferuntur ibidem exequias celebrare ſine eorum fratrum aßenſu, & voluntate præſumat*

a In t. imp. fo 68. & in 2.f.141.conceſſ.336. & in2.tract.li. ord.

Ita habetur in libro, a Monumenta Ordinum.

At Leo X.in Concilio Lateranenſi hoc reuocauit ſtatuens,quod tam Prælati Eccleſiaſtici, quam Preſbyteri ſæculares,qui vinculo excommunicationis ligati non fuerint, Miſſas in Eccleſijs quorumlibet fratrum deuotionis cauſa celebrare volentes,celebrare poſſint,ipſique fratres tales celebrare volentes libenter recipere debeant. Ita habe

b Supp.f.25 conceſſ.70.

tur in ſupplemento.b

Et aduertendum, quod *Boniſ.IX.cō ceßit patribus Prædicatoribus prohibēdo ne ſcilicet Prælati Eccleſiarū,aut alij quicūque eos impediāt quominus Miſſas, & alia diuina officia in Eccleſijs ſuis quotidie celebrare,ac oblationes in ipſis Miſſis,& alias ad eorum altaria prouenientes libere,& integraliter recipere, & eorum vſus iuxta ordinis dicti morem conuertere poſſint ſub excōmunicatione ipſo facto in contraria facientes*

c Sup,f. 118.

Ita habetur in eodem Ordinis ſupplemento.c

ARTICVLVS II.

Vtrum Religioſi poſſint dicere vnam Miſſam pro alia commendata.

REſpondeo dicendo,quod *Leo X. Conceſſit, vt quando fratribus Minoribus cōmendantur Miſſæ,quæ vulgo appellantur de reuelatione de ſancto Amatore,& de conſolatione cū certis candelis, vel aliæ ſimiles,vel quod non diſcontinuentur,ſatisfaciant fratres prædicti dicendo illas Miſſas, ad quas magis diſpoſiti fuerint, maxime de officio,de quo illo die recitant, & ad prædictas tali modo recōmendatas nullatenus teneantur,præcipue cum videatur hoc quandā ſuperſtitionē ſonare.*

Ita habetur in ſupplemento a Occaſione huius Conceſsionis ait Collector b priuilegiorum Mendicantium, quod aliqui illam minus intelligentes arbitrati ſunt prædictam facultatem extendi ad quaſcumque Miſſas eis recommendatas, vt de Epiphania,de Natiuitate,vel ,plagis,ſue de paſsione,&c. Quod tamē eſt omnino falſum propter multa .Primo,quia expreſſe litera conceſsionis loquitur de miſsis,quæ habent aliquam ſuperſtitionem annexam, pro vt ibi exemplificatur, neque obſtat illud,quod addit*ur* (*vel aliæ conſimiles*) Quia refertur ad ſuperſtitioſas immediate exemplificatas, nec adhuc ait idem Collector pro omnibus in conceſsione exemplificatis, videtur tuta diſpenſatio præfata, ſeu declaratio, quia inter illas ſunt multæ nullam ſuperſtitionem habentes,vt Miſſæ Domini Noſtri & Dominæ noſtræ,ſeu aliæ,quæ in Miſſali continentur,vt de tali Dominica , de tali Apoſtolo, ſeu Apoſtolis,vel alijs Sanctis. Secundo etiam quia à promiſsione,& obligatione licita,cuiuſmodi eſt de alijs Miſsis non ſuperſtitioſis,non poteſt quis, poſtquā obligatus eſt, liberari,ſeu diſpenſari abſque conſenſu eius,cui ſe obligauit,aut ſine alia legitima cauſa,& ideo indubitāter tenendū videtur quod quandocumque aliqua Miſſa recommendatur ſine admixtione alicuius

a Supp.f.63. conc.289.

b Collect.in. com.ti.Miſ 3.quo admodum.§. 13.

ſuper

ſuperſtitionis, debet dici, pro vt fuit recommendata, & acceptata, ſcilicet tam reſpectu officij, quam etiam loci, & temporis, & candelarum. Hæc collector, quæ certe iuridica ſunt, nam hæc cõceſsio debet explicari iuxta decreta in Concilio Tridentino *c* decernente, ne ſacerdotes ritum, vel alias cæremonias, & preces in Miſſarum celebratione adhibeant ptæter eas quæ ab Eccleſia approbatæ, ac frequenti, aut laudabili vſu acceptæ ſunt, ac quarundam Miſſarum, ac candelarũ certum numerum, qui magis â ſuperſtitioſo cultu, quam â vera religione inuentus eſt, omnino ab Eccleſia remoueant.

c Tri. ſeſſ. 22 de euit an & obſer. in celeb. Miſſ.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ſacerdos relinquens Miſſam inceptam ſit excommunicatus.

REſpondeo dicendo, quod Nauarrus *a* ait hanc quæſtionem fuiſſe agitatam in ſacro Romæ prætorio, cui ipſe reſpondet primo, quod tales non incurrunt excommunicationem maiorem, nullus enim, qui colligit caſus, in quibus incurritur excommunicatio, vllam de hoc fecit mentionem, & non eſt dicendum aliquam pænam ipſo iure incurri, niſi cũid exprimitur iure iuxta quandam Gloſſam *b* communiter receptam, & nullum videtur in toto corpore iuris communis tale ius inueniri. Præterea Concilium Toletanum *c* quatenus habet quod huiuſmodi deſertor officij excommunicationis ſententiam ſuſtinebit, clarum eſt quod loquitur per verba futuri temporis, quæ non important pænam ipſo iure impoſitam nihil facit contra hanc opinionem.

a Nau. miſc. 86. de orat.

b Gloſſ. inc. fi. de iurep.

c c. nihil. 7. q. 1.

Neque etiam cõtra hoc obſtat Decretum Macharij Papæ *d* quatenus ſtatuit, vt huiuſmodi Clericus à ſacro corpore, & ſanguine Domini ſit ſuſpenſus, in hoc enim decreto nullã de excommunicatione mentionem facit, ſed ſolum de ſuſpenſione, & non ab omnibus actibus ſpiritualibus, ſed ſolum à corpore, & ſanguine *Domini* quod non ſufficit ad inducendam excommunicationem maiorem, imo neque ad excommunicationem minorem, quæ non ſolum priuat â communione ſacramenti Euchariſtiæ, ſed etiam ab omni participatione paſsiua omnium ſacramentorum iuxta quandam Decretalẽ *e* cum eis notatis.

d c. null. de conſecrat. d. 1.

e c. ſi cele. de Cleri excõ. miniſt.

Nec obſtat, quod excommunicatio minor videtur incurri octo, vel nouem caſibus, quos refert Innocentius, *f* quorum vnus eſt, quando ſit peccatum mortale, per quod quis à *Sacra* communione corporis Domini excluditur iuxta doctrinam D. Pauli *g* nam reſpondetur, quod in illis, quæ numerat Innocentius excepto vno, vel altero, nõ incurritur vera excõmunicatio minor, pro vt tradit Nauarrus *h* vnde Prælati Regulares inuenientes aliquem religioſum in hoc defectu comprehenſum, & conuictum non debent illum corrigere vt excommunicatũ, ſed ipſum à celebratione Miſſæ per aliquod tempus iuxta menſuram delicti debẽt iudicare.

f Inno. inc. 1 deſen. excõ. p. 1. Cor. 11. c. quid eſt de conſec. diſt.

h Nau. in manuali. ca. 27. n. 25.

QVÆSTIO V.

De Monaſterijs ædificandis, & deſtructis in ſex articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur ſex.

1 *VTrum fratres Minores poſsint habere Monaſteria ſumptuoſe ædificata.*

2 *Vtrum in Monaſterijs Sanctæ Claræ poſsint deputari fratres Minores pro temporalium adminiſtratione.*

3 *Vtrum Monaſteriũ auctoritate epiſcopi dicatum poſsit pro aliqua cauſa deſtrui: itaque non ſit vltra ibi nec alibi.*

4 *Quibus bona Monaſterij deſtructi debeãt adiudicari.*

5 *An bona quæſita Monaſterio primo â quo trãſlatus fuit religioſus quærãtur ſecundo Monaſterio, ad quod fuit tranſlatus.*

6 *An Moniales monaſterij deſtructi trãslatæ ad aliud eiuſdem religionis recuperẽt bona quæ primo Monaſterio obtulerunt.*

De ædificatione Monaſteriorũ multa diximus in ſuperioribus, *a* nunc autem quo ad materiam Monaſteriorũ aliqua breuiter dicemus.

a Sup. 2. to. q. 49.

ARTICVLVS. I.

Vtrum fratres Minores poſsint habere monaſteria ſumptuoſe ædificata.

REſpondeo dicendo, quod nõ, niſi adſit rationabilis, & debita Papæ diſpenſatio, prout Clemens. *a* V. in quadam Decretali determi-

a Clem. exiuit. de parad. ar. 7 §. hinc eſt etiam.

terminat. Dixi,niſi adſit rationabilis, & debita diſpenſatio. Vnde fratres Minores ad tollendũm omnem ſcrupulum eam à Leone X. obtinuerunt,qui ait.

Nos igitur attendentes, quod domorum, & aliarum rerum tam pro diuino cultu,quam pro communi vſu veſtro vobis conceſſarum,ſolum ad vſum & non ad fructum,neque poſſeſſionem cedunt,neque ea ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ mandato alienare poſſitis, atq; ad eandẽ Sedẽ illa omnia quæ de nouo noſtri prædeceſſores fecerunt,inpropietatem dictæ ſedis recipimus, pertineãt & quod ex domorum amplitudine, aut paramentorum multiplicitate, nihil magis veſtris commoditatibus corporalibus adijciatis veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati authoritate Apoſtolica tenore præſentiũ declaramus,& decernimus. Vos illorum tantum eſſe cuſtodes, non poſſeſſores, & propterea illis abſque veſtræ profeſſionis macula, aut violatione,cum deceat iuxta ſolennitatum celebritatem, & ſolennioribus officijs,decentioribus paramentis diuinam honorare Maieſtatem & ipſis cultum munificare, & alijs, quibus tam Ordo,quam fratres vtuntur communiter,vel diuiſim vti, & potiri,libere, & licite poſſe, prout etiam fælicis recordationis Iulius Papa II. prædeceſſor noſter fratribus eiuſdem Ordinis,& familiæ Regni Angliæ ad inſtantiã Chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ modernæ Reginæ Angliæ illuſtris conceſſiſſe dicitur,& ſic perpetuis futuris temporibus in ordine, & familia veſtris ab omnibus illius fratribus teneri, & obſeruari debere volumus,& mandamus,non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ac ipſius Ordinis ſtatutis, etiam iuramento,ſiue profeſſione firmatis,& alijs in contrarium facientibus quibuſcumque. Ita habetur in Ordinis ſupplemento. b

b Supp.f.15. conceſſ.54.

Circa quam conceſſionem eſt notandũ quod Leo X. loquitur de domidus ædificijs & Eccleſijs Minorum ſumptuoſis, quæ in Ordine conſtruũtur per alios,aut etiã per ipſos fratres,& in eis in foro conſcientiæ poſſunt inhabitare, cum Clemens V. decreuerit, & præceperit ſub excommunicatione,ne taliã loca relinquant ſine licentia Sedis Apoſtolicæ,ergo licite poſſunt in eis inhabitare,vt etiam Sanctus Bernardinus d in ſua epiſtola declarauit. Vtrum autem fratres poſsint procurare prædictas domus ſumptuoſas in quæſtione e de ornamentis Eccleſiaſticis dicetur.

c Clem.cup. de pænis.

d Ber.inepiſt. ar. 4.

e In 3.tim.q. 25.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Monaſterijs Sanctæ Claræ poſsint deputari fratres minores pro temporalium adminiſtratione.

REſpõdeo dicẽdo,quod *Innocẽtius IIII.ſtatuit quod in Monaſterijs Monialium,in quibus prædicti fratres Minores deputati fuerint, proſeruitio Monialium in ſpiritualibus duntaxat deſeruiant,& Iuriſdictioni,& Correctioni miniſtrorum ſuorum,ſicut & alij pareant,& obediant.* Ita habetur in Monumentis a Ordinum.

a In 2.imp. f.200.cõc. 494.

Circa quam conceſſionem ſunt notanda illa verba (*in ſpiritualibus duntaxat*) per quæ ſatis clarè innuit Summus Põtifex quod non vult fratres pro temporalibus deputari,dictio enim (duntaxat) exponitur per affirmatiuam,cui adiungitur, & negatiuã aliorum,nam vt omnes Logici docent. Hæc propoſitio,Petrus tantũ currit exponitur per has duas propoſitiones Petrus currit & nullus alius à Petro currit,vt omnes etiã

Do-

Doctores *b* vtriusque iuris communiter affirmant. Vnde prædicta verba (in spiritualibus Duntaxat deseruiant) sic sunt explicanda, in spiritualibus deseruiant, & in nullis alijs ab spiritualibus deseruiãt. Vnde nõ possunt Prælati superiores ipsos fratres minores pro temporalibus monialium Sanctę Claræ constituere. & aduertant, quo rigore Summus Pontifex Innocentius. IIII. Hoc illis præcipiat addens prædictæ constitutioni verba sequentia. *Nulli ergo hominũ liceat hãc paginã nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire si quis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum,*

b doct. in c. Eccles. furr. decaut. pos. & propr. & in l. gallus § & quid si tãtum ff. de liber. & post.

Quæ verba peccatum mortale denotãt in transgressione prædictæ concessionis, pro vt dacunt communiter Doctores.

Et licet hæc dictio taxatiua, in materia non lata non excludat casum habentem eãdem rationem, pro vt tradunt Glossa *c* vbi communiter Doctores, maxime Franciscus de Ripa, eo præsertim casu quo vero similiter princeps interrogatus idem respõ disset, argumento eorum, quæ tradit quædam Glossa, *d* & latissime Tiraquelus, & Albertus de Pergamo, & tradit etiam Otalora. In materia tamen, de qua agimus, quæ nõ est lata, sed stricta iuxta præcepta Apostolica, & regulam Patris nostri Francisci, & declarationes Pontificum prohibentia ipsis fratribus non solum ingressum, sed etiã accessum ad monasteria monialium, dictio (duntaxat) ad casum similem minime debet extendi, & casus, de quo agimus, dissimilis multo est, & a Summo Pontifice minime intentus, & à Sacris Canonibus ipsis fratribus prohibitus. Si enim pro temporalibus monialium possint deputari, necesse erit ipsis aliquem in iudicio conuenire, & ratiocinium ciuile, vt æconomi ipsarum monialium, & suarum possessionum à debitoribus petere, quod sæpe sępius: sine contractatione pecunię minime fieri potest, quæ à fratribus minoribus maxime sunt aliena, vltra quod necessario debet locare possessiones ipsarum monialium vendere triticum, & alia, quæ ex dictis possessionibus colliguntur, quæ omnia nemo ignorat esse contra ipsorum fratrum

c Glos. & doctores vbi ripa in l. in. his solisc. de ieu. dona. d Glos. & doct. in l. talepactum §. 1. ff. de pact. Tiraq. in l. si vnquam in pr. C. de reuo. don. Alber. deprę. 2 p. n. 6 Orta de nobil. 4. p. c. 5 nu. 14.

statum, & abstractam à tẽporalibus professionem, vt in sacris Canonibus: *e* & Bullis Apostolicis expresse continetur. *Et* Bulla Syndicorum ipsorum fratrum hoc satis indicat. Cernentes enim Summi Pontifices fratres minores incapaces esse ad alienandum, vendendum & distrahendum, & commutandum ea quæ ipsis in testamento relinquũtur, statuerunt, vt nomine Sedis Apostolicæ (cuius sunt omnia, quæ ipsis fratribus liberaliter dantur) Syndicus quidam, & procurator constitueretur, qui nomine eiusdẽ Sedis Apostolicæ prædicta munera advsum & vtilitatem fratrum exerceret adeo quod prælati fratrum minorum non possunt petere rationem ciuilem villicationis suę ab ipso Syndico.

e cap. exit de ver. sign. li. 6. d. Clem. exiuii.

Dices, quod ipsi fratres minores quando vt œconomi monasteriorum constituuntur nullum habent dominium, neque proprietatem, ratione cuius possimus affirmare ipsos contra eorum arctissimam paupertatem aliquid moliri, & ideo nimirum si possint œconomi constitui.

Ad hoc respondeo concedendo ipsos nõ fieri dominos, aut proprietarios, at assumũt sibi officiũ suo statui repugnans, si enim non repugnaret, Summus Pontifex eos Syndicos nomine ipsius Sedis Apostolicæ cõstitueret cum Syndici ratione Syndicatus nullum ius habeant proprietatis, sed nomine Sedis Apostolicæ, vt negotiorum gestores se habeãt & ideo debent maxime cauere Prælati minorum, ne fratres suos pro temporalibus monialium constituant, néque excusantur dicentes se habere curam ipsarum monialiũ, etiã pro tẽporaliũ administratione. Nã respõdeo, quod hoc debẽt facere perpersonas adid capaces, nõ autẽ personas fratres, cum sint incapaces talis administrationis.

ARTICVLVS III.

Vtrum monasterium auctoritate Episcopi dicatum possit pro aliqua causa destrui, ita quod non sit vltra neque ibi, neque alibi.

REspõdeo dicẽdo, quod vt tradit Petrus de Perusio *a* solent Episcopi, quãdoq; destruere statum monasterij monialiũ vt ibi non sit amplius Ecclesia neq; monasterium, & transferunt Abbatissam & moniales ad aliud monasterium ita quod ibi amplius

a Perus. de mutat. stat. eccle. in pr. n. 5.

REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL PALENCIA

plius non eligatur Abbatiſſa, neque Monia les recipiantur. Item quodibi nunquam celebrentur diuina officia. Itẽ quod ibi nunquã amplius ſepeliatur. Item quod ille locus deſinat eſſe ſacer, & religioſus: & illum locum ad vſum prophanum vendunt, vt prophanum, cum prius ante deſtructionem eſſet Eccleſia, & monaſterium, in quo eligebatur Abbatiſſa, & recipiebantur Moniales, & celebrabantur diuina, per ſacerdotem deputatum, & per ſuperiorem, viſitabantur, Quæritur igitur, vtrum poſsit talis locus deſtrui, & ad prophanos vſus conuerti, & videtur, quod non, argumento aliquorum Canonum *b* dicentium ſemel Deo dicata ad humanos vſus conuerti non poſſe.

b cap. quod ſemel dicatum de reg. iur. l. 6 cum ibi notatis. ec. vnio. 10 q. 4. ca. placuit. & c. tribus de conſe. d. 1.

In contrarium tamen faciunt aliqui Canones *c* diffinientes aliquibus ex cauſis loca ſanctorum eſſe mutanda quibus propoſitis, idem Petrus de Peruſio diſtinguendo ad Quæſtionem in articulo poſitam reſpondet quod aut Epiſcopus hoc vult facere ex voluntate, aut ex neceſſitate, Primo caſu non poteſt deſtruere licet, vt melioretur, poſsit ad alium locum transferre, ſed debet Eccleſia antiqua, ſi hoc fieri poſsit per Sacerdotem deſeruiri, & ſic ait, procedunt iura pro parte negatiua allegata. Si vero ex neceſſitate mutentur, aut poſſunt manere in eodem loco, & tunc id ipſum eſt dicendum, aut non poſſunt manere & tunc deſtrui debet, hoc tamen ſemper fieri debet cum authoritate Diœceſani, vt ex ſacris Canonibus *d* patet, & vt nulla remaneat ratio dubitandi in contrarium allegata non obſtãt, loquuntur enim caſu, quo Eccleſiæ, & reſ ſacræ durante ſuo ſtatu, & conſecratione ad vſum prophanum reducuntur, non autem quando deſtruuntur, & totaliter reducuntur ad non eſſe Eccleſiam vel rem ſacram. Vnde illa regula vulgaris,, Quod ſemel Deo dicata ad prophanos vſus conuerti non poſſunt, intelligitur durante ipſo rerum ſtatu, non autem deſtructo, & penitus illo ſublato.

d c. placuit

ARTICVLVS. IIII.

Quibus bona Monaſterij deſtructi debeant adiudicari

REſpondeo dicendo, quod loquendo de Monaſterijs quæ habent bona in communi, illa bona acquiruntur monaſterio, ad quod monaſterium illi monachi ſunt tranſlati, & propter hoc dicit Ioãnes Andreas *a* quod ſi religioſus tranſit ad ſecundum *M*onaſterium, recuperet, quod primo dedit Monaſterio, ſed de bonis monaſterij nihil habebit, & ſubdit ibidem, quod ſi monaſterium in totum deſtruatur, quod quilibet habet partem ſuam, de quo articulo ſequenti dicetur. Dixi, quæ habent bona in communi, nam de monaſterijs ordinis. B. P. N. Franciſci Regularis obſeruantiæ quorum monaſteriorum bona ſunt ſedis Apoſtolicæ Clemens. IIII. conceſſit quod liceat fratribus ordinis Minorum cum de prioribus locis ad alia loca ſe transferunt omnem ædificatorum locorum materiam poſſe ſecum aſportare prout in ſecundo tomo *b* late diximus.

a And ræin c. recolend. ſtatu mona

b 2. tomo. q.

ARTICVLVS V.

Aliquis ingreditur monaſterium, & offert ſe: & ſua, & demum profitetur in illo monaſterio, & poſt profeſſionem acquirit bona ex ſucceſſione parentum, & demum iſte profeſſus legitime tranſit ad ſecundum Monaſteriũ ex priuilegio Capituli licet de Regularibus. Quæritur ergo an bona quæſita primo monaſterio ex perſona profitentis rèmaneant apud Monaſterium primum, an vero acquirantur ſecundo monaſterio

REſpondeo dicendo, quod circa hoc varias refert opiniones Petrus de Peruſio *a* & tandem tenet, quod ea, quæ acquiſiuit profeſſus, dum erat in primo Monaſterio remanent apud primum monaſterium, & non apud ſecundum argumento aliquorum iurium. *b* Quod autem poſt modum quærit ſcilicet poſt quam tranſiuit ad ſecundum monaſterium acquirãtur ſecundo monaſterio argumento aliquorum iurium *c* ſi tamen ipſe profeſſus tranſeat ad ſecundum monaſterium ad pœnitentiam agendam propter exceſſus, quos commiſit in primo monaſterio apud ipſum primum monaſterium remanebunt dicta bona quoad proprietatem, ſed quo ad vſum fructum remanebunt apud ſecundum

a Peruſio in tract. demuta. ſtatu. eccleſ. c. 1. n. 2 & 3.

b 2. q. 7. c. ſi quis aut. de ſanct. Epiſ. §. fin.

c ca. olim de prin. 23. q. 5. c. ſtatu.

cundum, vel pertinebunt Monaſterio, & illo monacho mortuo redibit vſusfructus ad primum *Monaſterium*, vt dicitur in iure *d* Et nota quod quando profeſſus vnius monaſterij intrat in ſecundum monaſterium ad pœnitentiam agendam, quidquid acquirit, poſtquam ibi eſt intruſus, ac quirit ſecundo monaſterio, vt in quad à Authẽtica e notatur & tenet, quæ dã Gloſſa cõmuniter recepta.

de. delapſis 17. q. 1 nota in ca. ſiquis 16 q. 1.

c Auth. tẽ. de ſanctiſ. Epiſ §. ſi Mona gloſſ. inde. qquis.

ARTICVLVS VI.

An monialis cuiuſdã Monaſterij deſtructi tranſlata ad aliud eiuſdem Religionis Monaſteriũ recuperet bona, quæ primo Monaſterio obtulerat

REſpondeo dicendo, quod ſic ſecundũ Hoſtienſem *a* & Ioannem Andræam Et ratio eſt, quia illa bona non poſſunt remanere in dominio primi monaſterij cũ ſit deſtructum argumento cuiuſdam legis *b* & ne illę *M*oniales oneroſæ ſint ſecũdo monaſterio: quod adeo verum eſt, vt etiam hæreditatẽ recuperent quæ primo monaſterio ratione monialium profeſſarũ obuenerant, & ſi ſit magna monialium quãtitas, & Epiſcopus vnã partem transferat ad aliud & aliã partem ad aliud, vtriſq; Monaſterijs dicti bona acquiruntur iuxta quantitatẽ Monialiũ, quę ipſis obuenit, ne tales moniales ſint illis oneroſæ, argumento alterius legis *c* vn de infertur, quod ſi religio cõfirmata per Papam extinguatur bona ipſius ad aliam religionem, ad quam eius religioſi transferuntur, debent trãſportari, cum res, quæ ſuccedit in locum alterius ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, vt dicitur in iure *d* Præterea probatur, nam ſubrogati tenentur ad onera, vt ait Iuſ. e ergo ipſis debẽtur commoda iuxta regulam iuris dicentem, quod qui ſentit cõmodũ, debet ſentire & dãnum

a Hoſtiẽ. & And. inc. recolẽtes de ſtat. Mona.

b L. viliſsi. ff. quan do dies le. ced..

e L. ma. ff. de pactis

d. ecclẽ. vt lite pendẽ cc. 1. decẽſ

QVÆSTIO VI.

De Monialibus in octo articulos Diuiſa.

Circa quam quæruntur octo.

1 *VTrum licentia data mulieri vt cum tribus honeſtis fœminis poſsit ingredi Monaſterium Monialiũ poſsit tũc ex his tribus cũ alia ſpeciali & diſtincta licentia iterum ingredi.*

2 *Vtrum licentia data alicui accedendi, ad quod dã Monaſterium Monialiũ intelligatur data ſocio ab eo adhunc acceſſum electo.*

3 *Vtrũ tẽpore peſtis poſsit dare prælatus licẽtiã Monialibus, vt poſsint eſſe extra Monaſteria*

4 *Vtrũ moniales S. Claræ ſecũdæ regulæ gaudeãt priuilegijs factis Monialibus prima regulæ.*

5 *Vtrum Moniales S. Claræ teneantur certis diebus communicare.*

6 *Vtrum Moniales teneantur dicere officium diuinum in choro.*

7 *Vtrum moniales teneantur facere celebrari Miſſam conuentualem.*

8 *Vtrũ tales Miſſæ conuentuales ſint neceſſario applicandæ pro viuis & defunctis.*

Multa circa monialium clauſuram, & priuilegia diximus in primo tomo, nunc autem in hac quæſtione de monialibus aliqua, quæ remanent diſcutienda, explicabimus. Pro quo aliquos cõſtituam articulos.

ARTICVLVS I.

Non obſtante Concilio Tridentino dedit Papa licentiam ſpecialem cuidã fœminæ nobili, vt ſemel poſſet ingredi monaſterium quoddam monialiũ ante cuius vſum quædam nobiliſsima obtinuit licentiam, vt cum tribus honeſtis mulieribus ipſam clauſuram ingredi poſſet & elegit inter alias prædictam nobilem. Quæritur, vtrum poſt ingreſſum cum ea poſsit ingredi iterum cum licentia ſibi ſpecialiter conceſſa.

REſpondeo dicendo, quod aut in prædictis conceſsionibus exprimitur cauſa ingreſſus, aut in altera tantum, & maxime in ſpeciali cõceſsione facta prædictæ fœminæ nobili, ſi in vtraque, aut cauſa eſt eadem, aut omnino diuerſa, ſi eadem, vt puta quia in vtraque continetur, quod ingredi poſsit ad viſitandum reliquias talis ſancti, vel quid ſimile, dico primo, quod tunc ſufficit primus ingreſſus cum alia fœmina nobiliſsima. Et probatur, quia talis ingreſſus eſt odioſus contra clauſuram *M*onialium tantopere commendatam, & ſic reſtrigendus, vt ſatis factum intelligatur indulgentiæ primæ nobili conceſſę argume-

gumẽto aliquarum Decretalium, *a* & sacrorum canonum, qui concedentes accessum ad dictas moniales dicunt, quod sit rarus & breuis omnino loquutio, hic enim intentio impletur concedentis, impetrantes & iura, *b* quæ probant semel esse consequutum effectum huic opinioni fauent, Proquo facit, nã licentia, cum qua ingressa est cum nobilissima plus prodesse nõ debet, quam si sibi cõcessa fuisset alia specialis. Nam plus consueuit valere, quod specialiter conceditur, quam quod generaliter, vt decernunt iura *c* Canonica, & Ciuilia. At specialis non cõtinet duplicem ingressum, ergo neque generalis debet illum virtualiter continere quia in huiusmodi odiosis plures literæ ab eodem impetratæ de se mentionẽ nõ facientes, aut sunt eiusdem tenoris & datæ & tunc vnicum habent effectum, si vero diuersi sunt tenoris & datæ, valent primæ, & si vtrisque vti vellet, vtrisque carebit, prout dicitur in Iure. *d* Quod confirmatur, nam si religiosis, & Episcopis sit specialiter Indultum, quod interdicti tempore possint diuina celebrare summissa voce & ianuis clausis, quod generaliter omnibus conceditur in festiuitatibus quatuor, de quibus in Capitulo, *Alma mater*. nunquid plus modo poterunt illi priuilegiati. Certe non, quia in hoc omnes sunt pares.

a c. non potest de præli. 6 c. or. in fine de offi. ord. 18. q. 2. b L. alimen. §. basil. l. sticus. ff. de ali. leg.

c. L. aduers. de hær. ca. recipim. de priu. l. item apud Lab. §. hoc edict. ff. de iniurijs.

d c. ex tenore de rec. c. duob. de rescrip. li. 6.

Secundo dico, quod si causæ concessionũ sint diuersę: sed tales ꝙ in eodẽ ingressu possunt cõmode expediri, vt quia in vnâ dicitur pro consecratione Abbatissæ in alia pro visitatione Sancti, vel vt visitet sororem, aut consanguineam, quæ visitatio debet esse breuis in locutone, ita quod ambæ possunt commode expedire in eodem ingressu, tũc sufficit vnicus ingressus, & non potest iterũ ingredi virtute alterius licentiæ:

Tertio dico, ꝙ si causæ essent omnino diuersæ & quæ in eodẽ ingressu verisimiliter expediri nõ possint vel ratione tẽporis, vel ratione facti, tunc posset bis ingredi cũ effectu ipsarũ causarũ non possint eodẽ ingressu cõmode concurrere propter concomitantiã prædictæ nobilissimæ fœminæ, & pro hoc faciunt plura iura *e* quæ dicunt effectum vnius actionis non euacuari per alium, facit etiam quædam Lex *f* vbi legatum generale, & speciale factum non ab eadẽ causam vnum alterum non tollit.

e L. vni. quãdo ciuilis actio præiu. crimini. f L. alio. §. cum ego ff. de alim. legat.

Quarto dico, quod potest bis ingredi si in speciali licentia limitatur certa dies diuersa à die in generali licentia concessa quia quod facit ratio diuersitatis, hic operatur variatio temporis argumento cuiusdam Decretalis. *g*.

g c. 1. de constitutio. li. 6

Quinto dico, quod si in speciali tantum licentia exprimatur causa, tunc si in eodem ingressu potest expediri id, ad quod fuit data licentia, vnico tantum ingressu gaudebit licentiata, si vero commode non potest expediri, ab alio ingressu minime priuabitur.

Dico sexto, quod si in nulla, vel saltem in non speciali expressa est causa, vel tempus, sed simpliciter data est licentia ingrediendi cum hæc sit materia odiosa, & restringibilis, præsumitur in tertio concedentis, vt ad primam tantum vicem referatur, argumento aliquorum iurium *h* & hoc propter publicam vtilitatem, & honestatem Monialium, quam pręsumitur concedens, quantũ potest velle seruare, vt nobis sacri Canones *i* prædicant. Ex his, & alijs prædicta esse vera affirmat Albericus à Rosate *k* nisi de intentione concedentis aliud appareret, quia tunc ei standum erit, & allegat in suam opinionem quendam doctum fratrem Robertum Canonicum Sanctę Mariæ in porta Rauensis, qui hanc quæstionem in simili casu disputauit.

h c. non potest de priuli. 6. c. 1 de filijs presby. l. fideicõm. §. siquis decem. ff. de legat. 3. i cap. deffimus. 19. q. 2 c. luminoso c. obitũ de stat. Regul. K Rosa. de statu 2. p. q. 161.

ARTICVLVS II.

Quidam Abbas Episcopo subiectus ab eodem impetrauit licentiam simpliciter accedendi ad monasteria monialium, quod per quoddam Episcopi statutum erat prohibitum sub pæna excommunicationis ipso facto, & quidam Monachus ex præcepto Abbatis ipsum associauit pro authoritate monasterij eiusdem Abbatis procurãda sine alia Episcopi licentiá obtenta certificatus de dicta constitutione, & licentia data Abbati, Quæritur, an dictus monachus per constitutionem sit excommunicatus.

Respondeo dicendo, hanc quæstionem disputasse quẽdam Pynum de Athuncinis de Bononia Doctorem Decreto

rũ

rũ ꝙ vt refert Albericus à Roſate a & multa doctè adducit, ſed ego breuitate & reſolutione ſolita reſpõdeo, ꝙ nõ, cũ gratia Domini adfamiliares extẽ datur, vt ſacri Canones b nos docẽt, licẽtia ergo data Abbati extẽditur ad monachũ, maxime in actu, de quo quę ritur, vt eũ aſſociaret, indecens enim fuiſſet Abbatẽ ad monaſteriũ accedere ſine Monacho vt eſſet teſtiſuę honeſtatis. Pro quo faciunt aliqua iura c & videmus in Iure d definitũ, ꝙ ſi maritus paciſcatur, ſibi de alimẽtis etiã vxori debentur, licet de ea nõ ſit expreſſum: idẽ ergo videtur dicẽdũ de licẽtia conceſſa Abbati, ꝙ ad monachũ ſociũ prorogetur. Itẽ procuratio, quę debetur Prælatis viſitãtibus extẽditur ad ſcutiferos, & ſeruiẽtes eos ſociantes: ad ea autem, quę in cõtrariũ adducũtur: vna & generalis reſpõſio eſt ꝙ cõſtitutio non eſt violata, nã rectè intuẽti mandata Epiſcopi, & Abbatis non fuerunt diuerſa circa monachũ, imo vnum & idem imo cohærentia gratiæ, & licentia Abbatis tranſit ad monachũ, vt probatum eſt: videtur enim monachus ſociaſſe Abbãtem de licẽtia Epiſcopi in iſto caſu, cũ ipſe Epiſc. honeſtatẽ ipſius ingreſſus velle intelligatur

Et circa dictam conſtitutionem aduertẽdum eſt, quod non incurrunt pænam ipſius qui tantum progrediuntur addicta monaſteria cũ in ea prohibeatur acceſſus, qui dicit actum perfectum termino à quo adterminũ ad quem. Quod probatur ex quadam doctrina Baldi e dicentis, quod ſi ſtatutum pænale diceret, quod nemo diſtrahat frumentum extra diſtrictum, non puniri pæna dicti ſtatuti, qui progreditur ad diſtrahendum, cum delictum in via non dicatur conſummatũ argumento cuiuſdam legis. f

a Roſate de ſtat. 2. p. q. 192.

b c. licet de priu. l. 6 ca. authorit. de ptiuil. lib. 6 ciudicatum 89. diſt. c c. monac. deſtatu. mona. c. defi 8 q. vlt. l. 1. de epiſ. & Cle. d. l. 2. ff. de. vſu & hab.

e Bald. In li. cum te de donat.

f L. arboribus §. deillo de vſuf. uct.

ARTICVLVS III.

In quodam regno inualuit quædam grauis infirmitas febriũ peſtilẽtiũ & malignarũ cõtagioſa ſine corruptione aeris à tota ſubſtãtia vt dicunt medici & huius infirmitatis multi præſertim ex pauperibus à vita deceſſerũt, inedia ſterilitatis oppreſsi, & aliqui ex diuitibus obierũt, verũ eſt tamẽ quod multi medicamẽtis adhibitis ſanati ſunt. Quæ infirmitas etiã ad monaſteria religioſorũ & monialiũ apportauit, & eundẽ effectũ in fratribus & monialibus fuit operata. Quæritur modo vtrũ ſecũdũ Ius a Cõc. Trid. & cõſtitutionũ Pontificaliũ Pij V. & Greg. XIII. Prælatus cõuẽtus, monialiũ cũ Epiſcopo eiuſdẽ diœceſis poſſint dare licentiã omnibus monialibus ſanis prædicti monaſterij, vt ab ipſius clauſura egrediãtur, an ſolũ ſit dãda licẽtia infirmis, vt curentur extra monaſteria in domibus parẽtũ fratrũ, aut cõſanguineorũ, aut in aliqua domo deceti adhũc effectũ præparata

a Conci. Trid. ſeſ. 25 de regul. c. 5.

REſpõdeo dicẽdo, iuxta ea quæ latè dixi in primo tomo b quæſtionũ Regulariũ ꝙ poſſunt dare Prælati licẽtiã monialibus infirmitate epidemię laborantibus. quo loco declaraui duplicẽ eſſe epidemiã quãdam quæ totã cõmunitatẽ inficit, & per eã graſſatur & cõmuniter omnes interficit. Alia eſt quæ licet per totã graſſatur cõmunitatẽ paucas tamẽ interimit. Et non ſolũ prioris epidemiæ infirmas, ſed etiã poſteriori detentas licitum eſt exire & egredi à clauſura prius habita licẽtia à ſuperiori & cõſẽſu ordinarij, putdiſponit Cõc. Tri. verũ eſt tamẽ ꝙ nõ poteſt dari prædicta licẽtia monialilaboranti infirmitate febris malignæ quæ cõmuniter vocatur Hiſpanice, *Pintas aut Tabardillo*. Hæc enim infirmitas epidemia minimè nũcupatur, nec maiorem partẽ cõmunitatis inficit, ſed vnã & alteram monialẽ. At in prædicto caſu nõ erit licitũ cõcedere licẽtiã monialibus ſanis ad egrediẽdũ, Cõſtitutiones enim apoſtolicæ tãtũ monialibus epidemia laborãtibus, aut lepra detẽtis ad egrediẽdũ facultatem cõcedũt, & nullũ verbũ deſanis faciũt. Vnde quãdotẽpore peſtis cõceditur monialibus ſanis extra clauſtra egredi: hoc debet intelligi quãdo eſt epidemia vera, quę non ſolum inficit cõmunitatẽ, ſed inficiẽdo maiorẽpartẽ earũquaſtãgit interimit. Quod tũc conceditur ex mẽte ipſarũ cõſtitutionũ nã ipſæ cõcedũt, vt poſſint moniales exire quãdo adeſt incẽdiũ in Cõuẽtu & quãdo timet turprælũ, & aduẽt hoſtiũ, aut aliud probabile periculũ totã cõmunitatẽ cõcernẽs vt eſt fluminis alicuius magnus impetus qui inũdabit cõuẽtũ. Et eodẽ modo cõcedũt egreſſũ à clauſura dictis monialibus quando eſt peſ-

b 1. tomo q. 49. ar. 3 & 4

tilentia ex epidemia vera & corruptio aeris cum tota communitas sittunc in probabilisimo periculo constituta.

Ex quibus infertur quod quando adest in cõuentibus monialiũ aliqua infirmitas contagiosa his tantum qui accedũt ad ipsas infirmitate laborantes & nõ est aliqua corruptio in aere non potest monialibus licentia ad egrediendum præberi, tuncenim nõ inestcõ munitati probabile periculũ, sed illis tantũ quæ ad infirmas curandas, aut familiariter tractandũ accedũt, quæ in accedendo possũt esse cautæ, ita charitatẽ exercendo vt remedij ad se præseruandum non obliuiscantur.

Aduertant tamẽ Prælati quod solẽt medici iurare moniales laborare infirmitate cõtagiosa, vt ipsis licentia ad egrediẽdum concedatur. Intelligentes intra se vt nimis monialibus indulgeant de infirmitate cõtagiosa membro ad membrũ, nõ autẽ de persona ad personã, & ita debẽt dicti prælati esse cauti in interrogando dictos medicos sumentes ab eis iuramentũ vtrum infirmitas monialiũ sit contagiosa de persona ad personã, né sua cauilosa verborũ simulatione ipsis monialibus licentia in casu nõ permisso cõcedatur.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum moniales Sanctæ Clarę secundæ regulæ gaudeãt priuilegijs factis Monialibus primæ regulæ.

REspondeo dicendo, quod moniales S. Claræ sunt in duplici differentia: quædam enim sunt primę regulę, quæ in aliquibus partibus Collectaneæ vocãtur, & antiquitus dominæ pauperes S. Damiani dicebantur, & hæ sunt Moniales à S. Clara, primo institutæ, quarũ aliqua monasteria in his Hispaniarum partibus nimis religiosa existunt. Aliæ sunt moniales secundæ regulæ, non quidem à Sancta Clara ordinatæ, sed ab Vrbano Papa, IIII. quę à plurimis Vrbanistæ appellãtur, quas voluit idem Vrbanus moniales S. Claræ appellari. Ad primas moniales dirigũntur priuilegia, quæ ante Vrbanũ IIII. reperiuntur concessa, nec non alia, quæ per Eugenium IIII. postea fuerunt indulta. Inter quæ *primo concessit Eugen. IIII, Dictis monialibus primæ regulæ vt nõ teneãtur incedere nudis pedibus discalciatæ, sed possint deferre illa quæ, nomine calceamentorũ non cẽsentur, vt puta soccos ligneos, seu calepodia, & sandalia, atq; etiam cũ opportunũ fuerit, calceamenta* vt in monumentis Ordinum *r* continetur. *Et idẽ Eugenius cõcessit, quod generales, & prouinciales fratrum minorũ obseruantiæ habeãt cũ discretorũ consilio facultatẽ dispensandi cũ præfatis monialibus tam incibis, quã in silentio, & quibuscũque alijs petuis quæ in earũ Regula continẽtur vt in eodẽ libro b habetur. Qui idem Sũmus Pontifex declarauit, ac voluit quod in nullius præceptorũ primæ regulæ S. Claræ trãsgressione, præter quã eorũ quatuor, quæ concernũt principalia vota (scilicet obediẽtiæ paupertatis castitatis, & clausuræ, ac superelectione Abbatissæ, & eius depositione) peccatũ mortale præfatæ moniales incurrant, vt in eodẽ libro habetur. c Et Sixtus IIII. concessit, quod dictæ moniales Collectaneæ scilicet primæ regulæ Sanctæ Claræ possint absolui à ministris, seu Visitatoribus, & earum Confessoribus ab omnibus criminibus, pœnis & censuris etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, quoties opus fuerit, & quod ipsæ & earum Nouitiæ possint promereri omnes indulgentias almæ vrbis visitando suas Ecclesias* Ita habetur in ordinum monumentis. *d* Quæritur ergo inhoc articulo, vtrum Moniales secundæ regulæ per communicationem habeant prædicta priuilegia & alia concessa ante Vrbanum IIII, & Respondetur, *Quod Sixtus. IIII. Pontifex Maximus concessit vt sorores Sanctæ Claræ sub cura fratrũ Minorum obseruantiæ vinen-*

a in 1 Imp. fo. 46. & in 2 f. 42 concess. 47.

b in 1. imp fol. 47 & in 1 f. 42 & in cess. 47.

c in monu. vbi supra.

d in 2. impr. f. 261 concess. 678.

viuentes gaudeant omnibus priuilegijs gratijs, exemptionibus ingenere sororibus, collectaneis factis. Ita habetur indicto libro e & in supplemento, & idem cõcesserunt alij Romani Pontifices, vsq; ad S. D. N. Clementem. VIII. inclusiue: Ita vt etiá possint gaudere priuilegijs concedendis.

e in 2. imp. f. 26. 2. conc. 677. supp. f. 96. con. 338

ARTICVLVS V.

Vtrum Moniales Sanctæ Claræ tenẽãtur certis diebus communicare,

REspondeo dicendo, quod quantafuerit S. Claræ deuotio erga Sacro sanctũ Eucharistiæ Sacramentũ eius legend: docet, & eius pictura prædicat cum custodia huius Sanctissimi Sacramenti in manibus habens, prudens, & sapiens Virgo depingatur. *Ideo Clemẽs. VII. huius. Sãctiss mæ Virginis filiabus concessit, vt existẽtes sub obedientia Ministri Generalis Ordinis Minorum possint in ecclesia interiori in loco decẽti habere Eucharistiæ Sacramentũ, sicut habent in exteriori.* Ita refertur in compendio *a* Mẽdicantiũ. Vnde habent præceptum regulæ vt certis diebus communicent, sed quia aliquãdo propter concurrentiam solemnitatũ oportet, vt hi dies anteponantur, & post ponantur, *Ideo Leo X. eis concessit, ac sororibus Conceptionis Beatæ Mariæ & tertij Ordinis Sancti Francisci, vt præcepto regulæ de percipiendo Sanctissimum Sacramentum satisfaciant per aliquot dies anteponendo, vel postponẽdo dũ tamẽ illud in fraudẽ non faciant.* Ita habetur in supplemento.

f comp. mẽtit. mon. §. 29.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Moniales, & sorores teneantur officium diuinum dicere in choro.

REspondeo dicendo, magnamesseco trouersiãan Moniales ratione suistatus teneãtur dicere officium diuinũ priuatim, sicut religiosi, dequo iã in primo tomo *a* disputauimus, & q Moniales S. Claræ teneãtur ad id, præsupponit Clem. VII. dicens, *quia sunt nonnullæ ex sororibus prædictis sub cura fratrum Minorũ degentes, quæ propter imperitiam nesciunt recitare officium perfecte, concessit, quod tales iudicatæ à prælatis, vel Confessoribus earum, seu etiam earum Abbatissis recitando officium sororum Laicarũ, cẽseãtur satisfeciße obligationi de dicẽdo officium q dicere tenebantur, & idẽ de fratribus imperitis cõcessit* Ita habetur in compendio *b* Mẽdicantium vt cumq; tamen sit de officio diuino priuatim dicendo, de officio autẽ diuino in choro recitando dico, quod iure communi c tenẽtur in communi in choro dicere officium diuinũ sicut alij Regulares, seu Religiosi, vt notant Angelus, & Syluester. Ex regula autem Moniales S. Claræ non obligãtur specialiter, & idem dicendũ est de alijs quibus id regula obligatoria non imponit, exstatuto autem, & consuetudine videat vnaquæq; religio, quid circa hoc habeat respectiue

b Cõp. mẽdic. ti. Mo. §30

c Clem. 1. de reiu.

d An. ri. hora Can. §25 & 26 Syl. eodem ti. §10

Aduertendum tamẽ quod Leo X. quo ad obligationem persoluẽdi officiũ diuinũ in choro decreuit etiã sanas Moniales præfatas non teneri semper officiũbus iusmodi in choro persoluere, ac exonerãdo conscientiam ipsarum Monialiũ discretioni Abbatissarũ pro tẽpore existẽtiũ cõmisit, vt quando, & quomodo siue cum quibus sit hæc remissio, siue exẽptio toleranda solerter in uigilẽt & diligenter aduertant, & prudeter cõcedant, ne sub colore pietatis ex nimia indulgentia permittant in aliqua sororũ seu monialiũ habitũ generari diuinæ offensionis. Ita habetur in supplemento.

a Supp. f. 41 conc. 130.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Moniales teneantur facere celebrari Missam conuentualem.

REspondeo dicendo, quo iure communi tenentur Moniales facere celebrare

b Sup. fo 61 conc. 161.

a in 1 tomo q. 42.

Missam conuentualem in suis Ecclesijs, precipitur enim in quadam Decretali *a* quod in Ecclesijs Collegiatis quotidie Conuentualiter *Missa* celebretur de festo, aut deferia secundum quod tempori conuenit, & in alia Decretali *b* mandatur in virtute obedientiæ Prælatis: & Clericis quod celebrent officium diurnum, & nocturnum, quæ *Decretalis* videtur, quod expresse loquatur tã de celebratione Missarum, quam de alijs horis quia prius loquitur ibi de matutinis, & post de Missis, & post hæc omnia dicitur ibidem, Hæc igitur, & similia, &c. Vsque ad verbum celebrent virtute cuius Clementinæ hanc opinionẽ tenẽt *Angelus*, *c* & *Sil ue*. Nũc autẽ Monasteria religiosorũ, & religiosarũ sunt Collegia, vt colligitur ex quadã Rubrica *d* seu sunt Cõuẽtus ex quo habent Prælatũ seu prẽlatã, vtetiã specialiter quoad Moniales habetur in hymno ad laudes festi Sanctæ Claræ, vbi habetur, *duces ad spõsum Dominum puellarum Collegia &c.* Ergo tenẽtur conuentualiter *Missam* celebrare, Neq; obstat, si aliquis dicat iura loqui tantum de *Ecclesiasticis*, & Clericis, non autem de *Monasterijs* Monachorũ, aut Monacharum: nã prædicta Clementina clare loquitur de Regularibus, vt constat ex eius tenore & colligitur ex quadam Decretali *f* vbi Panormitanus & communiter Doctores, notant, quod quando aliqua constitutio Papalis fit respectu religionis quæ potest conuenire monachis, & Canonicis Regularibus, & nõ signãtur, nisi aliqui eorum, ligat vtrosque vtriusque sexus, etiam si diuersa nomina habeant, quia vbi est eadem ratio, & idem ius debet adesse. Prædicta tamen de dicenda quotidie Missa Cõuentuali in dictis monasterijs intelligẽda sunt ciuiliter, sicut in alijs *Præceptis* iuris Canonici scilicet dum commode fieri poterit, & dum non aderit impedimentum, seu dum alia causa rationabiliter non obstiterit, vbi credibile est legislatorẽ, si adesset consensurũ vt nõ diceretur, tũc & tali tempore prædicta Missa Conuentualis, puta si non esset nisi vna missa tantũ pro die festo, in quo occurreret defunctus, pro quo esset tunc *de Requien* celebranda. Ita colligitur ex his, quæ communiter notant Doctores. *g*

ac cum crea tura decele. Missa iunct. Rub.
b Clem. dol de celi. Mi.
c angel. tit. Missa § 3. Syl. v. Miss 1 q. 4.
d Rub. ind. 1 c cum crea.
f c. ex pa. te de postul.
g Doct. ind. c. cum crea.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum talis Missa Conuentualis Monialium sit necessario applicãda pro viuis, & defunctis, vt nos facimus fratres Minores.

REspondeo dicendo, secũdũ Corduba *a* quod non tenentur ad id, ratio est, quia nullo iure videtur adidobligari, non iure diuino, vt patet, neque iure humano cum nõ detur illud, constitutio enim fratrum Minorum, quod Missa conuentualis celebretur pro viuis, & defunctis fundatur in eo, vt satisfiat benefactoribus ipsorũ fratrum viuentium de eleemosynis, cum iubeant celebrari pro viuis, qui recommendãtur, hæc autem ratio cessat in monialibus habẽtibus suos redditus, & bona sua, quæ secum afferunt ad monasteria, de quibus viuunt, non autem viuunt de eleemosynis, vt nos fratres Minores, ergo non tenentur, vt nos cũ cesset ratio legis argumento eorum quæ in iure *b* notantur. Verũ est tamẽ, quod ratione alicuius redditus, aut alterius oneris tenebuntur applicare Missam Conuentualem pro viuis, & defunctis, quo cessante poterunt eam applicare pro quo voluerint. Ita Corduba dicens, quod quidam Pater satis eruditus ita tenet, quod ego ex dictis limito, vt non procedant in monialibus Sãctæ Claræ primæ regulæ, cum hæ de eleemosynis viuãt, neque in alijs nostræ religionis monialibus, quarum redditus ita sunt exigui, vt non possint non recurrere ad mẽdicitatem, in his enim cum non cesse tratio militans in fratribus videtur dicendũ, quod *Missa* conuentualis pro viuis, & defunctis debent facere applicari, quod arbitrio Prælatorum ipsarum *Monialium* arbitrandum relinquo.

a Cord. in ad dit. ad com. tit. Mon. al.

b Cũ ratio ff debondã natorum.

QVÆSTIO. VII.

De mulieribus in duos articulos diuisa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *VTrum mulieres cõmorantes in domibus ad religionis habitũ sint admittendæ.*

2 *Vtrum prædictæ mulieres gaudeant priuilegijs fratrum.*

AR.

ARTICVLVS I.

Vtrummulieres commorantes in domibus ſuis ad religionis habitumſint admittendæ.

REſpondeo dicendo *quod Eugenius Quartus, & Martinus V. confirmauerunt literas Bonifacij Octaui in ſerendo illas de verbo ad verbum, in quibus cõceditur, quod generali, & cuilibet Officiali, & prioribus Ordinis Eremitarum D. Auguſtini inquibuſcunque prouincijs licitum ſit quaſcunque mulieres idoneas aliquod obſtaculum non habentes, quæ habitumregulare dicti Ordinis (ad inſtar Mãtelatarum ſeu Pinzocherarũ Ordinũfratrum Minorum, & Prædicatorum) habere, ac geſtare voluerint tam virgines, quã matronas, ac viduas in mantelatas recipere, & admittere, ac earũ ſingulis habitum Regularem, & regulam eiuſdem Ordinis Eremitarum exhibere ad inſtar huiuſmodimãtelatarũ ſeu Pinzocherarum Ordinum fratrũ Minorum, & Prædicatorum prædictorum, prout ſecundum Deum ſaluti animarum earundem ſalubrius viſum fuerit expedire.* Ita habetur in libro, Monumenta a Ordinis.

a In 2. impr. fol. 177. conſ. 412 & folio 296 conſ. 961 & conſ. 597 b Collect. ti mulieres §1

Circa quam conceſsionem notat Collector priuilegiorum, quod in monumentis ordinis non habetur quidquam conceſſum fratribus *Minoribus*, aut Prædicatoribus in huiuſmodi materia, & ideo vix poterit prodeſſe alicui hæc conceſsio[b], cum referatur ad priuilegia, quæ nõ apparent, ſed ego puto quod hæc conceſsio fuit impetrata ad inſtar, id, quod erat conceſſum *Minoribus* reſpectu Tertiariarum in ſuis domibus habitantium, pro quo facit. nam iſtæ Pinzocheræ de quibus in dictis indultis, prout aduertit Corduba, *c* ſunt velut Tertiariæ noſtri ordinis Minorum viuentes in ſuis domibus particulariter, modo fecerint votum continentiæ, modo non, quæquidem non ſunt proprie, nec vere religioſæ ſecundum ius & in Italia dicuntur Bizochæ, in Hiſpania Beatæ, vt ait Collector *d* priuilegiorum *Mendicantium*, & aliquando dicuntur *Mãtelatæ*, quia mantelum coloris cinerei, ſicut eſt noſter habitus Minorum, portant, vt in prædicta conceſsione innuitur, & quando tales mulieres ſunt ſub ordine Eremitarum D. Auguſtini, dicuntur aliquando Corrigiatæ, quia corrigiam illius ordinis portant, quibus corrigiatis multa priuilegia conceduntur, & dato, quod talia priuilegia non reperiantur: hoc tamen conceſſum inuenio in Monumentis Ordinum *e* à Sixto IIII. fratribus Carmelitis abſolute, vnde dicta Prædictorum Pontificum conceſsio per cõmunicationem ſaltem poteſt *Mendicantibus* prodeſſe, Aduertendum tamen quod in noſtro ſacro ordine Minorum de obſeruantia vſus iſtarum conceſsionum eſt limitatus ita, vt ſine licentia Patris Generalis, aut Cõmiſſarij Generalis prædictæ mulieres ad habitum Regularem minime admitti poſſent, vt patet ex conſtitutione Generali Totetana, *f* noſtræ ſacræ religionis.

c Corin ad dit. ad cõp. tit. mulieres

d Collect. ingredi monaſte. in Monialiũ in 2. notab. & tit obſerua fratrũ § 2

e In 1 im pr fol. 96 & 1. 2. fol. 180 conſ. 426.

f Conſtit 10 let. c. 19. de modo exterius conuerſandi fol. 38 ti. de tertiarijs

ARTICVLVS II.

Vtrum Prædictæ mulieres gaudeant priuilegijs fratrum.

REſpondeo dicendo, quod dictis mulieribus indulta fratrum ſunt conceſſa, vt conſtat ex priuilegijs allegatis in articulo primo, quorum tenorem in præſentiarum nolo referre, cũ videam Leonem X. *In Concilio Lateranenſi ſtatuiſſe, quod præfatæ Mantellatæ, & Pinzocheræ quorumlibet ordinum in proprijs domibus habitantes eligere valeant ſepulturam, vbi voluerint, & quod die Paſchatis tantum Euchariſtiam, necnon Extremam vnctionem, cæteraque Eccleſiaſtica ſacramenta, pænitentiæ ſacramento duntaxat excepto á pro-*

prio Sacerdote recipere, & ad onera quæ laicis incumbunt, perferenda teneantur, ac decreuit, quod in foro ſæculari coram iudicibus ſæcularibus conueniri poſſint. Ita habetur in ſupplemento a ac decreuit idem Leo, X, poſtea referendo præfatum ſtatutum per eum incõcilio factũ, quia occaſione illius aliquę dubitationes exortæ fuerũt ad tollẽdũ omne dubiũ *Motu proprio, & ex certa ſcientia & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, decreuit (inquam) & declarauit quod præfatum ſtatutum minime intelligi debeat de facientibus votum caſtitatis, ita vt mulieres virginalem vitam, ac celibem ſalenniter vouentes etiam in conſanguineorum, vel affinium ſuorum, vel in proprijs domibus, aut ſeorſum habitantes omnibus priuilegijs immunitatibus, fauoribus, gratijs, & indultis ſpiritualibus, & temporalibus Ordini, & fratribus Eremitis D. Auguſtini conceſſis, & concedendis, & quibus illi in genere quomodolibet potiuntur, & gaudent tam in vita quam in mortis articulo etiam circa peccatorum remiſsionem & iniũctarum pœnitentiarum relaxationem vti, potiri & gaudere ac participes eſſe poſſint, ac debeant. Et quod liceat eiſdẽ Pinzocheris & mãtelatis perſonis in earum etiam domibus quoties opus fuerit euchariſtiæ, & extremæ vnctionis ſacramentum adminiſtrare, ac illorum cadauera tumulanda deferre etiã parrochialiũ eccleſiaſticarũ perſonarũ quorũdã rectorũ licentia de ſuper minime requiſita, & contradictione qualibet non obſtante, ita habetur in ſupplemento b iuncta conceſſione*

a Sup. folio 26 cõcel. 86

cuppl. f ol. 28 cõcel. 91

Sixti IIII. de qua in monumẽtis ordinis c ſed hoc reuocatum à Pio V. prout infra in quæſtione de tertiarijs dicetur.

c iu. 2. impr. fol. 247. cẽceſſ. 622.

QVÆSTIO VIII

Den otarijs regularium in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Vtrum prouinciales poſsint in ſuis prouincijs notarios perpetuos conſtituere*

2 *Vtrum prælati religionum poſsint in Inquiſitione particulari & generali ſimuleſſe Inquiſitores & notarij quoad proceſſus fulminandos.*

3 *Vtrum notarius factus monachus ſi partes velint reſumi facere inſtrumenta ex protocolis ſuis an cogantur illa edere.*

ARTICVLVS I.

Vtrum prouinciales poſsint in ſuis prouincijs notarios perpetuos conſtituere,

Reſpondeo dicendo quod creare tabelliones vel notarios ſolũ imperatori, vel regi conuenit, prout in iure a eſt definitũ, quod ta mẽ verũ eſt quoties tabellionis in perpetuũ creãtur ſec⁹ vero quãdo ad tẽpus dũtaxat cõſtituũtur, vt tabellionũ vicẽ ſupleant hi enim ab inferioribus iudicibus creari poſſunt, vt colligitur ex iure b & tradũt Baldus Felinus & Decius cũ cõmuni. Vnde id quod in religionib⁹ practicatur iuridicum eſt. videmus enim in eis quod generales prouinciales & alij prælati regulares quibus cõuenit aliquos proceſſus fulminare creat ad talia negotia peragenda notarios ex ſua religione quos ſecretarios vocant, notarios tamen perpetuos præcipue pro cauſis quæ extra religionem deciduntur, & pertractantur conſtituere minime poſſunt niſi ad id auctoritate apoſtolica adiuuentur. vnde religioni ordinis prædicatorũ Pius V. conceſsit & indulſit ſuper hoc quoddam Breue ordini fratrum Prædicatorum vt ſcilicet ſuperiores ipſius ordinis in vnaquaque Prouincia poſsint conſtituere etiam plures ſui ordinis fratres ab eis approbatos in notarios publicos pro intiman-

a Auth. de tabelion. §. ſi vero colla 4 l. actuaria. C de actua. & numera. lib. 12 l. 3 §. 19 cip. 3.

b cequoniam cont. de probat c. vt offi §. Verum de hæretic. l. 6. Bald. nu. 38. felin. nu. 41 Decius. n. 9 indic. quoniam cõtrã-

timandis mandatis, & reſcriptis Apoſtolicis publicam vel priuatam dicti Ordinis vtilitatem concernentibus tenor autem verborum huius priuilegij, & Motus proprij eſt ſequens.

Nos igitur cupientes quantum cum Deo poſſumus in præmiſſis Ordini, & fratribus præfatis, & etiam Monialibus ipſis de opportuno remedio prouidere, & dictis incommodis, & detrimentis, expenſis, & damnis eorum obuiare, nèque mandata, priuilegia, gratias, Conceſsiones, indulta, & reſcripta Apoſtolica, in genere, vel in ſpecie dicto Ordini, vel ipſius Ordinis magiſtro Generali Prouincialibus, aliiſque ſuperioribus, Prioribus, & fratribus, & eorum ſingulis dictiſque Monialibus, ſiue earundem Abbatiſſis, Prioriſsis, & earundem etiam ſingulis eiuſdem Ordinis, ſiue dictum Ordinem, & illius regulam profitentibus quomodolibet ingenere, vel in ſpecie conceſſa, aliaque mandata, & reſcripta Apoſtolica, publicam, vel priuatam ipſius Ordinis vtilitatem quomodolibet concernentia, & emanata ob id debito careant effectu, & vacua remaneant prouidere volentes, &c. Motu Proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam ſed excerta noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine modernis, & pro tempore exiſtentibus dicti Ordinis magiſtro generali, vicarijs, & Prouincialibus, tam citra, quam vltra, ac alias vbilibet conſtitutis: Quod in vna quaque eorum Prouincia, vnum, duos, tres, quatuor vel quinque aut plures eis bene viſos dicti ordinis Religioſos, ſeu fratres probos tamen, ac fide, & doctrina idoneos, & abipſis approbatos, in Notarios creare, conſtituere, & deputare. Quiſic creati conſtituti, ac deputati ſine aliquo reſpectu, & omni ceſſante recuſatione libere quoties requiſiti fuerint omnia, & ſingula mandata, priuilegia conceſsiones, gratias & indulta Apoſtolica aliaque tam vniuerſalia, quam particularia dicto Ordini, ac quibuſuis illius, quæ de obſeruantia ſunt, tantumlocis domibus, Conuentibus, Monaſterijs, & Eccleſijs, tam virorum, quã mulierũ, ſeu eiuſdem Ordinis magiſtro Generali, Prouincialibus, Vicarijs Prioribus, & alijs Superioribus, fratribus, ac Abbatiſſis Prioriſsis Monialibus & alijs perſonis ſub regula dictorũ fratrum degentibus & quæ ſunt obſeruantiæ tantũ in genere vel in ſpecie & ad vniuerſam, ſiue priuatam vtilitatem conceſſa & emanata reſcripta Apoſtolica iiſdem Regibus, Ducibus, Principibus Marchionibus: Comitibus, Baronibus, & Dominis, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis ſæcularibus quibuſcunque vbi & quoties opus fuerit acad id requiſiti fuerint notificare, inſinuare, & intimare.

Ac eoſdem iuxta mandatorum, conceſsionum, indultorum priuilegiorum & reſcriptorum huiuſmodi formam continentium & tenorem monere & requirere aliaque omnia & ſingula circa ea requiſita & opportuna facere gerere exercere & exequi ac de

eiſdem

eiſdem omnibus, & ſingulis, publicos, & publica actus, & inſtrumenta coram teſtibus ad hoc requiſitis conficere, & ſtipulari, ac in notam redigere & exinde ſemel, vel pluries, prout ad id requiſiti fuerint, vnum vel plures, ac plura, publicos, & publica, actus, & inſtrumenta, quibus eadem prorſus fides adhibeatur in iudicio & extra, ac vbique, ac ſi per alios quoſcunque publicos, & authenticos rogatos Notarios ſtipulata, confecta, & publicata, & authenticata fuiſſent conficere, & debitis ſignis, & characteribus ſubſcribere, publicare, & authenticare, libere, & licite poſſint, & valeant Apoſtolica autoritate tenore præſentium licentiam, & facultatem impartimur, concedimus, & indulgemus iiſdemque actis, notis, inſtrumentis, & ſcripturis prædictos religioſos, vt præfertur Notarios deputatos ſtipulatis, confectis, & vt præfertur, authẽticatis plenam, & indubitatam fidem, vbique tam in iudicio quam extra adhibere debere, ac eoſdem ſic intimatos, monitos, & requiſitos afficere, & dictari debere volumus, ſtatuimus, & ordinamus.

Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ & indignationis noſtræ, ac ſuſpenſionis à diuinis quoad Archiepiſcopos, & Epiſcopos, quoad alios vero inferiores ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ pœnis locorum Ordinarijs, & alijs quibuſuis perſonis cuiuſcunque ſtatus, gradus, Ordinis, & conditionis exiſtentibus, & quacunque, etiam dictæ ſedis authoritate, facultate, ſeu poteſtate etiam legati delatere, ac Cardinalibus Cardinalatus honore fulgentibus, ne ipſos Notarios, vt præfertur deputatos, & electos, ſiue eorum aliquem in executione ſupra dictorum omnium quouis modo impediant ſeu impedire, aut perturbare audeant, vel præſumant. Hæc Pius V.

Cuius proprij Motus data fuit Romæ apud S. Petrum die vigeſima prima Martij, anno M.D.LXXI. Põtificatus ſuiãno 6 In quo Motu proprio ponuntur ſufficientiſsime non obſtantiæ, vt videre eſt apud paraſelum a in libro ſuo priuilegiorum. a Par. ain d. li. pag. 124. cumſeq.

Circaquã cõceſsionem notãdũ eſt eã dari etiã, preſcriptis particularib⁹ aliquorũ fratrũ

Notãdũ eſt etiã ea poſſe vti inalijs ordinib⁹ Mẽdicãtib⁹ in quibus eſt priuilegiorũ cõceſsorũ, & cõcedendorũ mutua cõmunicatio.

ARTICVLVS II.

Vtrum Prælati Religionũ poſſint in inquiſitione particulari, & generali ſimul eſſe inquiſitores & Notarij quoad proceſſus fulminandos.

REſpondeo dicendo, quod non, iuxta ea, quæ late diximus in ſecũdo tomo a 2 Tom. q. 13 ar. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum Notarius factus Monachus ſi partes velint reſumi facere inſtrumenta ex Protocolis ſuis, an cogantur illa edere.

REſpondeo dicendo, quod ſi notarius factus ſit Monachus, partes volentes reſumi facere inſtrumenta in ſuis Protocolis poſſunt cogere eum in Iudicio, vt illa edat iuxta notata in Iure a & poteſt compelli coram iudice ſæculari cuius erat Notarius ſecundum Angelum quia. a l. præto r. ff. de edẽdo vbi angelus.

quia iudex ſæcularis eſt capax illius iuriſdictionis argumento eorum, quæ in iure *b* notantur Alij dicunt, quod conueniturMonaſterium ad hãc editionem coram proprio iudice ipſius Monaſterij iuxta quandam legem *c* vbi *B*artolus dicit, quod Notarius factus Monachus non poteſt cogi cõficere inſtrumẽta de nouo dicens, quod alias eſſet nullum, & ideo debet abſtinere argumento aliquorum iurium, *d* vbi Bartolus, quem ſequitur Paris de Puteo dicẽs, quod iſte eſt vnus caſus, in quo inſtrumenta Notarij viui poſſunt reaſſumi per alterum mandato iudicis.

b l.1.de.ffiu dicijsl.ſiqui poſtea de iudicijs & in l. ide pẽnis c. fi diligenti deforocõp. c l.1.§ ſi pœnæ de tabul. exihibẽdis vbi Bartold c.1 ne cleri.velmonachi.bar.inl. 1 de iuſt. & iure. ff. puteus intrac. deregiſt. inſtrumẽ q. 24.

QVÆSTIO. XI.

De nouitijs quoad poteſtatem eos recipiendi in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *QVi poſsint recipere nouitios ad religionem.*

2 *Quis poſsit recipere nouitias ad religionem*

ARTICVLVS II.

Quipoſsint recipere Nouitios ad Religionẽ.

aNico.c.exijt deparad deverb.ſig. lib.6.

REſpondeo dicendo, quod Nicolaus *a* IIII. in declaratione regulæ fratrum Minorum conceſsit, & ſtatuit, licere non ſolum Generali, ſed etiam Prouincialibus Miniſtris perſonas fugientes àſæculo infratres recipere. Quæ tamen Prouincialium miniſtrorum licentia per miniſtrum Generalem poſsit arctari ſicut expedire videbitur & declarauit prout habetur in monumentis *b* Ordinum, quod Vicarij Miniſtrorum Prouincialium ex officio Vicariatus licentiam hanc ſibi nouerint interdictã, niſi per miniſtros eoſdem hoc ipſis Vicarijs ſpecialiter committatur quibus miniſtris hoc poſſe committere *V*icarijs, & alijs licentiam conceſsit: addit tamen idem Nicolaus dicẽs, *c* Caueant tamen ipſi prouinciales, quod hoc non indiſcrete, neque paſsim, ſed cõſiderete committant, ſed illis tantum, qui fidelibus conſilijs fulciant vt omnia diſcretè procedant, & quod non indifferenter omnes admittantur ad ordinem ſed illi tantum, qui ſuffragansibus eis litera tura, & idoneitate, vel alijs circunſtantijs poſsint eſſe vtiles ordini, ſibique per vitæ meritum, & alijs proficere per exemplum. Hæc Nicolaus quoad minores. In alijs autem Religionibus ſecundum ius commune poſſunt recipi Nouitij à Generalibus inſuis ordinibus, & à prouincialibus in ſuis prouincijs, cum ipſi habeant authoritatem ad incorporandum eos in Religionibus, & prouincijs ſibi commiſsis, niſi habeant ipſæ religiones, & prouinciæ ſtatuta legitime facta, quibus aliud ordinetur. Neque hæc facultas prædictis patribus videtur ſublata per conſtitutionem Sixti V. de qua inſequenti quæſtione late dicemus, ea enim cõſtitutio non adimit prædictis patribus hanc facultatem, ſed tantum eam reſtringit, vt non poſsint recipere Nouitios, niſi ſeruata forma in ipſa conſtitutione præſcripta, ne ad Religionem admittantur inhabiles, facinoroſi, & diſcoli & hi, qui ſine peccato religionem ingredi minime poſſunt

c In ſup. §. 13

ARTICVLVS II.

Quis poſsit recipere Nouitias ad Religionem.

REſpondeo dicendo: quod Nicolaus V. *ſtatuit ne Moniales Sãctæ Claræ niſi de prouincialis, ſeu viſitatoris ſui licentia recipere valeant aliquam ad religionem, vel profeſsionem.* Ita habetur in libro monumenta ordinumà Quantum vero ad alias Religiones monialium certum eſt receptionem monialium nouitiarum ad ſuos Superiores pertinere, cum habeant ſuper ipſas iuriſdictionem, & ipſis conſentientibus debeant nouitiæ eorum ſubijci iuriſdictioni.

a In 1 impr. f.48 & in 2.f.43 conceſſ.44.

b In 1 impr. fol.10 & in 2.fo.12 tracta.2.art. 7.

QVÆS

QVÆSTIO X:
De Nouitijs quoad informationem faciendam ſecundum conſtitutiones Sixti V. & Gregorij XIII. & Clementis Octaui, in tredecim articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tredecim

1 *VTrum informationespro nouitijs recipiendis ſint faciendæ, examinandæ, & approbandæ antequam ad habitum probationis admittantur.*
2 *A quibus examinandæ ſint nouitiorum informationes*
3 *A quibus debent fieri dictæ informationes.*
4 *Vtrum illegitimi poſsint admitti ad religionem.*
5 *Vtrum ſacrilegi, inceſtuoſi & filij naturales quorum merita non ſupplent defectum natalium profitentes in aliqua religione ſint vere profeſsi*
6 *Qui dicantur ſacrilegi cum quibus in hac parte ſit diſpenſandum.*
7 *Vtrum homicidæ & qui commiſerunt aliquod delictum ſint ad religionem admittendi.*
8 *An qui ante delictum fecit votum clericatus vel religionis poſsit admitti ad religionem.*
9 *Vtrum debitis onuſtus vltra vires ſuarum facultatum poſsit recipi & profiteri in religione.*
10 *Vtrum poſsint recipi ad religionem hi qui iurauerunt quod ibunt in partes infidelium & hæreticorum ad prædicandum.*
11 *Vtrum obligati ad ratiocinia danda poſsint ingredi religionem.*
12 *Vtrum ſit profeſsio nulla facta cum informatione falſa.*
13 *Vtrum de omnibus nouitijs ſit facienda informatio.*

ARTICVLVS I.
Vtrum informationes pro recipiendis Nouitijs ſint faciendæ, examinandæ & approbandæ antequam ad habitum probationis admittantur

REſpondeo dicēdo, quod vt conſtat ex Conſtitutione Sixti Quinti edita Romæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimoquingenteſimo octuageſimo ſeptimo ſexto Kalendas Decembris Pontificatus ſui anno tertio, videtur, quod informatio pro Nouitijs recipiendis debet fieri, examinari, & approbari, antequam ſumat habitum probationis. At Gregorius Decimus tertius in Bulla, quæ incipit, *Circunſpecta Romani Pontificis prouidentia*, Data Romæ anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo Idibus Martij Pontificatus ſui anno primo ait, *Cæterum cum acceperimus nonnullarum religionum, & Ordinum præſertim monachalium monaſteria ita inſtituta eſſe, vt in eis perpetua quidem filiatio conſtituatur, ideoque receptio Nouitiorum in vnoquoque monaſterio ad ſuperiorem, Prælatum, & Capitulum eiuſdem monaſterij tãtũ pertineat, quæ etiam monaſteria vt plurimum inter ſe longè diſtant, nec generalia, Prouincialia & intermedia Capitula, niſi per raro celebrari ſolent, ideo ſtatuimus: vt Superiores ipſorum monaſteriorum de conſenſu ſui Capituli præhabita ſimul cũ his, de quibus in vnaquaque religione, aut monaſterio iuxta eius Conſtitutiones recipiendus interrogari ſolet aliqua informatione ſuper iis, quæ in Conſtitutionibus Sixti Quinti bonæ memoriæ prædeceſſoris noſtri continentur ad receptionem huiuſmodi procedere valeant, dum tamen antequam ad profeſsionem admittantur, plenaria, & commoda prout in dictis conſtitutionibus habetur inquiſi-*

quiſitio fiat, vt poſtea ab ijs, à quibus examinariſolent, diligenter examinetur, & approbetur, & demum in dicto Capitulo, coram, Superiori referatur volentes, quod ſuperiores prædicti cum eorum Capitulo, aut vbi mos non fuerit celebrandi Capitula cum tribus, aut quatuor ad id in generali congregatione per vota ſecreta deputatis, ſeruatis eorum regularibus inſtitutis, ac ſupra dictis omnibus eandem in recipiendis Nouitijs habeant autoritatem, qua per prædictas Conſtitutiones prouincialibus Capitulis eſt attributa,

Circa quam conſtitutionem eſt aduertendum quod ipſa conceditur pro religionibus, in quibus ſunt perpetuæ filiationes, vt ſunt Monaſteria Ordinum monachalium, & ſic videtur aſſerendum, quod non extendatur ad alia Monaſteria aliarum Religionum, in quibus non eſt perpetua filiatio, & in quibus non militat ratio poſita in dicta Conſtitutione, & perconſequens ſequitur, quod in eis debet fieri informatio antequam nouitius ad habitum probationis recipiatur.

Secundo eſt notandum, quod illa informatio, quæ debet fieri virtute dictæ conceſsionis ante ſuſceptionem habitus eſt ſummaria ad differentiam plenariæ, quæ debet fieri ante profeſsionem, & in hac ſummaria informatione vnus teſtis facit plenam probationem, ſi de facto plene diſponat ſecundum Bartolum a Hippolytum, *Mateſylanum*, & Iaſonem, ſed videamus, vtrum ſit aliquod priuilegium per quod in alijs religionibus *Mendicantibus*, & non Mendicantibus poſsit Nouitius recipi ad habitum probationis ſine aliqua informatione præuia? Pro quo eſt notanda quædam conceſsio Sanctiſsimi Domini noſtri Clementis Octaui facta Religioſiſsimo Conuentui Sancti Stephani Salmanticenſi ordinis Prædicatorum, cuius tenor ſequitur.

a Bar. inl. 2. §. fi. veron. 1. C. vbi in rem oſtio Hi. ſingula. ri. 433 Matis nota 2 Iaſon. in l. ad monen. n. 187. de iure iur.

Clemens papa Octauus ad perpetuam rei memoriam. In his, quæ ad Religionum prpaogationem ſpectant, auctoritatis noſtræ partes libenter interponimus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Alias ſiquidem fel. re. Sixtus Papa Quintus, Prædeceſsor noſter iuſtis tunc ſuadentibus rationibus ductus ſua perpetuo valitura Conſtitutione, quæ incipit. Cum de omnibus Eccleſiaſticis Ordinibus ſub Dat. Sexto Kalendas Decembris Pontificatus ſui anno tertio emanata inter alia ſtatuit, & ordinauit, vt iuuenes decimum ſextum ætatis ſuæ annum excedentes aliquam religionem ingredi volentes non prius ad habitum recipi, & ad profeſsionem admitti poſsent, quam de eorum anteactæ vitæ, ac morum honeſtate, ac de legitimis natalibus, aliiſque eorum qualitatibus tunc expreſsis iuridice ita, vt inſtrumenta de ſuper formanda coram teſtibus, & Notario ad Capitula Generalia, vel Prouincialia, in quibus per Diffinitores Capituli approbarentur, deferri deberent, conſtitueret, prout in eadem Conſtitutione latius continetur. Quare cum difficile adimpleri poſſe experientia poſtmodum compertum extitiſſet, eandem Conſtitutionem Sixti Prædeceſsoris felicis recordationis Gregorij Papæ Decimi Quarti, & Prædeceſsor noſter moderatus fuit vt huiuſmodi receptiones

nes, & approbationes per Priores quatuor domorum fierent ita, vt qui ad Religionem admitti vellent, ad quatuor eiuſdem Religionis, quam elegiſſent domos accederent, & ab earundem Prioribus approbationem deferrent, vt in aliqua ipſarum domorum recipi poſſent. Idemque Sixtus Quintus Ordini fratrum Minorum conceſſit, vt huiuſmodi recipiendorum approbationes pro quatuor fratribus ex antiquioribus eiuſdem domus, in qua habitum peterent à Diffinitoribus nominatis fieri poſſent, ipſique quatuor antiquiores nominati ad inquiſitionem faciendam procedere, ac adhunc effectum teſtes vocare, & ab eis iuramentum recipere coram tabellione, & alia requiſita facere valerent, prout indiuerſis eorundem prædeceſſorum literis plenius continetur, cum autem ſicut pro parte dilectorum filiorum, Prioris, & Conuentus domus Sancti Stephani Salmantini Ordinis fratrum Prædicatorum nobis expoſitum fuit eiſdem Priori, & Conuentui per dictum Sixtum prædeceſſorem ad petitionem, & ſupplicationem bonæ memoriæ Antonij tituli Sanctorum Ioannis, & Pauli Presbyteri Cardinalis Carrafæ nuncupati viuæ vocis oraculo indultum fuerit, vt inſtrumenta per tabellionem coram teſtibus facta ſuper qualitatibus iuuenum in dictum Conuentum ad habitum recipi petentium per Priorem, ſeu Præſidentem, ac Suppriorem, Magiſtrum Nouitiorum, & Magiſtrum ſtudentium eiuſdem domus iuridice approbari, vel reprobari deberent, cumque huiuſmodi receptionis forma facilior, & commodior exiſtat, quam aliæ ſupra dictæ, nihilominus hanc etiam multa incommoda pati compertum eſt, multoſque à Religionis ingreſſu diuerſis rationibus propter ea arceri, atque a propoſito abduci, & ea de cauſa religioſorum numerum in dies minui. Quod ſi eiſdem Priori, & conuentui licitum eſſet, iuuenes huiuſmodi religionis habitum ibi ſuſcipere volentes præuio tantum ipſorum iuramento ſe non eſſe criminoſos, rationibus obligatos, á quibus non poſſent faciliter expediri, nec furto, latrocinio aut homicidio notatos, nec alijs impedimentis in dicta Bulla Sixti Quinti, contentis detineri, ad habitum admittere, poſtea intra tempus probationis de eiſdem qualitatibus inquiſitionem, & indagationem iuxta indultum Sixti Quinti prædictum viuæ vocis oraculo conceſſum facere, ex hoc profecto domus prædicta quæ valde inſignis extitit priſtino ſplendori, cum religioſorum propagatione, & diuini cultus augumento reſtitueretur, ideo nobis dictorum Prioris, & Conuentus nomine fuit humiliter ſupplicatum. vt in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui Religioſorum propagationem, & diuini cultus

tus augmẽtum, quantũ cũ Domino poßumus, libẽter procuramus, ſingularũ literarũ prædictarũ tenores præſentibus pro expreſsis habẽtes, ac Priorẽ, ac cõuẽtũ prædictũ ſingulares perſonas, à quibus uis excõmunicationis, ſuſpẽſionis, vel interdicti, aliiſq; Eccleſiaſticis ſẽtentijs cẽſuris, & pœnis, à iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſiquibusquo modolibet innodatæ exiſtunt, ad effectũ præſentiũ dũtaxat conſequẽdũ harũ ſerie abſoluẽtes, & abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati de venerabilis fratris noſtri Michaelis Epiſcopi Albaneri, Cardinalis, Alexãdrini nũcupati, ordinis Prædicatorũ Protectoris cõſilio eiſdẽ Priori, & cõuẽtui, nunc, & pro tẽpore exiſtẽtibus, vt quoſcũq; iuuenes, etiã decimũ ſextũ ætatis ſuæ annũ excedentes ad habitũ in eodẽ cõuentu admitti petẽtes recepto ab eis iuramento, q; criminoſi, rationibus, vt præferatur obligati furto, latrocinio, aut homicidio notati, aut alijs impedimẽtis in dicta bulla Sixti V. contentis, detẽti nõ ſint, recipere, ac poſtea per aliquẽ eiuſdẽ cõuentus religioſum adhoc deputatũ ad inueſtigationẽ anteactæ illorũ vitæ, ac morũ, & reliquorũ præmiſſorũ abſq; ſtrepitu iudiciario, ſed per ſcrutiniũ ſecretum procedi facere, qui adhoc deputatus proceſſum, & informatiõnẽ captã dictis Priori, ſeu Præſidẽti, ac ſuppriori & magiſtro nouitiorũ, & ſtudentiũ, à quibus approbari, & reprobari poſſit, referre fideliter debeat, libere & licite poſsint & valeãt autoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ cõcedimus, & indulgemus, decernentes præſentes literas de nullitatis vitio, aut intẽtionis noſtræ, vel alias quopiã defectu notari, vel impugnari, aut quomodolibet infringi, ſuſpẽdi, limitari, vel retractari, aut in ius, vel cõtrouerſiã reuocari nullatenus poſſe, ſed ſemper validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ita perpetuo in eodem cõuentu obſeruari debere, ſicq; per quoſcũque iudices, ordinarios, aut delegatos, etiã cauſarũ Palatij Apoſtolici auditores, ſublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicãdi & interpretãdi facultate, & autoritate iudicari &

diffiniri debere, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquã quauis autoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis conſtitutionibus, & ordinationibus, ac eiuſdem conuentus, & iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus, pro expreſſis habentes hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datis Romæ apud ſanctum Marcum, ſub annulo Piſcatoris die decima Septembris, milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Magiſter Veſtrius Barbanius.

Circa quam conceſsionem eſt notandum, *quod Iulius Secundus, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexto, quinto Kalendas Auguſti Pontificatus ſui anno quarto in maximagno dato pro fratribus Minimis inter alia illis concedit, vt omnia, & ſingula priuilegia, indulta, gratiæ, facultates, ac indulgentiæ, vni aut pluribus domibus ordinis Minorum in genere per Sixtum Quartum Prædeceſſorem conceſsa, & in poſterũ concedenda omnibus, & ſingulis alijs domibus, & fratribus ordinis Minorum huiuſmodi eſsent, & intelligerentur eſse conceſsa.* Ita refert Paraſſelus *a* adducens Bullam Maris magni.

a Para in li. 6. priu. fol. 27.

Videamus, quid concedat Leo X. pro ordininibus mendicantibus, *ipſe enim die decimo Decembris anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo nono, Pontificatus ſui anno quarto, in hunc modum ait.* b *Dudum per nos accepto, quod Romani Pontifices prædeceſsores noſtri aliqui ad Minorum, alij vero ad Eremitarum ſancti Auguſtini, alij ad Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, reliqui ad Prædicatorum ordinum fratres, & domos iuxta ipſorum vota, deuotionis affectũ gerentes illorum ſingulis, nonnullas gratias, conceſsiones, indulgentias, peccatorum remiſsiones, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia indulta, ac dona, tam ſpiritualia, quam temporalia per diuerſas ipſorũ literas reſpectiue cõceſserũt. Nos ad ſingulos ordines prædictos, ſingulaſque ipſorum ordinum domos, vbi religioſe viuitur indifferenter abſque acceptione perſonarum deuotionis affectũ æqua lance gerẽtes omnes, & ſingulas gratias, conceſsiones, indulgentias, peccatorũ remiſsiones, prærogatiuas, fauores, immunitates, exẽptiones, facultates, priuilegia, indulta, tã ſpiritualia, quã teporalia, qualiacunq; illa eſsent, quæ Prædicatorũ, Minorũ, Eremitarum Sancti Auguſtini, Carmelitarum, ſeruorum Beatæ Mariæ, ac Minimorum Fratrum in domibus, & illo-*

b Refert. Para. vbiſu. nu. 8.

& illorum Eccleſijs , Oratorijs, & Eccleſias ipſas, & oratoria pro tempore viſitantibus , cuiuſcumque ſtatus , aut ſexus exiſterent , ſeu pro eorum manutentione , & ornatu contribuentibus, necnon domibus, & Præſidentibus , non ſolum Generalibus , & Prouincialibus fratribuſque , & ſororibus , necnon Monialibus , & conuerſis oblatis, atque vtriuſque ſexus perſonis de Pœnitentia ſeu tertij habitus nuncupatis à dictis prædeceſſoribus , aut à nobis, ipſiſque ſucceſſoribus , aut alijs authoritatem habentibus coniunctim, vel diuiſim in genere , vel inſpecie conceſſa fuerint , aut in poſterum concedentur illa, & omnia ſingula, ac ſi nominanter exprimerentur pro ſufficienter expreſsis tunc habentes ſingulis Ordinibus prædictis , illorumque ſingulis Eccleſijs Oratorijs, & Eccleſias , ac Oratoria viſitantibus cuiuſcunque ſtatus , aut ſexus exiſterent, ſeu pro eorum manutentione, & ornatu contribuentibus necnon domibus , & Conuentibus, fratribus etiam & ſororibus, vel Monialibus, conuerſis quoque & oblatis, ac vtriuſque ſexus perſonis de Pœnitentia nuncupatis , & alijs ſingulorum ordinum prædictorum Motu Proprio , & ex mera noſtra ſcientia , & liberalitate de Apoſtolicæ authoritatis plenitudine communicamus , illaque omnia & ſingula inter prædictorum Ordinum perſonas pariformiter communia eſſe, fuiſſe , & eſſe volumus, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur. Ex quibus duabus conceſsionibus colligitur conceſſa , & concedenda vni domui Ordinis Mendicantium cenſeri conceſſa omnibus domibus eorum Ordinum, & per conſequens quod prædictum Indultum Sanctiſsimi Domini Noſtri Clementis Octaui conceſſum conuentui Sancti Stephani Ordinis Prædicatorum eſt conceſſum omnibus domibus Ordinum Mendicantium & aliorum Ordinum , qui fruuntur conceſsis & concedendis Ordinibus Mendicantibus . Vnde ſequitur , quod ſicut Priori, & conuentui ſancti Stephani nunc , & pro tempore exiſtentibus conceſſum eſt , vt quoſcumque Iuuenes etiam decimum ſextum ætatis ſuæ annum excedentes ad habitum in eodem Conuentu admitti petentes recepro ab eis iuramento, quod criminoſi rationibus , vt præfertur , obligati furto, latrocinio, aut homicidio notati , aut alijs impedimentis in dicta Bulla Sixti Quinti contentis detenti non ſint recipere , ac poſtea per aliquem eiuſdem Conuentus religioſum, ad hoc deputatum ad inueſtigationem anteactæ illorum vitæ , ac morum , & reliquorum præmiſſorum abſque ſtrepitu iudiciario , ſed per ſcrutinium ſecretum procedi facere , quia ad hoc deputatus proceſſum , & informationem captam dictis Priori , ſeu Præſidenti, ac Suppriori , & Magiſtro Nouitiorum , & ſtudentium , à quibus approbari , & reprobari poſsit , referri fideliter debeat , libere & licite poſsint , & valeant . Ita etiam in Monaſterijs aliarum Religionum poſsint procedere Prælati , eorum Monaſteriorum ad receptionem Nouitiorum , cum in alijs Monaſterijs militet ratio , quæ militat in Monaſterio Sancti Stephani , omnia enim incommoda, quæ militant in dilatione recipiendi Nouitios relata in dicto priuilegio reſpectu Monaſterij Sancti Stephani, militant etiam in alijs Monaſterijs , imo in alijs multo maiora incommoda reperiuntur , ſi antequam fiat informatio Nouitij ad habitum probationis recipi non poſſent : principalis enim ratio, propter quam ſupradictum priuilegium fuit impetratum eſt , quia ſi fieret informatio, an-

tequam admitterentur multi ab ingreſſu religionis retraherentur, cum adeorum parentes amicos, & cognatos eorum ingreſſus notitia interim poſſet peruenire, qui non quærentes, quæ ſurſum ſunt, ſed quæ ſuper terram feruorem iuuenum impediunt, quæ ratio magis militat extra Salmanticam, & alias Vniuerſitates, quam in Salmantina Academia, in Salmantica enim poteſt fieri dicta informatio aſſumendo teſtes ab Scholaſticis conterraneis, & per eam recipi Nouitij, antequam ad aures parentum affinium, & conſanguineorum huius facti fama euolet, cum ſint multi à partibus remotis, at in alijs Prouincijs, in quibus parentes, affines, & cognati inhabitant, magis poteſt impediri deſiderium iuuenum habitum recipere volentium, ſi in eis antequam ad habitum reciperentur, neceſſario deberet præcedere informatio. Debemus ergo concludere, quod dictum priuilegium conceſſum Conuentui Sancti Stephani per viam communicationis eſt conceſſum omnibus Monaſterijs religionum Mendicantium, & aliarum Religionum, quæ fruuntur priuilegijs conceſsis, & concedendis Ordinibus Mendicantibus, & per conſequens, quod eo poſſunt vti Monaſteria Ordinum Monachalium, in quibus eſt perpetua filiatio, & via huius priuilegij ad recipiendos Nouitios eſt facilior, quam alia à Gregorio Decimo quarto, conceſſa ordinibus Monachalibus. Nam ex informatione ſemiplena, quam Gregorius Decimus quartus, præcipit fieri, antequam Nouitios ad habitum probationis admittant, poſſunt multi à religionis ingreſſu amoueri, & â propoſito abduci, & ea de cauſa Religioſorum numerum in dies minui, cum ratione ipſius informationis ſemiplenæ id quod debet eſſe occultum, ne talia incommoda ſequantur, poſsit aliquando publicari, quod per iuramentum in occulto ſumptum ab adoleſcente recipiendo minime poteſt contingere.

(?)

ARTICVLVS II.

A quibus examinandæ ſunt Nouitiorũ informationes.

RESPONDEO dicendo, quod iuxta primam conſtitutionem talis informatio debeat præſentari in Generali, & Prouinciali Capitulo, cum in dicta conſtitutione dicatur, quod in Generali, & Prouinciali Capitulo plena, & indubitata fides facta, tam Superioris Generalis, ſeu Prouincialis, quam diffinitorum conſenſu approbata ſit, antequam ad habitum Regularem ſint admiſsi. At in ſecunda ipſiuſmet Pontificis conſtitutione, data Romæ in Monte Quirinali, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, duodecimo Kalendas Nouembris Pontificatus ſui anno quinto, hoc idem Pontifex moderauit, decernens, *quod in qualibet Prouincia ſaltem duo vel ſi fieri poterit, tria, aut plura monaſteria, ſeu domus Regulares deputentur, quarum ſeu quorum ſuperiores infra annũ ſaltẽ ad Inquiſitionem ſuper Nouitijs faciendam, & ad ipſos religioſos iuxta formam præfatæ conſtitutionis recipiendos, & ad alia, quæ in ipſa Conſtitutione continentur peragenda in ſimul congregentur. Quod ſi paucitas, aut nimia diſtantia Monaſteriorum ne id quidem patiatur, ſaltem tribus ex antiquioribus Patribus vnius Monaſterij, aut domus eius Prouinciæ huiuſmodi facultas, & authoritas per Capitulum Generale Monachorum, vel Prouinciale Mendicantium, & reliquorum Regularium eius Ordinis demandetur. Verum in his Monaſterijs, domibus, & locis Regularibus, quæ aut nondum in congregationes redacta, aut alias*

nulli

nulli Prouinciæ ſubiecta ſunt, ſtatuimus, vt trina Capitula Conuentualia tribus diſtinctis cum interuallo ſaltem ſeptem dierum vicibus celebrata eandem in recipiendis Nouitijs per trinas huiuſmodi diſtinctas vices approbatis habeant authoritatem, quæ per noſtram Conſtitutionem Capitulis Prouincialibus eſt attributa.

Poſtea autem Sanctiſsimus Dominus noſter Clemens Octauus Romæ apud Diuum Petrum die decima quarta Aprilis anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo Pontificatus ſui anno primo in Bulla, quæ incipit, altiſſimæ paupertati, data pro noſtra religione Minorum obſeruantiæ in his Hiſpaniarum patribus ordinauit dicens in hunc modum, *Cum autem, ſicut accepimus prædicta Capitula, Non niſi ſexenni, vel trienni, ſpatio celebrari ſoleant animaduertentes tanti temporis moram poſſe pias profiteri volentium mentes tepefieri, & à tanto propoſito adimplendo forſan etiam abſtrahi, nos ad ea remouenda, quæ religioſum eorum propoſitum impedire quoquomodo poſſunt intenti harum ſerie in Hiſpanijs tantum concedimus Miniſtro, & Commiſſario Generalibus, atque etiam Miniſtris Prouincialibus Ordinis fratrum Minorum de obſeruantia nuncupatorum, quod extra Capitulum quocumque tempore poſsint, & valeant recipere iuuenes ad habitum de conſenſu quatuor Diffinitorum, vel de conſenſu quatuor fratrum ex antiquioribus illius domus, in qua iuuenes ſunt recipiendi.*

Circa quam conſtitutionem eſt notandum illud aduerbium (*tantum*) quod eſt limitatiuum, & excluſiuum, ſicut aduerbium, *dumtaxat*, prout notatur in Iure, *a* & tradunt Bartolus, & Cardinalis, & ſic ea non poſſunt vti familiæ extra Hiſpaniam conſtitutæ, prout fuit declaratum in capitulo Generali Valliſoletano noſtræ ſacræ religionis, milleſimo quingenteſimo nonageſimo tertio.

Neque ſupra dictis obſtat Innocentium Octauum conceſsiſſe, quod omnia indulta, gratiæ, & priuilegia conceſſa, & concedenda fratribus familiæ Ciſmontanæ cenſeantur etiam conceſſa Vltramontanis, & è conuerſo pro vt habetur in libro, Monumenta Ordinum, & in ſupplemento. *b* Nam reſpondetur, quod communicatio priuilegiorum vtriuſque familiæ intelligitur de priuilegijs conceſsis abſolute ipſis familijs non tamen de priuilegijs conceſsis, & concedendis cum hac dictione reſtrictiua, *tantum*, Papa enim talem apponendo reſtrictionem clarè videtur ſignificare ſe velle familiam, cui ſpecialiter ſunt conceſſa tantum poſſe his frui, non autem aliam, cui minimè facta eſt dicta conceſsio, & hoc videtur ſenſiſſe dictum Capitulum Generale diffiniens alias Prouincias exiſtentes extra Hiſpaniam prædicto priuilegio vti minimè poſſe.

Secundo eſt notandum, quod alij Ordines Mendicantes in his Hiſpaniarum partibus poſſunt frui dicta forma recipiendi Nouitios, cum omnes ad inuicem habeant communicationem priuilegiorum conceſſorum, & concedendorum prout in ſuperioribus *c* latè eſt probatum.

Tertio eſt notandum, quod dicti quatuor Patres, quibus eſt commiſſa receptio Nouitiorum, non poſſunt ipſi ſoli eos recipere, imo receptio eſt commiſſa Miniſtro, & Commiſſario Generalibus, ac etiam Miniſtris Prouincialibus noſtri Ordinis Minorum in Capitulo, vel extra Capitulum, ſicut eis ſecundum eorum regulam erat iniunctum, neque hoc illis aufert prædicta Conſtitutio, tantum enim addit Sanctiſsimus Dominus noſter Clemens Octauus, quod ipſi, & qui ab eis ad hoc

a L. ſolutũ §. ſi inſortẽ ff. de pign. act. c. ſtat. & in nullo de reſcrip. li. 6 Bart. in l. 1. poſt. prid. ver. pro de clara. ff. Sienis ius dicẽ. non ob tem. Clem. 1. verſi. nos igitur, & ibi Card. deſum. Tri. & fide Catho.

b In 1. imp. fo. 64. & in 2. fo. 68. cõ cel. 135. ſupple. fol. 69. conce. 145.

c Sup. hac q. ar. 1.

REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL

adhoc habent poteſtatem, debent hoc facere de conſenſu quatuor Diffinitorum, vel deconſenſu quatuor fratrum ex antiquioribus illius domus, in qua iuuenes recipiendi ſunt, Miniſter autem, & Commiſſarius Generalis poſſunt hanc facultatem Guardianis, & præſidentibus dictarum domorum committere cum ipſis ea competat ex iure communi Regulæ & ex priuilegio perpetuo, & per cõſequens ſit delegabilis. Vnde aduertant Prælati obſeruantes hunc modum recipiendi Nouitios debere congregari in vnum cum dictis fratribus ad informationes examinandas, qui fratres debent eſſe ex antiquioribus non ætate, & religione, ſed dignitate, & præeminentia regulari.

Circa eandem conceſsionem, in quantum dicit, *Concedimus, quoque quod ipſi coram Notario, vel fratres per eos adhoc deputati poſsint ac debeant ad inquiſitionem huiuſmodi faciendam vocare teſtes, & ab eis recipere iuramentum.*

Notandum eſt, quod prælatus cum quatuor dictis fratribus poſſunt committere facultatem alicui fratri, vt poſsit vocare teſtes & ab eis recipere iuramentum, ad huiuſmodi inquiſitionem faciendam, cum hoc ſit nudum miniſterium delegabile, examinare autem informationes factas non poſſunt dicti Prælati, & fratres alijs committere argumento eorum, quæ in quadam Clementina *d* notantur.

d Clemen. vn. de offi. deleg. iuncta glo. ſuper inquiſi.

Circa eandem conceſsionem ibi, *poſsint, ac debeant*, notandum eſt, quod per verbum, *poſsint*, denotatur quod non vult Papa aſtringere dictos fratres, vt hac tantum conceſsione vtantur in recipiendis Nouitijs, dat enim ipſis libertatem, vt poſsint vti forma recipiendi Nouitios, quæ ponitur in ſecunda conſtitutione Sixti V. Verbum autem *debeant*, inducit neceſsitatem, & obligationem, vt conſtat ex traditis in iure, & reſoluris à Tiraquelo. Vnde volentes fratres vti iſta conceſsione tenentur ne ceſſario vocare teſtes, & ab eis recipere iuramentum, & non ſeruando hanc formam incurrunt in pœnam huius conſtitutionis dicentis, *quod ſi á prædictis Superioribus dicti Ordinis, ac fratribus per Superiores, vt præfertur deputatis, in præmiſsis contra factum fuerit, voce actiua, & paſsiua, nec non officijs, gradibus, honoribus, & dignitatibus quibuſcumque per eos obtentis eo ipſo in perpetuum priuati, & tam ad illa, quam ad alia quæcumque in poſterum obtinenda perpetuo inhabiles, & incapaces, ac excommunicationis ſententia innodati ipſo facto exiſtant.* Ex quibus cenſuris & pœnis clarè patet verbũ, *debeant*, neceſsitatem importare, cum non impleto eo, quod per verbum *debeant*, præcipitur faciendum in tam graues pœnas incurratur.

Circa eandem conceſsionem eſt notandum, quod ſupradicti patres debent vocare teſtes coram notario, qui Notarius ſufficit, quod ſit frater eiuſdem ordinis ab ipſis pro hoc miniſterio deputatus, hoc enim verbum (*Notarius*) abſolute prolatum debet iuxta materiam, de qua agitur, interpretari iuxta ea, quæ in iure *f* Notantur, & Notarij in religione deputantur à Prælatis pro cauſis Regularium fratres eiuſdem Ordinis. Ita reſponſum eſt mihi à *Doctiſsimo* meo Magiſtro Doctore Solis Iuris Conſultorum Primario in hac Salmanticenſi Academia. Et confirmatur ex priuilegio Pij V. cuius tenorem ſupra g retulimus.

f l. plenum æquiſitibus ff. ſ. de vſu & ſiabita.

Secundum autem conceſsionem ſanctiſsimi Domini noſtri Clementis Octaui, factam Conuentui ſancti Stephani Salmanticenſis debet religioſus ad hoc deputari ab habente poteſtatem recipiendi Nouitios, qui deputatus proceſſum, & informationem captam Priori, ſeu Præſidenti, ac Suppriori, & Magiſtro Nouitiorum, & ſtudentium, â quibus approbari, & reprobari poſsit, referre fideliter debeat, vt autem in alijs religionibus hoc indulto vtatur, non eſt neceſſarium, vt iſta informatio coram dictis Patribus à dicto deputato præſentetur, ſufficit, quod iuxta conſtitutionem Sixti Quinti à duobus ſuperioribus in ſimul congregatis, vel iuxta conceſsionem Sanctiſsimi Domini noſtri Clementis Octaui, factam Minoribus, ſufficit, quod præſentetur coram habente

g Sup. q. de Notarijs.

l. 1. §. 1. ff. quod quiſque iuris gl. in l. §. 1 v. oſtendere ff. ad exhiben glo. inc. præpoſuit v. nõ debet & ibi Pano. ext. de appel. Tiraq. in tract. Linag. §. 1. glo. 15. n. 1.

habente authoritatem recipiendi Nouitios, & quatuor Diffinitoribus, vel quatuor ex ſenioribus fratribus domus in qua Nouitius eſt recipiendus, non enim Minoribus Monaſterijs eſt magiſter ſtudentium, & ſic neceſſarium eſt ne receptio recipiendorum dilatione refrigeſcat, vt in dictis alijs Monaſterijs partim vtatur conceſsione facta Conuentui Sancti Stephani, quoad ſumendum iuramentum à iuuenibus recipiendis, & quoad deputandum fratrem ad vocandum teſtes, & inquiſitionem faciendam, & partim vtetur conceſsione Sixti Quinti quoad præſentandum dictam informationem coram duobus ſuperioribus in ſimul congregatis, & conceſsione ſanctiſsimi Domini noſtri Clementis Octaui facta Minoribus quo ad præſentandum dictam informationem coram prælato, & quatuor Definitoribus, vel fratribus ex ſenioribus. Imo dico quod ſi ad petitionem iuuenum recipiendorum authoritate iudicis fiant informationes iuridicæ, ſufficit ex mente Pontificum, quod apud dictos patres præſententur, & ab ipſis approbentur, vel reprobentur, prout in noſtra ſumma conceſſorum ſatis dixi.

b Summa confeſ. 2. tomo ti. Noui.

ARTICVLVS III.

De quibus debeant fieri dictæ informationes.

REſpondeo dicendo, quod Sixtus Quintus in ſua prima conſtitutione, *ſtatuit perpetuo, & ordinauit, iuuenes, aut viros adultos maiores ſexdecim annis non aliter in aliquam religionem recipi poſſe, neque debere, niſi prius de eorum parentibus, patria, deque eorum anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur & ex accurata informatione, & fidedigna relatione compertum, & exploratum ſit, eos neque aliquorum criminũ qualia ſunt homicidia, furta, latrocinia, & alia ſimilia, aut grauiora reos vel ſuſpectos exiſtere, vt propterea damnati ſint, aut damnarentur, formident, neque ingenti ære alieno ſupra vires facultatum ſuarum grauatos, vel reddendis ratiocinijs ita obnoxios, vt ex huiuſmodi cauſa, lis vel moleſtia eis ſit illata iam, vel timendum ſit, ne inferatur, niſi denique conſtet ipſos, vel humana aliqua ratione, ſed tantum, deuotione, & pietatis feruore vitam religioſam ſponte, & ex animo elegiſſe.* Hæc Sixtus Quintus in dicta conſtitutione. Ex qua conſtitutione colligitur, quæ in recipiendis Nouitijs debeant neceſſario inueſtigari.

Primum eſt, quod debet inquiri de eorum parentibus, vtrum ſcilicet, ſint legitimi, an illegitimi, ſacrilegi, & inceſtuoſi.

Secundum, vtrum aliquod homicidium furtum, latrocinium, & alia ſimilia commiſerint.

Tertium, vtrum ſint grauati ingenti ære alieno ſupra vires facultatum ſuarum.

Quartum, vtrum reddendis ratiocinijs ſint obnoxij ita, vt ex huiuſmodi cauſa lis, vel moleſtia eis iam ſit illata, vel timendum ſit, ne inferatur. Quæ omnia in articulis ſequentibus ſigillatim diſcutientur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum illegitimi poſsint admitti ad religionem.

REſpondeo dicendo, quod expulſis inceſtuoſis ſacrilegis, illegitimi, tantum naturales poſſunt ad religionem admitti, prout in ſua prima conſtitutione Sixtus Quintus ordinauerat, ait enim, *quoad iuuenes verò non ex inceſtu præfato, nec ſacrilegio, ſed ex quouis alio minus legitimo thoro natos, ſpurios, vel naturales etiam, vt præ-*

fertur, vel alios legitimatos, qui ob meliorem vitæ frugem religionem ingredi cupiunt: ſtatuimus, & ordinamus eos ad religionem admitti non poſſe, aut debere, niſi prius illorum vita, & moribus diligenter cognitis, & circũſtantijs vniuerſis, quæ circa indoneitatem perſonæ attẽdẽdæ erũt conſideratis, ac de religionis zelo pietatis integritate, ac doctrina fidedignis teſtimonijs adeo commendati fuerint, adeo bonam indolem, & ſpeciem virtutis præſeferant, ac tot eis meritis ſuffragentur, vt defectum natalium ſuppleant, eorumque receptio vniuerſæ religioni commodo, & vtilitati profutura videatur, &c. Siquis autem eorum alias, quam vt præfertur, recipiatur profeſsio ſimiliter nulla ſit, atque ipſi habitu priuari, & à religione eĳci debeant, eorumque receptores excommunicatione, vt ſupra ipſo facto innodati exiſtant. At Gregorius XIIII. voluit ijſdem conſtitutionibus non obſtantibus eos, qui quouis modo illegitimè procreati fuerint, ad habitum, & profeſſionem regularem admitti poſſe, quẽadmodum admitti poterant, ſi ſupradicta conſtitutio edita non fuiſſet. De quo in articulo ſequenti latius dicetur.

ARTICVLVS V.

Vtrũ ſacrilegi, & inceſtuoſi, & filĳ naturales illegitimi, quorũ merita non ſupplent defectum nataliũ, profitentes in aliqua religione ſint vere profeſsi.

REſpondeo dicendo, quod Sixtus Quintus in ſua prima conſtitutione ordinauit, *quo ad filios naturales non ex inceſtu, nec ſacrilegio, ſed quouis alio minus legitimo thoro natos, ſpurios, vel naturales, vel alios legitimatos, qui ob meliorem vitæ frugem religionem ingredi cupiunt, eos ad religionem admitti non poſſe; aut debere, niſi prius de illorum vita & moribus diligenter cognitis, & circunſtantĳs vniuerſis, quæ circa idoneitatem perſonæ attendendæ erunt, conſideratis, ac de religionis zelo pietate, integritate, ac doctrina fidedignis teſtimonĳs adeo commendati fuerint, & adeo bonam indolem, & ſpecimen virtutis præſeferant, ac tot merita eis ſuffragentur, vt defectum natalium ſuppleant, eorumque receptio vniuerſæ religionis commodo, & vtilitati profutura videatur, &cæt. Siquis autem eorum alia quam vt præfertur recipiantur profeſsio ſimiliter nulla ſit, atque ipſi habitu priuari, & à religione eĳci debeant, eorumque receptiones excommunicatione vt ſupra, ipſofacto innodati exiſtant.* Hæc Sixtus Quintus in ſua prima conſtitutione, quam conſtitutionem moderatur Gregorius Decimus quartus, concedendo. *Vt ad habitum Regularem recipi poſsint inceſtuoſi, & ſacrilegi, & naturales. Ita tamen vt cum de recipiendis quomodocumque illegitimis ad habitum, & profeſsionem Ordinum quorumcumque agatur, ĳ, ad quos huiuſmodi receptio ſpectat, præter alia, ex quibus ex dictarum Conſtitutionum præcepto circa quoſcumque etiã legitimos diſquirere debent diligenter vitam eorũ & mo-*

& mores inquirant, & ita demum recipiant, si tamen bonā indolem, & virtutis specimē præseferāt, ac tot merita eis suffragentur, vt nataliū suppleāt defectum, eorumque receptio commodo, & vtilitati profutura videatur, & super hoc ipso ij, ad quos pertinet huiusmodi receptio matura deliberatione habita, ita censuerint, & iudicauerint. Ex quibus verbis videtur colligi. quod non reuocauit Gregorius Decimus quartus, Sixti Quinti constitutiones quantum ad illegitimos, nisi sub certa conditione, & forma scilicet quod ipsi illegitimi tot meritis abūdent, vt defectus natalium suppleatur, & quod merita ipsorum abundent magis, quā merita legitimorum, dicta enim, verba. *Ita tamen*, inducunt conditionem, & formam præcisam iuxta quandam legem *a* vbi eius Glossa, & Bartolus, Iason & Felinus, quæ verba sunt restrictiua, vt ait Parisius *b* adeo quod sunt annullatiua actus, cui apponuntur, vt tradunt Tiraquelus, *c* & Lucas de Penna, & per consequens videtur, quod si aliquis sacrilegus, & incestuosus ad habitū Regularem recipiatur nullis meritis supplētibus defectum suæ illegitimitatis, eius receptio erit nulla sicut erat nulla professio filiorum naturalium nullis suffragantibus meritis iuxta constitutionem Sixti V. superius appositam.

a L. fin. vbi Glo. & Bar. C. de vind. rerū ciui li. 11. Bart. in l. de ijs ver. pręterea, & ibi Ias. Colum pen. n. 10. ff. de trā sact. Felin. in c. dilecta n. 8. versi. 7. signū de rescrip.

b Paris. li. 8 nu. 6. & 7. col. 1.

c Tiraq. de retra lig. §. 8. versi. an trement. & retract. conuen. §. 4. Luc. de pē. in l. vniquique col. 5. C. de proxi. sacri scrut. li. 12.

At in re tam graui nolo præcipitanter me gerere: intelligo enim Gregorium XIIII. circa receptionem illegitimorum ad religionem tria statuisse moderando constitutionem Sixti V. Primum, quod omnes illegitimi ex quocumque coitu prohibito nati possint admitti ad religiones, & in eis profiteri in quo corrigit constitutionem Sixti V. qui sacrilegos, & incestuosos inhabiles ad habitum religiosorum omnino reddebat. Secundum, quod vt hoc fiat, debent eorum merita ipsorum natalium supplere defectum, in quo corrigit etiam aliquo modo supradictam constitutionem, quæ cum dicta limitatione tantum naturales admittebat, & spurios, qua deficiente, & quibus meritis non stantibus eorum professionem irritabat. At Gregorius XIIII. decernit, quo non solum naturales, sed etiam quicumque alij illegitimi recipiantur, si eorum merita, & virtutes examinata suppleant defectum Natalium. At non irritat professionem eorum, si dictæ virtutes & merita non extent, neque excommunicat, deputatos ad Nouitios recipiendos, si super hoc non habita matura deliberatione illegitimos ad religionem recipiant, quod ex sequentibus probabitur. Tertium statuit, quod filius illegitimus in religione, in qua pater, siue ante, siue post natiuitatem dicti filij professus fuerit, ipso patre viuente non admittatur, nam id expresse prohibet, quod intelligitur etiamsi in hoc filio illegitimo merita, & virtutes inueniantur, quæ eius natiuitatis suppleant defectum. Postquam enim Gregorius Decimus quartus, cencessit, vt illegitimi recipiantur cum dictis meritis, statim addit, dummodo filius illegitimus in religione, in qua pater, &c. & quod Gregorius Decimus quartus tantum voluerit obligare fieri meritorum & virtutum inquisitionem, & iudicium: & quod noluerit irritare professionem, patet, nam ordinans noue, quod nullo modo filius illegitimus in religione, in qua eius pater admittatur tantum dicit id se expresse prohibere, & non dicit professionem expresse irritare, si igitur valet professio huius filij, quem Gregorius Decimus quartus, etiamsi eius merita, & virtutes suffragentur, non vult admitti ad religionem, quomodo dicemus voluisse eundemmet Gregorium XIIII. irritam esse professionem aliorum illegitimorum, quos eorum suffragantibus meritis, & virtutibus, vult quod ad religionem admitti possint, & in quibus non est tanta ratio, vt ad religionem admittantur.

ARTICVLVS VI.

Qui dicantur sacrilegi, cū quibus in hac parte sit dispensandum, vt ad religionem admitti possint.

Respondeo dicendo, quod in dispensando cū illegitimis debet haberi ratio ipsius illegitimitatis, facilius enim cū filijs naturalibus debet dispensari, quā cū sacrilegijs, & incestuosis, sacrilegi autem sunt vt supra *a* late probauimus filij religiosorum, & religiosarum, & Clericorum

a Sup. 2. to. q. 29. ar. 2.

ordine ſacro inſignitorum, qui caſtitatem abſolute explicite, aut implicite promiſerunt voto ſolenniad eam ſeruandam ſe obligando. Et licet prout in primo tomo *b* defendi, filij militum Sancti Iacobi ſint ſacrilegi, non tamen debent cenſeri ſacrilegi quantum ad noſtrum propoſitum. Nam Sixtus Quintus, in ſua prima conſtitutione loquens de ſacrilegis ait, *Vel quorum alter parens caſtitatem Deo vouerit, etiam Apoſtolica imperiali, vel Regia aut quauis alia authoritate legitimati, aut natalibus reſtituti*. Notanda ſunt enim illa verba, *Quorum alter parens caſtitatem Deo vouerit*, Loquitur enim, ſecundum ea, de filijs parentum, qui caſtitatem abſolute Deo vouerint, non autem parentum, qui caſtitatem tantum coniugalem Deo promiſerunt, caſtitas enim coniugalis non eſt caſtitas abſolute, ſed caſtitas, ſecundum quid, cum ſolum pertale votum oblati teneantur abſtrahi ab actibus venereis cum alienis, non autem cum ſuis proprijs vxoribus abſtinere. Verum eſt tamen quod filij Cõmendatorum Diui Ioannis Baptiſtæ ſacrilegi ſunt dicendi cum hi caſtitatem abſolute promittant.

b 1.to q.14 ar.2.

ARTICVLVS VII.

Vtrũ homicidæ, & qui cõmiſerunt aliquod delictũ ſint ad religionẽ admittẽdi

REſpondeo dicendo, quod Sixtus V. in ſua prima conſtitutione hoc prohibuit, & profeſsionem illorum irritauit qui in ſecunda conſtitutione hoc declarauit dicens. *Contra crimmoſos vero, quorum profeſsio eadem conſtitutione noſtra irrita declaratur, ac propterea iudicibus, ac curijs ſæcularibus procedẽdi facultas conceditur, tunc demum locum id habere volumus, & non aliter cum actis publicis conſtiterit ipſos iudices, & Curiã ſæcularẽ ante ſuſceptionẽ habitus de ipſo crimine aduerſus eos ac cuſationem ſuſcepiſſe, vel Inquiſitionem inſtituiſſe.* Quæ declaratio eſt conformis ijs, quæ traduntur apud vtriuſque Iuris Doctores, ſi Laicus enim poſt commiſſum â ſe delictũ fiat Clericus, aut religionem intret, hoc facere præſumitur in fraudem declinãdi iuriſdictionem Regalem, & in cauſa criminali puniri poteſt à iudice ſæculari, prout tradit Couarruuias, *a* Antonius Gabriel, Auendañus, Antonius Gomez, & Boſſius. Quod intelligit Siluester *b* cum multis, quod ſi antequam fieret contra illum proceſſus, aut lata ſit ſententia, fiat clericus remanet exemptus â iuriſdictione iudicis ſecularis, ſecus ſi poſt præuentam cauſam à iudice laico, tunc enim ab eo debet neceſſario puniri: & ſimiliter Sixtus Quintus in ſua conſtitutione ſecunda declarauit, quod ſcilicet iuuenis, qui in ſeculo cõmiſit delictum, ſi ante quam de eo cognoſcat iudex ſæcularis, ingrediatur religionem, non poteſt iudex ſæcularis de eo cognoſcere. *Si vero cognouerit ante de delicto, ſiue per viam accuſationis, ſiue per viam inquiſitionis de eo ipſo neceſſario debeat cognoſcere, cum apud ipſum cœptum fuerit iudicium.* Aduertendum tamen quod ſi poſtquam fuerit ad Clericatus ordines promotus, eius delictum puniatur, prius degradandus eſt etiam à minoribus, ſi crimen ſit mortale, aut mutilatione dignum, vt affirmant Couarruias *c* Nauarrus, Didacus Perez, Siluester, Tabien & Turrecremata.

a Coua. practi. qq. q.32 n.2. te.1. & & Xuarez. v. Cleric. in c. pen. n. 46 de foro. cõ- Auen. c.22 n 7. Anto. Gom. to, 3. var. c. 10. n. 5 Boſſ. de foro com. n. 14.

b Sylu. v. iudex 1. §. 22.

Aduertendum etiam, quod cum in Regno Aragoniæ Clericus ſolum conueniatur ob crimen circa temporalitates, prout tradit Molina, *d* ſiquis in eo Regno poſt commiſſum ab eo crimen, & per viam Inquiſitionis, aut accuſationis cognitum à iudice ſæculari ingrediatur religionem ſiquidem eius non valet profeſsio, poteſt circa tẽporalitates puniri, quas ſi per profeſsionem Religioni reliquit, aut aliquibus perſonis ab ipſis debent auferri iuxta decretum Cõcilij Tridentini irritantis earum renunciationem non ſecuta profeſsione valida, & in rebus temporalibus ipſius debet puniri, ſi fuerit ad Clericatus ordinem promotus.

c Cou. d. ea 32. Nau. in c. Non dicatis n. 92. Perez in l. 1. ti. 3. li. 1. ordi. p. 95. Silue. vbi ſu. Tab. v. iudi. n. 14 Turrecr. in c. nemo 12. q. 2.

d Molin. v. Cler. fo. 82. co. 4.

Aduertendum etiam, quod ille, qui commiſit aliquod delictum, â quo iam perſententiã diffinitiuã eſt liberatus totaliter poteſt intrare religionẽ, & valet eius profeſsio cũ hic ſolũ irriteturprofeſsio illius, cui° delictũ eſt apud iudicẽ, vel per viã inquiſitionis, vel per viam accuſationis, ſicut etiam irritatur ſolũprofeſsio illius, qui eſtdebitis ſupravires facul-

facultatum ſuarum grauatus, non autẽ illius qui debita ſoluit, aut eſt paratus ſoluere, & habet, vnde ſoluat. Addendum eſt vltimo, quod non ſufficit probare volentem intrare religionem eſſe bonæ indolis, bonæ famæ, quietum, manſuetum, humilem, & pudicũ, ſed eſt neceſſarium, quod inſpeciali probetur, nullum commiſiſſe delictum, quod in iudicium ſit deductum, prout patet ex cõtextu conſtitutionis Sixti V. & probatur deinde, poteſt enim contingere, vt habeat omnia ſupradicta, & probetur virtutibus pollere, & caſu aliquo fortuito aliquod delictum cõmiſiſſe, ratione cuius per viam inquiſitionis aut accuſationis aliquis proceſſus coram iudice competenti ſit contra ipſum fulminatus,

ARTICVLVS VIII.

An qui ante delictũ fecit votum clericatus, vel religionis poſsit modo ingredi religionem.

a Iaſon in l. cum quadã puella n. 11. ff. de iuriſd. omni. iud. Cepol. caut. 9. Marſ. ſingul. 134. Ar. ſingul. 29. Bian. in pra. cum caut. 2 n. 3. circ. fi. Bald. in l. 1. C. an ſeruus ex ſuo facto b Caſſ. in cõ ſuet. Burg. Rob. 1. 9. 5. Clau. in l. 1. C. an ſeruus ex facto ſuo. c Plaza in tract. de delict. l. 1. capi. 35. n. 3. & 5. Anan. in c. ad falſar. co. fi. ext. de crimi. fal. Gerar. ſing. 51. Bar. in trac. de tem. vtil. & cont. ca. 11. nu. 13. Iaſ. vbi ſup. d. Bap. tom. 1. cõmu. opi. loc. 1. tit. 15. de ſacer. fo. 106. p. 2. co. 2.

REſpondeo dicendo, quod vbicumque quis fecit votum clericatus, aut intro eundi religionẽ, ante patratum delictũ nullo modo poteſt à iudice laico puniri cum votum hoc delicti cõmiſsit tẽpus præceſſerit, vt concludunt Iaſon *a* Cepola Marſilius Ioánes de Arimino, Marcus Antonius Bardus, & eſt opinio Baldi, aſſeruntque ſupradicti Doctores, hoc eſſe valde notabile pro euadendo aliquem â pœna mortis.

b Caſſaneus tamen teſtatur, ſe non credere quod opinio iſta communis in actu practico admittenda ſit, & eandem ſententiam reprobat quoque Claudius Seyſel.

Verum opinio Baldi & Iaſonis, & ſequacium eſt magis communis atteſtante Petro â Plaza, *c* & eam ſequuntur omnes Criminaliſtæ varijs in locis & Ioannes de Anania & in practica obſeruari dicit Gerardus quãuis Iulius Clarus dicat Gerardum, hoc nõ dicere, qui certè decipitur, de practica enim Gerardus expreſſe teſtatur, vt meminit etiã Marcus Antonius Bard. & meminit etiam Iaſon. Et ait Baptiſta *d* in tract. communiũ opinionum hunc caſum euenire in facto tũc temporis & diſcuti, coram iudice ſeculari, & adhuc indeciſum pendere, ſed quod parum poſt præfati opuſculi impreſsionem relati cauſa reuerendi Martini Pandulphi clerici Aquiliani, diſcuſſaque in contradictorio, cum iudice Aquilano coram illuſtriſſimo gubernatore prouinciali, ſuiſque auditoribus mediante eius patrocinio ob memoratam doctrinam Baldi, & communem reportauit ſententiam antedictus Martinus, in ſui fauorem, & conſequenter obtinuit remiſſoriam eius, ad iudicem Eccleſiaſticum qui commiſerat homicidium, & ob id formata aduerſus eum Inquiſitione, & poſito in carceribus, ac illis fractis per eum fugam arripuerat, & aſſumpto habitu clericali poſt hæc, atque accedente cum eo vigore prædicti homicidij Inquiſitionis, & fugæ iterum in eoſdem carceres reductus, & detruſus extitit: tamen allegato voto ante homicidium emiſſo de aſſumendo habitum clericalem, atque probato mediante iuramento dicti Martini, fuit remiſſus ad iudicem Eccleſiaſticum ordinarium.

Sed ait quod illuſtriſsi. D. Pinarius Hiſpanus tunc auditor Regiæ Aprutinæ audiẽtiæ, & poſtea Conſiliarius ſacri Regij Concilij Neapolitani fundamentaliter penetrando hanc materiam aſſerebat, ex ſententia Baldi, quod ſiquis ſimpliciter fecerit votum ante commiſſum delictum, & ante capturã, non fuit adimpletum, quia non potuit adimplere quia ſtatim poſt commiſſum delictum fuerit captus tunc procederet opinio Baldi, & aliorum, ſi autẽ poſt cõmiſſum delictum potuerit votum adimplere, & non adimpleuit, non procedat præfata opinio, cum hoc videatur fieri in fraudem argumento eorum, quæ Bartolus *e* docet. Denique hæc opinio procedit quando ex varijs rationibus fraus præſumi non poteſt, & veritas cognoſcitur.

c Bart. in d. l. cum quæ puell.

At hæc communis Baldi in practica recepta limitatur, vt non procedat, vbicumq; reus efficeretur poſt crimen perpetratum, per eum de fratribus tertij ordinis, tũc enim non obſtãte huiuſmodi habitu aſſumpto religionis tertij ordinis, & voto ante crimen cõmiſſum emiſſo minimè euitaret forum iudicis ſecularis, cæterum abeo tanquã competente puniri poteſt, vt affirmant Federicus *f* de Senis Cardinalis, & alij Canoniſtæ communiter, & poſt Iaſon, & Marſilium reſoluit Petrus à Plaza. Et affirmat Baptiſta *g* in facti contingentia, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo iudicatum vidiſſe in Regia Aprutina audientia, quæ ſententia ad ſenatum Regium per viam appellationis deducta, iterum fuit cõfirmata

f Senis cõſ. 97. n. 4. Pla. vbi ſu. l. 1. c. 25. ſub. n. 6. Canõ. in ca. perpendim de ſent. exc. g Bap. vbiſ.

firmata, quæ opinio lequitur non de religio sis tertij ordinis viuentibus in congregatione tria vota essentialia emittentibus.

Ad probandum autem præfatum votum iuramento ipsius, qui fecit illud, statur secundum præfatos authores. In omnibus enim casibus iuramento afferentis standum est in his, quæ ab animo suo pendent, & in eius propria conscientia consistunt, vt affirmant Alciatus *b* & Horatius, Mandosius alios plures allegantes.

h Alcia. de præsum. regul. 3. præsump. 16. n. 1. Man in addi. ad Rom. singul. 398. li. F.

ARTICVLVS IX.

Vtrum debitis onustus vltra vires suarũ facultatũ possit recipi & profiteri in religione

REspondeo dicendo, quod Sixtus V. in sua constitutione prohibuit, ne recipiantur ad religionem ingenti ære alieno supra vires facultatum suarum grauati, & si recipiantur eorum receptio, & professio irrita declaratur. Ex qua determinatione cessat hodie illa magna difficultas, de qua agunt Iason, *a* & Nauarrus, an debitor, bene, vel male ingrediens religionem post ingressum, & professionem teneatur adsoluenda debita prius contracta. Nam cũ professio eius nihil valeat, clarum est, quod potest adsolutionem debiti compelli. Notã dum est primo, quod constitutio Sixti V. habet locum etiam in eo, qui est condemnatus adsoluendam aliquam pœnam pecuniariam, & eam non soluit, hæc enim pœna est debitum, pro vt aliqua allegando in simili tradit Heriquez. *b*

a Iaſ. 1 p. in in ta C. liceat grauat. debit. 5. intra re relig. Naua. n. c. ſtatuimus n. 42.

b Henr. l. 7 de indul. c. 23. n. 6. c. 12 fin.

Notandũ est secundo, quod debita incerta, quia eorum Dominus, cui facienda est restitutio, est incertus, non impediunt debitorem ab ingressu religionis. Cõstitutio enim Sixti V. debet interpretari de bonis, quorũ Dominus facta diligenti inquisitione potest sciri iuxta antiqua Iura canonica, ad quorum tenorem est edita dicta cõstitutio. Imo hæc debita possunt conuerti in vsum Monasterij, in quod debitor ingreditur ipsi eorũ æstimationem applicando. *Clemens enim IIII. concessit, vt cum aliqui assumẽtium habitum fratrum Minorum fuerint obligati ad restitutionem aliquorũ bonorum diuersis personis, quæ sciri, & inuenirinon possunt, Ministri, & custodes, & eorum Vicarij eorumque singuli in locis sibi commissi possint bona huiusmodi in pios vsus conuertere, pro vt secundũ Deum viderint expedire.* Ita habetur in Monumentis Ordinum, & tradit Nauarrus.

c In 2. imp. fo. 58. in 2 f. 141. cõc. 334. Na. c 17 n. 92.

Notandum est etiam, quod siquis promisit puellæ ducere eam in vxorem, vt cõsentiret in copulam carnalem, quod illico fecit, & manet ob id infamata, tenetur prius huic obligationi satisfacere, quam religionem ingrediatur, prius enim quam transeat ad religionem, debet soluere sua debita pro vt resoluit Nauarrus *d* & ideo professio istius erit nulla, si probetur tale debitum cõtraxisse supra vires suarum facultatum. Nã si ipsa puella est persona infimæ qualitatis, cui modicum quid ratione dictæ promissionis debetur ad eam dotandam, & ipse iuuenis habet bona ad dictam dotem constituẽdam, existimo professionem valere, nõ enim omnem debitorem inhabilitat Sixtus V. ad ingrediendam religionem, sed eum tantum, qui ingentiære alieno supra vires facultatum suarum est grauatus.

d Nau. in c. cui portio. 12. q. 1. nu. 8. & lib. 4. cõsti. de spõs. consi. 21. pa. 377. co. 2.

Notandum est quarto, quod potest etiam ingredi debitor de consensu creditorum, & etiam eis inuitis cedendo bonis suis, & ea illis relinquendo secundum D. Thomam *e* quod etiã asseruit Innocentius, quem Antonius, & communis probat. Quæ opinio cum limitatione est intelligenda, non enim omnis cessio bonorum excusat cedentem à soluendo, non enim excusat illa, quæ fraudulẽter fit, vt probat quædam lex *f* iuncto primo intellectu eius Glossæ, & latè post alios à se citatos tradit Iason, imo sola illa cessio, quam quis facit ob inopiam contingentem per infortunium, & ob veram impotentiam non soluendi debita iusta; vt egregie de more sentit Soto. *g* At qui pollet arte viribus, industria, vel aliquo munere, quo potest honestè lucrari ea, quæ debet, & non quærendo alijs laboret, & ferat molestias cedit bonis, non cedit vere bonis propter veram inopiam, & impotentiam soluendi, nisi creditores vrgerent eum ad statim soluendum per iniectionem in carcerem, ergo cessio, quam debitor facit sponte creditoribus non vrgentibus ingrediendo Monasterium

e Tho. 2 2. q fin. ar. 6. ad 3. Inno. in Rub. de obli. ad ratioc. Auto. & com. in c. 1. eiuſ. tit. f L. vlti. §. vlt. ff. quæ infra credi. Iaſon. in §. item ſiquis in fraud. n. 92. inſti. de actio, & in §. fi. nu. 9. eod. ti.

g Sot. li 4. de iuſt. q. 7 ar. vlt.

non

non excuſat eũm â peccato non ſoluendi debita ſua, & per conſequens non obſtante dicta ceſsione ſi ingrediatur Monaſterium, eius receptio, & profeſsio erit nulla. Vnde D. Thomas non loquitur de omni debitore ingrediente, ſed tantum de illo, qui cedit bonis, & facit, quod poteſt ad ſoluenda debita & non poteſt, nec poterit in futurum ſoluere. Qualem nos quoque concedimus iuſte poſſe intrare religionem, & in ea profiteri, imo & quemcumque alium, de quo eſt probabile non poſſe manendo in ſæculo lucri facere ſoluenda, huiuſmodi enim debitor, quoad forum animæ poteſt intrare religionẽ etiam nulla ceſsione bonorum præmiſſa modo bona fide iudicaret ſe non poſſe ſoluere in futurum, & relinqueret ea, quæ habet, creditoribus.

ARTICVLVS X.

Romæ, & in aliquibus Hiſpaniarum partibus ſunt quædam Collegia Iſtãdorum, in quibus eſt ſtatutum, & conſtitutio Papalis, vt quicunque illa ingredi voluerit, teneatur iurare ſe poſt tot annos pro defenſione fidei Catholicæ in Islandiam profecturum illamque ibi publice, & priuatim prædicaturum. Quæritur, an qui huiuſmodi iuramentum emiſerit, ante quã illud adimpleat, poſſit religionem intrare.

REſpondeo dicẽdo, quod pars affirmatiua contra Nauarrum *a* videtur tenẽda per quandã Decretalem *b* dicentem, reus fracti voti aliquatenus nõ habetur qui temporale obſequium in perpetuam poſcitur, religionis obſeruantiam commutare, cuius ſumma eſt, omne votum eſt mutabile in votum religionis etiam authoritate propria, vt ait Panormitanus *c* communiter receptus. At *D.* Thomas ait votum eſſe maius vinculum, quam iuramentum, ergo à fortiori omne iuramentum eſt mutabile in votum religionis, etiam authoritate propria. Huic argumento reſpondet Nauarrus, concedendo omne votum regulariter eſſe transmutabile in votum religionis, negat tamen idem eſſe de iuramento, quo quis obligatur proximo, ait enim quod quamuis votum aliquo reſpectu ſit maius, & excelſius, quam iuramentum, hoc tamen reſpectu eſt firmius, & inſolubilius: debita enim certa ſunt ſoluẽda ante ingreſſum religionis prout inſuperiori articulo diximus, à qua obligatione non videtur abſoluere ingreſſus religionis, ſicut etiam non abſoluit à iuramento ducendi vxorem, vt traditur in Iure *d* & debitum eius, qui iurauit prædicto modo, eſt debitũ certum, & debitum iure naturæ diuino, & humano contractum, ergo debet illud priùs ſoluere, ante quam accipiat ſtatum, per quẽ amittat potentiam ſoluendi, quod deinde probatur, nam licet votum inducat veneratiorem obligationem, quam iuramentum, eo reſpectu, quod obiectũ principale illius eſt Deus ipſe, alia tamen ratione iuramentũ quod ſit homini eſt fortius, & firmius, tum quia ſicut votum obligat per illud diuinũ *e* præceptum, *Redde Altiſsimo vota tua*, Sic iuramentum obligat per aliud diuinum, *Redde iuramenta tua* Deo, & per illud præceptum *g* *Non aſſumes nomen Dei in vanum.* Sed propter hoc quod obligat iuramentum nõ ſolum Deo, ſed etiam proximo, adeò, q licet Pontifices paſsim abſoluant iuſta de cauſa à voto, à iuramento tamen quo iurans obligatur proximo regulariter non abſoluunt, niſi de conſenſu eius, & hanc propoſitionem, ſcilicet quod iuramentum promiſſorium inducat fortiorem, & firmiorem obligationem, quam votum, latiſsimè probat noſter Medina. *h* Sed certe miror valde doctiſsimum, & pium Nauarrum hanc opinionem propter hoc argumentum, & alia ſimilia tenere, qui deberet aduertere bifariam quempiam poſſe aliquam rem iurare. Vno modo quando illud pollicetur, quod eſt ei vtile, cui ideo iuramentum illud intereſt. Aliomodo quando quis alteri id iure iurando promittit, quod ad diuinum attinet honorem, vt quando quis iurat religionem intrare, eleemoſynam erogare, eſt enim diuiſio hæc iuramentorum diſcrete obſeruanda vt intelligamus non omnẽ promiſsionem, quæ verbo fit homini, illi duntaxat fieri, regula enim hæc vniuerſalis fallax eſt, quando enim quis amico pecuniam daturum ſe iurat, tunc iuramentum ſit homini, quando verò id, quod promittitur, materia religionis eſt, aut pietatis materia ipſa ſua natura oſten-

a Nau. li. 3. conſi. tit. de regu con. 1.
b c. ſcriptu. de vot.
c Pan. in d. c. ſcrip.
d ca. cõm. de ſponſ.
e Pſalm. 49
f Matt. 5.
g Exod. 20.
h Med. li. 5 de ſac. ho. conti. c. 23.

oſtendit ſpeciem habere voti, quæ Deo ſit, & ſic videndum eſt, quo animo fiant ipſæ promiſsiones iuratæ, ſi enim fiunt homini, in gratiam ipſius hominis humano more iuramentum purum eſt, ſi vero promiſsio iurata ſit intuitu pietatis, & religionis, naturam iam induit voti. Hæc doctrina eſt doctiſsimi Sori .*i* Ex qua infertur, quod iuramentum factum à dictis Iſlandenſibus non eſt iuramentum factum homini, ſed eſt quoddã iuramentum factum Deo, materia enim ipſa iurata eſt materia religionis, & pietatis, cum iuretur pro defenſione fidei Catholicæ in Iſlandiam proficiſci, & ſic ſua natura oſtendit ſpeciem veri voti, cum fiat Deo, & ſimilia iuramenta, quæ vocantur iuramenta votiua, poteſt ex iuſta cauſa Epiſcopus relaxare, & diſpenſare, prout tradit idem Soto, vnde videtur, quod allucinatus fuerit Nauarrus, nulla enim eius argumenta habent locũ in iuramento, ꝙ ſit Deo, cuiuſmodi eſt iuramentum, de quo in præſentiarum, quod vere, & realiter induit rationem voti, & iuxta naturam voti debemus de illo iudicare. Vnde ſicut omne votum eſt mutabile in votum religionis, ita etiam iuramentum, de quo in præſentiarum erit cõmutabile in votum religionis.

i Soto li. 8. de iuſt. q 1. art. 9.

*S*ed contra hoc arguitur, ratio, quare in votum religionis omnia alia vota ſunt trãſmutabilia eſt, quia votum religionis executum excedit aliud quodcunque votũ, quia per illud transferuntur omnia & ipſe homo in obſequium Dei, vt ſacri Canones K fatentur, aut in martyrium eſt eo maius vt tradit D. Thomas *l* & iuramentum præfatum videtur ſatis obligare ad martyrium, cum hi iurent pro defenſione fidei Catholicæ in Iſlandiam profecturos. Reſpondetur, quod martyrium actu ſuſceptum eſt maius bonũ, quam votum religionis ſolemne, at non eſt maius bonum iuramentum, quo quis iurat pro defenſione fidei tranſactis certis annis in Angliam, & Iſlandiam profecturum, licet enim hoc iuramentum ordinetur ad martyrium, ordinatur tamen non proxime, & immediate, tum quia non iuratur pro defenſione fidei ire in Angliam, & Iſlandiam, martyrium ſubire, tum quia non iuratur ſtatim in iſtas Prouincias ire, ſed poſt tot annos elapſos, & poſſet contingere iurantes antea mori, vel à Collegijs regredi, nolendo alteri ſubdi, neque alimentis Collegiorum ali, & ita video in hac Salmanticenſi Academia cum conſilio ſapientiſsimorum aliquos Iſlãdenſes ſpiritu feruentes ad religiones cõuolare, & in eis recipi, & profiteri ſine aliquo ſcrupulo, & ſi aliquis eſſet ſcrupulus, minime reciperentur.

K cap. fi. de ſtat. mona. l Tom. 2. 2. q. 24. ar. 3.

ARTICVLVS XI.

Vtrũ obligatus ad ratiocinia dãda poſsit ingredi religionẽ

REſpondeo dicendo, quod Sixtus V. in dicta conſtitutione ait quod reddẽdis ratiocinijs ita obnoxius, vt ex huiuſmodi cauſa, lis, vel moleſtia ei iam ſit illata, vel timendum ſit, ne inferatur, non poſsit ingredi, neque profiteri in religione.

Pro cuius rei explicatione eſt notandum, quod ratiocinium eſt redditio rationis ex adminiſtratione Reipublicæ, vel priuatæ perſonæ, ſunt enim quædam ratiocinia publica, quibus obligantur officiales Curiæ ex adminiſtratione rerum ad Rempublicam pertinentium, de quibus in quadam lege *a* & quædam priuata, quibus homines obligãtur ex adminiſtratione rerum priuatarum, vt tutores, curatores, actores, Procuratores, executores, de quibus omnibus agitur in quadam Decretali *b* & de ijs omnibus loquitur prædicta conſtitutio: cum omnes iſti remaneant obligati addandum ratiocinium ſi ita ſunt obnoxij, vt ex huiuſmodi cauſa, lis vel moleſtia eis iam illata ſit, vel timendum ſit, ne inferatur, qui ſimiliter prohibentur in iure, *c* & tradit Siluester, ſacris ordinari, ne ſit neceſſarium creditoribus ad Eccleſiaſtica tribunalia propetendis ratiocinijs cõfugere, quod in maximum eorum cederet præiudicium.

a L. offi. C. de Epiſ. & cler.

b c. vni. de obli. ad rat.

c c. præterea diſt. 91. Sil. tit. ratiocin.

ARTICVLVS XII.

Vtrum facta informatione de omnibus ſupradictis inueniendo poſtea quod aliqua eorum falſa fuerunt probata ſit profeſsio nulla.

REſpondeo dicendo, quod Sixtus V. in dicta conſtitutione quoſcumq; criminoſos, aut de aliquo delicto accuſatos, vel denuntiatos, aut ære alieno, vel ratiocinijs reddendis obligatos, ſecundum quod

explica-

explicauimus in ſuperioribus ad religionem perpetuo inhabiles declarauit, *& ſi quos eorum contra dictam conſtitutionem temere admiſerint, tam ſuſceptionem habitus, quam profeſsionem, & inde ſecuta ex nunc, prout, ex tunc part modo irritauit, & annullauit, viribuſq;, & effectu carere decreuit.* Ex quibus verbis colligitur, quod ſi falſe probatum fuerit eos in nullis ſupradictorum eſſe comprehenſos profeſsionem eorum invalidam eſſe, ſiquidem Summus Pontifex eos, non abſolute inhabilitauit ad profitendum, ſed tantum quando temere admittuntur, vt patet ex præfata conſtitutione ibi, *temere admittent.* Ex quibus verbis videtur colligi ſuſceptionem habitus, & profeſsionem illorum, qui temere tantum admittuntur, eſſe nullam, non autem quando bona fide, & ſimplicitate animi admittuntur à Prælatis fraudulentis informationibus deceptis. Prout infra hoc temo quæſtione quinquageſima quarta, in qua de profeſsis poſt præfatam conſtitutionem latiſsime agemus.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum de omnibus Nouitijs recipiendis debeat fieri informatio prædictorum.

RESPONDEO dicendo, quod non debet fieri informatio de minoribus ſexdecim annis in aliqua religione receptis, vt patet ex verbis dictæ conſtitutionis Sixti V. ibi, *Iuuenes aut Viros, adultos, maiores ſexdecim annorum.*

Præterea non debet fieri exacta inquiſitio, quando recipiuntur ij, qui ſunt de remotiſsimis Prouincijs, ait enim Sixtus V. in ſecunda conſtitutione in hunc modum. *In his autem, qui in locis à ſua patria longiſsime remotis, degentes, vel quorum patria ab Hæreticis, vel infidelibus miſerè oppreſſa detinetur, voluerint ſe diuinis obſequijs ſub regulari habitu dicare, vt in hoc quoque Sedis Apoſtolicæ benignitas eluceſcat, quæ cunctos mortales præſertim vero exteros ex longinquis regionibus ad eam aſsidue confluentes materno ſinu libenter amplectitur, ſancimus exteros huiuſmodi, & aduenas, quamuis non liquido conſtet de ijs omnibus, quæ in conſtitutione noſtra requiruntur tametſi diligentia adhibita nihil appareat, quod eos impediat, habiles eſſe putandos,* Hæc Sixtus Quintus.

Circa verba dictæ conſtitutionis ibi, *Qui in locis à ſua patria longiſsime remotis degentes, &c.* Qui dicantur longiſsime remoti à ſua patria, relinquitur arbitrio Prælatorum decidendum, cum non determinetur in iſta conſtitutione iuxta ea, quæ in iure notantur: *a* quantum autem ad noſtrum propoſitum illam puto dici patriam longiſsime remotam, ad quam ſaltem intra annum probationis Nouitij difficiliter poteſt recurri, & informatio apportari, vt ad profeſsionem Nouitius admittatur, & hoc attenta modo conſtitutione, quæ permittit cum iuramento adoleſcentes recipi ad religionem dummodo ante annum probationis plena de ſupradictis fiat informatio, & hoc probatur, verba enim illimitata, & generalia iuxta materiam, de qua agitur, debent explicari, vt in iure *b* notatur.

a L. 1 ff. de iure delibe randi.

b ca. intelli de verbo ſig.

Circa eandem conſtitutionem, ibi, *Si diligentia adhibita*, vt autem adhibeatur diligentia neceſſarium eſt vt teſtes inquirendi de omnibus impedimentis ſigillatim quærantur, & non ſufficit ipſos dicere neſcire eſſe comprehenſos in dicta conſtitutione, ſed neceſſariũ eſt dicere non

re non eſſe comprehenſos in hoc impedimẽto, neque in hoc, & ſic de alijs.

Præterea non debet fieri informatio de his religioſis qui ex ſua natiua religione ad alias ſe transferunt, vt in eis profiteantur, quod patet ex dicta conſtitutione, ibi. *ſed ad euitandum legum, & iudiciorũ ſeueritatem, quia tuto in ſæculo viuere non poſſunt.* Ex quibus verbis clare colligitur, quod vult Summus Pontifex, vt tantum fiat informatio de his, qui à ſæculo ad religionem confugiunt, non autem de his qui ab vna religione ad aliam deuotionis cauſa auolant: denique non debet fieri informatio de nouitijs monialiũ cũ Sixtus V. & Gregorius XIIII. & Clemens VIII. rãtũ de nouitijs monaſteriorum virorũ loquãtur, vt patet ex tenore bullarum. Hæc enim lex cum ſit pœnalis, & exorbitans non debet intelligi, niſi in caſibus in ea expreſſis.

QVÆSTIO XI.

De Nouitijs, quo ad qualitatem generis inquirendam, in quatuor articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 *VTrum valeant ſtatuta expellentia Chriſtianos nouos à receptione habitus regularis.*

2 *Vtrum valeat ſtatutum quod horum profeſsio ſit nulla, ſi non eſt à ſede Apoſtolica confirmatum.*

3 *Vtrum ſupradicti poſsint aliquo modo fieri profeſsi.*

4 *Vtrum in ordine Minorum de obſeruantia poſsint profiteri, qui deſcendunt ex Iudæis & Sarracenis.*

ARTICVLVS I.

Vtrum valeant ſtatuta expellentia Chriſtianos nouos a receptione habitus Regularis.

RESpondeo dicẽdo, quod proprie loquendo Chriſtiani noui, non ſunt illi, qui deſcendunt à Iudæis aut Mauris ad fidem conuerſis, ſed ſunt Neophyti, de quibus inquit Innocentius Papa I. *a* miſerum eſt eum fieri Magiſtrum, qui necdum didiſcit, eſſe diſcipulum, & hac authoritate, & alijs fundant Couarruuias, *b* & Simancas, & alij, quos refert Pelaez, hos dici proprie Chriſtianos nouos, & probatur, nam hoc vocabulum deriuatur à, *neo*, quod eſt nouum, & *phytos*, quod eſt fides, quaſi nouus in fide ſecundum Albertinum *c* plura dicentem, quia ad officia publica poteſt ſtatui, quod non promoueantur, illi autẽ, qui deſcendunt ab antiquis Iudæis, qui fidem receperunt, ad officia publica admittũtur ſecundum Auendañum *d* Otaloram, Alphonſum de Heredia, & Olanum, vtrum autẽ ſit ſtatutum ſanctum excludens deſcendentes à dicto genere à Collegijs, & confraternitatibus, & à religionibus, controuertitur, Otalora, & Simancas, affirmant eſſe iuſtum, Didacus autem Perez de validitate ſimilium ſtatutorum dubitat. Nauarrus *f* autem, ait dictum ſtatutum eſſe nullum, niſi authorita te Apoſtolica fiat, nullum enim capitulum generale alicuius religionis authoritate ordinaria poteſt ſtatuere ne recipiantur ad ſuũ ordinem, qui deſcendunt ex infidelibus, ſi fuerint ipſi fideles ita, quod eorũ profeſsio non valeat. Nam nullus inferior à Papa poteſt contra ius Canonicum ſtatuere, prout iniure ordinatur, & præfatum ſtatutum videtur eſſe contra ius commune Canonicum cum iure communi Canonico omnes Chriſtiani, regulariter ſint apti ad intrandam, & profitendam religionem à ſede Apoſtolica approbatam, ſi eis non obeſt aliquod impedimentum canonicum, & deſcenſus ab infidelibus non eſt impedimentum ad intrandam, & profitendam religionem, nullo enim iure cauetur id, imo iure ipſo diuino vnde hauritur ius Canonicum expreſſe id videtur concedi, cum ſecundum ipſum nulla ſit diſtinctio Iudæi, & Græci. Et confirmatur, nam Alexander III. *h* declarauit non debuiſſe quem à Canonicatu repelli eo quod fuiſſet Iudæus, cum ſit iam Chriſtianus, imo vt ibi ait Gloſſa, & Doctores, commendari potius debuit, & laudari. Verum eſt tamen quod propter aliquas rationes authoritate Papæ licite poteſt fieri tale ſtatutum, prout defendit Doctiſsimus Corduba. *i* Dixi in concluſione: ita quod earum profeſsio ſit nulla, nam ſtatutum factum, per quod expellan-

a Inn. Epiſ. 12. ad Aure.

b Coua. in Clem. ſi furioſ. 1. p. §. 2. nu. 7. Pelaez de maiori hiſpa. 1. p. q. 1. nu. 13.

c Alber. de iure patro. li. 2. 2. p. q. 7. princi. ar. 14. per tot.

d Auen. in dict. v. Iudio Otalo. de nobilit. 2. par. 3. p. princip. c. 7. n. 23 Here. dia in lib. dechado de juezes. in q. fiel Iudio puede ſer juez Olan. in antino. lit. a nu. 73. & 74.

e Otal. vbi ſu. n. 26. Sima. de inſt. catho. ti. 17. n. 84. Perez in l. 9. t. 1. li. 1. ordin. co. 54. in medio. & in l. 1. ti. 1. li. 4. co. 1316.

f Naua. li. 3. conſil. ti. de regu. conſi. 26. n. 4. & 5

g ca. quod ſuper tit. de maiori. & obedien.

h Ale. ca cãte de reſcri. vbi Gloſ. & Doct.

i Cor. li. c. quæſt.

pellan-

pellantur à religione deſcendentes a Iudæis & Sarracenis iuſtis id cauſis ſnadenribus, & non odio generis, iuſtum â ſapientiſsimis iudicatur etiam ſi non fiat authoritate Apoſtolica, dummodo eorum profeſsio valeat, ſi de facto fiat prout nos in primo K. tomo allegando Caietanum latius diximus.

K. Tom. q. 74

ARTICVLVS II.

Vtrum prædictum ſtatutum expellens â religione deſcendentes ab infidelibus & eorum annullans profeſsionem ſufficit, quod fiat in Capitulo Generali habente licentiam á Sede Apoſtolica ſpecialiter, vt in eo ſtatuta edantur.

REſpondeo dicendo, quod non: licentia enim papalis, ad efficienda ſtatuta & confirmatio ipſorum ab ipſo Papa intelligitur, quatenus ipſa ſtatuta ſunt licita, & honeſta & non ſun contra Ius commune, neque contra ſacros Canones: huiuſmodi autem ſtatutum eſt contra Sacros Canones vt probatum eſt in articulo ſuperiori, & confirmatur, nam ſicut in conceſsione generali non veniunt ea, quæ ſi ſpecialiter peterentur, non concederẽtur: ita in confirmatione generali non cenſentur conceſſa ea quæ ſi ſpecialiter perterentur non confirmarentur. Ex his infertur primo, quod qui hactenus recepti ſunt contra prædictum ſtatutum, non ſunt reijciendi poſt eorum profeſsionem ob id ſolum, quod contra prædictũ ſtatutum fuerunt recepti, & profeſsi quia ex nihilo nihil fit, vt ait Philoſophus, & vt Peruſinus adijcit, in nihilum nihil poteſt reuerti & vt Iuris conſulti aiunt, *a* quod nullum eſt rumpi non poteſt, neque deſponſalia nulla poſſunt diſſolui, priuatio enim præ ſupponit habitum, vt dicitur iniure, *b* & conſequenter, quod nullum eſt, nullum effectum poteſt producere, cui conſequens eſt quod cum dictum ſtatutum ſit nullum nullũ poteſt gignere fructum, & conſequenter nec reſcindere, neque annihilare poteſt profeſsionem alioquin legitimam. Verũ tamen eſt, quod quamuis nulli poſsint eijci propterea ſolum quod ſint profeſsi contra prædictum, ſtatutũ poſſunt tamen eijci aliqui eorum, propterea quod non interuenit conſenſus legitimus ex parte recipientium, quia ſcilicet profeſsio facta fuit, ſine conſenſu legitimo cum ſit facta per conſenſum conditionalẽ, ſi non deſcendiſſent ex in fidelibus & diſpoſitio conditionalis non exiſtẽte cõditione nihil operatur iuxta ea, quæ in iure notantur, *c* adeo hoc eſt verũ quod neque in foro conſcientiæ dicti fratres ſic profeſsi poſſunt haberi, pro profeſsis, cum cõſenſus nõ fuerit legitimus ex parte recipientium, eo quod fuerit præſtitus ſub conditione falſa & ita licet eis quo ad forum conſcientiæ tantum exire ab ordine, ſine diſpenſatione cũ quo ad illud forum non ſint ligati ex notatis in quodam Canone. *d* Et pro ſecuritate ſuarum conſcientiarum tenẽtur ſupplicare prælato ordinis ſui qui ſit iudex competens eorum humiliter, vt declaret profeſsionem eorum non valere. Et ita non debent manere in monaſterio agendo actus profeſſorum grauando monaſterium alimentis. Aduertãt tamen quod debent requirere, vt id fiat vocatis prius adhoc iudicibus & corã notario Monaſterij, & toto conuentu, vel aliquibus teſtibus, & detur eis inſtrumentũ in quo cõtineatur, quod ipſi ob tales, vel tales cauſas non ſunt verẽ profeſsi, & ſententia declaratoria id ipſum declaretur, quibus peractis debent exutis veſtibus regularibus in nomine domini dimitti, iſtorũ enim profeſsio neque vt tacita valet, quia in contractibus par virtus eſt expreſsi, & taciti, vt in iure probatur, *e* & qua ratione conſenſus expreſsus annullat profeſsionem expreſſam debet etiam annullare tacitam, imo à fortiori magis argumentõ cuiuſdam legis *f* quia qui tacite conſentit potius ficte quam vere conſentire cenſetur, vt recte poſt alios docet Decius. *g*

Nec prædictis obſtat quod prædicti male profeſsi interuenerunt actibus profeſſorum: nam durante impedimento, ſeu ignorantia tales actus non faciunt profeſſum per ſingulare dictum Caietani *h* quod approbat Nauarrus. *i*

Nec obſtat quod acceperunt à prælatis literas dimiſſorias ad ordines recipiendos, nam ignorantes prælati inualiditatem talis profeſsionis eas conceſſerunt prout idẽ Nauarrus *i* affirmat.

Nec ſupradicta profeſsio talium eſt valida per geſtationem habitus per annum & amplius factam, Cum idem defectus, con-

a in Rub. de iniuſt. rup. irritoq. fact teſt.

b L. decem. ff. de verbor oblig.

c ca. ſi prote de reſcip. li. 6. & c præt. 1. de appell.

d c. humanæ aures. 22. q. 5.

e L. cũ quid ff. ſi cert. pe tat. Gloſ. in l. expreſſa ff. de regu. iur. f L. 1. §. fin. iũcta l. ab eo ff. de pact.

g Decius in d. l. cũ quid

h Cai. 2. 2. q. 189. ar. 5.

Na. c. 12. n. 31. & in caſtarui. n. 72.

i Nau. lib. 3. conſi. 5. n. 15. tit. de regul. & ind. c ſtatu. n. 15.

consensus interueniat post professionem factam, qui interueniebat ante, tempore scilicet quo ipsa facta sunt. Denique concludendo dico quod inter profitentem religionem, & inter professionem admittentē contrahitur obligatio reciproca qua profitens obligatur religioni ad præstanda, quæ promittit secundum regulam, & religio ad præstandum ei, quæ debet, & ita requiritur vtriusque partis consensus, & professio nulliter facta non censetur ratificari per consensum profitentis, neque per admissionem ad actus solis professis conuenientes, nisi approbent illam scientes non valere adhoc, vt de non valida faciant validam prout cum Cardinali resoluit idem Nauarrus. K

K Na. vbi.

ARTICVLVS III.

Vtrum supradicti possint aliquo modo fieri professi.

REspondeo dicendo, quod possunt tam tacite, quam expresse profiteri si de nouo recipiantur, & integrum annum continuum probationis peragant cum non solum eorum professio fuerit nulla, sed etiam receptio ad habitum, vel possunt permanere in monasterio post annum de consensu recipientium, & receptorum aliquantulum ante quam profiteātur quo casu erunt tacitè professi, non quidem, vt censeantur professi à tempore, quo primam fecerunt professionem, sed à tempore quo fecerunt nouam professionem. Et posset sua sanctitas, si suæ benignitati placeret de consensu recipientium, & receptorum annum nouitiatus habere pro legitime completo contra Concilium a Tridentinum, & etiam eorum professionem de vtriusque partis consensu habere pro rata adhoc vt ipsi post hac gaudeant honoribus, & præeminentijs, quibus gaudere debent à tempore quo fuerunt primo professi, & hoc ad tollēdum scandalū & inquietudinem, quæ oriretur ex magna mutatione est remedium valde commodum, & amplectendum, & à D. Papa supplicandum, ita Nauarrus. b

a Conc. sess. 25. de reg. c. 15.

a Nau. lib. 5. consil. tit. de reg. consil. 5. n. 19. & 20.

ARTICVLVS III.

Vtrum in ordine Minorum de obseruantia possint professi qui descendunt, ex Iudæis aut Sarracenis.

REspondeo dicendo, quod in ordine Minorum de obseruantia non possunt recipi qui descendunt ex genere Iudæorum Sarracenorum, aut hæreticorum, quorum corpora, aut statuæ, siue ex parte patris, siue ex parte matris vsque ad quartam generationem inclusiue cōcremata sunt, adeo quod eorū professio est inualida, & nulla: quod similiter iudicandū est deijs qui fidem susceperunt nouiter prout constat ex Bulla Pauli Quarti relata in primo tomo a ex cuius loci resolutione constat eos, qui ex Iudæis Sarracenis aut hæreticis descendunt intra quartam generationem quorum corpora, siue statuæ non fuerunt igni tradita posse recipi, & profiteri in dicta religione cum eorum professio ex dicta Bulla non annulletur, nec eorum receptio prohibeatur, vt ego latius in nostra Summa b confessorum explicaui, & in primo tomo satis dixi. Quod confirmatur ex Bulla Gregorij. XIII. pro Minimis data, cuius tenor sequitur.

a 1. Tom. q. 14 ar. 4. & 5.

b 2. to. c. 14.

Gregorius Papa XIII. Ad perpetuā rei memoriam muneris nostri esse putamus sedulo, ac diligenter omnia curare quæ Religionū conseruationi earumque professorū quieti, at tranquillitati cōferant illāq; in primis curā suscipere, vt ijs, quæ materiam scandali præbere possunt, quam primum via præcludatur. Cū itaque, sicut nuper accepimus, statutis in Capitulo Generali ordinis Minimorū Sancti Francisci de Paula editis caueatur, vt nullus de genere Iudæorū aut Mahumetanorū, in eum ordinēm recipiatur, ac vt Nouitius tā ad habitū quam

quã ad profeßionem admittendus inter rogetur á Prælato, an ex huiuſmodi genere deſcendat qui ſi negatiue reſpon derit recipiatur præmiſſa etiam prius proteſtatione, quod quotieſcumque, poſ tea inuentum fuerit eũ ex tali genere originẽ ducere profeſsio ab eo facta erit nulla ex parte religionis, quod non me diocrẽ dicti ordinis tranquillitati, & multis, qui ex huiuſmodi genere originem ducũt perturbationẽ attulit. Nos qui deſideranter in votis gerimus, vt præfatus Ordo noſtris proſperetur temporibus, & materia ſcandali penitus ſucciſſa radicituſque euulſa longius pro pellatur poſtquam præfatorum, qui ex genere Iudæorum, & Mahumetanorum originem trahunt, & ſcientes, vel ignorantes, ſe ex huiuſmodi genere oriundos eſſe profeſsionem in dicto Ordine emiſerunt ſtatui, & quieti, nuper cũ de eorum profeſsionis validitate, & ſtatu conſulti eſſemus viua voce oraculo ſufficiẽter ſatis ſuperque prouidemus attendẽtes leges & ſtatuta, non ideo debere fieri, vt per ea ſcandala gignantur, & publica præſertim animarum tranquillitas perturbetur, aut cõmoueatur ſed potius adeo tollenda & ipſam communem quietem augendam, ac propterea ſtatuta prædicta, quo ad ea tantũ in quibus præſentibus noſtris literis aduerſantur, Apoſtolica authoritate tenore præſentium, abrogantes, & abolentes, & ex nunc in poſterũ nullius roboris, vel momenti fore decernentes Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia volumus ſtatuimus, & ordinamus, vt de cætero in nouitijs recipiendis, ad ordinem præfatum Sancti Franciſci de Paula, fiat inquiſitio de moribus, & vita eorũ, & de progenitorũ ſuorum defectu, volentes, quod ijs qui ex Iudæorum, vel Mahumetanorum genere deſcendũt, cũ poſt ſuſceptum ab eis Baptiſma Græci, & Iudæi diſtinctio eße nõ debeat nullatenus defectus generis homini, quo minus in ordinẽ prædictum recipiatur, & ad conſequendas in dicto ordine dignitates gradus, & officia religionis nocere poſsit, vel debeat. Quantũ vero attinet ad filios & deſcendẽtes hæreticorũ præcipimus, vt deſcẽdentes taliũ conuerſorũ & Eccleſiæ vnitati reſtitutorũ pariter minime circa præmiſſa quicquam obſtet, quo vero ab illos, qui ex Iudæis ex eo, quod poſt baptiſma ab eis ſuſceptũ iterum á fide catholica receßerint, per ſententiam in foro Eccleſiaſtico latam damnatis Mahometanis, item & hæreticis ſimiliter damnatis viuis, vel defunctis, vel quorum oßa, vel ſtatuæ combuſtæ ſunt originem ducunt per lineam Paternam, vel maternam, vſque ad quartam generationem incluſiue in ordinem ipſum recipi, & admitti non poſſe & idem in his profeſſoribus eiuſdem ordinis qui ad ſacros etiam preſbyteratus ordines admittuntur, ſeruari decernimus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ac priuatis & quibus vis alijs dicti ordinis in Generalibus, vel Prouincialibus capitulis editis tam Generaliter de vniuerſo ordine quam ſpecialiter de ſingulis eiuſdem ordinis domibus, vel conuentibus ſeu monaſterijs diſponen-

tibus iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatuit & conſuetudinibus cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis & ſigillo, perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ muniatis eadem fides vbique adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datũ Romæ Apud S. Marcũ ſub Annulo Piſcatoris die primo Auguſti 1583. Pontificatus noſtri anno 12.

21.p.p.210. Hoc priuilegium deſumpſi ex libro *a* quodam impreſſo Florentiæ authore Baptiſta Confetrio prothonotario Apoſtolico ſacræ Theologiæ, & Iuris Canonici Doctore qui liber intitulatur collectio priuilegiorum ſacrorum ordinum fratrum mendicantium, & non mendicantium. In quo libro in ſecunda parte quædam eiuſdem authoris ſcholia propoponuntur, quæ tanti & tam docti viri à religioſis ſummopere ſunt deſiderãda, & ſumma diligentia videnda, & aduertant quod omnia priuilegia ab ipſo in eo libro collocata ſub ſigillo authentico ſunt propoſita.

Ex qua conſtitutione elicitur, quod ij qui ex Iudæorum & Mahumetanorũ genere deſcendunt cum poſt ſuſceptum ab eis baptiſmum Græci & Iudæi diſtinctio eſſe non debeat nullatenus defectus generis huiuſmodi quo minus in ordinẽ prædictum recipiantur, & ad conſequendas in dicto ordine dignitates gradus, & officia religionis nocere poſsit, vel debeat.

Notandum eſt etiã quod quãtum attinet ad filios, & deſcendentes hæreticorum declaratur, vt filijs & deſcendentibus taliũ cõuerſorum, & Eccleſiæ vnitati reſtitutorũ pariter minime circa præmiſſa quidquam obſtet, Notandũ eſt etiam quod geniti ex Iudæis ſi poſt baptiſmum ab eis ſuſceptũ iterũ à fide catholica receſſerint, & de eo per ſententiã latam in foro Eccleſiaſtico damnati fuerint, ac etiã illi qui ex Mahumetanis ſimiliter damnatis viuis, vel defunctis, vel quorum oſſa, vel ſtatuæ combuſtæ fuerint originẽ ducunt per lineam paternã, vel maternã vſq; ad quartã generationẽ, incluſiue in ordinẽ præfatum recipi, & admitti prohibentur. Et eſt aduertendum quod in hoc notabili loquitur Gregor. XIII. de deſcendẽtibus à prædictis damnatis ad ignẽ propter ipſorũ in perfidia contumaciam, nam ſi huiuſmodi vnitati Eccleſiæ reſtituerentur per eorum conuerſionem vt patet ex ſupra proximo notabili deſcendentes ab eis minime tali pœna plecterentur. Aduertendum denique, quod deſcendentes ab ipſis damnatis, prohibentur recipi, & admitti in præfata Minorum religione, & eorum profeſsio irritatur. Quod patet ex his, quæ ſtatim adduntur in dicta conſtitutione ibi. *Et idem in his profeſſoribus ordinis qui ad ſacros etiam preſbyteratus ordines admiſſi ſunt, ſeruari debet.* In quibus verbis vult dicere Summus Pontifex quod profeſsi in ordine dicto ſi ex his damnatis conuincãtur originem trahere in tra quartam generationem expellantur, vt non profeſsi à dicta religione etiam ſi in ea preſbyteratus ordines fuerint conſecuti.

QVÆSTIO XII.

De ætate recipiendorum ad religionem in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Vtrum pueri ſint ad religionem recipiendi.*

2 *Vtrum prælati poſsint admittere ad religionem puellas Minores duodecim annorum.*

3 *Vtrum ſenes ſint admittendi ad religionem.*

ARTICVLVS I.

Vtrum pueri ſint ad religionem recipiendi.

RESPONDEO dicẽdo, quod apud nos fratres Minores, fuit dubitatum, nam cum in noſtra regula *a* præcipiatur, quod

quod finito anno probationis ſtatim admittantur ad profeſsionem, aliqui eiuſdē Regulæ expoſitores aiebant, quod ille qui non attingit decimum quintum annum minime in noſtra religione poteſt admitti adhabitum Regularem, cum finito anno probationis non poſsit ſtatim facere profeſsionem, propterea, quod non habet decimum ſextum annumætatis completum requiſitum à Iure ad profitendum & quod non ſolum hæc eſt opinio Doctorum, ſed determinatio Sedis Apoſtolicæ, nam conſtitutio Martini. V. Prohibet aliquem recipi, niſi decimum quartum annum compleuerit, quod tempus ſufficiebat iure antiquo ad profitendum: imo ordinationes generales noſtræ ſacræ Religionis authoritate Apoſtolica Eugenij. IIII. editæ anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo, dicunt nullum in familia recipiendum, niſi decimum ſextum annum attigerit, vt conſtat ex traditis à Serena Conſcientia, *b*

b Seren. cõc. q. 27.

Sed iam hoc non eſt in praxi, nullus enim eſt canon receptus, neque eſt aliquod præceptum Regulæ, quod determinet ætatem recipiendorum ad religionem. Neque obſtat argumentum in contrarium adductum. Reſpondetur enim quod ſecundum ius cauſis id iuſtis ſuadentibus poteſt differri Nouitiorum profeſsio, prout infra *c* dicemus, & verba Regulæ fratrum Minorum dato, quod innouant ſtatim finito anno probationis debere ad profeſsionem admitti, debent intelligi niſi iuſta, & rationabilis cauſa dilationem poſtulet: imo aliqui doctiſsimi viri ad bonum Religionum regimen ſpectare credunt dare pueris habitum probationis ante quam in vitijs enutriantur, & in eis emittant radices ſi deuotione, & ſpiritu probati ipſum petant & huius opinionis eſt Diuus Thomas, *d* qui cum eſſet puer quinque annorum, vt in lectionibus eius feſti narratur, eius parentes monachis Diui Benedicti tradiderunt, & refert *D.* Gregorius Romanos Nobiles ſuos filios in infantia educandos tradere Religioni Sancti Benedicti, pro quo faciunt tradita a iuris Conſulto Vlpiano *e* dicente, quod ſerui nouiores ſunt maioris æſtimationis quam veterani. Cum nouioresfacilius iuxta voluntatem Dominorum ſuorum reformentur, quam veterani, ſuper quem locum notat Salicetus melius eſſe matrimonium, cum Virgine celebrare, quam cum vidua cum maritus adoleſcentulam facilius poſsit facere conformem ſuæ voluntati, quam viduam in Mundo enuriatã, & iuxta voluntatem prioris mariti educatam, Nã ſemel imbuta recens ſeruabit odorem, teſta diu. Ex quibus videtur dicendum, quod facilius debet dari habitus probationis iuueni laico in *M*undo enutrito, quam religioſo documentis regularibus in alia religione educato, de quo infra *f* latius dicemus. Alij autem contrariæ ſunt opinionis, inter quos eſt Nauarrus *g* doctiſsimus. Cuius verba hic referam, ait enim eſſe quidem bonũ adoleſcentibus, & parum doctis, qui poſtea maiores, & doctiores effecti prodeſſe poſſunt, vt aſſumantur in Canonicos, vel Monachos iuxta illud Threnorum, *h* bonũ eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcẽtia ſua, per quod & aliaid concludit Diuus Thomas. *i* Sed melius eſt Eccleſiæ, vt aſſumantur viri moribus probati, & prudentia, literiſque ornati, tum quia ex illorum frequenti caſu ſolent aliqui ſcandalizari, & horum bono exemplo ædificari: tum quia eorum induſtria, & doctrina ſtatim incipit Eccleſia iuuari, cum tamen illorum imprudentia, & ignorantia ſit ab Eccleſia iuuanda. Hæc Nauarrus, & his temporibus cum puerorum magis creuerit malitia, & loquacitas, quam in tempore Diui Thomæ hæc opinio approbatis, & expertis in religione viris magis recepta eſt.

f Inf. hoc. 3. tom.
g Nau. c. nullam n. 58.
h Thrẽ. 3. c.
i Tho. vbiſ.

Et aduertendum, quod is, qui ingreditur religionem ante decimum quartum annum completum poteſt extrahi â parentibus, vel tutoribus, vt in iure K determinatur, & tradit Serena conſcientia. In Concilio enim Triburienſi ordinatum fuit ſi puella ante duodecimum annum ætatis ſponte ſua ſacrum ſibi velamen aſſumpſerit, poſſunt ſtatim parentes eius, vel tutores id factum irritum facere, ſi voluerint: atſi diem, & annum diſſimulando conſenſerint, vlterius, neque ipſi, neque ipſa mutari poterunt, ſi vero in fortiori ætate adoleſcentula, vel adoleſcens ſeruire *D*eo elegerint, non eſt poteſtas parentibus prohibendi, & Gloſſa in verbo fortiori explicat

K c. 2. de regul. c. ſiquis ante iunct. Gloſſ. ver. mon. 20. q. 2. c. puel. 20 q. 2.

d Tho. 2. 2. q. vlt. ar. 5.

e Vlp. l. præcipiũt ff. de edili. edict.

plicat, id eſt, poſta annos pubertatis, quaſi dicat, quod impuberes poſſunt à parentibus, vel tutoribus reuocari, & impubes maſculus dicitur, qui non compleuérit decimum quartum annũ, fœmina autẽ quæ non compleuerit duodecimum, vt patet ex iure, *l* & hanc opinionem tenet Bartholomæus *m* de Piſa ſuper Regulam fratrum Minorum dicens, quod non ſufficit, vt ſit pubes, quod attingat decimum quartum annum, ſed oportet, quod compleuerit quod probat ex aliquibus Decretalibus. *n* Vnde in Concilio Tridentino *o* eſt diffinitum, quod puella, quæ habitum Regularem ſuſcipere voluerit, maior duodecim annis ſit, & non ante eum ſuſcipiat, & hoc ideo quia parentes eius, vel curatores poſſunt eam à Monaſterio extrahere, de quo ſtatim dicemus.

l L. ſi C. quã dotutor. vel curato. §. 1. inſtit. quib. mod. finiat. tutel.

m Piſa. ſup. reg. c. 2. n c. ad noſt. iunct. Gloſ. & inc. ſignificat. de reg.

o Trid. ſeſſ. 25. de reg. c. 17.

ARTICVLVS II.

An poſſint Prælati puellas duodecim annis minores admittere ad religionem.

REſpondeo dicendo, quod multis quidem viris doctis olim placuit non poſſe ad habitum Religionis aſſumi, puellam, quæ eſſet minor duodecim annis motis Decreto Concilij Tridentini, *a* in quo videtur interdici, ne huiuſmodi puellæ ad habitum religionis, recipiantur, imo huius ſententiæ fuerunt omnes Patres Conciliarij, & viri docti, qui ad Concilium Toletanum conuenerunt celebratum ſub Domino Gaſpare à Chiroga præſule Toletano, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinale anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo die octauo Septembris, prout legi in doctiſsimo quodam Enchiridione manu ſcripto quod nobis reliquit doctiſsimus Pater Frater Franciſcus de Bobadilla Prouinciæ Caſtellæ noſtræ Sacræ Religionis olim Miniſter Prouincialis, qui vtinam à ſæculo non diſcederet, ante quam illud typis mandaret.

a Trid. ſeſſ. 25. de reg. c. 17.

At oppoſitam ſententiam defendit Noſter Medina *b* eiuſdem Prouinciæ Pater Doctiſsimus aſſerens in prædicto Decreto Concilij non prohiberi, ne puellæ duodecim annis minores poſsint ad habitum religionis aſſumi, & hæc ſententia eſt vere tenenda, quippe quæ eſt iam in praxi in omnibus religionibus, nam vt ait idem Medina, re vera in eo Decreto nihil aliud diſponitur, niſi quod puella minor duodecim annis non recipiat habitum religionis ante quam Epiſcopus eius voluntatem explorauerit, quæ nimirum diſpoſitio non eſt in vſu recepta. Nam puellæ, quæ ſuſcipiunt religionis habitum, ſiue ſint minores, ſiue maiores duodecim annis, ſemel tantum ante profeſsionem examinantur ab Epiſcopis, & nunquam ante ſuſceptum habitum, ſed hæc explicatio mihi non placet: duo enim præcepta diſtincta ponit Concilium Tridentinum. Primum, quod puella non recipiat habitum regularem, niſi ſit maior duodecim annorum, ſecundum quod iſta maior duodecim annorum antequam eum ſuſcipiat, examinetũr ab Epiſcopo, Vnde dicendum eſt Concilium Tridentinum nihil aliud diſponere, quam id, quod iura antiqua relata in articulo ſuperiori diſponebant, ſcilicet, quod puellæ minores duodecim annis non recipiantur ad religionem, quia parentes, vel curatores earum poſſunt ſupradictam receptionem reuocare. Ex quibus infertur, quod conſentientibus parentibus, aut curatoribus non fit contra Concilium, ſi ante dictam ætatem recipiantur, ad hunc modum debet intelligi ordinatio Toletana facta pro monialibus ſubditis ordini Minorum in quantum prohibet dictas puellas minores duodecim annorum recipi poſſe, & aduerte, quod Concilium prohibet puellas iſtas minores recipi ad habitum Regularem, non autem ad habitum materialem, quem portant puellæ deuotionis cauſa in domibus parentum exiſtentes, & ſic non vt nouitiæ, fed educationis cauſa in greſſæ poſſunt habitu veſtiri.

b Med. deſcr. hom. cõtin. li. 4. cõtro. 9. c. 4.

AR-

ARTICVLVS III.

Vtrum ſenes ſint ad religionem admittendi,

REſpondeo dicẽdo, quod ſenex præſumitur ægrotus, quia ſenectus ipſa morbus eſt, &, vt colligitur ex iure *a* vbi tradit Abbas inferens, quod ſtatutũ diſponens aliquid in caſu infirmitatis habet locum in caſu ſenectutis, & facit quidã textus *b* in quo infirma ætas dicitur ſeniorum, vel puerorum, imo non ſolũ ſenex cenſetur ægrotare, ſed ſemper etiam eſſe in morte vt traditur in iure *c* & notant recẽtiores, & aduertunt Gomezius, & Cataldinus, & licet ſenectus proprie loquendo nõ ſit morbus, at probata ſenectute reſultat præſumptio iuris quod ſit ægritudo, quod intelligo in his, qui ſi prouectioris ſunt ætatis puta qui ſeptuageſimũ annũ attigerint pro vt in ſimili tradit Abbas, *d* & explicat Alciatus.

Ex quibus infertur quod ſicut ægrotus nõ debet recipi à religione, cũ aſperitates eius minime poſsit experiri, & ſubleuare: ita etiã ſenex minimé ad religionem eſt recipiendus, cum propter eius imbecillitatẽ, & continuam infirmitatem non poſsit ea, in quibus Nouitij ſunt probandi operẽ cõplere. Quod confirmatur, nã admiſsi ad religionẽ debent Deo ſeruire in ea corpore, & ſpiritu, id eſt, actibus exterioribus monaſticis, & interioribus intellectus, & volũtatis, vt vere ſint membra corporis viſibilis, cuiuſmodi eſt religio: at ſenex licet intellectu, & voluntate poſsit Deo ſeruire, in actibus tamen exterioribus monaſticis difficiliter poteſt ſe exercere, imo neceſſe eſt, vt ab alijs fratribus tanquam veteranus miles in religione ſeruiatur: & ſicut abſurdum eſt quem fieri magiſtrum ante quam ſit diſcipulus: ita etiam videtur abſurdũ, quod prius quis in religione veterani militis habeat priuilegia, quam ſit, vt ita dicam, in religione profeſſus. Quod confirmatur ex multis priuilegijs ſenectutis congeſtis à Tiraquelo *e* & à Iacobo Portio, & à Caſſaneo. Et nõ poteſt negari, quod recipientes ad religionem ſenes recipiunt quoſdam homines priuilegiatos, qui ſine priuilegijs vitam tranſigere minime valeant, nã cum eis diſpenſatur, antequam in religione profiteantur: adeo hoc eſt verum, vt etiam ſi ſecundum ſuſpicionem Iuris hi tantũ dicantur ſenes, qui ſeptuageſimũ annũ cõpleuerint, & hi tales priuilegiẽtur, quoad ieiunia, at reſpectu ad miſsionis ad religionem eos etiam cenſeo eſſe ſenes, & infirmos qui quinquageſimũ annum attigerint. Quod in hunc modum probo, nam ſi bene veſtiti, & melius calceati in mollibus ſtratis, & lectis dormiẽtes, delicijs affluentes, & quotidie ſplendide epulantes à iure, vt ſenes diſpenſantur, ſi ſeptuageſimum annũ attigerint, in religione, vbi pauper eſt veſtitus, & pauperiora calceamenta, & camiſis non vtuntur fratres, & in duris lectis dormiunt, & ad matutinũ, & ad alias horas Canonicas noctu, diuque aſſurgunt, male epulantur, & nutrimentis paruæ ſubſtãtiæ aluntur, ſenex certe erit iudicandus, etiã ille, qui quinquageſimũ annũ attigerit, vt eum exẽptũ à rigore Monaſtico iudicemus. Verũ eſt tamen, quod diſpenſatiuè poſſunt aliqui ſenes ad religionẽ admitti ad ædificationem cleri, & populi & vt adoleſcentes prouectæ ætatis confundantur fortitudinem ſuam ad Deum non cuſtodientes, videntes ſenes ſuam imbecillitatem Deo conſecrantes,

Aduertendum tamen eſt maximè ad id, quod ſcriptum nobis reliquit Diuus Bonauentura *f* ait enim cum multitudo ſit ſæpe occaſio confuſionis, eo quod regi non poſsit, cur multiplicatis numerum in recipiendo inutiles, & oneratis vos ipſos, & alios? Reſpondeo, inutiles omnino ſcienter non recipimus, ſed præter ſpem noſtram aliquoties ſic contingit, quatuor enim de cauſis ſolemus recipere ſuperuenientes, vna eſt compaſsio perditionis eorum, qui vix extra ordinem in ſæculo ſaluarentur, ſicut qui de igne, vel aqua periclitãtem rapit, vel de alio diſcrimine. Secunda propter profectum ordinis, quia ex ſcientia, & induſtria morum honeſtate, & reuerentia quorundam præſumitur. Tertia propter aliorum ædificationem, vt multi de talium conuerſatione, qui aliquo modo ſunt famoſi in ſæculo, emendentur & eorum incitentur exemplo. Quarta propter precum inſtantiam, quam ipſi faciunt proſe, & alij pro eis nimia importunitate obtinent aliquos recipi, quibus denegari non poteſt, ſicut autem agricola ſæpe ſeminat, & plantat, in ſpe, quod omnia conualeſcant, quod plerunque

ac. magnæ in fin. vbi. Abb. col. 2. de voto.

b de ciu. in pr. ff. d. leg. 1.

c L. is. qui ff de fide ſicõ miſ. libe. recen. inſ. ſen C, qui teſtã facere. poſt. Gom. in regul chance. de infir. reſi q. 7. Catald. de tranſſa. Con. Baſil. col. 3.

c Abb. in c. quoniã frequenter. §. 1. vt lice. nõ conteſt. Alcia. de præſump. regu. 2. q. 531. n. 3.

e Tiraq. de primogen. in præfati. a n. 79. & a n. 212. Por. con. 17. C aſſa in catal. glor. mundi 11. par. conſid. 17.

f Bona ſup. reg. frat Minorũ. q. 195.

in aliquibus non eneniet:ita cõtingit in Religioſis ad ordinem receptis Lucæ,8.capit. aliud cecidit ſecus viam,&c. ſeminat plures ſulcos,vt ſi aliqua pereant, alia pro illis conualeſcant,ſi tamẽ omnes conualeſcerẽt ſeges copioſior proueniret.Hæc D,Bonauẽtura. Ex quibus excuſantur Prælati aliquos ſenes proiectæ ætatis, & aliquos pueros ad religionem recipientes.

QVÆSTIO XIII.

De receptione Nouiorum qui vxoribus aut parentibus ſunt obligati,in quinq. articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur quinque.

1 *VTrum vxoratus poſſit intrare religionem ſine licentia vxoris.*

2 *Vtrum vxor dando licentiam marito intrandi religionem videatur vouere continentiam.*

3 *Vtrum maritus per vxorem reuocatus teneatur poſt mortem vxoris redire ad religionẽ.*

4 *Vtrum compellenda ſit facere profeſſionem intra duos menſes ſponſa,quæ ante conſummationem matrimonij ingreſſa eſt religionẽ.*

5 *Vtrum relinquentes parentes in egeſtate conſtitutos ſint ad religionem admittendi.*

ARTICVLVS I.

Vtrum vxoratus poſſit intrare religionem ſine licentia vxoris.

REſpondeo dicendo, quod ſi maritus ſine licentia vxoris religionẽ ingrediatur poteſt eum vxor reuocare, niſi vir obijciat & probet adulterium. Item poteſt reuocare ,ſi vi, vel metu conſentiat,& ſi ſponte conſentit, & ſit annus vxor , non poteſt eum reuocare, etiam ſi ipſa non promittat caſtitatem,ſi verõ vxor,quæ conſentit ſit iuuenis, neq; caſtitatẽ promittat,poteſt Epiſcopus illum cõpellere adhabitãdũ cũ ea,ſi tamẽ caſtitatem promiſit poteſt ipſe religionẽ intrare,quod ex varijs locis ſacrorũ Canonum *a* deprehẽditur,huic tamen qui ſine licentia vxoris,ſe & ſua tradidit Monaſterio ſi reuocetur ſunt bona,quæ dedit reſtituẽda,ita quædã gloſſa quam probant Archidiaconus ,*b* & Gregorius Lopez.

a c.cũ Agatoſa. &c. ſiquisconiug; 27.q.2.c.quidã. &c. placet de conu. coniug.2 cõ ſuluit. eod. tit.

b Gloſſ.inc. fin. 17.q.2. vbi Archi. Greg. Lop. inl.11.tit. 7. part.1.v.tornea viuir. cõ ella.

ARTICVLVS II.

Vtrum vxor dando licentiam marito intrandi religionem videatur vouere continentiam.

REſpondeo dicendo,quod mulier ſimpliciter dãdo licentiam marito intrandi religionem non videtur ipſa tacite continentiam vouere. Ita probatur in Iure *a* Canonico,& Regio, Abbas *b* tamen hoc intelligit in muliere inſcia,& non certificata, nam ſi fuiſſet de hoc cõſcia,& certificata dando licentiã videtur vouere continentiam , vt ait quædam Gloſſa *c* cum alias nõ teneret irreuocabiliter ingreſſus mariti,& ſic ait Gregorius Lopez ,quod iſte eſt ſpecialis caſus , in quo mulier excuſatur ignorantia iuris,& ſi vxor vouiſſet,ait Hoſtienſis, *e* quod non poſſet repetere virum exeuntem intra annum probationis, quod tamen ait Gregorius Lopez *f* nõ videtur poſſe procedere,quia licentia,& promiſsio cõtinentiæ videtur facta ob cauſam religionis mariti,qua nũc ſequuta ceſſat votũ cõtinentiæ vxoris , tamquam cauſa non ſecuta , & quia videtur votum habere talem conditionem ,ſi vir irreuocabiliter ingrediatur , & profeſſionem faciat,tacite , vel expreſſe: de tali enim ingreſſu irreuocabili iura de hoc verba facientia debent intelligi, & in lege Regni *g* hoc ſatis innuitur,quæ tantum facit mentionem de licentia,& non de voto conrinentiæ.

a c.1.de conuerſ.coniug l.11.ti.7.par. 1.

b Ab.ind.c.

c Gloſſ.inc. Agatth. 17. q.2.

d Greg.ind.

e Hoſti. in ſum.de eon uer.coniug. qualiter ad fin.

f Greg.vbiſ. v.ſalieſſe de la orden.

g d.l.11.

ARTICVLVS III.

Vtrum maritus per vxorem reuocatus teneatur poſt mortem vxoris redire ad religionem.

REſpondeo dicendo,quod maritus ſine licentia vxoris religionẽ ingrediẽs, &

ab ea

ab ea reuocatus poſt mortem naturalem ipſius debet redire ad religionem, neque debet iterum matrimonium contrahere, tenebit tamen matrimonium, ſi contrahat, licet contrahendo peccet, & tunc non compelli tur ad regreſſum, at ſi non contraxit matrimonium peccat non redeundo. Item viro ſine vxoris conſenſu religionem ingrediente poteſt ipſa ingredi etiam viro contradicente: ſi tamen ante ingreſſum vxoris ipſe exiuit de monaſterio & cohabitauit cum vxore, nō poteſt ipſa religionem viro inuito ingredi, vt in Iure *a* eſt diffinitum. Quod autem valeat matrimonium, tenet Gloſſa, quam ſequuntur Hoſtienſis, & Abbas, & in lege partitarum approbatur.

Quid ſi vxor dedit licentiam ingrediendi viro, & vouit continentiā expreſſe, vel tacite, quia tamen ipſa erat iuuenis, & non intrauit religionem, vir de monaſterio fuit deductus iuxta terminum iuris, *c* an tunc ſi vxore mortua vir cum alia contrahat, teneat matrimonium? dic, quod non, prout in Iure determinatur, & tradit Hoſtiēſis *d* ponens rationem diuerſitatis inter vnum caſum, & alterum, in primo enim non tenuit profeſsio, quia defuit conſenſus vxoris, in hoc autem ſic, ſed propter ſuſpicionē vxoris iuuenis de continentia ſuſpectæ de monaſterio educitur, & hanc rationem etiam approbat Gregorius Lopez. *e*

a ac. Placet. de conuer. coniu. c. quidā eodem ti. l. 12. tit. 7. p. 1.
b Gl. ind. c. quidam Hoſtien. in ſum eodē tit. §. fin. cal. pen. ver. ſed quid ſi reuocatus Abb in d. c. quidam. d. l. 12. par.
c c. 1. de conuer. coniug. c. qui vxorē 33. q 5.
d c. ex parte el. 1. de conuer. coniug. Hoſt. vbi ſu. ver. ſed quid ſiquis.
e Lup. in d. l. 12.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum compellenda ſit facere profeſsionem intra duos menſes ſponſa, quæ ante conſummationem matrimonij ingreſſa eſt religionem.

REſpondeo dicēdo, quod ſi ſpōſa duodecim annis ætatis poſt matrimoniū ratum intret ſponſo inuito religionē ait Menochius, *a* quod ſit compellēda etiam nunc poſt Concilium Tridentinum, vt intra duos menſes profiteatur, & ita ſuo patrocinio dēfenderunt poſt Conciliū Tridentinū quidā Salmauticenſis Academiæ Primarij Doctores Magiſtri mei Doctor Vera, Moya & Solis, & probabile ſentit, non audens ab hoc recedere Nauarrus *b* Marcus Antonius Cuqus, & alij. Et confirmatur, nam Concilium Tridentinum, *c* in caſu particulari admittit profeſsionem poſt ſex menſes limitans generalem legem eiuſdem Concilij diffinientis, *d* neminem admitti ad profeſsionem niſi anno probationis completo, & ſic dicunt in propoſito ipſum Concilium Tridentinum eſſe limitandum per legem e ſpecialem antiquiorem, vbi ſecundum quoſdam Doctores videtur ſtatui, vt ante impletum annum probationis profeſsio fiat ob particularem rationem ne fiat præiudicium tertio, ſeu ſponſo, ſi cogatur diu expectare, vt poſt annum probationis, aut quadriennij, ita vt ſponſa impleat ætatem ſexdecim annorum, & profiteatur, & confirmatur, nam ratio, & Decretum Cōcilij Tridentini militat in Nouitijs, qui ſpōte profitentur, & non in his, qui iure compelluntur profiteri, quare correctio iurium niſi exprimatur, cum ſit res odioſa, non eſt admittenda, cum iniuria tertij, & præiudicio ſponſi. Ita dicunt prædicti patres. Cōtrarium nihilominus eſt dicēdum, nam explano ſenſu Decreti negatiui Concilij Tridentini, *f* & ex generali prohibitione conſtat non valere profeſsionem ſupradictæ puellæ ante impletum annum Nouitiatus, ætatem que annorum ſexdecim, & ita in quadam lite fuit pronunciatum à Iudice Eccleſiaſtico, & in Cancellaria Regia comprobatum conſultis ſuper hoc plurimis Theologis, & Iuriſperitis, prout refert Hēriquz *g* hanc tenens opinionem, quam etiam tenent Palacius.

Neque per hoc fit iniuria ſponſo, qui tanto tempore, celebs cogitur expectare, quia ipſa vtitur fauore iuris indulto non ſolū in bonum Nouitiorum, ſed ipſius etiam Religionis, vt matura integro nouitiatus anno & continuo probetur conſtantia puellæ. Neque obſtat Decretalis *h* pro contraria parte allegata, nam eius ſenſus eſt non compelli fœminam intra duos primos menſes ſpōſalium ad conſummandum matrimonium, quia poteſt tunc deliberare, an ſibi expediat tranſire potius ad religionem, & quia quod quis non optat dilatatum. neque diligit, id facile contemnit, ſi tamen de vno monaſterio, aut religione intra tempus Nouitiatus tranſeat in aliud, atque aliud, compelli debet ob ſuſpicionem fraudis, vt intra annum, aut profiteatur in vno, aut redeat ad ſponſum, & matrimonium cōſummet prout tenet Paludanus *i* vnde concludendo dico, quod vbi lex prohibitiua Concilij Triden-

a Meno de arb. li. 4. cēt. 2. caſu. 333.
b Nau. li. 4. conſi. tit. de ſpon. conſi. 40. Cuq. in Mai. inſti. libro. 2. c. 1. p. 52.
c Tri. ſeſſ. 25. de reg. c. 21.
d d. ſeſſ. 25 c. 15.
e c. ex publica de conuer. coniug.
f Tri. d. c. 15
g Hē. 12. tō. li. 12. de impedi. mat. c. 5. n. 8. lit. F. Palac. in 4. d 27. q. 2. pag. 582. ad finē.
h d. c. ex publico.
i Palud. in 4. d. 27. q. 3. ar. 2.

tini non distinguit, necnos distinguere debemus, vt generaliter probat Dueñas *K* & sic quanuis dicta Decretalis indulgeret fieri professionem intra duos menses Nouitiatus, derogatur tamen per Decretum negatiuum Concilij Tridentini, lex enim Concilij, cum sit generalis prohibitiua, censetur includere clausulam derogatoriam, vt probat Dueñas, *l* & de facto includit, nam in eadem sessione *m* derogatur omnia priuilegia & Decreta Canonica obstantia diffinitis in dicta sessione.

K Dueñ. regul. 133.

l Dueñ. reg 144. ampliat. 4.

m d. sect. 25 c. 22.

ARTICVLVS V.

Vtrum relinquentes parentes in egestate constitutos sint ad religionem admittendi.

REspondeo dicendo, quod vt fundamentalirer in resolutione huius difficultatis procedamus oportet videre qua obligatione filij suos parentes alere teneantur. Et Bartolus *a* tenet ad id obligatione iuris naturalis minime astringi, parentes tamen filijs iure naturali suppeditare alimenta cópelli: ex quo infert maiore obligatione quantum ad hoc teneri parentes erga filios, quam filij erga suos parentes. Hæc doctrina ita displicuit doctissimo Castro *b* vt esse grauem errorem ausus sit affirmare: at Bartolum defendit Sarmiento, c nam licet filius iure naturali teneatur parẽtes suos alere, hoc tamen procedit loquendo de iure naturali secundario, quod alio nomine, ius Gentium appellatur, quod natura humana docet omnes homines mediante discursu naturali, non tamen loquendo de iure naturali primario, quod natura omnia animalia docuit, vt creare filios, & ipsos educare, & alimenta præstare, hoc enim omnibus animalibus, etiam irrationalibus est cómune, illud autem naturæ hominum peculiare, sicut naturæ hominum est peculiare cultus diuinus, & obedientia Superiori, vt ex quibusdam legibus *d* colligitur.

a Bart. in l. si quis à liber. §. parens. ff. de libe. agnos.

b Cast. de iust. hæret. punit. li. 2 c. 26.

c Sar. de iured. dit. Eccle. 3. p. c. 4. n. 7.

d l. 1. infi. cũ l. sequen. & l. omnes popul. ff. de iust. & iur. l. 2. ti. 1. pa. 1.

Ex quibus non potest negari imo omnes Theologi id expresse fatẽtur, vt ex D. Thoma e colligitur satis, quod minori obligatione tenẽtur filij alere parentes, quam econtra parentes filios, obligatio enim parentum cómunis est omnibus animalibus, obligatio autem filiorum communis est tantũ hominibus, qui ductu ducuntur rationis, & sic ait D. Thomas *f* quod obligario patris est perse, obligatio autem filiorũ est peracti dés, quod satis innuit Apostolus *g* dicens Neque debẽt filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs, & in ordine successionũ hoc maxime manifestatur, si enim filij moriuntur, parentibus superstitibus, & relinquunt filios, filij parentibus in successione præferuntur, cum patet sit principium filiorum, quos vt principium conseruare tenetur. Hoc fundamẽto præiacto ad resoluẽdũ id quod proponitur in titulo quæstionis notandum est D. Thomam *b* hanc proponere quæstionem, & duas, circa eam opiniones referre. Prima est, quod benepotest filius religionẽ introire relinquendo parentes maxima egestate oppressos, Deus enim Optimus Maximus, qui pluit superiustos, & peccatores eos sustentabit, at contrariam opinionem tenet *D.* Thomas *i* quẽ post alios sequuntur Angelus, & Syluester, scilicet quod ille, qui in sæculo habet parentes, qui sine eo nõ possunt sustentari, peccat contra quartum præceptum Decalogi religionem intrando, quæ doctrina confirmatur ex dictis â Christo Domino apud Matthæũ. *K* vnde resoluendo dico primo, quod si parẽtes, non habent necessitatem maximã, potest filius ipse ingredi religionem, etiam ipsis parentibus contradicentibus, vt optimè probat *D.* Thomas. Secundo dico, quod si parentes habent maximam filij necessitatẽ non potest filius intrare religionem, relinquendo ipsos in ea necessitate sine aliquo remedio, quod ex quodam Canone *l* probatur dicente, Siqui filij parentes maxime fideles deseruerint, occasione Dei cultus hoc iustum iudicantes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum in eis venerentur, quod fideles sunt, Anathema sint.

e Tho. 2. 2. q. 26. ar. 9.

f Tho. 2. 2. q. 189. ar. 6.

g 1. ad Cor. 12.

h Tho. 2. 2. q. 101. ar. 4. ad 1.

i Tho. vbi. &q. 189. ar. 6. Aug. v. relig. n. 11. Syluc. v. reli. 2. q. 7.

K Matth. 15. c.

l. si quis filij d 30.

Tertio dico, quod si filius existente magna parentum necessitate votum religionis emiserit, tale votum tali necessitate existente minime obligabit, cum tale votũ sit factum in præiudicium ipsorum parentum, & sic contra bonos mores, imo si post factũ votum necessitas, & paupertas magna suorum parentum superuenerit, cessat obligatio adimplendi tale votum, cum obligatio filij ad patrem sit prima, & ipsi suo voto minimè possit præiudicare, & quia tale votum

sit

ſit cum tali conditione implicita, & virtuali, ſcilicet niſi res venerit ad caſum, à quo incipere non poſsit, vt autem neceſsitas parentum liberet filium â voto religionis, non eſt neceſſarium, vt ſit extrema, neque ſufficit, vt ſit qualis qualis, ſed debet eſſe vrgẽs, velut ſi ingreſſo filio religionem eius parẽtes ad eum ſtatum neceſſario peruenire deberent, in quo ipſis, aut ſeruire, aut mendicare ſit neceſſarium,

Quarto dico, quod ſi de facto filius ingrediatur religionem & in ea profiteatur relictis parentibus in maxima, & extrema neceſsitate, licet peccet mortaliter profitendo, profeſsio tamen eſt valida, cum nullum ſit ius, ipſam profeſsionem impediens. Ita tenet Nauarrus. *m*

m Nau. li. 3. conſt. tit. de reg. cõſ. 26.

Neque obſtat conſtitutio Sixti V. irritãs profeſsionem illorum, qui obnoxij debitis ſuper vires facultatum ſuarum profeſsi ſunt. Nam dicta conſtitutio non loquitur de grauatis hoc debito naturali erga patentes, ſed de grauatis debito ciuili propter retẽtionem æris alieni ſupra vires facultatum, ſuarum, vt clarè patet ex litera dictæ Conſtitutionis, & euidentius ex proœmio ibi,

Cæterum quoniã ſe vitia ingerũt, & ſe eſſe virtutes mentiũtur, ac multi decoctores poſt lapidatam rem familiarem, contractam ingentem vim æris alieni, aut interuerſam alienã pecuniã eorũ fidei creditã, &c.

Ecce vides, quomodo Summus Pontifex loquitur de ijs, qui grauati ſunt debitis Ciuilibus, filij igitur licet patentibus obligati ſint ſubuenire, cum ipſi ſeſe de facto per votum ſolenne religionis aſtrinxerint, hæc ſecunda obligatio primæ debet præferri, cum in hac ſecunda cum obligatione ſimul traditio interuenerit, argumento eorum, quæ in iure *n* notantur, ex quo ſumat Baldus dicens quod ille eſt potior in dominio, cuius res prius traditur licet alius in titulo præuenerit, vtrum autem filius propter neceſsitatem parentum poſsit à monaſterio egredi, latè in ſuperioribus *o* dictum eſt.

n l. quoties C. rei. vindi. & ibi Bald.

o Sup. 2. to. q. 1.

(?)

QVÆSTIO XIIII.

De libertate Nouitiorũ, ad ingrediendum religionem, & de eorum educatione in ſex articulos diuiſa.

¶ *Circa quam quæruntur ſex.*

1 *Vtrum Nouitij ſint de ſpiritu probandi.*
2 *Vtrum ſit laudabile inducere iuuenes ad vouendum religionis ingreſſum.*
3 *Vtrum cogens adoleſcentes ad ingrediendum religionem incidat in aliquam cenſuram.*
4 *Ad quid teneantur extrahentes aliquẽ à religione.*
5 *In quibus monaſterijs & domibus ſunt nouitij educandi.*
6 *Quo habitu nouitij ſunt induendi.*

ARTICVLVS I.

Vtrum Nouitij admittendi ſint de ſpiritu probandi.

REſpondeo dicẽdo, Caietanum *a* affirmare nouitios eſſe examinãdos antequam ad habitum regularem admittantur. ſEt in Concilio Colonienſi *b* ſub Hermano. V. Archiepiſcopo dicitur quod qui ingreditur monaſteriũ alio affectu, quam ſimpliciamore ductus, nõ Dei filius, & Monachus, ſed plane mercenarius eſt, & Lauretius *c* Iuſtinianus nos ſapienter erudit, qua methodo noui, & veteris teſtamenti admonitionibus doceãtur, quiſæculo renunciare volunt, vt prudenter præmeditentur ſtatus loci perſonarumque conditiones, cum quibus Deo cõmilitaturi ſunt, ne à Dæmonijs circumueniantur, qui varijs, innumeriſque artibus Chriſti ſeruos tentant, & oppugnant, qui enim hac præmeditatione præterita religionem ſunt aggreſsi, grauiter, ignominioſeque ceciderunt, quotidianis enim erudimur exemplis, vt quoties ardui quid piam aggreſſuri ſumus, diligenti prius examinatione perſcrutemur, quid ſit opportunum

a Cai. 2. 2. q. 189. ar. 10. ad 5.

b Conc. Colon. ti. de vita & cõuer. Monaſ. c. 4.

c Laur. li. de diſcip. & perfect. Monaſ. cõu. c. 5.

PROPIEDAD INTELECTUAL

num ad id perficiendum, ſi quidem apud Exodum *d* diuinum oraculum legimus Dominum per Moyſen Hebræis præcepiſſe, vt non ſolum ipſi cum vxoribus, & liberis ab AEgypto diſcederent, ſed etiã ſecum deferrent oues, boues, & quidquid diuino cultui, aut proprio vſui neceſſariũ eſſet. Dominus quoque in Euangelio *e* iuſsit vt ſiquis turrim ædificare decreuit, prius apud ſe ẽdificiorũ ſumptus recogitet ne forte deficiẽtibus pecunijs imperfectũ relinquatur opus fiatque ipſe cunctis prætereuntibus ridiculus, eodẽ etiã conſilio ducuntur mercatores, qui maria transfretãtes adnundiuas proficiſcuntur, ſic nimirum matura conſideratione cuncta præuideant, qui religionẽ arripiunt animi ſui conſtantiam, fiduciam, corporis valetudinem, ſtatus congruentiã perſonarum qualitatem internam vocationem, & operis ſcopum exacte diſcutientes ne his neglectis cum rubore ab incepto propoſito aliquando reſiliant, receptuique canant, non enim in hoc inflictu bellum arripitur cum hominibus tantum, qui interdũ prece placantur, vel precio adiguntur, aut certe fuga declinantur, ſed aduerſus principatus, & poteſtates Rectoreſque tenebrarum, qui quidem ſunt malitia pleni nocendi auiditate accenſi pugnandi aſsiduitate, & tentandi calliditate pollentes, inſidiantur denique operibus noſtris, vt eorum mercedem diripiant, quanuis vero tam in ipſo vocationis initio, quam in progreſſu, & fine vitæ preneceſſaria ſit, obid tamen ſeruus Dei religionem affectans perterrendus non eſt, Deus enim ſuis athletis præſto eſt, ſuamque opem confert, mulieres enim illæ ſanctæ dixerũt, quis reuoluet nobis lapidẽ ab oſtio monumẽti, qua cõſideratione nõ ſunt perterritæ ad monumẽtũ ire, ad quod accedentes inuenerunt ab Angelis Dei lapidẽ reuolutum, vt Lucas *f* refert: vide circa hoc quid dicat Baſilius *g* magnus.

d Exod. 12.
e Luc. c.
f Luc. c.
g Baſi. interrog. 10.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſit laudabile inducere iuuenes ad vouendum religionis ingreſſum.

REſpondeo dicendo ex Domino Caietano, *a* aſſerente, quod quanuis ſit laudabile inducere quenquam ad religionem reformatam, non laudo tamen inducẽtem ad vouendũ religionis ingreſſum, quia quod inductione alterius ſit votũ, non omnino ſponte fit, & ſic non adeo liberẽ fieri videtur, teſtatur autẽ magiſtra rerum experientia, quod minus lætẽ tota vita agitur cũ recolit ſe quis nõ ſpõtẽ non ex proprio affectu, ſed aliena inductione maritum talem acceptaſſe, quanto magis vitam in carne præter carnem agere in paupertate? oportet etiam vt ante ingreſſum ad hoc eueniat vt non coacte aut illectus, ſed ſpontaneus, non reſpectu inducentis, ſed ob Chriſti imitationem, & fugam ſæculi intendat religionem ingredi, agitur enim de diſpoſitione vitæ totius ſuæ, quam niſi ſponte quis arripiat, periculum eſt, aut quod retrocedat, aut in malam vitam religioſus etiam declinet, quod ex dictis in ſequenti articulo patebit.

a Cai. 2.2.q. 189.ar.2.

ARTICVLVS III.

Vtrum cogens adoleſcentes ad ingrediẽdam religionem incidat in aliquam cenſuram.

REſpondeo dicendo, quod licet qui cogit fœminam ingredi religionẽ, etiam ſi ſit pater, aut Magiſtratus, incidat excommunicationem, vt determinat Concilium Tridentinum, *a* & tradit Nauarrus, nõ tamen qui cogit virum, quia lex ad frequentiora reſpicit iuxta quamdam legem, *b* & vir non tam facile cogitur: quod intelligitur quando ſine cauſa impedit fæminam à voto, aut religionis ingreſſu vt Concilium *c* Tridentinum ius antiquum innouans determinat, ſecus ſi ex cauſa pater indigens impediat aut quia defectu dotis, & ſalutis, aut qualitatis, videtur minus idonea, vt tenent Diuus Thomas, *d* Maiolus, & Nauarrus, peccant tamen cogentes adoleſcentes intrare religionem, cum maxima deliberatione ſit hic ſtatus aſſumendus adeo quod pro foro exteriori quidã requirunt triduum deliberationis, vt votum validum cenſeatur, nec ligare ſi in continenti ideſt, intra triduum ipſe corrigat ſuum votum, vt conſtat ex latè traditis à Panormitano *e* Dueñas, & Tiraquelo, & ad profeſsionem implicitã cũ geſtatione habitus profeſſorum, quidam vltra annum requirunt triduũ, vt maior ſit deliberatio: at reuera pro foro conſcientiæ id triduum nõ requiritur vt tradit Nauarrus. *f* Vnde quia aliqui fæ-

a Seſſ. 25. de reg. c. 18. Na. c. 14. n. 17.
b l. nã ad ea ff. delegib.
c puella. 20. q. 2. caſi. 32. q. 1.
d Th. 2.2. q 101. ar. 4. & q. 189. ar. 6. ad. 3.
e Pano. inc. literar. deuoto idẽ in c. ad noſtrã n. 4. de regu. Due. reg. 19 amp. 2, Tiraquel de pœn cauſ. 1. n. 24.
f Nau. in c. ſtatuimus n. 72. & 74 ad finem.

Pe

pe ſæpius perſuaſionibus inducti ad religionem trahuntur magis coactè, quam voluntariè ſe ſacrificantes, quando aliquis adoleſcens nobilis, & diues ingreditur religionē, & eſt ſuſpicio de morali quadam violentia per importunas preces, aut de fraude ſub ſpecie pietatis datur prouiſio in Senatu Regio, vt Nouitius in domo alicuius tutus aut in ipſo templo conſtituatur per triduum, & exploretur eius voluntas, an libere, & ſcienter velit in Monaſterio perſeuerare. Vnde. *Eugenius Quartus prohibuit, ne aliqui cuiuſpiã ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant, perſonas quæ de iure communi religionem ingredi non prohibentur ex ſæculo fugientes, & ad conuerſationem congregationis S. Benedicti venire cupientes verberibus, aut violentijs quibuſcunque impedire, vel prohibere aut á monaſterijs, & locis dictæ cõgregationis iniuriam aliquam ingredi volẽtibus, aut recipientibus irrogando ſeu eos moleſtãdo, huiuſmodi perſonas euellere, aut extrahere audeant, vel præſumant, contrarium vero facientes ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, dum tamen cum hoc præſens ſtatutum fuerit eis ad notitiam deductum non deſtiterint à prædictis, à qua non poßint, præterquam in mortis articulo niſi per Sedem Apoſtolicam beneficiũ abſolutionis obtinere.* Ita refertur in compendio g Mendicantium. Quoad fœminas vero ex Decreto Concilij Tridentini h hi qui cogunt mulieres ad ingredien dum Monaſterium, vel ad ſuſcipiẽdum habitum, vel ad profeſsionem emittendam quique Sanctã virginum, & aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi quoquomodo ſine iuſta cauſam pedierint, Anathematizati ſint. Verum eſt tamen quod licet cogant & conſulant effectu non ſequuto nõ remanent excommunicati vt defendit Nauarrus. i

g Tit. Nouius q. 28. tradit Paraſel. in ſuo libel. priuil. fo. 47 pa. 2.

h Seſſ. 25. de reg. c. 18.

i Nau. lib. 7. conſt. tit. de ſen. excom. conſi. 55.

ARTICVLVS IIII.

Ad quid teneãtur extrahentes aliquẽ à religione.

REſpondeo dicendo, quod ſecundũ aliquos, qui reuocat profeſſum à religione, tenetur illum reducere, & ſi nõ poteſt, tenetur alium æque idoneum procurare, & ſi non poteſt, tenetur ipſemet intrare, ſi eſt perſona idonea, & habilis, & ſi non putâ quia vxoratus, aut ſenex, aut infirmus, tenetur propoſſe alio modo ſatisfacere Religioni, & illi, quem reuocauit, puta orando pro eo, vt intret: at Soto a de hac quæſtione agens dicit primo, quod ſiquis aliũ vi, vel metu, vel fraude, retraxerit, ſeu extraxerit à vita Monaſtica vt pote dicendo non eſſe bonam illi, quia contra iuſtitiam fecit, inuoluntarium hominem peruertendo, tenetur de tecta fraude veritatem docere, & vim amouere, vt libere poſsit redire, teneturque forſan propter iniuriam illatã procurare, vt iterũ in Cõuẽtu recipiatur, ſi tamẽ nõ redit, nullum ſupereit reſtituendi ligamen, neque Conuentui tenetur ſatisfacere, etiam ſi iniquiſsimo animo profeſſos perſuaſerit exire, neque argumentum, quod à ſerui ſimilitudine deducit prorſus in contrarium cogit, etenim quidquid de ſeruo ſit, de quo idẽ iudicium erit in conſcientia, quod ſecundum leges ciuiles fuerit, non tamen eadem apparet ratio de monacho, mancipium enim Dominus in ſuam propriam vtilitatem, velut equum ſuum poſsidet, de monacho autem non ſic eſt ſentiendum, nãqui ſe diuino obſequio manciparunt, & ſunt aſtricti religionis voto, nõ tamẽ poſsidẽtur, vt ſerui ob Prælatorum temporale commodum, ſed obſuũ ipſorum ſpirituale, quare ſeruitus monachorum libertate plena eſt, qua licet monachus abutatur, habitum relinquens tantum obligatur legi obedientiæ redire, vt dignus efficiatur Regno cœlorum, & ideo ſi ſua ſpõte exierit nulla inde naſcitur ciuilis obligatio ad reſtitutionem, adeo quod etiam ſi aliquis Conuentum aliquem, aut religionem perſona aliqua expoliauit, quæ Religioni erat frugi, non audet Soto affirmare ad aliquã teneri reſtitutionem, de conſilio tamẽ peregregiè faciet, ſicut fecit Raymundus celeberrimus Generalis Ordinis Prædicatorum, qui per ſuum ingreſſum damnum com-

a Soto. li. 4. de iuſti. q. 6. ar. 3.

compensauit, quod Religioni dedit auertẽdo alium ab eius instituto. Neque enim ait Soto, qui iuuenem vel impedierit, vel abduxerit, vel vi à Monasterio expulerit, etiam illum, qui fuerat professus, tenetur de iustitia alium ipsius loco subrogare, neque ipse intrare, consilium enim religionis, nemo nisi cum omni libertate sequi tenetur, est enim religio, qua homo se abdicat proprie in libertatem, nullo ergo, aut metu, aut commissione delicti potest quis in religionem obtrudi, etiam siquis monachos plurimos, retraheret, peruerteret, si enim contrarium daremus, sequeretur, quod qui professum monasterio demit profiteri cogatur, quod esset contra Sacros Canones, patet, cum ipsi annum probationis concedant, quoquis experiatur, vtrum tale institutum sit accõmodum, & libere permaneat, aut recedat. Ex quo patet, adquid teneatur qui aliquem à religione intranda auocauit, & ad quid etiam teneatur extrahens Nouitium ante professionem à religione. Et per hoc respõdetur proposito intitulo articuli, cum quibus concordat doctissimus Nauarrus, *b*

b Na. c. 14. n. 32. in ma.

ARTICVLVS V.

In quibus monasterijs & domibus sint Nouitij educandi.

Respondeo dicendo, secundum Caietanum *a* quod in illis locis expedit pueros nutriendos in religione dari, in quibus optãdum est, vt similes fiant illis quorum consortio committuntur, idcirco statuendum esset, vt nullus puer, nullaque puella possit religioni tradi, nisi vbi vere viuitur regulariter: sic enim aut extingueren tur regulariter viuentes relaxatè, aut reformarẽtur vexatione dante intellectum. Duo enim incommoda exnutritione, & educatione nouitiorum, in monasterijs relaxatis oriuntur. Primum quidem quod qui in prauis moribus cõsenuerunt iuniores sua vitiorum scabie corrumpent. Alterum est quod iuuenes postquam prauas corruptasque consuetudines semel imbiberint aduersus regularem, reformatamque obseruantiam acerrimos se præstabunt propugnatores, peruersi enim difficilê corriguntur. Vnde ait Caietanus. *b* Nemini licet absque peccati mortalis nota aliquem inducere ad religionem in monasterijs, vel conuentibus vitæ Communis: inducitur enim ad vitam reprehensibilem eo quod vita illa conuentualium a regulari exorbitet. Quod quidem eo fit manifestius quod continuus bonorum prælatorũ conatus ad illorum reformationem contendit. Vnde vituperabile est non solũ inducere, sed etiam ingredi, & recipere ad vitam irregularem personas vtriusque sexus quanuis ecclesia toleret hoc permissiue, nam ecclesia non approbat huiusmodi regularem vitam, sed ad euitanda maiora mala permittit eam atque tolerat, sicut & alia turpida mala. Quam rem ipsemet Diuus Thomas. *c* perspicuè explicuit dicens laudabile esse & admodum meritorium ad aliam religionem aliquos inducere in qua viuitur ita exemplariter vt habeat inductus occasionẽ proficiendi, nam si tepide maiores viuunt & interminores multa est relaxatio non parum imminet inducto periculum scandali, cum ingressus inuenit intus tantam remissionem & imperfectionem, & retrocedit, fiuntque nouissima illius hominis peiora prioribus, vt apud Lucam *d* dicit dominus. Quod quidem verum putat Nauarrus *e* quãdo ipsa religio esset relaxata quoad essentialia vota, non autem quoad alias accidentarias obseruationes, quæ sunt iam sublatæ, vel mitigatæ apostolicis priuilegijs veris, vel tẽpore immemoriali præscriptis, vel ex licentia tacita vel expressa proprij prælati ad hoc facultatem habentis, vel ex consuetudine quæ licet nõ sit immemorialis, est tamen ad eo rationabilis, & tot annorum adeoque vetus, & antiqua quæ ad ita emolliendas prædictas obseruationes sufficeret. His sic prælibatis dico quod in his religionibus debent nouitij admitti in magis eiusdem ordinis reformatis monasterijs, & in quibus magis exemplariter viuitur vt ipsi nouitij semel imbuti reformatione, & vita regulari odorem seruent tota die, nam ait Hugo, *f* multi ex modernis nouitijs siquid imperfectionis inueniunt id assumunt idque alios cum propriorum defectuum adiectione mittunt, sic ordo in declinãtiũ declinatione remissione declinat nisi bonis sanctorum fratrum, & maximê præsidentium exemplis doctrinis & correctionibus sustẽtetur. Hæc Hugo. Et Bernardus *g* in Epistola quadam ait hos nouitios religionem ingredientes stultos fieri vt sint sapientes, quia nouitium prudentem incipientem sapientem in cella

a Cai. 2. 2 q. 89. ar. 5.

b Caie. vbis. ar. 9. ad c. argu.

c Thom. in d. ar. 9.

d Luc. 11.

e Nauar. in man. c. 12. n. 50.

f Hug. sup. reg. frat. Mino. c. 6. iuxta finem.

g Bernar. in epist. ad fratres de Mõte col. 7.

diu

diu poſſe conſiſtere in congregatione durare impoſsibile eſt. Debet ſecundū eum ſua obedientia eſſe indiſcretus. Id eſt quod nō diſcernat quid vel quare præcipiatur, ſed in hoc tantum niti vt fideliter & humiliter fiat quod à maiori præcipitur, qui autem ſic ſe habere debeāt ablactati à lacte auulſi ab vbe ribus mundi eſſe debent & nutriti inter ſan ctos & exēplares religioſos vt ipſos doceat dominus ſcientiam & intelligere faciat auditum. Hæc Bernardus,

ARTICVLVS. VI.

Quo habitu nouitij ſint induendi.

REſpondeo dicendo, quod pro noſtra religione ordinis Minorū, anno domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo Pontificatus Pauli ſecundi anno ſeptimo fuit celebratum Capitulum Generale in Conuentu Palençuelæ in prouincia Caſtellæ in quo ſic fuit ordinatum,

Viterius cū ſecūdum declarationem D. Clementis V. omnia ſpectantia ad formam habitus tam nouitiorum quā profeſſorum æquipolleant præcepto, ſtatuit & vult reuerendus Pater Vicarius Generalis, cum Capitulo vniuerſo vt decætero in omnibus prouincijs habitus nouitiorum patenter ſit diſtinctus ab habitu profeſſorum ita vt diſſutura Caputij non ſufficiat, ſed vel oportet Caparonem iuxta regulam, vel aliā peciam pāni ante pectus niſi quoad aliquas perſonas notabiles recipientibus aliud ſecundū Deū aliquādo videatur.

a Tract. fo. 241. pa. 2. Itareferturin monumentis a ordinum, in alijs autem religionibus iuxta earum conſtitutiones & laudabiles conſuetudines ſunt nouitij induendi.

Circa illa verba noſtræ conſtitutionis ibi, ita quod diſſutura Caputij non ſufficiat eſt aduertendum, quod hæc verba à patribus illis antiquis fuerunt poſita quia diſſutura Capuccij non eſt habitus nouitiorum contra aliquos ignorantes aſſerentes eſſe habirum nouitiorum: inde inferētes, quod fratres Minores profeſsi portantes habitum cum diſſutura Capuccij peccant mortaliter cum portent habitum non profeſſorum ſed nouitiorum qui euidenter falluntur, cū totum Capitulum Generale in exordio obſeruantiæ quo tempore maxime obſeruantia eiuſdem rigor vigebat iudicauerit hunc eſſe habitum profeſſorum.

Secundo ſunt notanda illa verba ibi, niſi quoad aliquas perſonas notabiles, quod perſonæ notabiles preſoyteri communiter reputantur, extendere autem hoc ad nobiles niſi ſint filij aliquorum illuſtrium titulum habentium exiſtimo non conuenire cum vnuſquiſque nobilis reputetur & ſi vnidare tur omnes nobilitatem allegarent. Vtrum autem annus probationis poſsit computari ſine eo quod nouitius habitu regulari probationis incedat in ſequenti quæſtione diſputabitur.

QVÆSTIO XV.

De nouitijs quoad annum probationis in duodecim articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duodecim.

1 *VTrum requiratur in omnibus religionibus integer annus probationis.*

2 *Quare ius ſtatuit vt eſſet integer annus probationis,*

3 *Vtrum valeat profeſsio nouitij non habentis decimum ſextū annum completum cuius malitia ſuppleat ætatem.*

4 *Vtrum dies termini anni probationis debeat computari in termino, ita vt in ipſo die termini poſsit fieri profeſsio.*

5 *Vtrum in anno biſſexto duo dies debeant computari in vno ad effectum implendi annum probationis.*

6 *Vtrum nouitij in aliquo caſu poſsint facere profeſsionem non finito anno probationis.*

7 *Vtrum poſsit nouitius renunciare anno probationis.*

8 *An annus probationis debeat eſſe continuus.*

9 *Vtrum ſit de ſubſtātia anni probationis, quod nouitius deferat habitum regularem.*

10 *Vtrum ſufficiat quod habitus regularis deferatur à nouitio partim in monaſterio, partim extra monaſterium.*

11 *Vtrum regularis tranſiens in aliam religionem*

nem teneatur habere annum probationis continuum.

12 *Vtrum prælati incidant in aliquam cenſuram recipientes nouitium ad probationem ante annum probationis elapſum.*

ARTICVLVS I.

Vtrum requiratur in omnibus religionibus annus integer probationis.

Eſpondeo dicẽdo, quod ſecundum *a* iura antiqua maſculus completo non autem incepto anno quarto decimo, mulier completo anno duodecimo ad profeſsionem admittebantur. *b* Et ſecũdũ iura antiqua *c* regulariter profeſsio non poterat dari niſi completo anno integro probationis, attamen quia tempus dabatur infauorem nouitij vt experiretur regulæ auſteritatem & mores monaſterij vt dicitur in *d* ideo conueniente prælato cum ſuo conuẽtu quoad nos mendicantes & interueniente voluntate nouitij poterat ſecundum idem ius *e* antiquum ante annum profiteri, & tenebat profeſsio, licet male procederent prælati hoc ſine cauſa rationabili facientes: imo decreuit Bonifacius. VIII. pro non mendicantibus, quod profeſsio expreſſa vel tacita licite poterat fieri intra annum, ſed expreſſe emiſſa etiam ſeculari habitu non mutato illi religioni præciſe ſe obligat profitens quam profeſſus eſt, tacite vero facta intra annum probationis per ſuſceptionem habitus qui profitentibus datur non illi ſpecialiter, cuius habitus eſt ſuſceptus, ſed generaliter religioni ali cui recipientem obligabat prout aliqui tenebant. At cum profeſsio ſicut votum ſolenne ſubijciatur ordinationi, eccleſiæ ratione ſolennitatis prout ait Diuus Thomas, *f* ideo in Concilio *g* Tridentino nouiſsime eſt ordinatum, vt in vna quaque religione tam virorum quam mulierum profeſsio non fiat ante decimum ſextũ annum expletum, nec qui minori tempore quam per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit ad probationem admittatur, profeſsio autem antea facta ſit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicuius regulæ, aut religionis vel ordinis obſeruationem, aut ad alios quoſcunque effectus. Hæc Concilium.

a c.1.de reg. li.6.glo.20. q.1.in ca. 1. Clem. eos de reg.

b c.non ſolũ &c.conſtit. de reg.li.6. c Ca ad apoſtoli.de reg. d c.ad apoſtolicam.

e d.c.conſtitutionem.

f D.Th.2.2. q.vlt.

g Seſſ.25.de reg c.15.

ARTICVLVS II.

Quare ius ſtatuit vt integer annus probationis & nõ ſex menſes, aut quatuordecim aſſignarentur.

Reſpondeo dicendo, quod ſimilibus quæſtionibus interrogari ſolitis poſſumus reſpondere cũ doctrina cuiuſdam *a* gloſſæ & omniũ doctorum quos refert & ſequitur Tiraquelus, quod non omnium poſſumus dare rationem, & ſic in propoſito nõ obligamur dare rationem, quare hoc tempus fuerit aſsignatum, & non aliud maius aut minus, ſicut non poteſt dari ratio quare magis præſcriptioni fuit determinatum ſpatium decem annorum, quam duodecim. At licet ad id non aſtringamur, in noſtro tamen caſu ratio eſt in prõptu. Terminus enim anni eſt conuenientior & opportunior negotijs humanis quam alius, hic enim terminus cõprehẽdit omnes menſes, & omnẽ tẽporis diuerſitatem, in quo poteſt nouitius frigus & calorem, æſtatem & hyemem & omnes tẽporis mutationes experiri: cum in hoc temporis ſpatio omnes eueniant, qua ratione ius ſæpe ſæpius pro differentibus negotijs peragendis annum conſtituit integrum iuxta ea, quæ latè congerit Tiraquelus. *b* Et ſanctiſsimi patres prout refert Innocẽtius *c* vnius anni ſpatium pro probatione nouitiorum ſtatuerũt, tum in fauorem nouitiorum, vt ſcilicet, probent, & experiantur vtrum poſsint difficultates & aſperitates religionis portare, tum in fauorem religionis vt per conuerſationem annuam nouitiorum eorũ mores & inclinationes fratres cognoſcant, & videant an ad religionem ſint idonei.

a Gl.&DD. inl.non omniũ ff. de legi.l.1.§.puritiam ff. de poſt.Tiraq. de præſc.§.1.gl.4.inpr.

b Tira.de retract.lina.§.8.glo.3.n 6 & 7.

c Ca.ad apoſtol.de reg.

Et aduertendum, quod *d* Concilij Tridẽtinũ ordinat, non detur profeſsio, niſi prædicto anno probationis completo. Nec obſtat, quod nouitius habitum ſuſceperit ante decimũ ſextum annũ cõpletũ, ante quem vetat Concilium profeſsionem fieri, nã reſpondetur, quod Concilium non vetat habitum ſuſcipi ante illos completos annos, nec diſponit annum probationis impleri non poſſe ante dictum ſpatium, & ita hodie annus probationis incipere poteſt, imo & perfici

d Con.Triſeſ.25.de regul.c.15.

fici antedecimum ſextum annum completum, & virtute illius probationis fieri profeſſio expleto ſexto decimo anno. Ita Nauar. *e* Aduertendum etiãquod licentia, vt aliquis ſimul ſumat habitum, & profeſsionem emittat, vt in Abbatẽ eligi poſsit nõ conceditur ante enim quã quis ſit diſcipulus non poteſt eſſe magiſter vt dicit quædam decretalis. *f* & pro hoc eſt deciſio Putei, & tradit Quintilianus Mandoſius.

aNau. lib. 3. cõſi. ti. de regu conſi. 30 fl. officij. in fi. de elect. deciſ. putei. 262. Mand. de ſign. grati fo. 102 colu. 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum valeat profeſsio nouitij nõ habentis decimum ſextum annum completum cuius malitia ſupplet ætatem.

REſpondeo dicendo, quod profeſsio expreſſa, vel tacita ante hác ætatẽ eſt nulla & inualida, vt ex Cõcilio *a* Tridentino colligitur, cuius decretũ non ſolũ inexpreſſa, ſed etiã in tacita profeſsione locũ habet. Quod nõ diſtinguit an ante illã ætatẽ quis ſit doli capax, vel nõ, licet alias doli capax obligetur, vt dicitur, in iure, *b* vt ita etiã obligetur Deo iuxta notata per quãdã gloſſam, *c* nã contrariũ in noſtro caſu eſt dicendum, vt per Hoſtienſem, *d* & Geminianum dicentes, quod malitia nõ ſupletætatem vbi à iure certus numerus, & determinatus annorum requiritur licet alias regulare ſit malitiam ſupplere ætatem vt colligitur exiure, *e* & tradit mandoſius.

a Conc. Treſ. 25. de regul. c. 15.

bc pueris de delict. puer.

egl. fi. Infin. inc. poſtulaſti de reg. d Hoſt. in de poſtulaſti, Gemin. in conſil. 4 in cauſa enim. c. l. 2 & 3. &. ſimiles ſe. mai. dicerj. e de illis 2. C c. fi. de deſp. impub. Mãdo. in regu. 17. Cancell. q. 2. n. 13. & 14. to. 1.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum dies termini anni probationis debeat computari in termino ita, vt in ipſo die termini poſsit fieri profeſsio

REſpondeo dicẽdo, quod Quintilianus Mandoſius, *a* diſputat aliam ſimilem quæſtionẽ, quærit enim an dies qua fit re ſignatio beneficij vel præſtatur conſenſus infirmi iuxta tenorem regulæ Cancellariæ debeat cõputari in termino viginti dierum videlicet currat de momento in momentũ an vero eo non computato incipiat terminus viginti dierum à ſequenti die numerari. Quam quæſtionem ait in Rota fuiſſe propoſitam, & non deciſam, & refert duas contrarias opiniones. Attamen concludit, quod quando reſultant odium, & pœna computando diẽ termini in termino tunc non fiat talis computatio, at vero quando nõ computando diem ipſam in termino odium ſeu pœna non reſultaret tunc dies ille cõputabitur & fiet cõputatio de momẽto in momentũ. Hãc diſtinctionẽ ponit Archidiaconus quẽ refert Geminianus, *b* & poſt alios multos eſſe ſequendam concludunt Tiraquelus, & Mandoſius affirmantes eſſe veriſsimam, & æquitatẽ ſummã continere quã Dñi de Rota ſequi ſemper cõſueuerũt. Et quãdo occurrit caſus dies termini an, & quando computetur in termino videre poteris apud Ægydium Boſium *c* Caſſaneum, & Florerium.

a Mando. in reg. 19. Cancel. q. 18.

Sed videamus vtrũ in caſu propoſito de beatifici cõputatio de momento in momentũ an contra. Pro quo videndũ eſt an extali computatione fauor, aut odiũ oriatur, & quod oriatur odiũ videtur: nã ſequitur ipſũ nouitiũ obligari religioni per profeſsionẽ obligatio autẽ odiũ præ ſefert. Et ſic dicitur in q. adãlege, *d* q̃ obligans ſe in die Kalendarũ de ſoluẽdis &c. illa dies obligationis in qua Kalẽdæ incidunt nõ cõputatur. Pro cõtraria vero parte facit, quod in noſtro caſu agitur de fauore, quod probatur: nam licet obligatio abſolutè ſignificet odium: at obligari religioni nõ videtur niſi fauor propter maximas immunitates, & priuilegia quibus ipſe nouitius eo ipſo quod profeſſus eſt ſit particeps & poſſet accidere, quod ſi non fieret cõputatio de momento in momẽtum ipſe nouitius in die illo termini poſſet mori ante profeſsionẽ, & priuaretur ſuffragijs debitis profeſsis, & monaſterij perderet hæreditatẽ quę ſibi ſi profeſſus moreretur obueniret & pro hoc facit dictũ Panormitani, *e* dicẽtis, quod in fauorabilibus ſi cõtingat biſſextus duo dies cõputantur pro vno & omnes concedunt, quod anno probationis cadẽte in biſſexto duo dies reputãtur pro vno prout articulo ſequenti dicetur. Et cõfirmatur nã in multis caſibus ius *f* ciuile etiã facit computationem de momento in momentum in fauorabilibus, licet aliquibus odioſa ſint, puberes enim poſſunt facere teſtamentum, & ſatis eſt quod compleuerint annos quatuordecim licet non exceſſerint adeo quod dies vltimus quatuor decim annorum inceptus habetur pro completo licet ex tali factione teſtamenti aliquibus damnum inferatur. Similiter in propoſito licet ex profeſsione in vltimo die termini anni probationis aliquibus iniuria irrogetur per hæreditatem Monaſterio delatam debet in fauorem profitentis, &

bGemin. in c ſtatutum 1. de præbe. li 6. c. 3. ver ſi. ſi vero nõ poteſt apparere Tiraq. de vtroque retract. §. 1. gloſ. 1. n. 16. Mando. vbi ſu. iuxta fin c Boſius in pract crim. ti. quomod. procedend. per act. inde lict. nu. 26. ver. & quando ſimiliter datur dilati. mẽſ. Caſan. in conſuet. Burg. Rubr. §. 8. n. 10. Flor. in practi crim. ip. 2 p. v. accuſans n. 5. di. eum qui Kald. verſi. plene ff. de verb. oblig. ePano in c. quærentide verb. ſignif. fl. qua ætat. ff. quiteſta. facere poſ,

monaſterij dies termini Cõputari in termino ita, vt hat cõputatio de momẽto in momentum. Quod maxime cõprobatur ex deciſione iuris conſulti Vlpiani, g qui ait in vſu capionibus non â momento admomẽtũ ſed totũ adpoſtremũ diẽ cõputamus, ideoq; qui hora diei ſexta diei Kalẽdarũ Ianuariarũ poſsidere cępit hora ſexta diei pridie Kalẽdas Ianuarias implet vſucapionẽ. Exquo loco ſequẽ ſcõſicio argumẽtũ, ſi invſucapionibus quę ſũt odioſæ nõſit cõputatio demomẽto ad momẽtũ, vt tẽpus pręſcriptionis ſiniri dicatur, ſed ſufficit, q dies ſit cæptus, vt habeatur pro cõpleto, vt ex dictis legibus ſummat Paulus de Caſtro, quomodo ad profeſsionẽ faciendã, vt annus probationis finiri dicatur nõ debemus eſſe cõtenti, quod fiat cõputatio de momento in momẽtũ, ſed debemus deſiderare aliũ diẽ expectari, vt profeſsio legitime poſsit dari. Et hanc opinionẽ his non adductis tenet Henriquez h alle gans Palatium.

g l. in vſucaponibus cũ ſ. ſeq. ff. devſu cap.

h Hen. 2 tomo l. 13, de xecõ. c. 40. n 2 Palac. in 4 d. 38. q. 1. p. 823. 1 Cap. puel. 20. q. 2.

Nec cõtra hoc obſtat quidã Canon i nam Reſpondetur, quod loquitur in caſu diſsimili in quo pater ipſius puellæ minoris duodecim annorum poteſt reclamare ad quod ipſi patri datur annus & dies. Et certè ſi Concilium vellet, vt vnus dies vltra expectaretur id vtique exprimeret ſicut in dicto Canone eſt expreſſum loquente de patre volente filiũ impuberẽ à monaſterio reuocare.

ARTICVLVS V.

Vtrum in anno biſſexto duo dies debeant computari pro vno ad effectũ implendi annum probationis.

al. cũ biſſextis ff. dever. ſignif.

REſpondeo dicẽdo, quod in anno biſſexto ſecundũ ius duo dies debẽt pro vno reputari, & ſic quoad annum probationis debent etiam cõputari pro vno. Et ratio eſt: nã cum hæc materia ſit polytica, & ciuilis clarũ eſt, quod de ea polytice, & ciuiliter loqui debemus. Exquo ſequitur, quod annus probationis non debet eſſe annus ſolaris, & naturalis qui neceſſario trecentos, & ſexaginta, & quinque dies, & ſex horas continet, ſed debet eſſe annus à republica, vt talis declaratus. Pro cuius rei explicatione eſt notandũ, quod varia fuit apud pleraſque gẽtes olim annorũ ratio, vt nobis ſcriptũ reliquerunt, Plinius, b Macrobius, Alexander ab Alexandro, & alij quos refert diligentiſſimus Tiraquelus. Annus vero Romanorũ quo modo vtimur dubio procul cõſtat duodecim menſibus quo vſa eſt Reſpublica Romanorũ ab Imperio Iulij Cæſaris qui imitatus Ægyptios ad certũ dierum numerũ ſolis redegit annum intercalario anti quo menſe ſublato, vt vnus dies quarto quoque anno inter calaretur, qui & hodie quoque intercalatur propter vniuſcuiuſque anni quadrantẽ, qui ad perfectũ ſolis curſum poſt CCCLXV. dies deerat, auctoribus Macrobio, Plinio, & Plutarcho. Prius enim Romulus ex decẽ menſibus conſtitueratannũ ſolarem. Numa vero ex duo decim, ſedratione quadã adeo confuſa, vt neceſſe fuerit eã à Iulio Cæſare immutari, itaque anno ſolari vſa eſt ſemper Romana Eccleſia. Apud Hebræos vero hic annus ſolaris erat in vſu diuerſa tamen menſiũ obſeruatione: ſiquidẽ duodecim lunationes apud eos ſimul addi tis vndecim dieb⁹ faciũt annũ ſolarẽ dequo late per Couarruuias, c & Petrũ Martinez.

b Plin. lib. 7 c. 48. Macl. 1 c. 8. Alexan. l. 3. dies genial. c. 24 Tiraq. lib. 1 de tract. § 1 gl. 10.

Secundo eſt notandũ, quod quantũ ad negotia, & Cõmercia humana ille annus debet iudicari qui à Republica â certo die vnius menſis vſque ad eundẽdiẽ ſequentis anni ſi ue annus ſit biſext⁹ ſiue nõ, licet annus ſolaris ſemper ſit vnus, & hic annus ciuilis, & polyticus ſufficit ad hoc, vt ſit perfectus annus probationis.

c Cou. li. 4. var. cap. 18. Mart. li. 9. hyp. reg. 36

Ex qua reſolutione colligitur reſolutio ad quandã dubitationẽ quę exorta fuit abanno Dñi mille ſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo, cui Gregorij XIII. auctoritate dẽ pti ſunt decem dies à quinto enim die Octobris vſque ad decimũ ſextum diẽ ciuſdẽmẽ ſis ſunt ſublati, propter quod fuit dubitatum vtrũ in ordinibus ſacris initiãdis ille annus deberet, vt integer reputari, vt ſacris initiandis reputarentur habere ætatẽ à ſacris Canonibus requiſitã an vero illi decẽ dies debe rent ſuper addi. Ad quod reſpõdetur nullã eſſe neceſſitatẽ expectandi complementum illorum decẽ dierum, licet enim ille ann⁹ mil leſimus quingenteſimus octuageſim⁹ ſecundus nõ fuerit perfectus ſolaris, fuit tamẽ perfectus ciuiliter, & polyticẽ, & in omnibus cõmercijs, vt talis receptus, & de his annis loquuntur de creta Canonica certos annos adnegotia aliqua requirentia.

Eadẽ autem diſtinctio, quæ verſatur inter annũ ſolarẽ, & polyticũ verſatur etiã inter diẽ naturalem, & ciuilẽ, quidã enim eſt dies ciuilis, quidam vero naturalis. Dies naturalis eſt ille qui incipit à primo manẽ vſque ad noctem

noctẽ, hoc enim nomen fuit illi à Domino impoſitum, vt ex Geneſ.g patet, & de hoc die loquitur D. Gregorius dicens, vt cũdies abeſſerit noctẽque ſol reduxerit, dies polyticus eſt: dies viginti quatuor horarũ quẽ aliqui ignorantes diẽ naturalem appellant hunc autẽ diem polyticũ inſtituit Reſpublica, & eccleſia ad ſuũ regimen. Vnde in diſtinctis prouincijs incipit hic dies à diſtinctis horis, quidã enim ipſum à mediano-cte vſque ad aliã mediã noctem enumerant, Alij à meridie alij à primo mane alij ab occaſu ſolis, qua vltima computatione vtũtur Athenienſes prout refert Acurſius, h noscõ ſuetudinem antiquam Romanorũ ſectantes hunc diẽ a media nocte initiamus vſque ad aliã mediam noctẽ cõplendum, & ſic iuris conſulti contractũ noctu factũ non improbant cũ die polytico fiat, nec in religionibus profeſsio noctu facta irrita iudicatur.

g Gen.1.

h Acur. inl. more roma no. ff. de feriis il. neminẽ C. de trãſla.

Ex quibus infertur, quod ſi prælati præcipiant religioſis, vt intra duos dies naturales aliquid faciant ſub pœna excommunicatio nis ipſo facto non incidunt in prædictã pœnã hoc non facientes intra quadraginta horas ab hora intimationis, cũ in alijs quatuor horis poſsit ab eis fieri, prælati enim, & vulgus vocabula confundunt dies polyticos naturales appellando, verũ eſt tamen, quod ſecundũ ſubiectã materiam appellatione diei aliquando non veniet dies polyticus, ſed tãtum naturalis, qui incipit à primo mane vſque ad noctẽ, velut ſi prælati præcipiant ſubditis vt intra vnũ diem naturalẽ opus faciãt quod de die, & nõ de nocte fieri neceſſe eſt vt erit opus extra monaſterium peragendũ extra quod noctu non poſſunt regulares exiſtere. Hoc enim præceptum ad diem tantũ naturalẽ, & nõ polyticum eſt reſtringendũ

ARTICVLVS VI.

Vtrum nouitij in aliquo caſu poſsint facere profeſsionem non finito anno probationis.

REſpondeo dicendo, quod circa hoc habemus quoddam breue Pij V. cuius tenorem refert Paraſelus, a & in præſentiarum refero.

Pius Quintus ad perpetuam rei memoriam. Summi Sacerdotij cura, meritis licet imparibus nobis ex alto cõmiſſa requirit, vt votis illis, per quæ animarum Chriſti fidelium præſertim Sanctimonialium, Virtutum Domino ſub ſuaui Religionis iugo, virgineaque perpetuæ caſtitatis laureola famulantium, ſalutiſpiritualique cõſolationi cõſulitur libẽter annuamus illaque fauoribus proſequamur opportunis. Sane exhibita nobis nuper pro parte dilectarũ in Chriſto filiarũ monialiũ ordinis S. Dominici fratrũ prædicatorum petitio cõtinebat Quod quoniã aliquando accidit, vt illæ durante tẽpore probationis illarũ ad emittendã profeſsionẽ regularẽ, & ante illius emiſsionẽ ab hac vita migrant, & in dicto tempore probationis obſtãtibus cõſtitutionibus, ſiue ſtatutis & ordinationibus dicti ordinis nõ valentes dictã profeſsionẽ emittere carent cæleſti mèrito, quo ex dono, & benignitate Sedis Apoſtolicæ cæteræ dicti ordinis moniales profeſsæ in dicta profeſsione, & regula decedentes gaudeant.

Quare nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt ſibi in præmiſsis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur (qui ſalutem animarum dictarum monialium nouitiarum etiã ante profeſsionis emiſsionẽ, & durante tempore probationis earundem decedentium ſincero deſideramus affectu) ipſasq; moniales nouitias, & earũ ſingulas, à quibus vis excõmunicationis, ſuſpenſionis interdicti, aliſque eccleſiaſticis ſententijs, cẽſuris, & pœnis â iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtãt, ad effectũ præſentiũ duntaxat conſequendũ, harũ ſerie abſoluentes &

abſolutas fore, cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem monialibus nouitijs, nũc, & protẽpore exiſtẽtibus & earũ ſingulis, vt quando, & quoties aliqua ex eis nondũ profeſſa de alicuius medici cõſilio ab hoc ſæculo tranſituram conſpicitur, ipſa ꝑ conſolationem animæ ſuæ profeſſionẽ prædictã ante tẽpus requiſitũ (quatenus tamen in ætate legitima cõſtituta ſit) ad illã emittẽdã in manibus Abbatiſſæ ſeu Prioriſſæ, vel alterius ſuperioris Nouitiarum ipſius Monaſterij, ſeu domus, ita tamẽ quod ipſæ Monales nouitiæ ſic decedentes indulgentiã, & alias gratias quas Moniales vere profeſſæ decedentes conſequuntur cõſequi poſſint, emittere in articulo mortis libere, & licite valeant Apoſtolica authoritate tenore præſentiũ perpetuo cõcedimus, & indulgemus Nec non eiſdem Monialibus Nouitijs ita tunc profeſſis decedentibus plenariam peccatorum ſuorum indulgentiã, & remiſſionem in forma iubilei miſeri corditer in Domino eiſdem authoritate, & tenore elargimur.

Ac cõſtitutionem, indultum, & elargitionẽ huius, ac præſentes literas ſub quibuſuis ſimilibũ vel diſſimilibũ indulgentiarum, & gratiarum ſuſpenſionibus reuocationibus, & limitationibus etiã in fauorẽ quorũcumq; factis, & faciẽdis nullatenus cõprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinũ, & validiſsimũ ſtatũ reſtitutas, repoſitas, & denuo cõceſſas exiſtere ipſiſq; monialibus, & profeſſionẽ emittentibus ſuffragari poſſe, & ſic per quoſcũq; iudices & cõmiſſarios quauis auctoritate, fungentes etiã S. R. E. Cardinales, & ſacri palatij Apoſtolici cauſarũ auditores ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicãdi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid ſecus ſuper his, à quoquã quauis authoritate ſciẽter, vel ignoranter attentari contigerit, irritũ, & inane decernimus Non obſtãtibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac monaſterij ſeu domus, & ordinis huiuſmodi etiam iuramento confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & cõſuetudinibus Priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis, illis eorũq; ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cũ quibuſuis clauſulis, & decretis in cõtrariũ quomodolibet cõceſſis approbatis, & innouatis, quibus oĩbus, & ſingulis illorũ tenore, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſeruata, inſerti forẽt præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes illi alias in ſuo robore permãſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuscunq;. Datũ Romæ apud Sanctũ Petrum ſub annulo Piſcatoris Die. 23. Auguſti. 1570. Pontificatus noſtri anno quinto.

Hoc priuilegium deſumpſi ex libro a Reuerendiſsimi Paraſſeli, in quo aliqua priuilegia notabilia congeſsit. a Fol. 24. in uona. imp.

Exqua conceſsione colligitur, quod nouitię habentes legitimã ætatẽ ad profitendũ ſi cõtingat in articulo mortis cõſtitui poſſunt profiteri etiam non finito adhuc anno probationis.

Pro explicatione autẽ huius conceſsionis primo notandum, quod ipſa videtur reuocata per Gregorium XIII. in ſua conſtitutione que incipit, *In tantia negotiorum mole*, cuius tenorem refert Nauarrus, b inquã b Na. in ſum ma manul.

inque reuocauit quidquid cõceſsit Pius V. ſuper ſtatu & regimine ſancti monialium contra ius,& decreta Concilij Tridentini, ſed poteſt dici quod non eſt reuocata quoad forũ cõſcientiæ prout enim in primotomo probauimus à Pio V. fuerũt reualidata info ro cõſcientiæ omnia priuilegia quæ erant cõ
ci.to.q8.ar 9. trâ decreta Concilij Tridentini per prædeceſſores ſuos conceſſa, prout inprimo tomo probauimus,& ſic videtur, quod per ſemet ipſum conceſſa, & concedenda contra ſupradicta decreta voluerit ſemper in foro conſcientiæ ad minus obſeruari. Et Gregorius Decimus tertius, vt dictum eſt inprimo
d1 To.q.8. ar.5. tomo *d* ſupra allegato in ſua cõſtitutione tã tũ reuocauit ea, quæ Pius cõceſſerat cõtra ſupradicta decreta nolens ea aliquam vim im foro exteriore habere. Poteſt etiam dici, quod Gregorius decimustertius, tantum revocauit ea quæ conceſſerat Pius Quintus ſuper ſtatu,& regimine monialium, non autem ſupra profeſsione in articulo mortis emittenda cum hoc neque, ad ſtatum nec ad regimẽ pertineat monialiũ: ſiquidem ſupponitur ipſam monialem ſtatim ab ſtatu huius ſeculi,& ab eius regimine deceſſuram.

Secundo notandum eſt, quod virtute huius breuis, & conceſsionis ipſi nouitiæ ſic profeſſæ non poteſt ſuccedere monaſterium in præiudicium venientium ab inteſtato cum tantum concedat hoc ſummus Põtifex propter conſolationem ſpiritualem ipſarum monialium, & nouitiarum, vt patet ex verbis huius conceſsionis ibi, *carent merito caleſti quo dicti ordinis profeſſa, &c,* & ibi *pro conſolatione animæ ſuæ,* & ibi *ſic deceaẽtes indulgentiam & alias gratias quas Moniales vere profeſſæ,* & ibi, *plenam ſuorum peccatorum indulgentiam in forma iubilei.* Et nusquã ſummus Pontifex ſuis priuilegijs intendit
c1 Tom. 6 ar.8. derogare iuri quæſito alterius prout nos in primo tomo ediximus, niſi hoc expreſſerit & in hac bulla nullũ apponitur verbum ex quo colligatur velle ſummum Põtificẽ iuri venientium ab inteſtato præiudicare. Præterea ſi hoc priuilegiũ tãtũ in foro cõſcientię locũ habet quidquid virtute ipſius fit, tantũ in foro conſcientiæ valebit, & ſic cum profeſsio virtute eius tantum in foro concientiæ valeat virtute ipſius nihil in iudicio exteriori peti poteſt. Verum eſt tamen, quod ſi nouitia ex ea infirmitate non deceſſerit ſi poſtea anno probationis completo profeſsionem emittat primam ratificando ſuccedet monaſterium, ſecundum ea quę ſupra *f* late diximus.

f Sup.2.to. q.77.ar.vl.

ARTICVLVS VII,
Vtrũ poſſit nouitius renũciare anno probationis, & ſine eo cõpleto profiteri

REſpondeo dicendo, quod licet forte diſputando poſsit pars affirmatiua teneri, at pars negatiua in iudicando, & conſulendo eſt amplectenda. Primo quia in Concilio *a* Tridentino parificatur profeſsio ante decimum ſextum annum facta, & facta ante diem anni probationis; at nemo audebit dicere profeſsionem ante decimum ſextum annum factam de conſenſu noui tij, & monaſterij valere, ergo neque debemus dicere profeſsionem factam antè finem anni probationis de conſenſu nouitij valere cũ de pacificatis idem ſecundum ius *b* debet iudicari. Secundo probatur nam mens, & ratio ſunt anima legis vt dicitur in quadam regulat iuris, nec debemus putare ait Hieronymus, *d* euangelium eſſe in verbis ſcripturam, ſed inſenſu, quibus concordat imperator inquadam lege, *e* at mens, & ratio qua moti ſunt ſacri Concilij patres ad conſtituendum dictum decretum videtur fuiſſent illo anno nouitij renunciare poſſent. Tertio quia verba legis ita interpretanda ſunt, vt ipſa non fruſtrentur, & otioſa ſed dantur iuxta tradita iniure, *f* at interpretari prædictum decretum, vt limitetur per aliud decretum, *g* expreſſe habens annum probationis inductum eſſe in fauorem tã monaſterij quam nouitij, & quod de conſenſu vtriuſq; partis illi fauori renunciari poſſit, eſt illud fruſtrare, & nihil aut certe parum induceret noui, nam etiam ante illum profeſsio facta ſine vtriuſque partis conſenſu, ſcilicet Monaſterij, & nouitij erat nulla. Quarto nam prædictum decretum Concilij Tridentini exęquat in hoc religiones mẽdicãtes, & non mendicantes, vt palam colligitur ex eius cõtextu at profeſsio facta apud mendicantęs de cõſenſu vtriuſq; partis ante finẽ anni probationis eſt nulla aut certe nõ facit verũ religioſum, ſed tantũ in genere obligat religioni, per quod non fit profitens

al conc.ſeſ. 25.de reg.c. 15.

bl.fi.ff. mã dat.c lic.ex quadam de decim.

cCa. fin. de reg.iur.

dHiero. in epiſt.ad Gal. ca 2.ca. Marchi. q. 1.

e l.non dubium C.de leg.

f c.in hide p.i.c ſi iuſtes de ſent. excom.

g c.ad apoſtolicam de reg.

vere religiosus, sed obnoxius, vt fiat religiosus iuxta quandam decretale m *b* vbi communis omnium doctorum.

hd.c.adapostolicam.

Denique probatur præ dicta conclvsio: nemo enim iuri publico potest renunciare, vt dicitur in iure, *i* & experientia quæ est rerum magistra docuit Sanctos Patres præfati concilij quod licet renuntiatio prædicti anni tempore quo factum fuit dictum decretum capituli, ad apostolicam, solum videbatur præiudicare iuri priuato: tempore tamen dicti Concilij, & nostro clare cæpit præiudicare tam iuri publico quam priuato, & ita in vtilitatem publicam vetuit Conciliũ huiusmodi professiones ante annum fieri, nam iam passim in aliquibus religionibus intra vnam vel alteram hebdomadam cęperunt fieri professiones, vt addignitates, & beneficia promouerentur, & fierent prius magistri quam discipuli, cum in magistrum assumi non debeat qui non nouit esse discipulus cum magno damno, & dedecore publico ipsarum religionum quæ sunt magna pars Republicæ Christianæ, in qua ius publicum consistit argumento cuiusdam legis, K & consequenter nemo auctoritate propria potest ali iuri renunciare, & per hæc, & alia hanc partem defendit Nauarrus. *m*

ic.diligenti de for.cõp.

K.li.6.huiusmodi, ff. de iust. & iur.

m Nau.l.3. consi.tit.de reg cõs.33.

ARTICVLVS VIII.

An annus probationis debeat esse continuus.

RESpõdeo dicẽdo, quod Panormitanus *a* tenuit disputatiue sufficere, quod sit interpolatus, quod ante ipsum videtur tenuisse quadam glossam. *b* Sed oppositum est verius, & communiter tenetur, scilicet, quod oportet annum esse cõtinuum eo modo quo solent austeritates in religione continuari. Et hoc Panormitanus putat verius, cum hic annus sit statutus ad experiendum austeritates quæ maxime in continuatione consistunt, sicut patet in eo qui dificultatur ieiunare quadraginta dies facile ieiunaret eos si inter diem, & diem alium diem refectionis interponeret. Tũ quia decretalis *c* dicendo infinite austeritates omnes vniuersaliter comprehẽdit, in casu autem nostro possibiliter quis non experiretur omnes puta quadragesimales si egrederetur tẽpore quadragesimæ, & idem in aduentu, & hyeme vel æstate. Tũ, quia cum iura loquuntur de annuali spatio vel de alio tempore de continuo sunt intelligenda, vt notat quædãglossa *d* quia regulariter omne tempus debet esse continuum. Et hanc opinionem tenet Bartolus, *e* per textum ibi vbi seruus dicitur veteranus, qui anno continuo seruiuit nouitius autem qui non seruiuit anno continuo, & iia tenet post Lappũ, & Alexandrum Rebuffus, *f* & confirmatur; nam qui setuit duobus diebus non dicitur seruire vno die vt dicitur in quadam lege, & plura coaceruata nõ sunt propriè vnum, vt dicitur in alia lege, *h* vbi Bartolus, & communiter scribentes. Et ita hanc opinionem fuisse decisam in sacro pœnitentiario testatur Nauarrus. *i* Hæc sunt de iure communi videamus nunc vtrum secundum priuilegia religionibus concessa aliud sit dicendum.

a Pano.in c. ad apostoli. de regular. b glo.in.re. cũ quidẽ regul.iur.li.6

bd.c.adapostolicam

dglos.supe. rub.ff.de vtemp.præ. e Bar.inl.interdũ §.quotics ff.de public.

f Rebuf.cõsil.68.p.i.o co.2

gl. ff.de opera libert. hl.vbi ff.de verbo obl.

i Nau.lib.3. consi.tit.de reg. cons.3.

Proquo est aduertendum, quod Iulius II statuit, quod cum aliqui fratres in ordine Minorum annum probationis inceperint, sed postea ad eundem ordinem redierint tempus prioris receptionis habitus cum tempore posterioris sibi computari vel non computari possit iuxta determinationem suorũ superiorum: Ita habetur in ordinum Monumentis K Quod priuilegium non existimo esse reuocatum per Concilium Tridẽtinũ, *i* in eo enim tãtũ definitur, quod annus debeat esse integer, non autẽ ibi definitur, quod debeat esse cõtinuus, sed hoc relinquit sub opinione sicut antea erat: vnde illi qui in nostra religione minorũ de obseruãtia fecerũt professionẽ post annũ integrũ probationis, discretũ tamen, & non continum ante constitutiones generales Toletanas apud viros graues nostræ sacræ religiõnis iudicati sunt professi, sicut præsente me in facti cõtingẽtia iudicatum fuit in illustri conuentu S.B.P.N. Francisci Salmanticensi, cum consilio P.F. Francisci de Alderete, & P.F. Ferdinandi de Campo, & P.F. Andreæ de Auila Prouinciæ S. Iacobi olim prouincialis, & cum consilio P.F. Ioãnis de Rada Magistri mei, & P. Fratris Francisci de Herrera dictæ prouinciæ patris, cuius scripta, & libri satis clamant, hos esse in sacra Theologia patres peritissimos, & cum

K In 2.imp. fo. 117 concess.283.

i Conc. Tri. ses.25. de regul.c.15.

cum conſilio doctiſsimi doctoris Gabrielis Henriquez iuriſconſultorum primarij, quem ego ſuper hoc caſu conſului, & in dicta conſultatione allegatum fuit poſt Concilium Tridentinum ita non ſolum conſuluiſſe ſed etiam in praxi admiſiſſe Patres fratrem Ioannem Ramirez olim dictæ prouinciæ prouincialē qui ex parte Regis Philippi Secundi, fuit ad Concilium Tridentinum miſſus, & Fratrem Gaſparem de Vzeda, qui in ſacra Theologia ſpeculatiua, & morali viri ſatis conſummati fuerunt. Dixi ante conſtitutiones generales Toletanas, nam poſt eas dubium eſt vtrum profeſsio poſt annum diſcretum probationis impletum valeat. Dicitur enim in eis quod ad maiorem Concilij obſeruationem nouitij permaneant per annum continuum in probatione, & ſic videtur Capitulum generale auferre â prælatis vſum prædicti priuilegij. Sed quidam in noſtra religione Pater ſatis benemeritus, & doctus dicebat, quod in eo Capitulo non fuit ablatus vſus prædicti Priuilegij, tum quia in dicta conſtitutione non fit vlla mentio de prædicta ademptione vſus, tum etiam quia quamuis aperte diceretur in ea vt prælati non vterentur prædicta gratia adhuc etiam iuſta exiſtente cauſa potuiſſent diſpenſare, quia in dictis conſtitutionibus dicitur quod cum cauſa vrgens euenerit prouinciales poſſint diſpenſare cum diſcretis Conuentus in quo morari contigerit, cum his Nouitijs in ſupra memoratis conditionibus à religione conſtitutis Nec obſtat quod conditio de continuitate anni non eſt de ſupra memoratis conditionibus, ſed potius de ſequentibus, vt patet ex contextu & ſerie dictarum conſtitutionum, quia reſpondetur, quod quamuis prædicta conſtitutio ſecundum ordinem literæ non eſt de ſupra memoratis ſecundum ordinem intentionis eſt de illis quia in quantum tollit vſum prædicti priuilegij eſt conſtitutio facta à noſtra religione, & cum mens Capituli Generalis ſit vt prouinciales poſsint diſpenſare in conditionibus factis a noſtra religione circa ipſos nouitios, inde ſequitur, quod licet expreſſe in dictis ordinationibus tolleretur vſus prædicti priuilegij, quod potuiſſent prouinciales diſpenſare iuſta occurrente cauſa, tum etiam quia intentio dictæ conſtitutionis de anni continuitate nō fuit tollere vſum prædicti priuilegij iuſta cauſa occurrente, ſed fuit ſtatuere quod iura decernunt ſecundum mentem doctorum vt dictum eſt, & ideo conſtitutiones prædictæ Toletanæ expreſſe volunt vt prælati vtantur ſuis priuilegijs obtentis contra leges apoſtolicas ordinarias, vt expreſſe conſtat ex ipſis conſtitutionibus. *m* Ex quibus omnibus patet, quod profeſsio facta ex diſpenſatione prouincialium contra conſtitutionem de anni continuitatem noſtra ſacra religione Minorum de obſeruātia erit valida, & in tali caſu factū tenebit Conſulerem tamen vt hæ diſpenſationes raro aut nunquam fierent niſi talis occurrat neceſſitas, quæ nulla poſsit tergiuerſatione negari. Hæc prædictus vir, Quæ omnia mihi probatiſsima ſunt, ſed à tali vſu cenſeo abſtinendum omnino, nec niſi vrgenti neceſsitate ego eum admitterem, cum poſtea profeſſus per talem diſpenſationem poſsit reclamare in iudicio comparendo, vt eius profeſsio irrita iudicetur ſicut ego audiui apud Matritium quendam religioſum coram Vicario Generali reclamaſſe eo quod intra annum probationis extra monaſterium in quadam infirmaria eius profratribus eiuſdem monaſterij curandis deputata per aliquot dies infirmus vt medicaretur ſteterit. Cum quo ego ſimul ægritudine oppreſſus curatus fui, dicebat enim eius annum non fuiſſe continuum prout Sacri canones determināt. Et â fortiori diſpenſatus poterit reclamare allegando nullam ad diſpenſandum cauſam interueniſſe. Nec patres religionis tales debent admittere profeſsiones cum mutato ſpiritu profeſſorum lites veriſimiliter poſsint timeri.

Aduertendum tamen quod in alijs religionibus, in quibus non eſt facta ſimilis conſtitutio poſſunt prælati admittere ad profeſsionem eos, qui annum diſcretum probationis peregerunt cum priuilegium Iulij II. non ſit, (vt probatum eſt,) à Concilio ſublatum. Quod verum eſt ſi dictæ religiones priuilegijs mendicantium fruuntur prout quaſi omnes fruuntur.

l c. 1. de approbation. uitio.

m c. 8. tit. de diſp. harum conſtit.

ARTICVLVS IX

Vtrum ſit de ſubſtantia anni probationis quod deferatur habitus regularis.

REſpondeo dicendo quod inquadam le ge *a* partitarum hæc quæſtio determinatur in hunc modum. Otroſi el que entra en orden en algũ monaſterio deue veſtir el habito de aquel orden, ca de otra manera no podria bien prouar la aſpereza de la orden, porque vna gran parte de la graueza de la regla es en las veſtiduras. Circa quam legem aduertit ibi Gregorius Lopez eſſe conformem cuidam decretali vbi Abbas dicit, quod eſt de ſubſtantia vt quis probet regulam in habitu regulari nouitiorum. Et quãtum ad noſtram religionem fratrum minorum de ſubſtantia eſt vt nouitius probet regulam in habitu regulari, cum in ea præciptur vt certo habitu nouitij induantur.

a l.3.titu.7. part.1.iuxta finem.

bc.ſuper eo cumglo.ibi de reg.

ARTICVLVS X.

Vtrum in anno probationis ad profitẽdum ſufficiat, quod deferatur habitus religioni partim in monaſterio partim extra.

REſpõdeo dicẽdo, parte affirmatiuã videri veriorem, tũ quia ſupponitur quod prædictus nouitius detulerit habitũ ſuſceptum per totum annũ partim intra monaſterium partim extra manens ſem per ſub obediẽtia ſui ſuperioris, & cũ eius licentia iuſta de cauſa data, & faciens eius præcepta & mandata, & videtur ſufficiens adimplendum ſuum annum nouitiatus. *T*ũ quia nullo iure cauetur, quod nouitius debeat manere ſemper, & continuo toto anno intra monaſterium, & quod patrum ſanctionibus non eſt ſtatutum ſuperſtitioſa inuentione non eſt præſumendum argumento cuiuſdam *a* Canonis. *b* Tum quia Abbas antiquus quem refert Abbas iunior ſiue Panormitanus dixit, quod religioſus manens extra monaſterium ſub obedientia ſuperioris & cum eius licentia videtur reſidere intra illud prout late tradit Nauarrus, *c* allegando Sylueſtrum, idem cum communi tenentẽ. Tum etiam quia etiam ſi prædictus Abbas nec aliquis alius id dixiſſet, ita tamen dicendum: erat alioquin ſequeretur, quod omnes nouitij qui intra annum exeunt monaſteria de licentia ſuorum ſuperiorum in quibus ceperunt habitũ vt peregrinarentur in ſtationes, vel alia loca pia, vel viſerent ſuos parentes aut cognatos ægrotantes vel vt medicarentur, vel vt teſtificarentur, vel recrearentur vel alia iuſta de cauſa non cõplerent annos ſuorum nouitiatuũ. Tũ quia alias ſequeretur, quod errant Reges & Principes omnes qui ſunt generales religionum militarium, qui frequenter poſt datum habitũ ſuarum religionũ ſuis militibus nouitijs ſtatim aut certe poſt duos mẽſes vel tres mittunt ad defendenda aliquot oppida munita, vel ad ipſamet bella, vt in eis compleant nouitiatuum annos.

a c.cõſului-ſti.q.4.

b Abba inc. illorũ d ſet. ex co. Pano. inc. exteſcripto co.2 de iure iurand.

c Nau. in c. ſtatuim⁹ 19 q.3 nu. 74. Syl. v° relig. 3.q.19. verſ. 5.

Tum quia hoc videtur ſatis probari inquadam decretali *d* cum eius annotatis, quod ſcilicet annus nouitiatus extra monaſterium de licentia ſuperioris iuſta de cauſa agi, & compleri poteſt, tum etiam quia conſuetudo optima legum interpres habet, quod prẽlati religionum etiam non militarium cum datur habitus ſuorum ordinum aliquibus viris inſigniter eruditis, vel in exercendis artibus mechanicis, aut alijs valde expertis mittunt eos intra annum nouitiatus ad diſputationes & ad alia negotia peragenda, & ad inſtruendos alios ignorãtiores qui operantur in villis monaſteriorum ad aliquot dies hebdomadas vel menſes, neque propterea cogunt eos ad inchoandum nouos annos nouitiatuum, tum quia frequenter longe aſperiorem & duriorem vitam ducunt extra monaſterium quam ducerent intra illud, & probant magis duritiem obedientiæ in eundo & redeundo & laborando, & male edendo quam hi qui intra monaſterium ſub vmbra obediunt bene edendo. Et confirmatur, nõ enim eſt neceſſarium vt nouitius probet & experiatur omnes auſteritates Monaſterij in individuo, ſiue inſpecie, ſed ſufficit quod experiatur auſteritatem in genere per totũ vnum annum degendo ſub obediẽtia prẽlati, ſi enim nouitius ſtatim poſt ſuſceptũ habitum inciperet ægrotare, & maneret æger quatuor aut ſex vel decem menſes intra monaſterium ſub obedientia poſſet in fine anni profiteri ſecundum mentem dictorum quorum nemo dicit nec vt puto auderet dicere

dc. inſinuante quodcle. vel vouent.

contra

contrarium,ergo non eſt abſque vlla legedi cendum quod teneatur experiri omnes auſteritates in ſpecie,imo minime gẽtium poſſunt eas experiri nouitij noſtræ ſacræ religionis Minorum. Cuius præceptum eſt non poſſe fratres profeſſos in ea equitare, quod rigoroſum præceptum non poſſunt nouitij in anno nouitiatus experiri,& multis allegatis hanc partem defendit doctiſsimus Nauarrus.e

e Naua.li.3. conſ.tit de regu.conſi. 40.

Aduertendum tamen quod ſemper dixi ſi talis nouitius egrediatur,& ſit extra monaſterium cum licentia ſui prælati, & cum habitu:nam ſi ſine licentia,& ſine habitu egrediatur,& poſtea reuertatur talis annus dicitur interpollatus,& eſt inſufficiens ſecundũ ius commune ad profeſsionem,licet ſecũdũ concesſionem Iulij ſecundi ſupra in octauo articulo relatam ſufficiens videatur. Nec ſupra dictis obſtat ordinatio Toletana generalis pro ordine Minorum de obſeruantia facta vbi dicitur, quod licet Nouitius exeat cum habitu minime tempus nouitiatus ante exitum completum ipſi computetur. Nã reſpondetur quod dicta ordinatio intelligẽda eſt quod exijt cum habitu, ſine licentia prelati iuxta ſuperius notata:non autem quãdo exit cum habitu. & licentia prelati. Vel dic quodſi de licẽtia prælati cũ habitu egrediãtur annus erit continuus. & non diſcretus,& facta profeſsio valebit, non enim ordinario generalis poteſt ſtatuere, vt per acto anno continuo probationis profeſsio facta ſit nulla,hoc enim eſſet aliquid contra ius cõmune determinare adquod poteſtas conſtitutionis generalis non ſe extendit iuxta tradita â Nauarro f ex quo infertur quod ordinatio prædicta ſolum impedit fieri profeſsionem quando cum habitu & cum licentia & cauſa egreditur nouitius extra monaſterium, non tamen irritat profeſsionem ſi fiat:irritare enim hanc profeſsionem ſolus Papa poteſt,& capitulum Generale minime, neque obſtat quod ſit cõfirmatũ à Papa Papa enim cõfirmat ſtatuta quatenus non ſunt cõtra ius,& ſacros Canones, pro vt notat Nauarrus g in ſimili caſu.

f Nau.vbiſupra. conſi 5 n.4.

g Nau.vbiſ.

Aduertendum eſt etiam quod Prouincia les poſſunt dare huiuſmodi licentiam ad exeundum, & etiam prælati monaſteriorum inquibus ſunt Nouitij cum Conſiliodiſcretorum ipſorum monaſteriorum,quandoad Prouinciales non faciliter recurri poteſt,& neceſsitas vrget,cum Guardiani & prælati conuentuales pro ſimilibus neceſsitatibus habeant ad dandas ſimiles licentias facultatem. Quod ſecundum conſtitutiones generales,aut Prouinciales vniuſcuiuſque religionis eſt practicandum.

Aduertendum denique quod ſupradicta minime conſulerem practicanda in Nouitijs monialium licet enim propter aliquam infirmitatem cum licentia ſuperiorum,& cũ habitu egrediãtur ad domos parentum, vt in ipſis medicentur nondebet ipſis computari tẽpus quod ante prædictũ ingreſſum in monaſterio fuerunt. Ratio horum eſt,nam ipſæ moniales aut ratione voti aut ratione præcepti ad ſeruandam perpetuam clauſuram aſtringuntur, prout in primo tomo g late diximus, & non propter quamcunque infirmitatem conceditur ipſis ad egrediendum licentia pro vtin eodem loco probauimus. Quem rigorem non experiuntur non potentes ſe continere,ita vt ſaltem intra annum probationis non egrediantur. Verum eſt tamen quod ſi peracto anno probationis aliqua cum licentia ſuperioris egrediatur dum dos conſtituitur.& procuratur vt grauis eius infirmitas curetur, ſi poſtea reuertatur poteſt ſtatim ad profeſsionem admitticum per integrum annum continuum in probatione ſteterit.

g 1.tomo,q 47.

h ſeſſ.25.de regul.c. 16.

Nec obſtat Concilium Tridentinum *h* definiens finito anno probationis ſtatim Nouitios ad profeſsionem fore admittendos, aut expellendos, nam reſpondetur,quod Concilium loquitur de Nouitijs in monaſterijs virorum educatis, non autem de Nouitijs monialiũ vt ex eius litera ſatis patet ibi *Nouitios quos habiles inuenerint*, & probatur ex verbis eiuſdẽ decreti,ibi. *Nouitijs vel Nouitiæ*. In quibus facit Concilium differentiã inter nouitios,& nouitias, nullam de fæminis Nouitijs in prioribus verbis mentionẽ faciendo.

ARTICVLVS XI,

Vtrum regularis ad aliam tranſiens religionem in ea teneatur habere annum probationis continuum.

REſpondeo dicendo quod prima facie videtur non teneri profiteri cum in omni religione tria vota eſſentialia

voueantur ſcilicet caſtitatis paupertatis & obedientiæ,& ita qui profitetur vnam religionem approbatam videtur profiteri omnia eſſentialia cuiuſcunque religionis , & cum nihil fruſtra ſit faciendum iuxta quandam *a* decretalem non videtur reiterandus annus probationis , neque profeſsio. At contrarium eſt dicendum,quia frequenter monaſterium ſecundum eſt arctioris obſeruãtiæ , ad quam profeſsio prioris monaſterij non extenditur , & niſi profiteretur noue in ſecundo nulloiure ad illam obſeruantiam obligaretur,& ita omnes religioſi eius non obligarentur omni diſciplina quod abhorrent iura *b* perquæ ita tenet Nauarrus, *c* Et licet Leo Decimus *d* con ceſſerit , vt tranſlatus de vna religione ad alteram poſsit facere profeſsionem ante annum probationis expletum de conſilio diſcretorum monaſterij in quo facit profeſsionem, hoc tamen priuilegium non video in religionibus practicari, & ita per nõ vſum ad minus eſt ſublatum.

a ca. ſi papa de priu. li. 6

bc. recol. de ſtat. mon. c. in noua. i6. q. 7.

cNau. lib. 3. conſi. tit. de regul. con. 3 d' Habetur. in ſupple. f. 49. conceſ. 295.

ARTICVLVS XII.

Vtrum prælati incidant in aliquam cenſuram recipientes nouitium ad profeſsionem ante annum probationis elapſum.

a in 2. impr. fo. 103 con 2i8.

RESpõdeo dicẽdo ,*q Innocẽtius IIII. hoc prohibuit, vt habeturin monumentis ordinũ. & Alexand. IIII fratribus minoribus,& prædicatorib⁹ in virtute obedientiæ , & excommunicationis pæna diſtricteinhibuit neante annum probationis elapſũ quẽquã ad profeſsionem ſui ordinis ſeu renũtiationem ſeculo faciendam recipere,neq; cõſtitutũ intra huiuſmodi annum aliquatenus impedire , quo minus infra ipſum ad aliam religionem,quam maluerit tranſeat,vel niſi maior quatuor decim annis exiſtens profeſſus ſit tacite,vel expreſſe,aut euidenter conſtet illum vitam voluiſſe mutare,quod tamen non præſumitur,niſi clara probatione,& competentibus indicijs oſtendatur omnino ad ſæculum redeat, ſicut de voluntate proceſſerit præſumãt Et quod ſi forte contra huiuſmodi prohibitionem quẽquam recipere præſumpſerint decreuit, eum qui taliter receptus fuerit nullatenus dicto ordini alligatũ: ipſ; ſq; fratres ad receptionem quorunlibet ad profeſsionem eiuſdem ordinis fore ipſos iure ſuſpenſos, & inſuper pœnæ ſubijcendos, quæ fratribus ipſius ordinis proculpis infligi grauioribusco ſueuerunt.* Ita habetur in iure *b*, & refert Nauarrus.

bc. nõ ſolũ de reg. li. 6. Nau. ca. 27. n. 157. §. iz. c Seſſ 25. de reg. c. 15.

Circa quam conſtitutionem ibi, niſi maior quatuor decim annis, aduerte quod hæc verba ſecundum Concilium Tridentinum ſunt mutanda , loco quorum dici debet niſi maior ſexto decimo anno exiſtens.

Circa eãdem conſtitutionem ibi , aut euidenter conſtet illum vitam voluiſſe mutare Nota quod licet Nouitius intra annum probationis libere,& ſine licentia petita ab aliquo poſsit â religione retrocedere, pro vt notat Panormitanus *d* pertextum ibi nec tenetur ſoluere expenſas factas, ſibi â monaſterio, nec incurrat aliquam inhabilitationem ad ordines, vel beneficia Eccleſiaſtica, vel ſeculiaria pro vt llegando aliqua iura tradit Siluеſter *e* hoc tamen per multa iura limittatur,niſi appareat euidenter eum voluiſſe abſolute vitam mutare. Vnde volunt aliqui , quod is qui religionem intrauit animo perſeuerandi teneatur religioni ingenere,etiam alio voto non facto: quorum quidam dicũt , quod eſt vere religioſus,ita quod ſicõtrahat matrimonium nullũ eſt,quia illud votum dicunt eſſe ſolẽnizatũ per habitus ſuſceptionem,quam opinionem inprobat Siluеſter *g* quia votum non ſolenizatur,quoad dirimendum matrimonium, niſi per ſuſceptionem ordinis ſacri, vel profeſsionem tacitam , aut expreſſam, vt patet in iure. *h* At hic non ſuſcipit ordinem ſacrum,neq; eſt expreſſe, vel tacite profeſſus. Cum profeſsio tacita, vel expreſſa non poſsit alicui dari ſine conſenſu monaſterij

dPan. in ca. ſtatuim. de reg.

eSylu. ti. de lig. 5. n. 8

fInn. in q. conſulti de regul. Sylu. vbiſup.

gSyl. vbiſu

hc vnde de voto l. 6.

sterij, quia est quasi quidã cõtractus, ex quo reci proc aoritur obligatio, quæ ex parte vnius tantum nõ potest proficisci, vt inquadã lege *i* satis innuitur, imo nec supra dictus remanet obligatus religioni in genere cum non obligetur proprio voto, propositũ enim nõ est votum, nisi sequatur promissio: quod vbique innuit diuina scriptura k in qua dicitur *Facies sicut promisisti Domino: siquid vouisti domino non tardabis redde re dif plicet enim ei infidelis, & stulta promissio* Et id ipsum innuunt *l* Leges Ciuiles secundum quas votum ex pollicitatione causatur. Nec talis obligatur præcepto superioris, vt concludunt omnes Canonistæ, neque precepto ecclesiæ, quia hoc nullibi reperitur.

iL. in omnibus ff. de act &oblig.

K Deure a. 63. & Eccl. 5.

l L. 2. ff. de pollic.

Sed restat respondere verbis supra positis ibi, *aut euidenter constet illum vitam voluisse mutare.* Respõdetur enim, quod hic loquitur decretalis de proposito mutandi vitam vt erat oblatio professionis, qua in religionis ingressu multi petebant profiteri licet professio subito nõ admitteretur, sicut olim poterant in omnibus religionibus non mendicantibus, & hi erant obligati religioni in genere, at non erãt vere professi, At modo post Concilium Tridintinũ *m* etiam si petant statim profiteri, cum ante annum probationis expletum non possint professionem emittere etiam non remanent obligati religioni in genere, pro vt ego in nostra summa confessorum, cum Doctoribus cõmuniter teneo.

n Conc. Tr. vbi sup.

n 1 tomo q. 12.

Circa suspensionem in dicta constitutione propositam notandum, quod prouinciales in ea possunt dispensare, cum non sit Papæ, neque Sedi Apostolicæ reseruata eius dispositio iuxta ea, quæ late in primo tomo *n* probaui.

QVÆSTIO XVI.

De Nouitijs quo ad eorum bonorum dispositionem in sex articulos diuisa.

Circa quam quæruntur sex.

1 *Vtrum ingrediens religionem possit testari.*

2 *An testamentum factum ante ingressum per professionem anualletur.*

3 *Vtrum testamentum factum ante professionem possit post ipsam mutari.*

4 *Vtrum vsus fructus bonorum filij profitentis in religione pertineat ad monasterium an ad patrem.*

5 *Vtrum legatum in singulos annos relictum alicui ingresso monasterium fratrum Minorum de obseruantia possit ante professionẽ alicui legari.*

6 *Vtrum qui vult ingredi religionem fratrum Minorum teneatur sua bona pauperibus distribuere,*

Multa iam in secundo Tomo, *a* circa nouitiorum renunciationes dicta sunt nunc aliqua pro complemento materiæ, hic sunt proponenda, & discutienda.

a 2 tomo d. 47.

ARTICVLVS I.

Vtrum ingrediens religionem possit testari.

Respondeo dicendo, quod ante ingressum religionis cuilibet est libera facultas testandi, vt ex multis iuribus *a* tenet Abbas communiter receptus. Et tradit Gutierrez nec Concilium Tridintiuum, *b* hoc reuocate non enim annullat renuntiationes ante ingressum religionis factas, & dato quod eas annullet, non annullat testamentum, neque donationes causa mortis factas ante ingressum religionis nec post ingressum, etiam si fiant ante duos menses proximos professioni, pro vt nos iam in secundo tomo *c* explicauimus Nec verba Concilij, ibi nulla quoque renunciatio, nec obligatio possunt adaptari ad testamentum: habetur enim inquadam *d* lege, quod verba, contraxerunt, gesserunt, non pertinent ad testamentum, nec ad testãdi ius, & clarum est, quod ista nomina renuntiatio, & obligatio includuntur sub illis verbis, contraxerunt, gesserunt, ipsa enim sonant contractum. Nec valet dicere quod de contractibus ad testamentum valet argumentum, vt ex aliquibus iuribus *e* colligitur, & tradit Euerardus in suis locis, nam respondetur dictum argumentum procedere quando est in omnibus eadem ratio, vt videri potest in multis casibus, quos refert Alciatus, *f* at in nostro casu non est eadem ratio, cum testamentum possit reuocari ante

a Auth. si quamulier. C. de sacro sanct. Eccl. & in §. illud in Auth. de monac. co. 1 & in cap. quia ingre. 19. q. 3 Abb. inca. in pr. n. 49. de pr.

b Sess. 25 de regl. c. 16.

e. 1 tomo q. 96.

d L. 1 off. de verb. sign.

c L. fin. C. de reb. Eccles. non alien. l. si quis prio. § cæterum C. de secun. nup. glo. in c. 1. §. item sacramenta C. de pace iuram firmat. Euerard. loco. 17.

f Alciat. n l. 20.

ante profeſsionem, quia ante mortem naturalem, aut ciuilem, non confirmatur, At renuntiatio, aut obligatio inter viuos arreuocabilis eſt, exqua irreuocabilitate poteſt inuitus, & coactus renũtians videſse bonis irreuocabiliter deſtitutum profiteri, vt in ſecundo tomo g abundé probauimus. Nec appellatione contractus proprie venit teſtamentum, vt tradit Decius. Et certe ſi Concilium vellet ſuum decretum in teſtamento locum habere id vtique patres Concilij minime ſubticerent ſcientes inter teſtamentum, & renuntiationem, aut obligationem magnam in iure verſari differentiam,

g 2.to.q. 96 h Deciuscõ ſil. 660. n. 10.

Nec ſupradictis obſtat quædam lex i partitarum, ibi enim non diſponitur, quod religionem ingrediens non poſsit teſtari, ſed quod profeſſus in monaſterio id efficere minime poſsit, pro vt ibi aduertit Gregorius Lopez.

i L. 17. tit. 1 pa 6. in pri cip.

ARTICVLVS II.

Dato quod teſtamentum poteſt fieri ante ingreſſum religionis quæritur an per profeſsionem annulletur.

REſpondeo dicendo, quod circa hãc quæſtionem videtur doctores variare, inter quos ſunt Antonius de Butrio *a* & Abbas, qui omnino Antonio non adhæret. Et in hac controuerſia verior, & cõmunior opinio eſt Bartoli *b* dicentis teſtamentum factum ab eo, qui religionis profeſsionẽ, & ingreſſum mininime cogitabat profeſsione ſecuta rumpi ſolum, quo ad legitimam portionem *M*onaſterio competentem. Hanc opinionem ſequitur Couarruuias, *c* & dicit communem Didacus Perez, quos ſequitur Durante. Quod eſt intelligendum, quando monaſterio non fuit relicta legitima portio; ſi verò relinquatur manebit teſtamentum firmum, eo quod ceſſat iuſta cauſa querelandi, & in hoc omnes concludunt, vt conſtat extra ditis à Nauarro *d* & Caldas.

Sed ſi de monaſterio cogitauit, & nihil monaſterio relinquit, non rumpitur ipſum teſtamentum. *I*ta tenet Bartolus, *e* quod dicit communiter approbatum Ripa, & vt verius amplectitur Iulius Clarus, quiaddit quod caſu, quo non cogitauit de monaſterio ante ipſius religionis ingreſſum rumpitur teſtamentum, per profeſsionem dummodo teſtator in ipſo religionis ingreſſu non ſolum, ſe ipſum, ſed etiam omnia ſua expreſsè monaſterio dedicauit, non vero tacitè dedicauit, namper hanc tacitã dedicationem non videtur priorem, expreſſam voluntatẽ mutaſſe. *E*t addit *M*olina *e* quod Bartoli opinio iudicaretur amplectenda, ex ipſius met religioſi confeſsione iuramento firmata, intenderit nè an non reuocare antiquum teſtamentum, illique eſſe ſtandum ſaltem in foro conſcientiæ.

a Butrio. in cin. præſen n. 30 de probãt. & ibi ab bas n. 62.

b Bart. in authen ſiqua mul. n. 51. deſac. ſanct. Eccleſ.

c Cou. inc. 2 de teſt n. 5. Perez in l. 6 tit. 2. l. 5. ord. pag. 67 Durãte. de arte teſtãdi tit. 3 c. 9.

d Nau. inca non dicatis n. 81 & 83. Cald. de nomin. emph q. 9. n. 10. & 16.

e Bar. vbiſu n. 8 Ripa in l. ſivnquãq. 35 n. 94. C. de ren. dona Clarus l. 3. recep. ſenten. 5. teſta. q. 28 n. 6.

e Mol. 2 p. 2 tract. 2. diſp 139. concl. 753.

Et aduertendum quod ſi ingreſſus monaſterium habeat liberos legitimos legitima debita monaſterio erit quintum, nam reliquum eſt filiorum, vt in legibus *f* regni probatur, vltra quam partem filij, per parentes grauari non poſſunt neque etiam in tertio, & quamuis per aliam legem, *g* liceat meliorationem inter filios facere, & monaſterium habeatur loco filij ſecundum quod videtur dicendum, quod ipſi poteſt fieri melioratio, contrarium tamen eſt aſſerẽdũ, nã dictæ leges locum habent in filijs veris, nó autẽ in filijs fictis, vt ſatis abunde notauit Tiraquelus. *i*

f L. 12 tit. 6. l. 9. no. cop. l. 8 tit. 8 cod. lib.

g L. 2. tit. 6 lib. 5 recop.

i Tiraq. in c. ſivnquam c. dereu. l. donat. f. 333. n. 43. & 44.

ARTICVLVS III.

Vtrum teſtamentum factum ante profeſsionem poſsit poſt ipſam mutari,

REſpondeo dicendo, quod teſtamentũ factum a nouitio ante profeſsionem poſt ea mutari, aut reuocari nõ poteſt ſiquidé profeſſus teſtari non poteſt etiãſi profeſſus fuerit religionẽ, quæ cõmunia bona habere poſsit, ita probatur in iure *a* & notãt abbas, & alij relati à Couarruuias, quimultos allegat contra Bartolum, adeo quod licet reuocatio teſtamenti fiat in fauorem monaſterij ea minime valebit, neque iure ſubſiſtet, vt ipſemet Couaruuias reſoluit.

a l. 2 de reſt. Aut. de monachis §. illud Abb. in c. in præ. n. 61. de prob. Cou. ind. ea 2. n. 9.

ARTICVLVS IIII.

Quidam habens aliquorum bonorum proprietatem quarum pater habet vſum fructum, quæritur vtrum per profeſsionem remaneat apud patrem

trem vſus fructus, an tranſeat ad monaſterium, & caſu quo poſsit facere teſtamentum, vt poteſt, ſi ingrediatur religionem fratrũ Minorum de obſeruantia, vtrum poſsit diſponere non ſolum de proprietate prædictorum bonorum, ſed etiam de vſu fructu, an vero ſolum poſsit diſponere de proprietate, & nihil de vſu fructu agere competente parte pro tota vita ſua.

REſpondeo dicendo quod ſi ingrediens religionem non faciat teſtamentum certum eſt, quod monaſterio ſolum competit, quod erat dicti filij, & ſic ipſum monaſterium ſolum debet habere proprietatem vſus fructus autem apud patrem remanebit, quia per profeſsionem, non extinguitur vſus fructus vſufructuarij ſecundum Nauarrũ, *a* & latius Antonius Gomez, & Couarruuias, poſt quandam Gloſſam communiter receptam. Si tamen ingrediens religionem teſtamentum facit videtur, quod poſsit diſponere, non ſolum de proprietate ſed etiam de vſu fructu ſaltem deillõ: quod remanet ablata legitima, quæ ipſi patri debetur, quæ eſt tertium. Lex enim Tauri concedit licentiam filio, vt poſsit facere teſtamẽtum, ac ſi non eſſet in poteſtate patris ex quo conſequi videtur, quod poſsit diſponere dicto vſu fructu, qui ipſi pertineret, ſi in poteſtate patris nõ eſſet per hanc, & alias rationes hanc partem defendit Antonius Gomez. *b* Cui opinioni ego non poſſum adhærere: licet enim prædicta Lex *c* Tauri concedat facultatem filio, vt poſsit teſtari, non tamen concedit ipſi facultatem, vt poſsit teſtari de rebus alienis, vſus autem fructus res eſt aliena. Cum ſit patris pro vita ipſius, vt reſoluit Molina, *d* & ſic per prædictam licentiam, non poteſt filius in aliquo præiudicare paterno iuri quæſito vſus fructus retinendi: poterit tamen filius relinquẽdo patri proprietatem vltra legitimam ipſi debitam patri imponere grauamen, cum ei aliquod bonum proprium relinquat de quo libere poterat diſponere ratione cuius ei grauamen aliquod imponere poteſt. Et hic eſt caſus notabilis ſecundum quem poteſt filius non habens aliquid de præſenti, quo ad vſum fructum mandare, vt fiat aliqua eleemoſyna de præſenti, aut facere aliquod legatum per viam fidei commiſſi.

a Nau. in can non dicatis nr. 38. Tnto. Gom. in l. 6 tau. c 11 Couar. in c. 2. n. 8. de teſt. Gloſ. in l. 2. C. de bona ter.

b An. Gom vbi ſ. n. 13 & 14. c L. tau.

d Molin. de primog l. 9 nu. 22. cum ſeqq.

ARTICVLVS V.

Vtrum legatum in ſingulos annos relictum alicui ingreſſo in monaſterium fratrum Minorum de obſeruantia poſsit ante profeſsionẽ alteri legari.

REſpondeo dicendo, quod reſolutio huius quæſtionis videtur pendere ex reſolutione alterius, vtrum ſcilicet legatum in ſingulos annos expiret morte ciuili ipſius legatarij religionem profitentis, & videtur quod non: nam vſus fructus, non extinguitur profeſsione vſufructuarij, etiam ſi faciat eam in religione bonorum capaci: ne ceſſaria eſt enim mors naturalis, vt ait quædam Gloſſa *a* notabilis ſecuta à Doctoribus communiter quos refert, & ſequitur Couarruuias, Antonius Gomez, Pinelus, & ſpeculum teſtamentorum. Ex quo videtur quod ſicut vſus fructus, non finitur profeſsione etiam in religione bonorum in communi in capace, & poteſt alicui ante profeſsionem legari pro tota vita ipſius profitentis ita etiam legatum in ſingulos annos non finiatur profeſsione, & per conſequens poſsit alicui ante profeſsionem legari. At contrarium exiſtimo tenendum eſſe in legato in ſingulos annos pro alimentis relicto ipſi ingreſſo religionem, hic enim ſi profiteatur in religione fratrũ *Minorũ* de obſeruantia nõ poteſt ante profeſsionem de tali legato diſponere niſi pro illo tantum anno in quo facit profeſsionem, differentia maxima enim eſt inter vſum fructum, & legatum in ſingulos annos vſus fructus enim cedit dies ſtatim, quod alicui competit, & ideo ad eius hæredes tranſmittitur, eſt enim quoddam ius pure & abſolutè ipſi vſufructuario competens, & iam quæſitum, at annua legata pro alimentis non eſt vnum purum legatum, ſed eſt vnũ purum primi anni & de hoc ante profeſsionem poteſt Nouitius diſponere, & reliquorum annorum ſunt plura legata conditionalia. Quorum ante profeſsionẽ non cedit dies, nec in ipſis abſolutè, & pure habebat ingreſſus ius quæſitum, vt de eis poſsit diſ-

a gloſ. mag na ad fin. in Auth. ingr. C de ſacro. ſanct. Eccl. Cou. in c. 2 n. 8. de teſt. gom. iul. 48 ta. n. 8. pin. in l. 1. par. 2. C. de bon. matern. ſpe colum teſt. glo. 12 n. 2.

diſponere, vide, quid dicat Paulus b Iuriſcõſultus. *Si in ſingulos annos alicui legatum ſit Sabinus (cuius ſententia vera eſt) plura legata eſſe ait & primi anni purum ſequentium conditionale, videri enim hanc ineſſe conditionem ſi viuat, & ideo mortuo eo ad hæredem legatum non tranſire.* Hæc Paulus & clarius hanc veritatem nobis proponit Caius c Iuris conſultus, *Dicens in ſingulos annos relictum legatum ſimile eſt uſui fructui cum morte finiatur, ſati capitis diminutione nõ finitur cũ uſus fructus finiatur* Super quam legem Gloſſa in verbo non finitur dicit, non finitur ſcilicet, in ſingulos annos relictum, quia legatum ſequentis anni eſt, aliud legatum, & ſic iſtud habebit legatarius, plura enim ſunt legata, & ſic in capite cuiuſlibet anni inſpicitur, an ſit capax vel non, ſed ſecus eſt in vſu fructu, cùm legatum eſt ſimplex, & non in ſingulos annos Deniq; nemo poteſt legare, niſi illud quod eſt ſuũ, aut habet ad illud ius at legatarius in ſingulos annos nõ habet ius pure, & abſolute niſi ad legatũ ſequẽtis anni: ergo legatũ tãtũ ſequentis anni poterit legari alteri ante quã ad profeſsionem admittatur. Legata autem aliorum annorum, poſt primum annum, in quo profeſsionem emittit minimè poterit alteri legare cum dies illorum legatorũ nõ ceſſerit, & quando cedunt ipſe legatarius iam factus eſt in communi, & in particulari taliũ legatorum incapax, & neque in communi, neque in particulari talia legata ſunt ſua, vt ea alijs poſsit dare, donare, aut relinquere.

Aduertendum tamen, quod amplius eſt in hoc legato, quam in vſu fructu, nam in ingreſſu cuiuſlibet anni ſi deceſſerit legatarius eius anni legatum hæredi ſuo poteſt relinquere, at vſu fructuarius, etiam ſi maturis fructibus, non dum tamen perceptis deceſſerit hæredi ſuo eos non poteſt relinquere, ita Iurisconſultus Caius. d

Aduertendum etiam quod ſemper locutus ſum de nouitio volenti profiteri in ordine fratrum minorum regularis obſeruantiæ, nam ſi velit profiteri in alijs religionibus capacibus bonorum in cõmuni, poteſt ipſe ipſos annuos redditus legare, nam licet dies illorum nõ ceſſerit, cedet tamen in poſterũ poſt profeſsionem: licet enim ipſe ſit incapax talis legati monaſterium tamen in quo profeſsionem emiſit eſt capax huiuſmodi legati, & reſpectu monaſterij poteſt cedere dies. Legatum enim alimenti annui relictum cuidã Catherinæ pro ipſa, & vna famula ait Marianus, e quod debetur monaſterio durãte vita ſua, quo ad partẽ ſuã licet non quo ad famulam, quia per ingreſſum perdit facultatem habendi eam cũqua opinione tranſit f Nauarrus, quæ opinio in eo quod pertinet ad famulam moderanda eſt, vt procedat, ſi dicta Catharina ingrediatur monaſterium in quo non conceditur monialibus habere famulas ſecus in monaſterijs, in quibus ipſis facultas ad eas habendas indulgetur, nã ſi dictæ Catherinæ hoc priuilegium concedatur, egononvideo quare famula eius dicto legato annuo priuetur, & ſiquinq; monialibus vna famula datur, reſpectu Catherinæ dabitur famulæ, ex legato annuo proprotionabiliter, ſicut reſpectu aliarum quatuor ei ſalarium ſuppeditatur. Necputo improbabile, quod ex dicto legato annuo debetur monaſterio aliquid, proſeruitricibus quæ omnibus monialibus dicti monaſterij inſeruiunt, ſine quibus ipſis monialibus, non cõmode prouidetur.

Ex ſupradictis infertur, quod ſi ipſi annui redditus, non legentur pro alimentis in ſingulos annos, ſed ideo in plures penſiones diuiſit eos teſtator exonerandi hæredis gratia cum in hoc caſu vnum ſit legatum, & eius dies iam cedat bene poterit dictus nouitius ante profeſsionem de eo diſponere, tamquã de reſibi debita, & relicta pura quod expreſſe colligitur ex verbis Iurisconſulti *Martiani*, g Ait enim, *Si vero non pro alimentis legauit, ſed in plures penſiones diuiſit exonerandi hæredis gratia, hoc caſu, ait omnium annorum vnum eſſe legatum, & intra decennium de cedẽtem legatarium, etiam futurorum annorum legatum, ad hæredem ſuum tranſmittere, quæ ſententia vera eſt.* Hæc Martianus.

ARTI-

b L. ſi in ſingulos ff. de an. legat.

c L. in fing. ff de ann. legat.

d d. in annos fing.

e Marian. in 1 par. conſil. 10. nu. 6. q. ver. verum.

f Nau. in 2. cõme. de reg. n. 38.

g L. Si cui præmit. ff. quã do dies leg. cedat.

ARTICVLVS VI,
Vtrum qui vult ingredi religionem fratrum Minorum teneatur sua bona pauperibus distribuere.

REspondeo dicendo, quod aliqui regulã fratrũ Minorũ explicãtes tenẽt quod obligantur nouitij volentes in sacra hac religione profiteri, ex vi regulæ distribuere sua bona pro operibus pijs, & non amore sanguinis, aut vano tantum moti, vt patet extraditis à Corduba, *a* At ego in ea sum opinione, vt existimem nouitios, non arctiori vinculo teneri bona sua distribuere, & dare pauperibus, quam alij Christiani. Quod primo probo excommuni practica, & nullum video Apostolicum præceptum, quo ipsi adhoc specialiter obligentur, imo ait Ianſenius *b* in concordia Euangelistarum, quod nõ legitur de Apostolis reliquisse bona sua pauperibus, sed tantum ea reliquisse, & dominũ fuisse secutos. Quod patet considerando substãtiam religionis solum consistere in non habendo aliquid proprium & Deo soli vacare, quod potest fieri siue bona relinquantur pauperibus siue non, licet relinquere pauperibus sit maxime meritorium. Et hoc confirmatur ex verbis, *c* Euangelij ibi. *Vade vende omnia, quæ habes, & da pauperibus & sequere me*, Hæc enim verba Consilium tantum, non præceptum important, vt omnes communiter intelligunt. Et iuxta hoc sunt intelligenda quę dicuntur in regula fratrum Minorum, cum enim verba ipsius sint verba euangelica superius allegata iuxta eorum tenorem debent ipsa interpretari.

Nec prædictis obstant verba quædam D. Augustini dicentis, quod possunt religiosi petere eleemosynam, cum omnia propter Deum pauperibus reliquerint. Nam respõdetur, quod etiam si sit sufficiẽs causa ad petẽdum eleemosynam, omnia propria in pauperes erogasse, non tamen sequitur, ex hoc omnes religionem profitentes ad omnia pauperibus dandum esse astrictos, neque quod non potest petere eleemosynam ille, qui omnia sua consanguineis donauit, alio enim titulo scilicet quia ministrat Deo, & altari potest ad mensam Domini eleemosynaliter petendo recurrere, pro vt in quæstione de mendicitate *d* late diximus.

a Cord. sup. re. fra. Mi. c. 2. q. 8.

b Ian.

c Mart. 22.

d Supr. hoc tom. q. 2

QVÆSTIO XVII.
De Nouitijs quo ad eorum professionem in viginti articulos diuisa.

Circa quam quæruntur viginti.

1 *QVotuplex sit professio.*
2 *Vtrum sit tacite professus sacerdos cui ob honorem sacerdotij datur habitus professorum si per annum & tres dies videntibus prælatis illum deferat.*
3 *Vtrum ad tacitam professionem requiratur consensus profitentis, & monasterij an soli sufficiat consensus profitentis, quando expressa à principio fuit nulla.*
4 *Vtrum sit tacitè professa Monialis, quæ ab Episcopo recepit velum virginitatis, & virginitatem expresse promisit.*
5 *Vtrum professio data ante annum probationis completum sit nulla.*
6 *Vtrum religionis professio emissa, cum tali conditione, vt sibi liceat bona retinere sit nulla.*
7 *Vtrum ad professionem possit quis recipi sine consensu conuentus.*
8 *Vtrum monachus professus in vna religione teneatur in alia ad quam trãsfertur profiteri.*
9 *Vtrum professio facta à laborante morbo gallico, vel alia infirmitate contagiosa sit nulla.*
10 *Vtrum finito anno probationis possit professio dilatari.*
11 *Vtrum professio regularis facta in manu Episcopi valeat.*
12 *Vtrum professio, quæ non fuit facta in manu superioris, sufficit vt à superiori ratificetur.*
13 *Vtrum professio possit fieri per procuratorem.*
14 *Vtrum professio facta ab excommunicato valeat.*
15 *Vtrum professio mente facta ratificetur si per longum tempus faciat professus actus professorum.*
16 *Vtrum post quinquennium possit nulliter professus reclamare.*
17 *Vtrum professi nulliter possint post quinquennium, sine habitu reclamare.*
18 *Vtrum illa sit professa, quæ primo confessa est fecisse professionem, & postea id negauit.*

19

19 *Vtrum cogens nouitium ad profitendum ſit excommunicatus.*

20 *Vtrum in ordine Minorum valeat profeſſio facta ante decimum octauum annum cõpletum.*

ARTICVLVS I.

Quotuplex ſit profeſsio.

REſpondeo dicẽdo, quodduplex eſt profeſsio, quædam expreſſa alia vero tacita, expreſſa eſt, quæ poſt annum probationis ſit inali qua religione â ſede Apoſtolica approbata ſecundum aliquam determinatam regulam in manu prælati promittendo tria vota eſſen tialia, & viuere ſecundum regulam. Tacita eſt, quæ non verbo tenus, ſed actibus fit, ad quam, vt reſoluit Nauarrus *a* tria requiruntur. Primum eſt, quod Nouitius deferat in diſtinctum habitum, abhabitu profeſſorum vt in iure *b* determinatur, Secundum quod deferat eum in monaſterio, & in congregatione, vt tradit Gloſſa communiter recepta per Doctores, & Panormitanũ Hoſtienſem, & Francum. Sed aduerte, quod ille qui defert habitum extra monaſterium de licẽtia obedientia & mandato ſuperioris cenſetur deferre illum intra monaſterium, pro vt ſupra *d* iam late probauimus, niſi ſuperior concederet licentiam deferendi habitum ſui ordinis cauſa deuotionis, vel honoris, ea mente tantum quodgeſtatio illius nõ prodeſſet ei adprofeſsionem tacitam, vel expreſſam, tunc enim non cenſetur profiteri neq; annum nouitiatus implere, quia actus agentium, non operatur vltra eorum intentionem, vt dicitur in iure, *e* & ita tenet Nauarrus.

Tertium, quòd deferat illum in monaſterio, per annum continuũ, adeo, quod licet deferat per quatuor menſes continuos ſupoſtea exiret, & iterum reuertatur, & deferret per octo, vel plures menſes, & exiret iterum ante annum continuum completum, non cenſetur profeſſus, vt ex iure *f* colligitur.

Quartum eſt, quod Nouitius geſtans prę fatum habitum ſciat pertalem actum fieri profeſsionem, pro vt ex multis determinat Nauarrus, *g* nam ſi geſtat illum putans eſſe profeſſum non eſt iudicandus profeſſus, per geſtationem habitus, & alios actus, niſi ſciẽs & prudens, non eſſe profeſſum, voluiſſet facere per tales actus, & alios ſimiles tacitam profeſsionem, pro vt determinat Caietanus. *h*

Quintum quod deferat habitum ſupra dictum ſcientibus, & conſentientibus his quorum eſt incorporare religioni, quia ſicut expreſſa profeſsio non inducitur, quocunque voto vel cauſa, niſi fiat in manibus prælati potentis recipere, & incorporare religioni ſecundum Geminianum, vel in manibus alterius habentis mandatũ, vel recipientis nomine eius ſecuta ratihabitione, ita & tacita profeſsio fieri non poteſt, ſine eius ſcientia & aſſenſu, pro vt poſt Hoſtienſem, & Panormitanum tenet Silueſter. *k*

Nec hæc tacita profeſsio per Concilium *l* eſt ſublata, pro vt affirmat Nauarrus *m* nec obſtat, quod prædictum Concilium Tridentinum præcipiat, quod finito anno probationis ſtatim admittatur ad profeſsionem, aut expellatur. Exquibus verbis videtur colligi Concilium tollere tacitã profeſsionem, & ideo, ne ipſa allegetur præcipere vt ſtatim expellatur nam reſpondetur, quod concilium tantum præcepit quod hi expellantur, & non addit quod ſi permanſerint nõ ſint tacite profeſsi, & caſus omiſſus remanet in diſpoſitione Iuris communis, vt dicitur in iure. *n*

ARTICVLVS II.

Vtrum ſit tacite profeſsus ſacerdos cui ob honorem ſacerdotij datur habitus profeſsorum ſi per annum, & tres dies videntibus prælatis illũ deferat.

REſpondeo dicendo quod in noſtra ſacra religione Minorum datur ſacerdotibus, eam ingredientibus habitus, ſimilis, & indiſtinctus ab habitu profeſsorum. Et quæritur modo vtrum dictus ſacerdos manens in religione per annum, & tres dies, ſit tacite profeſſus. Et videtur quod ſic. neque obſtat ſi dicatur. quod huic ſacerdoti nouitio datur habitus cum capelo inſuto, ab ipſo habitu, datur etiam habitus, non benedictus, at profeſſo datur habitus benedictus, cum capello ipſi habitui inſuto, nãlicet quælibet illarum differentiarum attento iure *a* antiquo ſufficeret, ad non inducendam

a Nau li. 3. conſi. 11. de reg. conſ. 41 & 1 §. qui vero de re. li 6.

c Gloſſ. in clem. eos v. aliqua de regu. Doct. & Pano mita. ibi. Hoſtiẽ. inc at. ti ele de reg. Fran cus in c, 1 § finde regul. li. 6.

d Sup. q. 17.

ec. vl d præ bend. i non omn. ff. de reb cred. nauar. vbi ſup.

fer. i. de reg. li 6.

g Nau. vbi ſ conſ 34 n. 4

h Caie. 2. p. q. 185 at. 1. 2.

i. Gemin. in c. conſtit. de reg. l. 6 & in c. vndeveto li. 6.

K Syl. v. religig. 3. n. 10.

l Cõc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 15. ca. 15 & 16.

m Nau. li. 2. conſil. tide, reg. conſil. 35 n. 5.

nec ſuſceptũ de refer. l 6

ac. 1. §. diſtinctus. de reg. li 6.

dam tacitam profeſsionem, at ſecundũ aliud
b Clem. eos de reg. *b* ius nouum, ſi differentia habitus non eſt patens, non impedit tacitam profeſsionem, & videtur non eſſe dictam differentiam patentẽ, & per conſequens, quod hi ſint tacitè profeſsi, ſi in religione per annum, & tres dies, cum habitu regulari veſtiti permaneant iuxta ea quæ *Doctores* c communiter reſoluunt. Quod procedit, ſi concurrũt conditiones ad tacitam profeſsionem requiſitę de quibus in articulo ſuperiori diximus.

c Doct. in c. ſtatui. & in c. ſtatui. & in ca. ſuper eo de regul.

Nec his obſtat Concilium Tridentinum
d Seſ. 25. de reg c. 16. *d* decernens, quod finito anno probationis ſtatim expellantur, per quod videtur, quod contra ſacros Canones retinent poſt annum prædictum habitum, & quod ex illegitima detentione habitus regularis non inducatur profeſsio tacita, ſicut non inducitur ex materiali receptione. & detentione ipſius. Nã reſpondetur, quod Concilium, id quidem præcipit, ſed non prohibet, vt inducatur tacita profeſsio ex ipſa habitus retentione, & præterea, non omnis detentio habitus prohibita â iure operatur, vt non inducatur tacita profeſsio, ſed illa tantum, quæ eſt nulla & irrita ab ipſo iure. Prohibitum enim erat iure antiquo communi, recipi ad religionẽ illum, cuius delictũ per viam inquiſitionis, aut denunciationis, aut accuſationis, erat deductum in iudicium, & ſimiliter illos, qui erant debitis grauati, ſupra vires facultatum ſuarum, pro vt in ſuperioribus *e* ſatis dictum
e Sup. q. 10. eſt, etſi profitebantur eorum profeſsio valebat, quia receptio, & detentio habitus, licet eſſet prohibita, profeſsio tamen, non irrita iudicabatur, & ideo Sixtus V. in ſua conſtitutione, non ſolum iſtorum irritat profeſsionem, ſed etiam habitus ſuſceptionem.

ARTICVLVS III.

Vtrum ad tacitam profeſsionem requiratur conſenſus profitentis, & monaſterij an ſolum ſufficiat conſenſus profitentis quando expreſſa profeſsio a principio fuit nulla.

REſpõdeo dicẽdo, neceſſario videri tenẽdũ, quod requiritur conſenſus vtriuſq; partis, ſi enim noua eſt profeſsio, nouũ vtriuſq; partis, requirit conſenſum. Pro contraria tamẽ facit quod nemo vnquã ſic dixit.
a Nau. lib. 3. conſi. ti. de re. con. 45. Hoc dubiũ tangit Nauar. *a* & reſpondet dicens, ſatis videri ſufficere, vt ipſamet cãra-

ficet, & monaſteriũ permaneat in eõ cõſenſu, quo eius profeſsioni nulli cõſenſit argumẽto cuiuſdã decretalis *b* in qua matrimoniũ metu contractũ fit validũ ſi ceſſante metu conſenſit ratũ habeat, illum ſaltẽ, at hæc decretalis, nihil ad propoſitũ, nã ibi, vtraque pars verè, & ſine dubitatione conſenſit cohabitando, nos vero, quærimus quid iuris, quãdo vna pars tantum tacitè conſentit, alia vero non quia forte ignorabat defectum, & nullitatem, quam ſi ſciret forte non conſentiret de nouo, in hoc igitur graui dubio, tres caſus ſunt diſtinguendi, vt diſtinctione fiat patens reſolutio.
b ca. tua de ſponſ.

Aut enim nullitas profeſsionis oritur ex inutili conſenſu, vtriuſq; partis, vel quia neutra pars cõſenſit, vt quãdo ante finitũ annũ probationis, quis profeſſus eſt, vel ſiquis, nũquã profeſſus eſt, & in hoc caſu ad tacitãprofeſsionẽ requiritur, vtriuſq; partis cõſenſus ſaltẽ tacitus, tam conuentus, quã religioſi tacite profitentis, & ratio eſt plana, & neceſſaria, quia ſcilicet, ſine conſenſu vtriuſque partis nulla poteſt dari profeſsio.

Aut nullitas profeſsionis procedit ex inutili cõſenſu profitentis, & tũc ſufficit, quod ille de nouo conſentiat tacite, vel expreſſè, neque requiritur nouus conſenſus conuentus, nam primus conſenſus cenſetur continuari, cum fuerit legitime factus, & ideo accedente conſenſu legitimo profitentis fit legitima, & valida profeſsio. Exemplo hoc illuſtratur, ſiquis in minori ætate admiſſus fuit ad profeſsionem aduenientelegitima ætate ſufficit, quod ipſe ſolum ratam habeat profeſsionem tacitè, vel expreſſe, ſine alia noua conuentus ratihabitione. Et non eſt noua hæc doctrina, ſiquidem videmus, ad eſſentiam matrimonij, quod vtriuſque contrahentium accedat legitimus cõſenſus at non eſt neceſſarium, quod hi duo conſenſus ſimul concurrant, vt patet in matrimonio, facto per procuratorem, in quo conſenſus vnius partis, multis diebus ante ſit præſtitus, quam conſenſus alterius partis, & ille prior conſenſus ſemper perſeuerat, niſi per contrariam voluntatem muretur, vt conſtat ex traditis â Couarruuias, *c* & Nauarro.
c Cou. in 4 p. c. 4. §. 7. Nau. in mã. c. 8. n. 8.

Aut nullitas profeſsionis oritur, ex inutili conſenſu cõuentus, & in hoc caſu acceden te legitimo conſenſu conuentus, ſine noua ratihabitione profitentis ſit legitima profeſsio. Exemplum eſt, in eo qui profitetur illegitime, quia ſcilicet, non conſenſit

maior pars, vt talis profeſsio daretur, ſufficit quod poſtea conuentus ratam habeat huiuſmodi profeſsionem, etiamſi nouus ipſius profitentis conſenſus non intercedat.

Et notandum quod profeſsio nulla de nouo ratificata incipit eſſe valida, à tempore ratificationis, & non ante argumento cuiuſdã decretalis *d*. Verum eſt quod ſi bona fide quis ſe putauit eſſe profeſſum, & ſuperueniẽte mala fide ratificauit ſuã profeſsionẽ merito debet gaudere loco, quem ab initio cõſenſu conuentus quis accepit, argumento multorum, quæ de effectibus bonæ fidei, & de euitatione ſcandali, & demodicitate rei adduci poſſunt, ita Nauarrus. *e*

d c. veniẽs iunct. Gloſ. 2. de eo qui duxit in matri. quã pollu.

e Nau. li. 3. conſil. ti. de reg. cõſ. 46

ARTICVLVS IIII.

Quædam Monialis in quadam religione ante legitimam ætatem fecit profeſsionem, & ætate legitima completa recepit ab Epiſcopo velum in manibus eius virginitatem expreſſe promittens quæritur, vtrum ſit tacite profeſſa.

REſpondeo dicendo, quod vt hæc quæſtio prout decet explicetur, & veritas eius reſolutionis patefiat oportet aliqua dicta proponere.

Primum dictum eſt, quod profeſsio expreſſa huius monialis fuit nulla ſiquidem ante legitimam ætatem ad profitendum fuit emiſſa, cum vt ſupponitur non habuerit tũc decimumſextum annum, completum à Cõcilio Tridentino *a* requiſitum.

a Con. Tri. ſeſ. 25. de regul. c. 15.

Secundum dictum, quod actus quos poſtea fecit licet eſſent actus profeſſorum, non inducebant profeſsionẽ tacitam, ſi ipſa poſt profeſsionem ignoranda neſciens illius nullitatẽ, in monaſterio perſeuerauit, hos actus peragendo, nam ignorando, talem nullitatã etiamſi plurimos faceret actus profeſſarum non cenſetur ratificare profeſsionem iuxta ea quæ in articulo primo huius quæſtionis ſatis diximus.

Tertium dictum, per verba dicta ab Epiſcopo, velum dante ſcilicet, *vultis in ſancta virginitate perſeuerare*, Iunctis alijs ipſarum monialiũ ſcilicet *volumus*. Et per alia eiuſdẽ Epiſcopi, velum dantis ſcilicet, *promittis, te virginitatem ſeruare*. Iunctis alijs, dictæ Monialis, *promitto*, non eſt profeſſa ſolemniter ipſa monialis, adhoc enim, vt fiat profeſsio ſolemnis debet fieri non ſolum voti virginitatis, ſed etiã voti obedientiæ, & paupertatis, aut obedientiæ ſecundum aliquã regulam à ſede Apoſtolica approbatam, vt tradunt communiter Doctores *b*, & in noſtro caſu, ſolum factum fuit votũ virginitatis, præterea votum virginitatis, non eſt de eſſentia religionis, ſed votum caſtitatis. Votũ enim virginitatis præſupponit in emittente integritatem virginitatis, & multi religioſi, & religioſæ profitentur iſta integritate carentes vt quando vidui, aut viduæ religionẽ ingrediũtur, & hi ſunt eſſentialiter & vere religioſi, vnde viduis profeſsis, non datur velum virginitatis conſecrationis virginum, nec Epiſcopus in eo poteſt diſpenſare, prout in iure *c* definitur, datur tamen eis velum viduarum, quod vocatur velũ Continentiæ, & obſeruationis, de quo in ſacris Canonibus *d* habetur, vnde ordinauit Leo *e* Papa, vt fœminis quæ non ſunt virgines minimè velum virginum præbeatur, nec ipſe ipſum recipere poſſunt. Et hæc eſt ſententia D. Hier. vt in alio Canone *f* refertur. Propter quod ordinatum fuit in pontificali, vt volentes recipere velũ virginitatis interrogentur, ſi velint perſeuerare in virginitatis pudore, & ordinatum eſt vt velum huiuſmodi recipientes ipſam virginitatem expreſſe, promittant. Ex quibus colligitur, quod per dicta verba ſolum fuit promiſſa virginitas cõcernens velo ſuſcipiẽdo, & quod per talem promiſsionem noluit dicta monialis expreſſam emittere profeſsionem, cum iam ab ea fuerit facta. Secundo colligitur, quod ſi hoc votum eſt validum ſolum erit ſimplex votũ virginitatis. Dixi ſi eſt validum de validitate enim eius inſequẽti dicto diſputabitur.

b In ca. vn. de vot.

c c. devotis 20. q. 1.

d ca. vidua. 27. q. 1. *e* 32. q. 5. c. illas autẽ ſimulas. *f* 15. q. 1. c. ſi quis non crea.

Quartum dictum attento quod dicta promiſsio virginitatis fuit facta in ordine ad velum recipiendum, & velũ recipiebatur in ordine ad profeſsionem iam factam exiſtente profeſsione nulla, etiam veli receptio erit nulla, & per conſequens votum virginitatis in ordine ad ipſam veli receptionem. Quod probatur, nam votum virginitatis in ordine ad velum virgineum, non poterat emitti; non enim omnes virgines illud recipiunt, & recipere poſſunt, ſed ſolum illæ, quæ ſunt vere religioſæ profeſſæ, ſupradicta autem monialis, non fuit vere profeſſa.

Quod

Quod confirmatur, nam in votis quando nõ conſtat de actuali mente vouentis, quæ dat regulam, & vim voto intentio virtualis eſt attendenda argumento cuiuſdam legis, g ſed intentio vouentis fuit promittere virginitatem, in ordine ad velum, quod putabat iure poſſe ſuſcipere, quæ non reciperet, neque emitteret votum virginitatis, ſi ſciret ſe non poſſe tale velum iure recipere, neque eius profeſsionem eſſe inualidam, & confirmatur, nam actus agentium, non operantur vltra eorum intentionem, prout dicitur in iure. h

g L. in conditio. ff. de conditio. & demonſt.

h L. nõ omnis. ff. ſicer. petat. ca. ad audientiam de decimis. i Iſid in Epiſto ad Vale. K Hilat. li. 4. de Trin.

Nec obſtat, quod ipſa actualiter, & abſolutè promiſit virginitatem, nam reſpondetur, quod vt ait Iſidorus i Euangeliũ non tãtum eſt, in verbis quantum in ſenſu, neque tantum in folijs quantum in radice rationis, & vt ait Hilarius K intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, quia non res ſermoni, ſed ſermo rei debet eſſe ſubiectus, & ſimiliter in propoſito, cum votum virginitatis in ordine ad velum ſuſcipiendum fuerit emiſſum, recipiendo velum, contra ius, quia vere non erat profeſſa videtur, quod promiſsio talis virginitatis nihil operatur, cum intentio recipientis velum fuerit promittere, cum conditione virtuali, videlicet, ſi verè erat profeſſa. Confirmatur, hoc, non enim valet obligatio, cuius cauſa principalis non eſt vera, ſi ei qui promiſit non erat animus, ſe obligandi, abſque ea, vt tradit Nauar. l poſt Silueſtrum, & certum eſt, vt ſupponitur, quod dicta monialis, non emitteret dictum votum virginitatis, ſi ſciret eius profeſsionem fuiſſe inualidam.

l Nauarr. in man. ca. 18. nu. 9. Sil. v. pact. q. 4.

Quintum dictum eſt, quod attento, quod profeſsio eſt nulla, & non fuit aliquo actu ratificata, & reualidata, per quam ſecundum ius profeſsio tacita inducitur, ita monialis poteſt reclamare, ſi nondum fuit elapſum quinquẽnium, quod ad reclamandum Concilium Tridentinum m concedit.

m Con. Trſeſ. 25. de regul. c. 19.

Sextum dictum eſt, quod declarata profeſsionis nullitate, hæc monialis, cum ſententia declaratoria prædictæ nullitatis poteſt licitè nubere, quia ſicut ex nihilo, nihil fit, ita nihil, nihil facit, vt dicitur in iure. u At cum ſecundum Apoſtolum multa liceãt quæ fieri, non expedit, cum profeſsio fuerit publicè facta, & votum virginitatis, cũ prædicta ſolemnitate fuerit publicè emiſſum, & aliqui poſſunt affirmare prædictum votum eſſe validum conſulo, vt petatur à Domino Papa prædicti voti diſpenſatio, qui pro ſua benignitate cauſis id ſuadentibus diſpenſabit, & ſecundum prædicta puto intelligenda tradita à Nauarro. o

n L. eius qui in protut. ff. de reb. cred. l. ſi ſeruũ §. 1. ff de acti. empt.

o Nau. li. 3. conſi. tit. de regu. conſi. 25. n. 4.

ARTICVLVS V.

Vtrum profeſsio data ante annum cõpletum probationis ſit nulla ipſo iure.

REſpõdeo dicendo, quod licet hæc quæſtio ſit ſatis diſputabilis, ſi apices iuris conſiderentur, at attento Concilio Tridentino, a clarum eſt, quod profeſsio ipſo iure nulla ſit, nec eſt neceſſarium, vt ſententia declaratoria, eius nullitas declaretur, verba enim Concilij, ibi, ſit nulla ſatis indicat nullitatem ipſo iure, vbicumque apponantur, vt aduertit Gloſſa b quædam & tradit latè Tiraquelus. Probatur deinde: tempus enim ad aliquem actum pars formæ eſt, eiuſdem actus, & deficiente forma actus nullus, ipſo iure iudicatur, cum ipſa det eſſe, vt docent Philoſophi, & tenet quædam Gloſſa c communiter recepta, & quod tempus ſignatum, ad actum ſit pars formæ ipſiuſmet actus tenet alia Gloſſa d vbi Bartolus, & Doctores, & tradit Tiraquelus.

a Seſſ. 25. de c. 15.

b Glo. in c. innot. ver. nullam eſſe de elect. Tiraqu. v. retr. n. 24.

c Glo. in c. cum dilect. v. irritũ. ex. de reſc.

d Gloſ. in l. 1. C. de pre. imper. offe. vbi Bal. Tira. retrac. linag. §. 4. Glo. 4. n. 3.

ARTICVLVS VI.

Vtrum religionis profeſsio emiſſa cum tali conditione, vt ſibi liceat bona retinere ſit nulla.

REſpondeo dicendo, quod Panormitanus a ait quod licet in regula monachorũ, vel religioſorum ponatur certa forma, circa profeſsionis actũ valet tamẽ profeſsio, per quæcumque verba facta, non ſeruata forma regulæ, cum enim obligatio dirigatur in Deum defectus formæ, non debet vitiare actum, ſicut dicimus in abſolutione ab excommunicatione, nec requiritur aliqua ſcriptura, ſine ſcriptura enim poteſt fieri profeſsio. At licet non requiratur certa forma, profeſsio tamen videtur, quod non poteſt emitti ſub conditione contraria ipſi religioni, & ita videtur, quod non poſsit fieri, ſub conditione, vt ipſi profeſſo liceat bona retinere. Quod dubium ſecutus Imolam, & alios reſoluit Gregorius Lopez b di-

a Pano. in c. ſi quis. de regul.

b Gre. in l. 1. ti. 7. par. 1. Gloſ. 2. Im. in c. cũ M. Ferrariẽ. de conſti.

dicens quod licet talis conditio ſit accepta a prælatis profeſsio manet, & conditio contraria, tanquam impoſsibilis impoſsibilitate iuris reijcitur. At Couarruuias, c hanc diſputans quæſtionem diſtinctione vtitur. Ait enim, quod aut profitens hac cõditione profeſsionem emiſit, vt ſibi liceret bona libere acquirere, & vt propria ſibi retinere, etiam inuito prælato, tunc profeſsio eſt irrita, quia eſt contra religionis ſubſtantiam, cum prædicta conditione appoſita minimè paupertate profiteatur, aut profitetur ſubcõditione vt ſibi liceat poſsidere quãdã domũ vti propriã cũ bonis iam acquiſitis, & tũc valet profeſsio reiecta conditione argumento cuiuſdam decretalis, d & ita Conciliat Couarruuias contrarietatem, quæ ſuper hoc puncto â Doctoribus adducitur. Et hanc opinionem ſequitur eſſentialiter Salzedo e dicens ſi religioſus in profeſsione regulæ paciſcatur, quod liceat ſibi habere bona aliqua pro ſuis neceſsitatibus profeſsio valet, quia in tali pacto intelligitur habere illa bona tanquã obedientiarius, ſecundum Abbatem, f & Iaſonem. Quod videtur tenendum quamuis Antonius Robertus g hanc concluſionem impugnet, cuius ſententia tunc procedet quando profitens, ſic ea bona retinet, & ſibi reſeruat, vt intendat ad nutum Abbatis, non poſſe moueri, ſi vero profitens in profeſsione paciſcatur expreſſe, quod ſibi liceat retinere proprietatem aliquorum bonorum, & ea de nouo acquirere, tale pactum vitiat ingreſſum, vt tenet quædã Gloſſa, h quam dicit præter alios communiter receptam Alciatus, & dicit ab ea non recedendum Viues, & pro ea etiam concludit Ioannes Gracian.

c Cou. in 4 par. 2. c. 3. § 1. n. 18.

d ca. fin. de Cle. vel vouent.

e Salz. in d. dit. ad reg. Bernar. Diez deng.

f Abb. 2. in conſil. qui Cler. vel vouet Iaſon in Auth. ingr. de ſacr. ſanct. Eccle. n. 33.

g Rob. in l. non ſolũ §. mortè ff. de nou. ope. nunc.

h Glo. in c. 2 de ſtatu. monach. & in c. cum ad monaſt. eodem ti. Alciat in l. 1 §. ſed ſi mihi nu. 19. ff. de verb. obli. Viues com mu. opin. 1. to. fol. 165. n. 12. Grac. regul. 320. n. 2.

a Glo. in ca. fi. de reg. li. 6. vbi Monac. Prob. & Lappus all. 32.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ad profeſsionem poſsit quis recipi ſine conſenſu conuentus.

REſpondeo dicendo, quod communis obſeruantia omnium religionum habet vt prælati immediati conuentuũ particularium in quibus nouitij ſuum nouitiatus annum peragunt, cum maioris partis ipſorum ſuorum ſubditorum conſenſu recipiãt monachos nouitios ad profeſsionem. Quod iuri conforme eſſe videtur iuxta Gloſſam a quandam communiter receptã, ſuper quam dicit Monachus, quod iure cõmuni, creatio monachorum pertinet ad Abbatem, & conuentum, quam ſequuntur Philippus Probus & Lapus dicẽs, quod per hoc creatio monialium pertinet ad Abbatiſſam, & conuentũ vbi nouitiæ creantur, adeo quod Epiſcopus, etiam ſi ſit ſuperior earum, non poteſt creare nec præcipere, Abbatiſſæ, & Conuentui, vt recipiant aliquam monialem in tantum, quod poſſunt appellare ab hoc mandato, & id ipſum tenet Calderinus, b allegando ad id prædictum Ioannem Monachum, & idem tenet Turrecremata. Et probatur, nã Panormitanus c tenet, quod hanc creationem debet facere ſuperior, cum conſilio conuentus, & quando datur alicui poteſt limitando eam à principio, exercere eam debet, cum limitatione, vt tenet ipſemet Panormitanus, d quem ſequitur Felinus. Præterea Bartolus e communiter receptus tenet, quod nõ ſolum eſt requirendum conſilium, ſed etiam ſequendum illud, quãdo eſt requirendum a alio tanquam â collega, & participe officij, vt in caſu poſito lex dat põteſtatem creandi prælato, cum conſenſu. (Quod eſt amplius) conuentus tanquam, cum collega, & participe officij, qualis eſt, in expediendis omnibus præcipuis, ſecundum omnes. Ex his videtur neceſſario tenendum, quod creatio monachorum iure cõmuni, ſpectat ad prælatum, & conuentum & quod non poteſt alter, ſine alterius conſenſu monachum creare ſaltem ad obligandum monaſterium ad illum retinendum, & alendum, ita Nauarrus f in quodam conſilio, qui in alio conſilio g tenet, quod generales ordinum non poſſunt recipere ad profeſsionem nouitium, ſine conſenſu maioris partis Conuentus, in quo ipſe Nouitius eſt educatus, quibus addo, quod dicta profeſsio, non erit nulla ipſo iure, ſed declarabitur nulla, ſi conſtiterit, iuſtè maiorem partem conuentus, tali profeſsioni minimè conſenſiſſe. Cum profeſsio inquacumque religione includat, quandam reciprocam obligationem, qua profeſſus, & conuentus ſimul obligatur, & in hoc caſu conuentus minime fuit obligatus, quod ex quadam decretali h iuncta ſua Gloſſa manifeſtatur.

b Cal. cõſ. 16. ti. de regu. Mona. con. 3. de ſent. excõ. Turrecre. in c. fi. 16. q. 7.

c Pan. in c. cum Eccle. vlter. de elect̃io.

d Panor. & Fel. in c. ex parte de cõſti. n. 5.

e Bart. in l. 11. §. plures n. 7. de exc. act.

f Naua. lib. conſi. tit. de conſt. cõſ. 9

g Idem li. 3. conſi. tit. de reg. con. 62

h c. vlt. iuncta gloſ. de regu.

ARTI-

ARTICVLVS. VIII.

Vtrum monachus vnam religionem approbatam legitime profeſſus tranſiens legitime ad aliam teneatur in ea de nouo profiteri.

REſpondeo dicendo quod ſic, quia frequẽter monaſterium ſecundum eſt arctioris obſeruantiæ ad quam profeſsio prioris monaſterij non extenditur, & niſi profiteretur noue in ſecunda nullo iure ad illius obſeruantiam obligaretur, & per conſequens omnes religioſi eius, non obligarentur ad eandem diſciplinam contra ea, quæ in iure *a* determinantur, & probatur noua, & efficaci ratione: nam ipſe religioſus, iam erat ſub iuriſdictione prælatorum prædicti monaſterij, quam iuriſdictionem, & ius quæſitum non poteſt à dictis prælatis priuata authoritate auferri. Sed authoritate alterius ſuperioris ſcilicet Papæ, & ſummus Pontifex concedit religioſis, vt poſſint tranſire ad aliam religionem, & ſe ſubmittere iuriſdictioni, & poteſtati prælatorum eiuſdem dum habitum ſuſcipiunt, & in ea ſecundum ſacros Canones profiteantur, & eiuſdem religionis per nouam profeſsionem monachi fiant.

a c. reco. de ſtat. monac. in nouã. 16. q. 7.

Nec obſtat Conſilium Federici, quatenus videtur affirmare, quod monachus vnius religionis electus in prælatũ alterius non tenetur ad profitendum ſecundam, pro quo facit, quod in translatione ad Abbatiam alterius monaſterij, & ordinis nulla fit mentio de repetitione profeſsionis in ſecũdo monaſterio, vt patet in iure. *b* Et in quadã decretali *c* in qua agitur de confirmãdis omnibus electis nõ fit vlla mentio de huiuſmodi profeſsionis repetitione in promoto ad ſecũdã Eccleſiã. Nam reſpondet Naua. q magna eſt ratio diuerſitatis, inter eum qui trãsfertur ad hoc vt ſit Abbas, & eum, qui transfertur ad hoc, vt monachus, & non perſiſtens in hac ſolutione, negat Cõſilium Federici, dicẽs q ſiue transferatur, vt ſit monachus, ſiue vt ſit Abbas tenetur reiterare profeſsionẽ, & non obſtat, quod in dictis decretalibus nulla fiat mẽtio de profeſsionis reiteratione, nã reſpõdetur, q id vtiq; ſuppoꝰitur, cũ ſit diſſonũdi

b cap. ſicut tuus de ſimo. c. cum venerab de conſ.

c c. nihil de elect.

d Nau. li. 3. conſi. tit. de reg. conſ. 3.

uerſæ religionis viros in vnũ cõgregari iuxta ea quæ late dicta ſunt in ſecundo tomo. *e*

e 2. to. q. 52. ar. 7. 8. & 9

ARTICVLVS IX.

Vtrum profeſsio facta à laborante morbo gallico, vel alia infirmitate cantagioſa ſit nulla.

REſpondeo dicendo profeſsionẽ prædictam, non valere ſi religio habet ſtatutũ papale, vel ſuũ à Papa cõfirmatũ, quod annihilet profeſsionẽ factã prædicto modo, ſi vero nõ habet tale ſtatutũ ſolo iure cõmuni attẽto, nõ videtur nulla, quia ægritudo, etiã mortifera non videtur annullare profeſsionem, nam collatio facta regulariter criminoſo valet prout dicitur in iure. *a*

a c. poſt. de reſcrip.

Neque obſtat, quod profeſsio facta, ſine conſenſu conuentus nõ valet, vt dicitur in iure, *b* & ſi conuentus ſciuiſſet profitentẽ, illo morbo laborare, nõ cõſenſiſſet profeſsioni, nã reſpõdetur quod nõ cõſenſiſſet profeſsioni, at poſtquã conſenſit valet ipſa profeſsio ſiquidem omnia requiſita, ad validitatẽ profeſsionis interuenerunt. Quod exemplo declaratur, & probatur, Petrus enim verbi gratia, ſi ſciuiſſet Mariã eſſe pauperem, non ſumeret eam, ſibi in vxorem cũ putans eſſe diuitẽ, ſeductuscõſenſum præſtiterit, & nihilominus, valet matrimoniũ, ſi conſenſus alias legitimé fuit præſtitus, vt definitur in quadã lege *c* partitarũ, vbi Gregorius Lopez, & tenent Nauarrus, & Couarruuias.

b vlt. iuncta Gloſ de regu.

Verũ eſt tamen prout tenet Nauarrus *d* in quodã conſilio, quod probabiliter dici poteſt, q ſuperior poſsit iudicialiter ꝓcedere cõtra profeſſum ad caſtigãdũ eũ ob peccatũ mortale, quod cõmiſit negãdo defectũ quẽ ſub pæna talis peccati tenebatur in ingreſſu confiteri, & in pœnã peccãti expellere eum à religione, & priuare habitu, ſicut poſſet pro alio peccato mortali, talẽ culpã merẽti. Sed hæc opinio mihi videtur nõ tenẽda, nõ enim pro huiuſmodi peccato conceditur iure, & conſtitutionibus Apoſtolicis expellere aliquẽ à religione, & habitu ſpoliare, prout in primo tomo *e* diximus, & in ſecundo *f* etiam probauimus.

c L. 10. ti. 2. part. 4. vbi Gre. Naua. in c. 22. n. 32 Lede, in 2. 4 q. 53. art. 1. Cou. deſpõ ſa. 2. par. d Nau, li. 3. conſi. ti. de reg conſ. 22 pa. 245.

e 1. to. q. 20

f 2. to. q. 30.

Aduertendum tamen, quod Leo Decimus *Conceſſit generalibus, & prouincialibus ordinis fratrum Minorum, vt fratres eiuſdem ordinis, etiam profeſſos, qui grauiſſimis, & ſcandaloſis delictis notati & diffamati fuerint, quæ fran-*

fraudulenter, & doloſe in eorum receptione, & profeſsionis emiſsione) monitione ſuper his per prædictos prælatos præmiſsa) tacuerunt non obſtante, quod iam recepti ſunt, & profeſsionem emiſerint) ne morbida, & infecta pecus ouile domini corrumpat, & vt alijs cedat in exemplum) a domibus, & conuentibus dicti ordinis expellere, & remouere libere, & licite poſsint, & valeant, prout conſcientijs prædictorum Minorum (quas ſuper hoc onerat) viſum fuerit iuſtum, & honeſtum, Ita habetur in ordinis ſupplemento. g

g fo. 19. cõ ces. 6.

Circa quam conceſsionem ſunt notanda illa verba, *notati, & diffamati fuerint*. Nam etiamſi talia delicta non fuerint deducta in iudicium per viam accuſationis denunciationis, aut inquiſitionis poſſunt prælati pro bata prædicta infamia, & vehementi ſuſpicione eos à religione expellere, namſi per viam accuſationis denunciationis, aut accuſationis delicta eorum erant deducta in iudicium clarum eſt, quod poſſunt ipſi prælati eos à religione expellere ſecũdũ cõſtitutionem Sixti Quinti, de qua in ſuperioribus *h* latè diximus. imo & ſecundum ius commune, prout in dicto loco tetigimus.

h Supra hoc com. q. 10.

ARTICVLVS X.

An liceat ſuperiori alicuius Monaſterij, & ſuo conuentui & capitulo cõcedere dilationem ad profitendum Nouitio poſt annum probationis probato, & proidoneo recepto.

REſpondeo dicendo, quod ſic ſi ad id iuſta aliqua cauſa interueniat, tum quia à iure antiquo, non videtur recedendum niſi quatenus per nouum expreſſe reuocatur, vt in quadam lege *a* definitur, & ante Concilium Tridentinum, hoc licebat, & erat in vſu & conſuetudine, ergo & nunc licet, quia per illud non videtur ſtatutum cõtrarium. Tum quia Concilium Tridentinũ *b* non diſponit, quod ſuperiores ſtatim finito anno nouitiatus cogant Nouitios habitos pro idoneis ad profitendum, ſed ſolũ quod admittant eos, aut reijciant, & cogere ad profitendum non eſt admittere ad profeſsionẽ vel reijcere, & à diuerſis non fit illatio, prout dicitur in iure. *c* Præterea annus nouitiatus, & admiſsio, & reiectio ſunt in fauorem recipientium, & recepti ſtatuta, & ideo non ſunt contra conſenſum vtcumque retorquenda iuxta quandam iuris regulam. *d* Et pater Paraſſelus, ait quod relatione per ſanctiſsimam congregationem Concilij Pio Quinto facta ſanctitas ſua dixit, *Decretum dicti Concilij procedere tantum in illis nouitijs, quos ſuperiores lapſo tempore nouitiatus habiles inuenerint, non in his, quos inhabiles inuenerint, vt ſunt illi, qui non benè adhuc didicerunt, & ideo, quod attinet ad iſtos ſanctitas ſua conceſsit, quod ſuperiores poſſunt prolongare illorum profeſsionem dummodo habeant ſpem probabilẽ, quod efficiantur habiles intra ſex menſes.* Itaait Paraſſelus, quod ipſi cõſulenti â Neapoli, 8. die Nouẽbris, anno Domini 1569. reſpõderunt illuſtriſsimi Cardinales interpretes Cõcilij. Quæ reſponſio procedit in iuuenibus nouitijs ſecus in fœminis nouitijs, prout ſupra *f* probauimus, in his enim diutius propter alias cauſas poteſt expectari.

c L. Papi. ff. de min.

d Re. quod ob gratiam de reg. iur. li. 6.

e Para. inſ. 6. priui. fo. 130. p. 2.

f Su. q. ſup. prox. ar. 10.

ARTICVLVS XI.

Verum profeſsio regularis facta in manibus alicuius Epiſcopi valeat.

REſpõdeo dicendo, q̃ non, nã profeſsio valida nõ poteſt fieri, ſine autoritate ſuperioris potẽtis incorporare profitẽtẽ religioni, & Epiſcopus nullatenus poteſt incorporare quẽquã religioni à ſua exẽptæ iuriſdictione, vt palam eſt, quia extra territoriũ ſuũ ius diceret contra eã, quæ in iure *a* determinantur. Vnde nõ eſt audiẽdus Innocẽtius *b* tenẽs, q̃ poteſt quis fieri monachus faciendo profeſsionẽ alicuius regulæ approbatæ in manibus Epiſcopi argumento cuiuſdam Canonis *c* ab ipſo male intellecti, qui loquitur in caſu ſatis diſsimili, non enim loquitur de profeſsione, ſed de ſeparatione viri, & vxoris à iudice facienda, & dato quod de profeſsione loquatur eſt intelligẽdus de Epiſcopo cui monaſterium in quo talis nouitius profitetur eſt ſubiectũ, vt iure *d* cõmuni antiquo omnia Epiſcopis ſubijciebantur.

a L. pre. C. de appel.

b Con. ſeſ. 25. de regu. c. 16.

a L. fi. ff. de iuriſ. omn. iudi. c. 2. de conſi. li. 6.

b Innoc. in c porrectũ. de reg. c. c. fi vir 27 q. 1.

c L. Papi. ff. de min.

d c. Abbat. & c. Abba. 18. q. 2.

ARTI-

ARTICVLVS XII.

Vtrum profeſsio facta, non in manus ſuperioris ſufficit quod poſtea à ſuperiori ratificetur.

REſpõdeo dicẽdo, quod ſic ex his, quæ de tacita profeſsione ſupra hac quæſtione *a* diximus, ſed pro maiori explicatione, reſpõdeo quod ſiquis frater recepit aliquem ad profeſsionem, nõ habẽs adid mandatum à ſuperiori ſufficit ad validitatẽ ipſius ratihabitio ipſius ſuperioris, prout tenet Cardinalis, *b* quod ipſum tenet Aſtenſis referens, pro eadem opinione Innocentium dicentem, quod de mandato Abbatis ſecularis Clericus, vel laicus ſufficit, vt recipiat profeſsionem, & idem eſt etiamſi, ſine eius mandato, ſi tamen nomine eius facit, & poſtea ratum habeat, verum eſt tamen quod ante quam ratificet, non erit votum ſolẽne, neque matrimonium contractum dirimet. Et per prædicta ſoluitur quæſtio de quodã religioſo, qui induxit certos iuuenes ad religionem non habens licentiam recipiendi fratres ad ordinem, nunquid prædicti ſint reijciendi à ſuperiore, vel ab alio, qui eius habet authoritatem, an vero ſufficiat, ratihabitio ſuperioris, & dicendum videtur à ſimili quod ſufficiat ratihabitio, at receptio habitus adhoc vt incipiat annus probationis debet currere â tempore ratihabitionis, non vero à tempore receptionis habitus, cum vt annus probationis ſit legitimus, & Canonicus, debeat incipere â legitima habitus receptione: legitima autem habitus ſuſceptio contingit, quando Nouitius à ſuperiori eo induitur.

a Sup. hac q. ar. 3.

b Car. in c. inſinuãtqui Cle. vel monachi Aſtẽ. li. ti. 20. Inn. in c. porrectũ ex. de regu.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum profeſsio poſsit fieri per procuratorem.

REſpõdeo dicendo, quod profeſsio poteſt fieri per procuratorem, nam quilibet actus poteſt per procuratorem peragi, niſi ſit à iure expreſſe prohibitus, vt in quadam lege *a* definitur, ſed hoc nullibet ſpecialiter prohibetur. Quod confirmatur ex quadam Gloſſa *b* multos caſus excipiente, qui per procuratorem fieri non poſſunt, inter quos actus profeſsionis minime reperitur: confirmatur deinde, nam actus matrimonij de ſui natura eſt indiſſolubilis, & etiam hodie poſt Concilium Tridentinum per procuratorem fieri poteſt, vt in noſtra ſumma confeſſorum ſatis diximus. Notandum tamen quod ſicut ad matrimonium, nõ ſufficit, quod quis habeat vniuerſale mandatum, vt ſcilicet poſsit nomine alterius contrahere, ſed eſt neceſſarium ſpeciale mandatum ad contrahendum, prout in iure *c* definitur, ita ad profeſsionem emittendam pro alio neceſſarium eſt, vt ſpecialiter ad hoc procurator deputetur. Et ſicut ad hoc, vt matrimoniũ per procuratorem factum ſit validum neceſſario debet id fieri per procuratorem, adhoc ſpecialiter deputatum, qui ad id non poteſt alium ſubſtituere, vt in eodem iure *d* continetur. Ita ad profitendum non poteſt procurator alium ſubſtituere procuratorem. Et ſicut ſi reuocetur procurator nõ valet matrimonium, per eum contractum etiam ſi talis reuocationis fuerit ignarus, ita non valebit profeſsio facta per procuratorẽ reuocatum, etiamſi talis reuocationis notitiam non habeat.

a L. 1. §. vſus ff. de curat.
b Glo. in c. ad agendũ de procur. li. 6.

c cap. fi. de procurat. li. 6.

d D. c. fi.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrum profeſsio facta ab excommunicato valeat.

REſpondeo dicendo, quod profeſsio facta ab excommunicato valet, ita Abbas *a* Innocentius, & Felinus tenẽt, & quã plurimos id ſentientes citat Rebufus. *b* Nec peccabunt eum recipientes, ſi excommunicationis inſcij eum receperunt, ſecus ſi ſcientes, vt poſt alios tenet Marianus Socinus e quamuis nonnulli contrarium ſentiant, quorum ſententia mihi non probatur. Excipitur tamen vbi per reſcriptum Papæ ad profeſsionem receptus eſt, tunc enim profeſsio facta virtute prædicti reſcripti eſt inualida, vt dixit Calderinus *d* quem ſequuntur Gemilianus, Felinus, & Marianus Socinus. Ex quo enim ſecundũ ius reſcriptũ nullũ eſt receptio, arq; profeſsio virtute eiuſdẽ reſcripti erit nulla argumẽto regulę acceſſoriũ ſequitur naturã principalis. Verũ eſt tamen, quod ſi in reſcripto, vt ſolet communiter fieri abſoluatur impetrans, ab omni cenſura ad effectum recipiendi profeſsionẽ, profeſsio, ſine dubio erit valida cum fuerit validum reſcriptum.

a Abb. in c. eum illorũ de ſent. ex. n. 4. verſi. 5. no. vbi Inn. v. prælatis Fel. n. 3. ver. Nota.
b Rebuf. in c. poſtu. no. 5. nu. 16. de Cl. excõ. min.
c Soc. in ca. ſacris. n. 118. de ſent. ex.
d Calde. & Gemi. in c. 1. n. 18. de reſcri. li. 6. Feli. in d. c. cũ illorum. n. 5. Socin. in d. c. ſecus. nu. 174.

ARTICVLVS XV.

An professione metu facta gestando habitū longo tēpore & fructus prioratus suæ religionis percipiendo transigendo vitam cum fratribus & se fratrem, vt professum nominando ratam habuerit ipse professus professionem.

RESpōdeo dicēdo, quod hæc quæstio difficultatem habet, nam dissensus in consensum transire potest, & quod displicuit postea potest placere iuxta quandam Decretalem, *a* At in nostro casu contrarium est dicendum, nam professio, vt dicitur in iure *b* rata duobus modis habetur primo expresse secundo tacite, expresse non habet ratū ille qui semper protestatus fuit se nolle esse monachum, & nec tacite quidem illam ratificauit, siquidem contrarium expresse fuit protestatus incertis enim, non est opus coniecturis iuxta quandam legem *c* & à certis, pro incertis recedendum non est, vt in quodam Canone *d* habetur, vnde postquam expressa fuit protestatio, se nolle fieri monachum, non est recurrendum ad coniecturas, an habuerit professionem ratā tacitè si ipse profitens declarauit pluries, se nolle profiteri, & velle exire à religione.

a c. 1. de rescri. li. 6.
b c. 1. de regul. li. 6.
c L. continuus §. cū ita de verb. oblig.
d ca. iudi. 30 q. vlt.

Nec obstat, quod per duos, & vltra annos gestauit habitum, & fructus beneficij regularis perceperit, & cum fratribus vitam transegerit, ac se fratrem nominauerit, nam respondetur, quod hæc signa forte professionis essent, si non affuisset aliqua, vel vna tantum protestatio, sed supponitur in casu, quod multæ interuenerunt potestationes, quæ tollunt hanc tacitam professionem & dum quis protestatus est, tempore professionis, se nolle in regione remanere poterit etiam post annum exire, & si voluerit remanere adhuc annum habebit teste Vincentio, quem referunt Doctores Calderinus, & Barbatia. Præterea ad tacitam professionem inducendam pergestatio nē habitus requiritur, quod volūtariè accipiatur, vt in Iure e definitur, quod in nostro casu nō cōtingit. Vnde Decretalis, quæ præcipit, vt intra triduum egrediatur, si noluerit profiteri intelligitur de eo, qui voluntariè est ingressus. Nec obstat, quod citius debuit egredi, & non expectare duos annos, nā sicut confestim intelligit Vlpianus g Iuris consultus, vbi primum potest fieri secundū qualitatem negotij peragendi, ita hic tres dies debent explicari si ingressus possit egredi, at in nostro casu non potuit egredi propter vim qua semper minabatur. Per hæc, & alia hanc partem defendit Rebufus. *h*

d Doct. in ca ex parte de regu. Calde. cons. 1. quod metus causa Barba. cōs. 40. vol. 1.
e c. 1. quod met. causa. f c. ad nostram de re.
g L. 2. §. cō fest. ad Trebel. ff.
h Rebuf. cō sil. 69. p. 125 col. 1.

Verum tamen est, quod si metus fuit leuis non irritat professionem, modica enim coactio, non excludit actum, vt dicitur in quadâ decretali. *i* Erit autem iustus metus irritans professionem, si pater professi iurauit filium suum debere esse monachum, siue velit, siue nolit, alioquin ipsum in carcerē mitti faceret, & patet esse homo asperus, filius vero tenellus, qui nondum compleuerit decimum septimum annum, & tunc leuior metus sufficiet argumento eorum, quæ in iure K notantur, & tradit Barbatia. Et erit etiam iustus metus, quando pater, & mater â pueritia suaserunt filio, vt monachus fieret, & mādauerunt famulis, & ancillis, vt eum verberarent, si monachum se esse nolle diceret.

i cap. si. qui Cleric. vel vou.
K L. vnius §. neteneræ ætatis ff. de quæsti. Barbat. consi. 60. n. 8. vol. 1.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum post quinquennium possit nulliter professus reclamare.

RESpondeo dicendo, quod Concilium Tridentinum quinquennium dat nulliter professo ad reclamandum, quo elapso nullatenus ad allegandam quamcumque causam admittatur. Quod decretum primo est intelligendum, vt hic nulliter professus non possit admitti ad allegandum quancūque causam professionem annullantem nō tamen est excludendus si allegauerit causas quare intra quinquennium, non potuit reclamare. Nec obstāt verba ipsius Concilij, ibi. *Quancumque causam*, quibus videtur significare quod repellitur generaliter ab omnibus causis, quæ litem nouere possunt, nam respondetur, quod illa verba generalia restringuntur, per narrationem, & præfationem capituli ibi. *Quicumque regularis prætendat se per vim, & metum ingressum esse religionem, &c.* Et sic non obstante, quod elapsum sit quinquennium, non

a Con. Trifess. 25. de regu. c. 19.

non eſt repellendus ſupradictus, vt non alleget cauſas quibus illo tempore non potuit reclamare, nam licet dicat, quod intra quinquennium debet reclamare hoc intelligitur ſi commodè fieri poteſt iuxta ſuperius notata.

Secundo eſt notandum, quod in hoc decreto elapſo dicto quinquennio profeſsio nulla â principio ſi voluntate non ratificatur non fiet rata, & valida; nam non poteſt Papa efficere, vt conſenſus coactus durante coactione ſit liber, & ſpontaneus qualis requiritur ad profeſsionem iuxta tradita in iure, *b* ſed quod voluit dicere Concilij eſt vt hic in foro exteriori pro profeſſo habeatur, & in eodem foro ſi noluerit permanere in monaſterio, & extra clauſtra egrediatur pro apoſtata habeatur. Quod patet ex verbis Concilij, ibi, *nullatenus ad allegandum quamcumque cauſam admittatur.* Vnde in foro conſcientiæ etiam elapſo dicto quinquēnio ego non condemnarē vt apoſtatam eum qui nollet redire ad religionem ſinō cogeretur ad redeundum, pro quo facit id quod notat Nauarrus *c* dicens quod ſimetus vel impotentia reclamādi plus quam quinquennio durauerit poterit poſt illud ipſo iure, vel per viam reſtitutionis audiri, nec ſi ſuſcipiat ordines ſacros durante metu, vel iuſto impedimento reclamandi ſufficit ad præſumēdum tacitē profeſſum, tum quia nullo iure id cauetur, tum quia ſuſceptio ordinis eſt res ſeparata â profeſsione, & â ſeparatis non fit illatio, vt dicitur in iure, *d* tum quia ſolus actus profeſsi proprius qualis eſt præſtatio ſuffragij in capitulo, & geſtatiō habitus profeſſorum non ſufficit ad illud, qui tamen eſt propior profeſsioni, quam ordinum ſuſceptio, ergo neque hæc ſufficit argumento eorum quæ in iure enō tantur.

b c.1. de re.

c Nau. in c. ſtatuim. n. 71. & 72.

d l. Papi. ff. de minor.

e c. cū in cū ctis de elec. Aut. multo magis de ſacro ſanct. Eccle.

ARTICVLVS XVII.

Vtrum profeſsi nulliter poſt quinquennium poſsint ſine habitu reclamare.

REſpōdeo dicendo, cū doctiſsimo Nauarro, *a* quod ex Cōcilio Tridētino aliqua colligūtur ob quorum ignorantiā multi alias docti malè conſuluerunt multis regularibus, vt clam fugerēt à monaſterijs, & carceribus, etiam habitu dimiſsone in via caperentur ad reclamandum de nullitate profeſsionum ſuarum nullā alia facta diligentia in vrbem venirent. Conciliū enim ſtatuit primo, nequis ante reclamationē habitum dimittat, Secundo ne ſine licentia ob id à monaſterio etiam cum habitu exeat. Tertio quod cauſas nullitatis coram ſuperiore, & ordinario ante deducat. Quarto, quod ſi antea dimiſerit habitum nullatenus ad allegandum vllam cauſam admittatur. Quinto, quod ad monaſterium redire cogatur. Sexto, quod tanquā apoſtata puniatur. Septimo quod interim nullo priuilegio iuuetur.

a Nau. in c. ſtatuim. n. 7

Super quibus ait Nauarrus, *b* primō quidem ea non ligare, in foro conſcientiæ ſaltem ad mortale, præter quartum & ſeptimum, putat enim ceſſante ſcandalo, & præiudicio alterius coram Deo ei qui ſcit, vel iuſte credit ſuam profeſsionem coram ſua diuina maieſtate non valere poſſe ante reclamationem relinquere habitum, & fugere de carcere, & non deducere cauſas nullitatis coram ordinario, & ſuperiore, & non redire ad monaſterium, & non teneri ad pœnam apoſtatæ, ſecundo, quod etiam quoad forū conſcientiæ lamitanda ſunt non procedere in eo qui iuſtam cauſam ea omittendi haberet, vt qui non poſſet habere licentiam eundi ad reclamandum, nec ire niſi dimiſſo habitu, vel non permittitur cauſas vllas propōnere coram prælato, vel ordinario. Quartū enim ait Nauarrus ex bono, & æquo ita intelligo, vt ſignificet neminem non portantem habitum religionis cūm audiendus eſt audiri debere, ſed eum qui temere dimiſit eo reſumpto audiri poſſe, iniquum enim, & inhumanum videtur negare perpetuo audientiam ei, qui iuſtam habet cauſam reclamandi eo loco, quod ad id faciendū dimiſiſſet etiam temere habitum, cum id eſſet eogere liberum hominem per totam vitā ſeruire religioni, cui nullātenus obligatur, nec fortè eſt capax illius propter defectum cuiuſpiam in ea requiſiti contra leges vētantes liberi hominis venditionem, & obligationem perpetuam ad manendum alicubi, vel ad ſubeundum onus nimis onerans libertatem, & rationem naturalem qua illę vtuntur, ita Nauarrus aliquibus iuribus, & authoritatibus ſupra dicta confirmans.

b Naua. vdi ſup.

Ex quibus infertur, quod licet Minori videtur iſtud quinquennium non currere pro

quo facit concluſio quam in hac materia po
Bild. depræ ſcri. n. 8. tra ct. 1. pag. 6 p. princ. caſu 23. n. 39. fo. 65. ſuit Baldus, c dicens, quod Minori non curſ
rit hodie præſcriptio decem, vel viginti an
norum, vel minoris temporis, at ex dictis
currit præſcriptio quinquennij cum ſpe re
ſtitutionis, eo quod læſus videatur in ipſo
lapſu temporis vim, aut metum patiens, &
d Meno. de teſta. 1. p. 5. 10. n. 45. ve. 3. pondero. hanc opinionem tenet Menochius. d
Quod confirmatur nam læſus in cauſis ſpiri
tualibus reſtituitur, vt tenent quędam gloſ
ſæ, e communiter receptæ quas ſequitur
Petrus de Ancharrano, & Francus, & pro
e Glo. in l. ait prætor ff. de mino. in gl. 2. glo. in c. ex parte de reſt. ſpoliat. An char. in c. ſi annum. n. 3 in fin. de iu dic. li. 6. xbi Frācus. n. 6. fe. accepta. de reſt. ſpo li. vbi Nau. Couar. li. 1. var. c. 5. n. 5. cū ſeq. bat quædam decretalis vbi id notat Nauar
rus, & tenet Couarruuias.

Aduertendum tamen, quod profeſsi nul
liter, quia non fuit in eorum informatione
ſeruata forma præſcripta à Sixto V. poſ
ſunt etiam poſt quinquennium reclamare,
cum eorum profeſsio annulletur propter bo
num commune religionis, & ſic Sixtus V.
in ſua ſecunda conſtitutione moderatoria,
& declaratoria primæ ait. *Sed cum eadem ratio vigeat in tacita profeſsione emittenda, quæ militat in expreſſa ſtatuimus, quod in quibuſuis ordinibus, & religionibus nec etiā tacita profeſsio quorumcumque religioſorum induci poſsit nec inducta intelligatur niſi in receptione forma conſtitutionis ſeruata fuerit*, & hæc Sixtus Quintus: quibus verbis clarè definit, quod allegatio quinquennij non admittatur, ſiquidem talis allegatio ſaltem in foro exteriori inducit tacitam profeſsionē, & ita inſenatu regali fuiſſe iudicatum accepi à doctiſsimo præceptore meo Aſſenſio Lopez.

ARTICVLVS XVIII.

Puella in monaſterio educata animo vt poſsit quandocūque vellet ab eo exire, & poſtea monialis perſuaſu Abbatiſſæ facta quæ confeſſa fuit coram ordinario ſe eſſe profeſſam, poſtea tamen à monaſterio educta per commiſſarium ad id legitime deputatum reſpondet ſe nunquam poſuiſſe fieri monialem. Quæritur an prima confeſsio prævaleat poſteriori confeſsioni.

REſpondeo dicendo, quod præſuppoſito eo, quod videtur veroſimile, quod prædicta puella cum exijt reclamauit coram iudice, & cum iuramento, vel ſaltem poſtea coram commiſſario id fecerit videtur ſtandum eſſe poſteriori confeſsioni, & non priori attento, quod prior ſine iuramento fuit facta, & ſecunda cum eo, & iuramentum eſt tortura quædam ſpiritualis prout in hoc ipſo propoſito ait Panormitanus, *a* & confeſsioni poſteriori factæ per torturam eſt ſtandum, vt dicitur in iure, *b* attento item, quod prior confeſsio facta fuit timore reuerentiali Abbatiſſæ præſentis cupientis illam habere monialem, & ſuccedere in bonis eius, quæ excuſat in his quæ ſunt libertati valde grauia adeo, quod gloſſa *c* quædam dixit, quod timor reuerentialis efficit ne valeat profeſsio quo ad forum interius quam opinionem etiam ſequitur Nauarrus. Attento etiam, quod confeſsio mulierum in his quæ pertinent ad matrimonium ſpirituale, vel carnale debet fieri in loco libero, & plenæ libertatis ad hoc, vt ſibi præiudicet iuxta quandam gloſſam, *d* & confeſsio ſecunda fuit facta in loco libero, confeſsio autem prior non fuit facta in loco libero, & licèt ipſa ob prædictum timorem non fuerit proteſtata, pater tamen eius fuit proteſtatus quod multum ad hoc facit argumento eorum quæ in iure notantur.

a Panor. in ca. per tuas n. 11. de proba.
b l. ſi poſtulauerit. §. ſed & ſi negauerit ff. de adulterijs.
c Glo. in c. præſens 20 q. 1. Nau. in man. ca. 22. n. 51.
d c. cum locū de ſpon.

Nec his obſtat, quod traditur in quadam lege, *f* tranſcripta in quadam decretali, ibi nimis indignum eſt, vt quiſquis quod ſua voce dilucidè proteſtatus eſt in eundem caſum proprio valeat teſtimonio infirmare.

e c. 1. de his quę vi met. feſſ. 25 de reg. c. 17.
f l. generaliter C. de nō num. pecu. ca per tuas deprobat.

Quod confirmatur ex quadam Bartoli, *g* doctrina quam multi cum Panormitano ſequuntur qui tenet primum dictum etiam extra iudiciale teſtis præferendum eſſe dicto poſteriori etiam iurato, nam huic argumento reſpōdet Nauarrus, *b* quod licet regulariter confeſsio prima prævaleat poſteriori cæteris paribus fallit tamen quando poſterior eſt per tormenta extorta, & cum prima eſt facta ſaltem metu reuerentiali, vel in loco non libero, & cum ſunt aliquæ coniecturæ quæ minuunt poſteriorem contra priorem.

g Bart. in l. eos ff. ad le. Cornel. de fal. Panor. conſi. 52. 1. par.
h Nauar. li. 2. conſi. tit. de cōfeſsis conſi. 1.

ARTI-

ARTICVLVS XIX.

Vtrum cogens nouitium ad profitendū ſit excommunicatus.

REſpondeo dicendo, quod Conciliū *a* Tridentinum anathemati ſubijcit omnes, & ſingulas perſonas cuiuſcunque qualitatis, vel cōditionis fuerint, tā clericos quā laicos ſeculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fulgentes ſi quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem præterquam in caſibus á iure expreſsis ad ingrediendum Monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcumque religionis, vel admittendam profeſsionem, quique conſilium, auxilium, aut fauorem dederint, quique ſcientes eam non ſponte ingredi monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſsionem emittere quomodocumque eidem actui, vel præſentiam, vel conſenſum, vel authoritatem interpoſuerint. Circa cuius decreti verba ibi ad ingrediendum monaſterium, vel ad habitum ſuſcipiendum cuiuſcumque religionis eſt notandum, quod repetitio dictionis in eadem diſpoſitione facta ſignificat id eſſe cum myſterio factum iuxta gloſſam, *b* memorabilem, & ſic videtur, quod etiam ſint excommunicati cogentes aliquam puellam minorem ingredi monaſterium non cauſa accipiendi habitum, nec faciendi profeſsionem, ſed vt maneat ibi honeſtè, vſque ad ætatem nubendi. Quod confirmat Nauarrus, *c* ex eo quod Concilium non abre potuit conſiderare, quod qui cogit intrare aliquam in aliquod monaſterium, vt ibi educetur indirectè videtur cogere, vt cum tempus fuerit accipiat habitum, & faciat profeſsionem precibus aut blanditijs Monialium, aut minis eiuſdem qui coegit intrare, aut verecundia, & timore maledicorum, & ideo voluerit hanc viam indirectam cogendi præcludere, & legis latorum eſt non ſolum vias directas, ſed etiam indirectas prohibere, nam vt dicitur in iure, *d* cum quid vna via prohibetur non debet altera concedi, & ita tenet Nauarrus, quod per hæc videtur hæc pars literæ, & menti illius capituli, & vſui intromittendi puellas ad educandum eas in monaſterio germanior, & tutior atque adeo tenenda.

a Con. Tri. ſe. 25. de reg. c. 18.

b Gloſſ. in clem. 1. de iure patro. v. diæceſa.

c Nau. li. 5. conſil. ti. de ſent. excō. conſ. 56. n. 3

d c. cū quid de reg. iur. li. 6.

Sed ego in ſumma, e confeſſorum de hac opinione Nauarri dubitaui, & modo, etiam dubito. Durum enim videtur dictu, quod pater qui male ſentit de libertate naturali puellæ filiæ ſuæ non poſsit mortua eius vxore matre dictæ puellæ cogere ipſam, vt educationis gratia monaſterium ingrediatur, vt ibi taliter educetur, quod naturalis eius inclinatio gratia præueniente, & ſubſequente reformetur, & à timore nocturno, & ab incurſu, & dęmonio meridiano, & à laqueis in ſæculo venantium liberetur, non prætendens, vt ipſa ad ſuſcipiendum habitum regularem, & ad emittendam profeſsionem cogatur, præſertim ſi ipſe longe proficiſcatur, & illic aliquibus annis debet immorari, quibus ipſa puella deſtituta à patre & matre libertate maiori gaudebit, & eius honeſtas naufragium veriſimiliter patietur.

e 2. to. ci

Ad argumenta autem Nauarri reſpondeo cum doctrina eiuſdem *f* qui explicans extrauagantem Pij Quinti prohibentem fœminis ingredi in monaſteria ad domos virorum, in hanc prorumpit ſententiam dicens. *Aduerte primo, quod coniunctiones iſtæ copulatiuæ* (ac) *&* (&) *poſitæ inter verba monaſteria, & domus non ſumuntur in ſignificatu proprio ſecundum quem ponuntur inter verba diuerſa ſignificantia diuerſa iuxtà gloſſam memorabilem in Rubrica de iuris, & facti ignorantia, & gloſſam in capitulo quærelam de ſimonia, ſed accipiuntur impropriè pro* (ſeu) vel (ſiue) *quæ ponuntur inter diuerſa verba idem ſignificantia iuxta Panormitanum in repetitione capituli inter cætera de reſcriptis.* Hæc Nauarrus, ex quibus concludo, quod repetitio dictionis, *vel*, poſitæ inter verba ingrediendum, & habitum ſuſcipiendum, & profeſsionem emittendam, non pōnūtur inter verba diuerſa ſignificantia, licet enim ſint diuerſa verba, idem tamen ſignificant, in propoſito enim idem ſignificant verbum, *ingrediendum*, & verbum, *habitum ſuſcipiendum*, & verba, *profeſsionē emittendum*, Debet enim intelligi verbum, *ingre-*

f Naua. cō. men. 4. dē reg. n. 62.

ingrediendum, de ingreſſu ad ſuſcipiendum habitum regularem, & ad profeſsionē emittendum, & hic dictionis, vel, repetitio interdicta verba nihil aliud deſignat, quam poni inter multa verba diuerſa idem tamen ſignificantia, ſicut contingit in repetitione dictionis, *ſeu*, vel *ſiue*.

ARTICVLVS XX.

In ordine Minimorum ordinatum eſt prout patet ex eorum regula confirmata per ſedem Apoſtolicam, quod qui decimum octauum annū non attigerit ad religionem minimè admittatur, quaritur vtrum in dicto ordine profeſsi poſt Concilium Tridentinum cum decimo ſexto tantum ætatis anno completo ſint vere profeſsi.

a Nau. lib. 3 conſi. 41.

REſpondeo dicendo, quod Nauarrus, *a* circa hoc aliqua dubia proponit quorū principale eſt dubium tituli, quæſtionis, & ait quæſtionem eſſe ſatis difficilem, ſed quia dependet ex intellectu præfatæ legis in regula Minimorum contentæ ait non videri ſatis ſuté poſſe reſolui niſi lecta illa & recte intellecta, quia inutile eſt niſi tota lege perſpecta, aliqua eius parte propoſita iudicare, vel reſpondere, fieri enim poteſt, vt fieri prohibeat, profeſsionem tamen factam non irritet, & quod prohibeat, & irritet, quod etiā perſpecta tota lege nō erit omnino facile iudicare ob multa quæ in vtranque partem afferri poſſunt. Hæc Nauarrus. Sed certè non adeo difficilem putaret Nauarrus hanc quæſtionem, ſi legem præfatæ regulæ legeret & videret, lecta enim, & conſiderata conſtat noluiſſe B. Franciſcum de Paula in ſua regula irritare profeſsionem fratrum ante decimumoctauum annū emiſſam, ſed tantum profeſsionem fieri prohibuiſſe.

Hoc aſſertum primo probatur ex verbis eiuſdem, *b* regulæ, quæſic ſe habēt. *Adhunc ordinem Minimorum quadrageſima lis vitæ zelo, & maioris pœnitentiæ intuitu migrare cupientes per eiuſdem ordinis generalem correctorem, vel per vigiles, aut prouinciales, aut per aliquos idoneos fratres ab eis ſubſtitutos accipiantur in fratres requiſitis conditionibus apti exiſtant, & ad minus decimumoctauum annum attingant.* Hæc præfata regula, in qua ſolum video prohiberi, quod fratres non recipiantur, ad profeſsionem, niſi decimumoctauum annum attingant, & non irritatur taliū profeſsio dummodo ætatem à iure requiſitam habeant, quæ ſecundum ius, *c* antiquum erat ætas quatuordecim annorū, ſecundum vero ius nouū Cōcilij Tridētini requiritur decimus ſextus annus cōpletus. Quod autē non irritetur probatur, quia legum correctio in dubio non eſt præſumenda, & non eſt credendum præfatam regulam ius voluiſſe reuocare in re tam graui, ſiquidem per verba expreſſa irritantia actum non eam caſſauit.

b c. 2 eiuſdē regu.

c Ca. nō ſolū c. ad apoſtolicam de re. li. 6. d Con. Tri. ſe. 25. de regu. c. 15.

Probatur ſecundo ex quodam capite correctorij, *e* eiuſdem regulæ, vbi dicitur. *Siquis offendens contra formam deſcriptam in ſecundo capite regulæ huius ordinis aliquem ſcienter adhunc ordinem acceperit abſque ſibi data ſuper cōmiſsione, vel ante tempus præfixum in eodem capite ſecundo tribus continuis diebus comedat panem, & aquam dum taxat.* In quibus verbis non dicit correctorium profeſsionem eſſe nullam, ſi ante tempus præfatum decimi octaui anni fuerit emiſſa, imo ex eius contextu colligitur euidenter eſſe validam, ſi enim per præfatā regulam profeſsio irritaretur, recipiens ad eam ante præfatum tempus alia maiori pœna puniretur, ſicut ſemper contra tranſgreſſores legum irritantium actum in re graui grauiores pœnæ proponuntur.

e Cap. 1. correctorij. fo. 44. p. 2.

Secundo probatur, ex eo quod dicitur infra in eodem capite ibi, *quicumque verò recepti fuerint contra ſupradictam formam approbandi reſeruentur correctori generali, & ibi poſtmodum approbentur, & eorum receptio acceptetur*

tur, & confirmetur. Ex quibus verbis colligitur, quod generalis, & alij patres poſſunt approbare profeſsionem fratrum qui ante decimum octauum inceptum fuerint profeſsi. Quod minimè præfati patres efficere potuiſſent, ſi prædictorum receptio, & profeſsio eſſet irrita, & nulla, & ad eam ratificandam eſſet tempus duodecim annorum expectandum.

Probatur deinde ex præfatis verbis ibi acceptetur & confirmetur, non enim ait cor rectorium, quod ratificetur: ratificare enim eſt inualidum, ac irritum ratũ facere, acceptare autem, & confirmare eſt illius, quod de ſe valet confirmationem à ſuperiore accipere.

Nec contra hoc obſtat conſtitutio generalis (ſiqua facta fuit in præfato ordine) quę declarauit huiuſmodi profeſsiones factas ante decimum octauum annũ eſſe nullas. Reſpondeo enim omnia capitula generalia eſſe inferiora Papa, & non poſſe aliquid ſtatuere contra ius definiens antiquius quatuordecim annos tantum ſufficere adhoc vt viri ad religionem, & profeſsionem admittantur, nec contra ius nouum Concilij Tridentini decimum ſextum annum completum deſiderans. Nec obſtat præfatum ſtatutũ eſſe authoritate Papæ factum dando Papæ facultatem prælatis, vt faciant ſtatuta. Papa enim confirmat præfata, & ſimilia ſtatuta quatenus ſunt licita & honeſta, & non ſunt contra ſacros Canones, & ſic ad nulla capitula generalia etiam authoritate Papæ facta pertinet poteſtas irritandi profeſsionem alicuius alias habilis ſecundum ius ad profitendum, prout doctiſsime concludit Nauarrus.

c Nau. li. 3. conſi. ti. de reg. conſi. 5 n. 8.

f Quod à fortiori procedit ſi prædictum capitulum generale fuit factum poſt Concilium Tridentinum definiens ſufficere in quacunque religione annum decimum ſextum completum ad profitendum, nam plenitudo poteſtatis quam habet Papa ſupra ius difficilius extenditur ad conſtitutiones Concilij quã ad alias prout dicitur in iure, *g* ibi, *durum nimis extiterit contra tam ſolemne Concilium, &c.* Vnde dixit Baldus, *h* quod etiam ſi Papa diceret, *non obſtante quacumque lege*, non tollit legem Concilij, ſed ad ipſius correctionem ſpecialis requiritur derogatio quam do ctrinam commendat *i* Felinus.

g c. poſt trã ſlationẽ infra de renũ.

h Bald. in l. humanũ. 2. not. C. de legib.

i Felin. in c. canonũ ſtatuta nu. 28. de conſt.

Nec obſtat, quod in præfato capitulo generali interfuerint viri doctiſsimi, & grauiſsimi, & non eſt credendum huiuſmodi viros ſine ſolido fundamento tale ſtatutum edidiſſe. Reſpondetur enim potuiſſe dictos viros errare, vel maiorem partem eorum circa intellectum regulæ ipſorum etiam abſque peccato, quia error circa iuris humani intellectum non eſt ſemper culpabilis iuxta quandam Gloſſam, K ab omnibus communiter receptam.

K Glo. in c. 1. v. de cæt. de poſtula. prælat. l Con. Tri. ſeſ. 25. de reg. c. 22.

Nec obſtat Concilium *l* Tridentinum quod innuit nolle præfatã regulam in dicto capite ſecundo derogare prout â parte affirmatiua adducitur, vt patet ex eius verbis, ibi *ſi qui vero regulares, tam viri, quam mulieres ſunt qui ſub arctiori regula, &c.* In præfatis enim verbis concedo noluiſſe Conciliũ derogare prędictum ſtatutum regulæ Minimorum in dicto capite ſecundo, & ſic vult Concilium, vt in præfato ordine non recipiantur ad profeſsionem niſi decimumoctauum annum attingentes ſicut in præfato ſtatuto cauetur, ſed non vult, quod in decimoſexto anno ætatis completo profeſsionem emittentes non ſint profeſsi ſiquidem prout explicatum eſt in ſuperioribus præfatum ſtatutum licet prohibeat nõ dari profeſsionem huiuſmodi non tamen eam irritat, nec inualidat.

Ex quibus infertur, quod licet Concilium *m* Tridentinum determinet, vt habentes decimumſextum ætatis annum completum finito anno probationis ſtatim admittantur ad profeſsionem, aut reijciantur ab ordine, hoc tamen fallit in præfato ordine Minimorum in quo habentes decimumſextum annum cõpletum, finito anno probationis non poſſunt ſtatim ad profeſsionem admitti, ſed debet eorum profeſsio dilatari vſquequo decimumoctauum annum attingant prout in dicto capitulo ſecundo præcipitur, contrauenientes autẽ pœna appoſita in correctorio afficientur, & hoc noluit præfatum Concilium Tridentinum in relatis verbis immutare.

m Seſ. 25. de regul. c. 16.

QVAE-

QVÆSTIO XVIII.
De Nouitijs quoad indulgentias & abſolutiones plenarias tempore nouitiatus, & tempore profeſsionis lucrandas,

DE hac quæſtione nihil in præſentiarum dicam, cum ſupra in ſecundo tomo in quæſtionibus *a* de indulgentijs multa dixerim, & in primo tomo in quæſtione *b* de Abbatibus quantum ad poteſtatem abſoluendi aliqua adduxerim.

a In 2.to.q. 1.to.q.20

QVÆSTIO XIX.
De obedientia in octo articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur octo.

1 *Quid, & quotuplex ſit obedientia.*
2 *Vtrum ſubditus teneatur in omnibus actibus interioribus ſuperioribus obedire.*
3 *Vtrum in omnibus pertinentibus ad actus interiores teneatur ſubditus prælato ſuo obedire.*
4 *Vtrum prælato teneatur ſubditus obedire in re licita cum dubio an id prælatus præcipere poſsit.*
5 *Vtrum peccet mortaliter is qui ad præceptum ſuperioris facit id quod dubitat eſse mortale certus tamen quod id non agendo non peccabit.*
6 *Vtrum quis teneatur obedire ſuperiori quando dubitat ſe peccare obediendo, & ſe etiam peccare non obediendo.*
7 *Vtrum prælati regulares poſsint in Hiſpanijs præcipere ſubditis, vt ad Indos pro conuerſione infidelium proficiſcantur.*
8 *Vtrum religioſi præcepto obedientiæ teneantur accepere Epiſcopatum.*

ARTICVLVS I.
Quid & quotuplex ſit obedientia.

RESpondeo dicendo, quod non inconuenit in vno materiali obiecto concurrere duas ſpeciales rationes ad quas duæ ſpeciales virtutes ordinatur ſicut miles defendendo Caſtrum Regis implet opus fortitudinis non refugiens mortis periculum propter bonum & opus iuſtitiæ debitum ſeruitium domino ſuo reddens. Obedientia igitur eſt duplex. Primo enim ſumitur largo modo pro executione cuiuſcumque, quod poteſt cadere ſub præcepto ex quacumque intentione, & ſic eſt quædam virtus generalis, alio modo ſumitur propriè ſecundum quod reſpicit intentionem formalem rationemque præcepti, & ſic eſt virtus ſpecialis id eſt habens formale obiectum ſpeciale, ideſt præceptum expreſſum, vel tacitum cuiuſmodi eſt voluntas ſuperioris nota, & ſecundum Diuum Thomam, *a* communiter receptum poteſt ſic definiri, obedientia eſt virtus moralis promptam reddens voluntatem ad implendum voluntatem præcipientis.

a D. Tho. 2 2.q.104.ar. 2.

ARTICVLVS II.
Vtrum ſubditus ſuis ſuperioribus teneatur in omnibus actibus interioribus obedire.

RESpondeo dicendo, quod ſecundum Diuum Thomam, *a* in pertinentibus ad interiorem motum voluntatis nõ tenetur homo homini obedire, niſi per accidens quatenus, ſcilicet, interior motus colligitur ex exteriori, ſicut enim Eccleſia non poteſt iudicare de interioribus motibus voluntatis, ita non poteſt præcipere hos interiores motus. Ait enim Diuus Thomas, *b* de his poteſt homo legem facere de quibus poteſt iudicare, iudicium autem hominis non poteſt eſſe de interioribus motibus qui latent per ſe in conceptu animæ, ſed ſolum de exterioribus actibus qui apparent: & tamen ad perfectionem virtutis requiritur, quod in vtriſque actibus homo rectus exiſtat: & ideo lex humana non potuit cohibere, & ordinare ſufficienter interiores actus, ſed neceſſarium fuit, quod ad hoc ſuperueniret lex diuina. Hæc Diuus Thomas, vnde ſecundum Diuum Thomam bene poſſunt prælati regulares legem ponere actibus interioribus ſubditorum quatenus ipſi actus interiores ſubſunt actibus exterioribus: vnde in quadam Clementina *c* prohiberur monachis acceſſus ad curiam principis animo eſſen-

a D. Tho. 2 2.q.104.

b D. Tho. 2 2.91.ar.4.

c Clem.1.de ſtat.mona.

offendendi. In qua non prohibetur animus offendendi cum ſit actus interior, ſed prohibetur animus offendendi, vt colligatur tali acceſſui, ita quod talem acceſſum prohibet ſub tali pœna non cuilibet, ſed habenti animum nocendi, vnde recte prælati regulares poſſunt ſubditis ſub obediẽtia præcipere vt quas celebrant Miſſas pro eorum offerant intentione. In tali enim præcepto non imponi tur ſubditis interior tantum animi motus, ſcilicet, applicatio medij valoris Miſſæ, ſed præcipitur ipſe interior animi motus, vt colligatur actui exteriori Miſſæ, & ſubditi in hoc prælatis non obedientes mortaliter pec cabunt cum in re graui obedientia frãgatur.

ARTICVLVS. III.

Vtrum in omnibus pertinentibus ad actus exteriores teneatur ſubditus prælato ſuo obedire.

REſpondeo dicendo, quod vt huic quæſtioni plene ſatisfiat notandum eſt duplicẽ eſſe ſuperioritatẽ, prima eſt ſpiritualis, ſecunda temporalis, quæ temporalis diuiditur in politicam, quæ verſatur circa regimen Reipublicæ, alia vero eſt tempora lis æconomica quæ ad regimen propriæ domus, vel familiæ pertinet. Et obedientia limitatur ſecundum gradum ſuperioritatis ita quod ſuperiori obediendum eſt à ſubditis in his in quibus habet ſuperioritatem. Igitur ſuperioribus ſpiritualibus putâ Papæ, Epiſcopo, & alijs prælatis Eccleſiaſticis & regularibus obediendum eſt in ſpiritualibus neceſſarijs, vel pertinentibus ad ſalutem quæ ſpopondimus in baptiſmo ſecundum Diuum Thomam, *a* ſuperioribus verò politicis ideſt principibus in temporalibus ſpectantibus ad Rempublicam, ſuperiori verò æconomico id eſt patri in pertinentibus ad diſpoſitionem rei familiaris. Hæc omnia colliguntur ex his quæ traduntur à Doctoribus, *b* communiter. Vnde cum prælati regulares habeant omnes ſupradictos ſuperioritatis gradus tenentur ſubditi, & ſubditæ in omnibus his obedire, quibus ſi non obediant ex contemptu, & ſcienter, & ſine cauſa rationabili in re alicuius importantiæ arbitrio boni viri eſt mortale peccatum, quia contra iuſtitiam cuius obedientia eſt pars, quod tamen ſecundum Diuum Thomam, *c* fallit ſi præciperetur aliquid contra præceptum Dei, ſiue in diſpendium ſalutis, aut cõtra præceptum ſuperioris id præcipientis, vel in his quæ ad eorum ſuperioritatem non pertinent, in quibus obedire non eſt neceſſarium, niſi ratione ſcandali. Nec etiam tenetur ſubditus obedire prelato præcipienti aliquid quod ad regularem obſeruantiam non pertinet, vt ait Diuus Thomas, *d* declaratur hoc exemplo. Corrigit ſubditus fraternaliter prælatum, quia contra eum aliqua digna correctione audiuit, precipit præ latus ſubdito, vt eum à quo hæc audiuit manifeſtet, non tenetur ſubditus ipſi prælato obedire. Hoc enim reuelari prælato non pertinet ad obſeruantiam regularem. Imo contra legem diuinam hoc reuelando faciet, ſi ipſi tanquam ſecretum naturale fuit communicatum, aut ſi ex tali reuelatione aliquod præiudicium ipſi poteſt euenire. Etſi ipſe prælatus inſtando iterum, atque iterum id præceperit, & alius eius ſubditus vocibus communitatem conturbans dixerit contra prælatum ſe non poſſe tale præceptum imponere, poterit prælatus ipſi per obedientiam ſilentium imponere, quia ad obſeruantiam regularem maxime ſpectat, ne communitas vocibus contra prælatum conturbetur, dixi vocibus cõmunitatem conturbãs: nam ſi ſecreto humilitate debita prælatum correxerit, vt vexationem conſubditi ſui redimat, non peccabit mortaliter, licet iterum atque iterum, vt ſileat præcipiatur.

Pro explicatione autem prædictorum nota, quod inobedientia contraria obediẽtiæ duobus modis ſumitur, primo formaliter quando verbi gratia, ſubditus non vult obedire ſuo prælato ſolum, quia vult illi ſubiectionem præſtare. Et hoc eſt peccatũ mortale, tam in rebus leuibus, quam in arduis prout tenent Caietanus, *e* & Nauarrus cum communi. Hæc enim inobedientia includit quendam manifeſtum prælati præcipiẽtis contemptum quod ſemper peccatum eſt mortale iuxta illud, qui vos ſpernit me ſpernit. Alia eſt inobedientia materialis, quę cõtingit quando ſubditus obedientiæ præceptũ nõ exequitur ira, moleſtia ignauia, triſtitia, aut alia ſimili cauſa conturbatus non verò ex eo, quod nolit ſubijci prælato, aut eius iuſto præcepto, & tunc erit hæc inobedientia peccatum mortale, quando quod præcipitur fuerit aliquid arduũ, & graue, ſi enim fuerit

a D.Tho. in 2. d. 44.

b Docto in c. cum quis de maior. & obediẽ. & in c. ſciẽdum. 9. q. 1. & in cap. ſi Dominus. 2. q. 3.

c D.Th. vbi ſupra.

d D.Th. 2. 2 q. 104. ar. 5.

e Cai. ve. in obedien. Nauar. c. 23. n. 55.

PROPIEDAD INTELECTUAL

fuerit leue tantum erit peccatum veniale,
gCai.vbisu. vt idemmet Caietanus, g affirmat. Vtrum autem prælati possint præcipere subditis, vt in tempore pestis administrent infirmis epidemia laborantibus necessaria, eis seruiendo quæstio grauis est, de qua in quęstione de peste infra latè dicemus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Ecclesiæ siue prælato teneatur subditus obedire quando certum est esse licitum id quod præcipitur, dubium vero an prælatus ille, vel Ecclesia id ipsi præcipere possit.

REspondeo dicendo primo, quod vtique tenemur tunc obedire, nisi inde nobis, vel alteri periculum, aut notabile præiudicium spirituale aut tẽporale in persona, rebus vel honore immineat. Exempli gratia prælatus mihi præcipit studere, aut comedere carnes die quo ex deuotione volebam ieiunare cum non sit alia dies ieiunij obligatorius, quod constat esse licitum, tamen ego dubito vtrum prælatus habeat ius ad id præcipiendum, & vtrum ego illi tenear obedire. In hoc qualicumq; dubio illud sit practicum, aut speculatiuum rationabile, aut irrationabile dico, quod tenemur obedire, nisi inde periculum, aut præiudicium immineat.

Prima pars propositionis probatur, nam propter dubium subditi superior non perdit ius suum, quod alias habet super ea re. Nunc autem si subditus non dubitaret teneretur obedire, ergo etiam si dubitet præsertim, quia cum obedientia sit perfectissima virtus non tenetur prælatus reddere rationẽ omnium suorum præceptorum maximè vbi constat id quod præcipitur esse licitum subdito, & non constat prælatum iniustè præcipere, tum quia non expedit subditis omnia scire, tum quia Respublica, & ordo hierarchicus salusque communis deperiret, si standum esset sensui subditorum, si omnibus etiã de omnibus â prælatis ratio reddenda esset. Probatur deinde, quia æger tenetur obedire medico corporali, tam in his quæ secundum iudicium medici sunt necessaria ad salutem consequendam, quam etiam in his quæ apud doctores sub dubio cadũt an sint necessaria, dummodo constet ea infirmo nocere non posse: ergo similiter obediendum est spirituali medico id est superiori non solum in his quæ scimus necessaria esse ad regimen ciuile, vel spirituale, sed etiam in dubijs supradictis. Consequentia patet ex hoc, quod non minus tenetur quisque obseruare debitum regimen ciuile, vel spirituale ad salutem spiritualem, quã æger ad sanitatem corporalem, antecedens autem inde liquet, quod iure naturali tenetur quisque efficaciter procurare, vt commodè possit suam vitam conseruare, quod non potest effici sine executione eorum quæ scit aut dubitat esse necessaria quantum commodè potest. Nec prædictis obstat, nam si dubium est an hoc cadat sub potestate superioris ad id præcipiendum, ergo etiam dubium est, an id cadat sub obedientia inferioris, aut sub obligatione subditi ad obediendum, quia hæc sunt correlatiua quæ eodem modo se habẽt & altero posito ponitur & alterum. Nam respondetur, quod correlatiua solum se habent eodem modo quo ad esse, & non esse non tamen quoad modum, & conditionem essendi. Stat enim prælatum culpabiliter præcipere, & subditum laudabiliter obedire, ita in proposito stat dubium de potestate prælati præcipientis cũ certitudine obligationis obediendi in subdito, vnde nunquam dictum est, quod quando est dubium, quod tale quid cadit sub obedientia, tunc certum est, quod est obediendum, sed quod quando est dubium an prælatus id possit præcipere, tunc certum est, quod est obediẽdum, aut quod cadit sub obedientia, & in hoc nulla est contradictio, valde enim differt hoc ab alio: ita respondet Corduba. a

Dixi in conclusione, nisi inde nobis, vel alteri periculum spirituale, vel temporale in persona, rebus, honore immineat tunc enim in tali dubio nõ est obediendũ quousque de illo subditus sufficienter edoctus sit vel de absentia talis periculi, vel præiudicij, & ratio huius est, quia nullus se potest alicui superiori obligare, neque ei obedire tenetur in præiudicium tertij, neque cum periculo spirituali cuiuscunque etiam sui ipsius. Nec regulariter ius diuinũ, vel humanũ neq; ipse homo per votũ obediẽtiæ intendit obligare, vel obligari ad valde difficilia vltra cõmunem aliorum status obligationem, nisi specialiter aliquo iure, vel voto aliqui ad ea obligentur. Quod dico propter aliquos religio-

a Cord li. 3 qq. de conscien. q. 6.

religioſos præcipue fratres Minores qui ex vi voti regulæ ſuæ etiam in multis difficillimis prælatis ſuis obedire tenentur, neque in hoc præiudicium allegare poſſunt cõtra prælatum vtentem iure ſuo, regulariter autem in valde difficilibus nullus obedire tenetur etiam ſi inſe alias licita ſint, putâ ieiunare quotidie in pane, & aqua, ſine vlla alia cauſa rationabili ad id videlicet, niſi in vim pœnitentiæ pro aliqua graui culpa. Et ſupra dicta ſunt vera quamuis ſuperior ſit in poſſeſsione ſubditorum abſolute prout ait Soto, *b* in ſuper probatur, quia dubitantes aliquem eſſe excommunicatum de quo cõſtabat fuiſſe nominatim excommunicatum tenentur illum euitare donec per literas, vel alias conſtet eſſe abſolutum prout in iure *c* habetur, quod etiam antequam cõſtet illum aliquando fuiſſe excommunicatum in dubio vitandum ſit conſtat ex hoc quia ſi publica fama eſt aliquem verberaſſe clericum, tunc neque Epiſcopus neque alius debet illi communicare, donec ad arbitrium Epiſcopi ſe purgauerit vel ad cautelã fuerat abſolutus, vt habetur in iure, *d* & determinat Panormitanus, conſtat autem tunc famam non facere plenam probationem, neque certitudinem: ergo in tali dubio tenemur obediendo legi illum excommunicatum euitare. Quod tamen intelligitur dummodo prædicta vitatio fieri poſsit ſine eius, aut alterius præiudicio in caſu præfati dubij prout ex ſententia Innocentij aduertit Corduba. *e*

Ex his ſequitur, quod quando prælatus mihi præcipit reuelare ſecretum crimen proximi iam ſufficienter emendati, nec ex hoc crimine imminet iam periculũ alicui, ego autem dubito probabiliter, quod ille prælatus id præcipere poſsit, puta quia dubitat aut credat, quod nõ habet alios teſtes ad illum iudicialiter puniendum, & huiuſmodi, vt id iure præcipere poſsit, tum quia inde periculũ honoris illius imminet, non teneor obedire reuelando, etiam ſi ſub excommunicatione latæ ſententiæ id præcipiat, niſi ipſe prælatus me ſufficienter certificet, vel niſi conſtet, vel conſtare mihi debeat de prædicto dubio, vt ſciam quomodo id præcipere poteſt, quia ſcilicet, habet alios teſtes, aut quia me legitime, & non maligne neque contra ius in teſtem adductum cogit teſtimonium ferre veritati, aut quia niſi reueletur imminet damnum vel periculum maius alicui, ita Corduba. *f*

b Sot. de tegend. ſecre. memb. 3. q. 2. co. 1.

c Cap. ſicut nobis deſentent. excõ

d Cap. cũde fideres vbi Pano deſenten. excom.

e Cor. vbiſ.

f Cor. vbiſ.

ARTICVLVS V.

Vtrum peccet mortaliter is qui ad præceptum ſuperioris agit, quod ſcit vel valde dubitat eſſe mortale, ſi certus eſt, quod id non agendo aut non obediendo non peccabit.

REſpondeo dicendo, quod vt huius articuli dubitatio clarius pateat exẽplum eſt apponẽdum, putà ſi in religione fratrum Minorum regularis obſeruantiæ prælatus ſubdito præcipiat accipere pecuniam in caſu quo rationabiliter ſubditus dubitat ſe peccare mortaliter ſic accipiendo, quia verbi gratia in eo prælatus ille diſpenſare non poteſt, & videtur, quod peccet. Quod primo probatur, quia ad nullius hominis præceptũ licet alicui ſe exponere periculo, aut dubio peccati mortalis ſine cauſa rationabili vrgente, ſed in caſu præſenti ſubditus exponit ſe tali periculo, ſi obediat ſine cauſa vrgente cum certus ſit ſe non peccare obediendo. Quod confirmatur ex illo Pauli *a* omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. Dixi quia in eo prælatus diſpenſare non poteſt, nã ſi prælatus diſpenſare poteſt tenetur vtique ſubditus obedire credẽs prælatum in eo caſu ſuam diſpenſatiuam interponere auctoritatem. Dixi, quod ſine cauſa vrgente non licet tali periculo ſe exponere, nam ſi aliunde vrget cauſa rationabilis, putà æquale, aut maius periculum mortale ſi non obediat iam non eſſet peccatum mortale illi æquali, aut minori periculo ſe exponere, quod probatur ex his quæ latè, & doctiſsime more ſolito tradit Corduba *b* dicens, quod quando quis æquè aut valde dubitat de vtraque parte, quod ſcilicet, eſt ſibi illicitum agere, & omittere tale quid, ita quod quocunque ſe vertat eſt ei probabile dubium de peccato, modo ſit dubium abſolutum modo reſpectiuum tunc, quod certius, & grauius eſt, vel apparet malum imminens cæteris paribus euitandum eſt, & oppoſitum eligendum, alioquin ſine cauſa rationabili homo exponeret ſe periculo maioris mali ſiue detrimenti ſpiritualis, id quod eſt contra rectam rationem, & charitatem. Et hæc eſt expreſſa doctrina

a Ad Ro. 14

b Cor. li. 3. qq. q. 5. 2. pro poſitt

Ariſtotelis. c & in ſacris Canonibus approbata, quod in ſequenti articulo clarius explanabitur.

c Ariſt. probl. 12. & 15. p. 29. & 2. ethic. c. 9. c. duo mala c. nerui. d. 13.

ARTICVLVS. VI.

Vtrũ quis teneatur obedire ſuperiori, quando dubitat de vtraque parte cõtradictionis, videlicet quando dubitat ſe peccare obediendo, & ſe etiam peccare non obediendo.

REſpondeo dicendo, quod ſubditus regulariter tenetur obedire formando conſcientiã, quod ſic obediendo nõ peccat, idque eſt verũ cæteris paribus videlicet ſtante vtrinque æqua probabilitate ſimul, & æqua vel quaſi æquali grauitate periculi, vel peccati, in cuius alterũ neceſſario incidendũ eſt, hæc propoſitio eſt receptior quam contraria, & eam tenet expreſſe Diuus Bonauẽtura a D. Thomas, Gofredo, Raymundus, & alij plures, vt etiam refert, Sylueſter & Angelus, quod ſcilicet, quoties ſubditus facta ſufficienti inquiſitione certificari non poteſt tenetur obedire, & formata bona conſcientia obediẽdo excuſatur per ignorãtiam inuincibilem. Et probatur inſuper, nam qui ſe exponit maiori periculo peccati mortalis peccat mortaliter, ſed qui in prædicto dubio in quo de mortali non conſtat iudicio, & præcepto ſuperioris exponit ſe maiori periculo quam ſi non obediret regulariter loquẽdo, cæteris paribus, cõſequentia patet cum maiore cũ ex duobus malis minus ſit eligendum, minor autem in qua eſt difficultas, & opinionum varietas probatur, nam in dubijs ſubditi tenẽtur ſtare ſententijs, & præceptis ſuperiorum dum modo non conſtet valde probabiliter eos errare, ex ignorantiæ temeritate aut paſſione vel malitia, quod inde patet, quia propter dubiũ ſubditi, prælatus nõ perdit ius ſuæ ſuperioritatis ad præcipiendum, ſicut ante illud dubium habebat, alioquin poteſtas ſuperiorum penderet ab ignorantia, vel capitoſo ſenſu, aut ex alia diſpoſitione etiam culpabili ſubditorum, ſed ſi ſubditus non dubitaret, ſed ſentiret cum ipſo prælato, certè teneretur ei obedire, ergo, & dubitans tenetur in eadẽ ſimiliter obedire. Probatur deinde ex quodã oracul o *b* diuino, vbi dicitur, ſi difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris. &c. venies ad ſacerdotes leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit in illo tẽpore, quæreſque ab eis qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quæcunque dixerint qui præſunt loco quẽ elegerit Dominus, & docuerint iuxta legẽ eius ſequeriſque ſententiam eorũ, non declinabis ad dexteram neque ad finiſtram, Et ſic dicitur in quadam decretali, *c* quod diffinitionibus Eccleſiæ in dubijs ſtandũ eſt, & ita hanc partem tenet Gerſon. *d* Et quoad nos fratres Minores habetur decretũ auctoritate apoſtolica cuiuſdã capituli generalis vt patet in epiſtola *e* S. Bernardi hoc modo. *Item declaratur, quod in omnibus dubijs quæ non poſſunt indubitãter declarari ſubditi tenentur ſtare iudicio ſuperiorũ, & obedire.* Habemus etiam circa hoc quoddam Leonis decimi indultum, *quo conceſſit, & commiſit de plenitudine ſuæ poteſtatis, quod in dubijs, & ſcrupulis conſcientias ſubditorum tangentibus miniſter generalis, vel prouincialis, & cuſtodes cum conſilio aliquorum patrum ſi res magnæ importantiæ fuerint, poſſint auctoritate ſuæ ſanctitatis determinare in huiuſmodi ac eorũ determinationi ſubditi cum ſecura cõſcientia debeant & poſſint ſtare.*

b Deut. 17

c Cap. maiores de bapt. & eius effe.

d Ger. lect. 4. de vita ſpirit. Coro. 8.

e Att. 7.

f Sup. fo. 59

Dixi, idque regulariter eſt verũ cæteris paribus quia ſi id quod præcipitur conſtat probabiliter eſſe grauius malum probabiliter, aut valde ſcandaloſum ſiue nociuũ proximo aut reipublicæ, quod probabiliter imminet ex tali obedientia, inobedientia quoque probabiliter, imo etiam ſi probabilius videatur eſſe malum ſed non tam graue, tũc cauendum eſt illud grauius malum, & non eſt obediendum, eligenda enim eſt inobedientia quæ aliquando probabilius videtur eſſe venialis, vt euitetur, quod minus probabiliter apparet eſſe mortale peccatum ſi obediatur. Ita reſoluit Corduba, g

b Cor. li. 3. qq. q. 1.

AR-

ARTICVLVS VII.

Vtrum prælati regulares poſſint in Hiſpania præcipere ſubditis, vt ad Indos pro conuerſione infidelium proficiſcantur.

REſpondeo dicendo, videri, quod religioſi particulares non tenẽtur trãſnatare mare ad remotos Indos conuertendos quanuis ſubſit ſpes eorũ conuerſionis, nã cura cõuerſionis orbis magis principaliter ſpectat ad Papã, cæteroſque prælatos ſuccedentes Apoſtolis, ideſt Epiſcopos quibus præcipuè incũbit munus prædicãdi euangeliũ, adeo hoc eſt verũ, vt teneat Soto, *a* quod quia ſubditũ religioſum extorrẽ à ſuo regno naturali vbi ſuſcepit habitũ ꝑã longum mare tranſnatare, & intergentes barbaras cõmorari res moleſtiſsima eſt nimis, & difficilis, & non magno periculo etiam ſpirituali vacans: ideo ad huiuſmodi iter capeſſendum non poſſunt ſubditi obligari, quod probat: nam ſi prælatus mihi præciperet longum iter, aut rem difficilem dubiũque eſſet mihi ius præcipiendi non tenerer ſtatim parere. Quod cõfirmatur ex doctrina D. *b* Thomæ elicita ex quodã Canone *c* ex quo colligitur, quod ingenuus qui ignoranter contraxit cum ſerua indubio an ſit ſerua etiã ad præceptum eccleſiæ non tenetur ei reddere debitum. Quia ſi affectu maritali datur, quia aliter debitum non poteſt dari licitè præiudicium ſibi parat eo quod inuitus conſummat matrimonium cum ſerua, ecce quomodo nemo conſtringitur parere in re dubia cum graui ſuo detrimento, quãuis opus, quod præcipitur ſit tutum. Et ita hanc noſtram ſententiam ait Frater Ludouicus *e* Lopez cõfirmat vſus vſque huc in religione prædicatorum vbi nullus hactenus (quẽ ipſe ſciat) miſſus eſt ad Indos præcepto aſtrictus niſi prius conſentiat, & in noſtra religione Minorum id vtique video ſeruari, & ſic in conſtitutione generali Toletana. *d* dicitur in hunc modum.

Et cum ſecundum regulam non ſint cogendi fratres, vt vadant ad commorandum inter infideles præcipitur, vt nullus frater cogatur ad Indos ire, &c. Confirmat quoque hanc ſententiam nouus modus vouẽdi deuotæ ſocietatis Ieſu fratrum qui has ſibi ſimiles longinquas peregrinationes valdeque difficiles ſibi iniungendas â prælatis ſubituros profitentur, nec refutaturos eas, quaſi inſinuantes per hoc: quod ſi eas non ſpecialiter vouiſſent quaſi nimis difficiles eas recuſare potuiſſent.

a Soto de tegẽ. ſec. mẽb 3. q 2 conc. 2.

b D. Tho. in 4. d. 36. c 29. q. 2. ſi quis ingenuus.

c Lud. c. 6. de oblig. erga proxim. p. 149.

d Ord. tole. fol. 82. pa. 2.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum religioſi præcepto obedientiæ teneãtur acceptare Epiſcopatum, & curam animarum ſuſcipere.

REſpondeo dicẽdo, quod licet pro vtraque parte multa adduci poſſint prælati tamen nõ poſſunt per obedientiã indicere ſuis ſubditis regularibus, vt accept tent Epiſcopatũ: eſt enim commune axioma D. Bernardi, quod votum meum nõ adaugeat prælatus, & in promotione ad Epiſcopatum valde augetur votum religioſorum cum ad altioris obligationem perfectionis promoueantur, & extra ordinem religioſus innuitus trahatur, quod ex dictis in ſecundo *a* tomo ſupra clarius patebit, vbi probauimus quomodo liceat religioſis deſiderare Epiſcopatum. Verũ eſt tamẽ quod præfati religioſi poſſunt compelli tranſnatare ad Indos, & acceptare Epiſcopatum, ſi à Summo Pontifice præcipiantur. Cum Summo Pontifici incumbat cura vniuerſalis boni communis.

a 2. to. q. 5.

QVÆSTIO XX.

De oblationibus in duos articulos diuiſa.

¶ *Circa quam quæruntur duo.*

1 *VTrum Epiſcopi poſſint ſibi aut ſuis clericis applicare, quæ religioſis in ſuis Eccleſijs offeruntur.*

2 *Vtrum conducentius ſit, & ad diuinum cultum accõmodatius bona ad conficienda celebrandaque diuina ſacrificia, & oblationes elargiri, vel potius in egenorum ſubſidia illa diuidere,*

ARTICVLVS I.

Vtrum Epiſcopi poſſint ſibi aut ſuis clericis applicare quæ religioſis in ſuis Eccleſijs offeruntur.

REſpondeo dicendo, quod Epiſcopi, & alij Eccleſiarũ prælati nõ poſſunt clericis ſuis applicare nec ſibi oblationes, quæ fiũt religioſis in ſuis Eccleſijs regularibus, ita tenet Panormitanus, a *Et Bonfacius IX. conceſſit fratribus ordinis prædicatorũ prohibendo ne ſcilicet prælati Eccleſiarum, aut alij quicũque eos impediant quominus miſſas, & alia diuina officia in Eccleſijs ſuis quotidie celebrare, ac oblationes in miſſis ipſis, & alias ad eorũ altaria prouenientes libere, & integraliter recipere, & eorũ vſum iuxta morẽ dicti ordinis conuertere poſſint ſub excõmunicatione ipſo facto in contrariũ facientes.* Ita habetur in ordinis ſupplemento. b

a Pan. in c. 1 deſtat. monach.

b ſuppl. fol. 118. conce. 137.

ARTICVLVS II.

Verũ conducentius ſit, & ad diuinum cultũ accõmodatius bona ad conficienda celebrãdaque diuina ſacrificia, & oblationes elargiri, vel potius in egenorum ſubſidia illa diuidere.

REſpondeo dicendo, quod vt hæc difficultas magis pateat eſt aduertendum, quod vniuſcuiuſque virtutis opus è duobus præcipuè inter alia æſtimari poteſt quantũ ad ſuã perfectionẽ, ſcilicet, ex obiecto â quo ſuã ſpeciẽ ſortitur, & ex neceſſitate cui charitas ſemper ſuccurrere ſatagit, ſi ad primã dũtaxat rationẽ reſpiciamus, certũ eſt ſacras oblationes, atq; ſacrificia reliquis eleemoſynis longe præſtare. Eſt enim religio quæ Dei reuerentiã pro obiecto habet nõ modo miſericordia, verũ, & vniuerſis alijs moralibus, vt potè quæ nõ niſi erga proximos verſatur excellẽtior virtus, vt docet D. Tho. a Et ſecũdũ iſtã rationẽ Chriſtus apud Matthæũ, b officiũ, & cauſam Magdalenæ, quæ ipſum diſpendio pertioſiſſimi vnguenti vnxerat aduerſus indignantes diſcipulos qui opus miſericordiæ pluris faciebãt defendit dicens. *Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonũ operata eſt in me. Nã ſemper pauperes habebitis vobiſcũ, me autẽ nõ ſemper habebitis, mittens enim hæc vnguentũ hoc in corpus meũ ad ſepeliendũ me fecit.* Quaſi diceret. Quare mulieri huic iniuſte exhibetis negotiũ, quare aduerſus illã ſine cauſa veſtrũ quidã indignantur, & obmurmurant. Opus enim in reuerentiã ipſius Dei exhibitũ religione ſua anteferendũ eſt miſericordiæ de qua vos loquimini. Nõ condẽnat Dñs miſericordiã in pauperes, quin potius illã maximè cõmendat dicens, *pauperes ſemper habebitis vobiſcũ*, ſed quod facit eſt oſtẽdere quod actus ille religionis, quo nõ ſolũ diuinitatis maieſtatẽ, atq; immortalitatẽ pretioſo illo incorruptibilique vnguento cõfeſſa eſt, ſed etiã incorruptionẽ humanitatis præſignauit lõge pẽſtãtius eſſe quacũq; eleemoſyna. Si autẽ cõſideremus operis perfectionẽ ex neceſſitate, ſic etiã eſt certiſsimũ, quòd neceſſitatis põdus, vt de virtus, & pcipue miſericordia incremẽta ſuſcipit aliquãdo poteſt efficere, vt ad diuinũ cultũ ſit multo cõferẽtius atq; optatius opẽ ferre miſeris quã oblationes, & ſacrificia facere. Et ratio eſt nã ſacrificia, & oblationes non in Dei vtilitatẽ, qui bonorũ noſtrorũ nõ eget, ſed in eius dũtaxat honorẽ, & gloriã, & ad noſtrã deuotionẽ exercitãdã celebrantur, & offerũtur: tãta eſt autẽ Deo hominũ cura, vt eorũ vtilitatẽ ſæpe ſæpius pluris ad ſui charitatẽ, ac ſubin de gloriã æſtimẽt quã reliqua ſacrificia. His & alijs tenet hãc partẽ Ara. b qui addit ideo hãc latè probaſſe partẽ, quia ſunt multi qui falſo exiſtimãt maius ſe obſequiũ Deo præſtare, maximè, cũ ab hac luce recedũt ſi omnia bona ſua in ampliſsimũ miſſarũ numerũ & capellanias expendãt, quã ſi illa pauperibus diſtribuerint. Cũ tamẽ verũ ſit, q; quantuis in Eccleſiæ ortu illa eſſent valde neceſſaria, & vbi modo deſunt ſint etiã cõſulẽda, tamẽ vbi diuinus cultus ſatis eſt celebris multo erit cõſultius egenorũ calamitates leuare ideo Chriſtus Dominus in Euangelio crebrius nos huius miſericordiæ admonitos eſſe vo-

b Matt. 26.

a D. Th. 2. 2 q. 81. ar. 6. 1

b Aag. 2. 2. q. 86. ar. 3.

ſe voluit quã, vt eleemoſynas inſacrificia cõ uerteremus. Imo apud Matthæum, *e* obiurgans Phariſæos quia hoc ita non intelle xerint dixit illis. *Euntes diſcite quid eſt miſeri cordiã volo, & non ſacrificiũ.* Vnde religioſi penſatis circunſtãtijs, loci & tẽporis, & neceſsitatũ videant quid circa hoc debeãt cõ ſulti reſpondere, qui aduertere debẽt prout ait D. Thomas, *d* quod monachi ſiue alij religioſi poſſunt oblationes recipere tripliciter, vno modo ſicut pauperes per diſpenſationẽ ſacerdotũ, vel ordinationẽ Eccleſiæ, alio modo ſi ſint miniſtri altaris, tunc enim poſſunt accipere oblationes ſpõte oblatas. Tertio modo ſi parrochiæ ſint eorũ, & tũc ex debito poſſunt accipere oblationes tanquam Eccleſiæ rectores,

Vide circa hanc materiam oblationum in primo tomo. *f*

e Matth. 9.

f 1.to.q.39.

QVÆSTIO XXI.

De oblatis in quatuor articulos diuiſa.

¶ *Circa quam quæruntur quatuor.*

1 *VTrum oblati ſint vere religioſi.*

2 *Vtrum oblati poſſint tranſire ad arctiorẽ religionẽ petita licentia, & non obtenta.*

3 *Vtrum oblati religionum poſſint abſolui ab eorum prælatis, an ab Epiſcopis.*

4 *Vtrum conuerſi, & oblati Eccleſiarum ſeculariũ, & regularium gaudeant priuilegio Canonis, ſiquis ſuadente.*

ARTICVLVS I.

Vtrum oblati ſint vere religioſi.

a Clc. 1. de decim. iũct. glo. c. vt lex continẽtiæ. & gl 17. q. 1. Fracus. inc. cũ ex eo. §. 1. de elect. li. 6.

b Pan. in c. nõ eſt dere. & in c. tuas deteſt. Decius in c. Eccle. nor. 6. de cõſt. Fel. in c. in præſent. n. 6. de probat.

RESpondeo dicẽdo, quod monachus cõuerſus vel oblatus etiã plenè, & perpetuo, valde differunt, vt colligitur ex multis decretalibus *a* & tradit Dominicus Francus, monachus enim, & monacha dicuntur, qui vel quę profitẽtur regulã poſt ſuſceptũ habitũ regularẽ, vt ſeruiãt in choro, cõuerſus vero, qui ſuſcipit habitũ religionis, & profitẽtur regulã, vt ſeruiat extra chorũ, oblatus vero qui ſe, & ſua perpetuo donat, ſed nõ profitetur neq; ſuſcipit habitũ ordinis, quod ſatis exprimit Panormitanus, *b* & paulo clarius Felinus iunctis quæ dicit Calderinus ab eodẽ relatus quatenus relatis multis modis ſe offerendi monaſterio concludit, quod ex nulla obligatione efficitur quis monachus profeſſus niſi præſtet obedientiã monachalẽ. Quod etiã dixerat Innocentius *c* ac obla ti, & oblatæ nõ ſuſcipiunt habitũ monachalẽ, neque promittunt obediẽtiã monachalẽ ſecundũ regulam â Sede Apoſtolica approbatã, vt regula religionis, & ſic nõ ſunt religioſi vel religioſæ. Dixi niſi præſtent obediẽtiã monachalẽ, non enim per omnẽ obedientiã quis efficitur regularis, quia etiã Canonici ſeculares præſtant obedientiã iuxta quandã decretalẽ *d* & omnes etiã principes dant Epiſcopis obediẽtiã, vt in alia dicitur decretali, *e* & etiã regna omnia ſecularia ſuis regibus præſtãt obediẽtiã, vt D. Petrus *f* & D. Paulus *g* aſſerunt, & imperator Papæ, vt dicitur in quadã Clementina. *h* Nec propter hoc efficiuntur regulares, & monachi, & ita benedicit Innocentius ibi receptus ab omnibus, quod non ſit quis religioſus per omnẽ obediẽtiã, ſed per monachalẽ tãtum, hoc eſt per illã quæ fit alicui potẽti recipere profeſsionẽ regularem ſeruandi regulã aliquam alicuius religionis approbatæ à Sede Apoſtolica, quæ nõ ſunt niſi quatuor aut quinque, vt inter alios teſtatur Diuus Antoninus. *i*

c Inno. in c. cõſuluit qui cler. vel vouent.

d c. is qui de maior. & obedient.

e Ca. omnes eod. ti.

f 1. Can. 2. c.

g Ad Ro. 13.

h Cle. 1. de iure iuran.

i Anto. 3. p. c. 1. §. 3. tit. 16.

Ex his infertur, quod ſiquis dixerit, ego me dono, & offero in oblatũ, monaſterio S. Benedicti vouendo obedientiã paupertatẽ, & caſtitatẽ Deo eiuſque Abbati, nõ tamen profiteor regulã ordinis, nec me obligo ad ceremonias, & obſeruantias eius non eſt religioſus præſertim ſi dictã profeſsionẽ fecit nõ mutato habitu, neque accepto habitu regulari excepto ſcapulari paruo in ſignum oblationis. Ita Nauarrus in quodã cõſilio K qui ait, quod nõ meminit illũ textũ, neque gloſſam, neque aliquẽ ordinariũ auctorẽ qui de oblato monacho tria eſsẽtialia vota emittente loquatur. Syluester, *l* autẽ ſignificat Panormitanũ talem appellare plenè oblatũ. Denique probat Nauarrus talẽ non eſſe profeſſum religioſum, quia actus egẽtiũ nõ operãtur vltra intentionẽ eorũ, vt dicitur in iure. *m* Et ex verbis in prædicta oblatione factis videtur colligi eũ qui dixit illa verba nõ habuiſſe animũ ſe faciẽdi monachũ, neque profitẽdi regulã, neq; obſeruãtias eius.

K Nau. li. 2. cõſi. ti. de regu. cõſi. 49.

l Syl. v. obl.

m l. nõ omnia ff. de reb. credit. c. fin de præbẽd.

Nec obſtat quod *l* emiſit, tria vota eſſentialia in manu prælati potentis eum aggregare religioni approbatæ â Sede Apoſtolica. Nam reſpondetur ex ſupradictis, quod hoc non ſufficit cum ſit neceſſarium,

quod illa promittentur ſecundum obedientiam regularem, & habitum regularem recipiendo. Præterea conſtat ex relatione in principio appoſita hunc non habuiſſe animum faciendi ſe monachum. Quantum autem ad oblatos ordinis ſancti Benedicti vide quæ habes infra in quæſtione prima de voto.

ARTICVLVS. II.

Vtrum oblati in aliqua religione poſſint tranſire ad arctiorem religionẽ petita licentia, & non obtenta iuxta capit. Licet de regularibus.

REſpondeo dicendo, quod ſecundum aliquos iſti non poſſunt tranſire ad arctiorem religionem, & ita tenuit Gloſſa, *a* quam dicit ſingularẽ Abbas, *b* oblati enim & conuerſi aſtringuntur monaſterio. Quod Abbas dicit ſingulariter notandum, & tradit Ioannes Lupus. *c*

Sed aduertit Gregorius *d* Lopez, quod Gloſſa illa loquitur de conuerſis, & oblatis Eccleſiæ ſæculari non regulari monaſterio, & ita refert Archidiaconus *e* alios voluiſſe, quod iſti poſſunt tranſire ad religionẽ arctiorẽ, & ita magis inclinat in hanc partẽ quã ego exiſtimo ſequendã: nã licet conuerſi, & oblati operibus ſeruilibus, deputentur nõ tamen ipſi ſunt ſerui, & ſimiliter, non ita donant ſe, & ſunt oblati, vt monaſterij effi ciantur ſeruiita, vt non poſsint ad perfectionem frugem anhelare.

a Gl. inc. lex continẽtiæ. 27. q. 1.
b Abb. in c. nõ eſt de regu. in 3. not.
c Lup. de libert. Eccle. 3. p. q. fi. n. 8 & 9.
d Gre. in l. 9. t. 7. par. 1. ver. religio.
e Archid. in d. c. non eſt.

ARTICVLVS III.

Vtrum oblati monaſteriorum poſſint abſolui ab eorum prælatis, an ab Epiſcopis.

REſpõdeo dicendo, quod cõuerſi, & oblati quarũcũq; religionũ poſſunt à prælatis illarũ religionũ abſolui argumento aliquarũ decretaliũ, *a* nã & tales cõuerſi, & oblati ſunt priuilegiati ſicut Eccleſiaſticæ perſonæ. *Et Sixtus IIII. cõceſſit quod oblati, & oblatæ ordinũ fratrũ Carmelitarũ gaudeant priuilegijs & gratijs dicti ordinis ſicut gaudere poſſunt mulieres Mãtellatæ, & Pinzocheræ ſub dicto ordine viuentes (quæ ſunt velut tertiarij Ordinis Minorũ) quibus conceſſũ eſt poſſe gaudere omnibus priuilegijs fratrum.* Ita habetur in libro monumẽta *b* ordinũ. *Et idẽ Sixtus IIII. cõceſſit oblatis fratrũ Ordinis Eremitarũ S. Auguſtini omnia, & ſingula priuilegia, & indulta cõceſſa fratribus & ſororibus de pœnitentia, ac Mantellatis, & Pinzocheris ſub dicto regimine degẽtibus, & decreuit in eis locũ habere debere, perinde ac ſi pro eiſdẽ oblatis perſonis, & circa illas emanaſſent.* Ita habetur in eodẽ libro, *c* & quantũ ad caſum articuli quæſtionis eſt quædã expreſſa conceſsio Eugenij IIII. prout habetur in monumẽtis *d* ordinum expreſſe hoc concedens.

a Gl. inc. nõ eſt dubiũde ſent. excõ.
bc. duo ſunt 12. q. 1.
ac. cum illorũ, & c. monachi deſentent. excõ.
b In 1. imp. fo. 97. & in 2. f. 180. con ceſ. 427.
c In 2. imp. fo. 249. con ceſ. 623.
d In 2. imp. fo. 61. & in 2 fo. 64. cõc. 85.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuerſi, & oblati Eccleſiarũ ſecularium, & regularium gaudeant priuilegio canonis, ſiquis ſuadente.

REſpondeo dicendo, quod hãc quæſtionẽ mouet quædã Gloſſa, *a* & ait nõ videri illis tale priuilegiũ conceſſum, concludit tamẽ, q̃ ex eo quo tradidere ſe, & ſua diuino obſequio, ſiue in Eccleſia ſeculari, ſiue regulari iã cẽſentur Eccleſiaſticæ perſonæ, & ex toto translati ſunt in formam Eccleſiæ, vnde habent immunitatẽ Eccleſiaſticã, & decretũ *b* dicit, quod tãtũ ſunt duo genera Chriſtianorũ, vnũ, quod dedicatũ eſt diuino obſequio vt clerici, & conuerſi, aliud ſunt laici. Quidã tamen volunt dicere cõtrariũ. Sednos benigniorẽ partẽ ſequẽtes ſequimur partem affirmatiuam, vt eorum gaudeant priuilegio quorum vitam, & religionem aſſumunt, nã licet canõ *c* ſiquis ſua dẽte ſolũ diſponat declerico, & monacho, at alij Canones *d* ipſum extendunt ad conuerſos religionum. Gloſſa autem prædicta per identitatem rationis dicit idẽ de cõuerſis,

a Gl. inc. nõ eſt dubiũde ſent. excõ.
bc. duo ſunt 12. q. 1.
c 16. q. 4.
d Ca. parro. c. ex tenore de ſentẽ. ex comm.

ſis,& oblatis Eccleſiarum ſeculariũ, & idẽ tenent Ioannes, e & Vincentius. At quia hæc opinio aliquas patitur difficultates ad diſtinctionem Hoſtienſis *f* recurrere oportet, vt clarius ipſa eluceſcat, ait enim, quod quando conuerſus remanet in domo ſua nõ gaudet prædicta immunitate, & ſic dicit intelligenda eſſe aliqua iura *g* de hac materia loquentia, ſi autem ſit conuerſus tradens ſe & ſua, & tonſuratus incedẽs, Canonicas horas audiens, & honeſtè viuens, & ſimilia tunc gaudebit immunitate. Imo Capiſtranus, *h* aliter procedit dicens diſtinguendum eſſe inter conuerſos, & confratres, cõuerſi enim propriè appellari ſolent hi qui ſe ſuaque diuinis dedicant obſequijs perpetuis temporibus obligando, & tales ait gaudere prædicta immunitate. Et de prædictis etiam facit diſtinctionem, aliqui enim ex his recipiunt habitum illorum cum quibus conuerſantur, & ad quorum vitam & regulam conuertuntur, & profeſsionem faciunt, obedientiam paupertatem, & caſtitatem ſiue continentiam promittẽtes, & de his nulla eſt dubitatio, quod gaudeãt dicto priuilegio, ſiquidẽ gaudent priuilegio regulari. Aliqui tamen prædictam profeſsionem non emittunt, ſed ſolum ſe voluntariè obligant ad prædicta, viuunt tamen honeſtè habitũ deferentes alicui de religionibus approbatis quomodolibet iam conceſſum, & dato, quod vxores habeant, ſeruant ordinem coniugalem viuentes ſub cura, & obedientia prælatorum illarum religionũ, in quibus ſe & ſua diuinis obſequijs dicarunt, & de talibus etiam non eſt dubium, quod gaudeant priuilegio prædicto clericali ſicut acolyti, & clerici coniugati non bigami, Alij dicuntur oblati qui ſunt cõfratres qui faciunt aliquas honeſtas congregationes in aliqua eccleſia, & ibi ſaltem ſemel in menſe diſciplinam aſſumunt, & hi non ſunt perſonæ Eccleſiæ, cum neque mutent habitum, neque ſtatũ, ſed in habitu ſeculari perſeuerent de quibus ait quendam Canonem eſſe intelligendum.

Circa oblatos vide plura in quæſtione K de familiaribus fratrum, in tabula. Verbo oblati, & verbo donati.

clos. & Vincent. ind. c. dilecta. de maior. & obed.

f Hoſt. in c. nõe ſt dubiũ de ſent. excom.

g c. vt lexcõ tinẽtiæ. 27. q. 1. c. 3. §. de cõfratribus &c. quidã de priuileg. h Capiſt. de excõ. §. 13. ex. decõuerſis.

i 23. q. 4. c. diſplicet. K 2. 10m. q.

QVÆSTIO XXII.

De oraculis viuæ vocis in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Vtrum oraculum viuæ vocis ſine ſcriptura valeat.*

2 *Vtrum poſsint regulares vti viua vocis oraculis prout in libris ordinũ cõtinẽtur.*

3 *Vtrum prælati regulares poſsint moderari vſum viuæ vocis oraculorum.*

ARTICVLVS I.

Vtrum oraculum viuæ vocis ſine ſcriptura valeat.

REſpondeo dicendo, quod gratia ſolo viuæ vocis oraculo abſque ſcriptura quoad ſe perfecta eſt, & ex ea ſtatim acquiritur ius impetranti prout allegando aliqua iura *a* copioſe definierunt Archidiaconus, & Ioãnes Andræas, & ita tenet Baldus, *b* dicens, quod cũ Papa viuæ vocis oraculo aliquẽ pronunciet epiſcopũ alicuius loci, ille ſtatim erit Epiſcopus etiã antequam literæ ſint formatæ, quia ſcriptura nõ requiritur ad eſſentiã, ſed ad probationem gratiæ. Vnde infert, quod ſi interim Papa moretur gratia nõ expirat, ſed quod debet expediri per ſucceſſorẽ faciendo mentionem de gratia prædeceſſoris, & idem ſequitur Antonius *c* Peregrinus, & tradit Gigas, & Carolus Tapia,

a Ca. ſi prote de reſcri. li. 6. c. fi. de cõceſ. præbẽ. li. 6. c. cõſtitutionis 25. q. 2. Arehi. & Ioã. And in proœm. ſexti.

b Bal. in l. ſi qua per. n. 5 C. de Epiſc. & cler. & in l. human. in fin. C. deleg idẽ in l. falſ. C. de furt.

c Peregr. de iur. fiſc. l. 5. ti. 2. n. 12. & 13. Gigas de penſio. q. 34. Carol. inc. 1 de conſtit. princ. n. 13. & 14.

ARTICVLVS II.

Vtrum poſsint regulares vti viua vocis oraculis prout in libris ordinum cõtinetur.

REſpondeo dicẽdo, *Quod Leo X. conceſsit, quod fratres Minores regularis obſeruantiæ ſecura conſcientia poſsint vti omnibus conceſsis à Sede Apoſtolica, & Romanis Pontificibus ſiue per bullas, aut breuia, aut viuæ vocis oracula prout in libris ordinum reciperiũtur, ac ſi omnia ſpecifice fuiſſent tunc expreſsa. Et pro maiori conſcientiarum ſecuritate omnia de nouo conceſsit.* Ita habetur in

a Suppl.fo. 58. conceſ. 191.
b Supp. fo. 58. conceſ. 162.

ſupplemento, *a* ordinis. Qui Summus Pontifex etiam conceſsit, vt in eodem libro *b* refertur, *quod non ſint minoris efficaciæ, & valoris viuæ vocis oracula, quam ſi per bullam aut breue ad perpetuam rei memoriam eſſent conceſſa. Et hoc in foro conſcientiæ tantum.*

ARTICVLVS III.

Vtrum prælati regulares poſſint moderari vſum viuæ vocis oraculorum.

REſpondeo dicendo, quod *Leo Decimus informatus, quod ſunt nonnulla viuæ vocis oracula conceſſa ordini fratrum Minorum quorũ aliqua aliquibus temporibus fuerunt vtilia, ſed forte præſentibus non ſunt, nec futuris erunt: ac præterea aliqua ſunt in aliquibus locis neceſſaria, & aliqua non, conceſſit, vt non ſolum generalis in ſuo generali capitulo: ſed etiam quilibet prouincialis in ſuo prouinciali Capitulo de conſenſu eiuſdem capituli, vel maioris partis declarare poſſit, & valeat vtrũ ab vſu alicuius conceſsionis viuæ vocis oraculo factæ abſtineri debeat, poſt quã quidem declarationẽ tã fratres quã moniales (ac ſi conceſsio huiuſmodi per ſuã ſanctitatem ſuſpenſa vel reuocata fuiſſet) conceſsione eadẽ in poſterũ non vtantur.* Ita habetur in ſupplemento *a* vide circa hoc quæ dicta ſunt in primo tomo. *b*

a Sup. f. 94. conce. 296.
b Tom. q. 9. a. 1. 2.

QVÆSTIO XXIII.

De ordinibus ſacris quantum ad perſonas ordinandas in quatuordecim articulos diuiſa.

Circa quã quæruntur quatuordecim.

1 *QVid, & quotuplex ſit ordo ſacer.*
2 *Vtrum prælati regulares poſſint ordines minores conferre.*
3 *Vtrum religioſi ſocietatis poſſint ordinari ſine titulo beneficij aut patrimonij.*
4 *Vtrum regulares vno die poſſint recipere omnes ſacros ordines.*
5 *Vtrum Epiſcopi poſſint extra tempora ordinibus ſacris ordinare.*
6 *Vtrum religioſi poſſint ordinari ante legitimam ætatem.*
7 *Vtrum anni requiſiti ad ſacros ordines recipiendos ſufficiat, quod ſint incepti.*
8 *Vtrum regulares ſint ſuſpẽſi ipſo facto ſi recipiant ordines ſacros extra tẽpora, ſine ante legitimam ætatem ſiue ſine literis dimiſſorijs.*
9 *Vtrum teneantur regulares ordinandi præſentare literas cõmendatitias ſuperiorum ſuorũ.*
10 *Vtrũ prælatus regularis habens poteſtatẽ ad diſpenſandũ cũ ſubdito concedendo licentiam ad omnes ordines minores, & ad ſubdiaconatũ videatur ad omnes ſacros ordines diſpẽſare.*
11 *Vtrũ ille qui ante legitimã ætatẽ, aut extra tẽpora, aut ſine literis dimiſſorijs veris bona fide fuit ordinibus ſacris inſignitus remaneat ſuſpenſus.*
12 *Vtrum regularis ante legitimam ætatem ordinatus exercendo aliquos actus deputatos ſacerdotio fiat irregularis.*
13 *Vtrũ ſubdiaconatus electus à religione poſſit cũ licentia epiſcopi ad alios ordines ſacros promoueri.*
14 *Vtrum ordinatus ante legitimam ætatẽ poſſit perueniendo ad eam ſine aliqua diſpẽſatione ſtatim ipſum ordinẽ ſolenniter exercere.*

ARTICVLVS I.

Quid, & quotuplex ſit ordo ſacer.

RESpõdeo dicẽdo, quod ordo eſt ſacramentũ quo poteſtas ſpiritualis ſignificatur, & traditur in ordine ad ſacroſanctũ Chriſti corpus conſecrandũ, ita definitã magiſter ſentẽtiarũ. Pro cuius definitionis explicatione eſt notandũ, quod ordo ſumitur proprie, & ſic eſt ſacramẽtũ imprimẽs characterẽ, & large, & ſic nõ eſt ſacramẽtũ, ſed deputatio quædã ad diuinũ cultũ, vt prima tõſura, vel ad aliquod officiũ, vt epiſcopatus. Et ordines ſecũdũ D. Tho. & alios Theologos ſunt ſeptẽ propriè, quatuor, ſcilicet, Minores quĩ nõ dicuntur ſacri ratione materiæ, qui nõ habent

a Magiſt. in 3. d. 24.

bent actum circa materiam ſacram, puta calicem, vel euchariſtiam, licet ſint ſacri ſecundum ſe, cum ſint ſacramenta. Quorũ primus incipiendo ab infimis eſt exorciſtatus, ſecundus lectoratus, ſub quo continentur Pſalmiſtatus, & cantoratus, tertius oſtiariatus, & quartus acolythatus, & tres maiores, ſeu ſacri ratione materiæ, ſcilicet ſubdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus, quorum ſufficientia numerus, & ordo ſumitur ſecundum ſeptem reſpectus ad euchariſtiam, vt tradunt D. Thomas *b* & Soto poſt alios. Sed quantum ad noſtrum propoſitum attinet tantum de tribus ordinibus ſacris in præſentiarum nobis erit ſermo præcipue, de minoribus tamen aliqua dicam.

b D. Tho. in 4. 6. d. 24 vbi. Sot. q. 1

ARTICVLVS. II.

Vtrum prælati regulares poſſint ordines minores conferre.

REſpondeo dicendo, quod ſecundũ Archidiaconũ, *a* & Petrũ de Palude Epiſcopi, vel Abbates, & omnes preſbyteri cardinales poſſunt conferre ordines minores omnes. Et idẽ poſſunt Abbates, exẽpti, & mitrati, etiã quoad Laicos, in quos habent Eccleſiaſticã iuriſdictionem. Prout poſt alios tradit Sylueſter, *b* Et Abbas Ciſtercij, ac quatuor primi coabbates eius intra ſua monaſteria perſonis eiuſdẽ religionis omnes minores ordines conferre valent, vt patet ex conceſsione Innocentij Papæ Octaui expedita, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadringentiſimo octuageſimo nono, ad petitionem Ioãnis Abbatis Ciſtertij. Circa hoc autem eſt decretum *c* Concilij Tridentini, in hunc modum, Abbatibus, aut alijs, quibuſcumque quantumuis exemptis, non liceat in poſterum intra fines alicuius diæceſis conſiſtẽtibus, etiam ſi nullius diæceſis, vel exempti eſſe dicantur, cuiquam, qui regularis ſubditus ſibi non ſit, tonſuram, vel minores ordines conferre. Non obſtantibus, quibuſcumque priuilegijs, præſcriptionibus, aut conſuetudinibus, etiam immemorialibus. Et hoc cõforme eſt iuri *d* antiquo, quo poterat Abbas, tres ordines minores, ſcilicet tonſuram oſtiariatum, & lectoratum, in ſuo monaſterio tantum conferre, dummodo ſit ſacerdos, & manus impoſita ſit ei, ſecundum ordinem perficiendorum, hoc ipſum poterat Abbas, ſeu electus in Abbatem, ſi Epiſcopus differat eum benedicere, ex decretis in ſacris Canonibus, *e* non tamen eſt licitum abbatibus alijs, quam monaſteriorum ſuorum cõuerſis, & quiad illa conuolauerint ſcilicet vt ibi conuertantur, & fiant monachi, in quos Eccleſiaſticam, & quaſi epiſcopalem iuriſdictionem obtinent, primã clericalem conferre tonſuram, niſi eis competat, ex priuilegio Apoſtolico, vt in quadam decretali *f* definitur, vbi Gloſſa, *g* ait quod poſſunt, etiam tales Abbates conferre, etiã ſuperiores ordines, vſque ad lectoratum inclusiue. Et iuxta hæc eſt intelligendum decretum Concilij Tridentini.

a Arch. inc. nullus Epi. de temp. ordin. li. 6.

b Sylu. v. ordo. 3. §. 2.

c Seſſ. 23. de reſid. præla. c. 10.

d c. cum cõting. de æta. & qualit. c. omniã. 69. ſt.

e c. 1. de ſupp. pl. negl. prælat.

f c. Abb. de priuil. li. 6.

g Glo. v. tõſuram.

Circa hoc aduertendum eſt primo, quod ſi inuitatus fuerit Abbas ab alio Abbate ordinare monachos alterius monaſterij, poterit eos ordinibus minoribus inſignire, prout tenet Baptiſta *h* de Salis, alios allegãs, quod intelligit Hoſtienſis, ſi monaſterium aliud, ad quod inuicatur, ſit exemptum, & quod ſi Abbas ordinet monachos alterius monaſterij, nõ inuitatus characterem imprimat argumento cuiuſdã Canonis, *i* licet executionem non conferat, ſecundum Archidiaconum. K

h Bap. de Salis. v. Abbas in princ.

i 9. q. 2. c. Lugdunenſis. K Archi in c. quoniam c. 7. diſt.

Sed contra hoc adeſt nobis decretum Concilij Tridentini, ſuperius allegatũ, ibi. *Cuicumque, qui regularis ſubditus ſibi non ſit.* Quibus verbis innuitur, quod nõ poteſt dictus Abbas ordinare regulares, non ſuos ſubditos, etiam li ab Abbate eorum, ad id inuitetur, nec valet dicere, quod Cõciliũ debet limitari, vt intelligatur, niſi ab alio Abbate inuitetur, ſuos ſubditos ordinare, nam etiã poſſemus dicere, quod poſſet ordinare ſecularis, ſi ab eorum Epiſcopo inuitetur, quod nec ius neq; conſuetudo, vt credo admittit

Notandum eſt ſecundo, quod modo, nõ poteſt Abbas ordinare nouitios, & eos, qui ad eius monaſterium cõuolauerint, vbi cõuertantur, & fiant monachi, licet enim hoc in quadam decretali *l* concedatur ipſi aduertit, tamen Gloſſa, *m* ibi, quod datur conſilium, quod hoc non fiat intra annum probationis, quia certum eſt, quod poſtea exire poſſet, & transferri, quæ præcauenda eſt, argumento alterius decretalis, *n* & attento dicto decreto Concilij Tridentini, ibi, *Qui regularis ſubditus ſibi non ſit*, iam videtur id reuocatũ cum nouitij non ſint proprie ſubditi

l D. c. Abb. tũ Gloſſ. v. conuolauerint.

n c. 1. defen non ord.

ditĩ regulis Abbatum, & ipſis ſolum concedatur licentia, ad initiandos ſuos ſubditos, regulares, & ita ex quadam, conſtitutione Pij Quinti hoc tradit Nauarrus, o

o Na. c. 27. n. 158.

ARTICVLVS III.

Vtrum religioſi ſocietatis poſſint ordinari, ſine titulo beneficij, aut patrimonij.

REſpondeo dicendo, quod a Concilĩ Tridentinũ antiquorũ Canonũ decretainnouans ordinauit, vt nullus ordinetur, niſi ad titulũ beneficij, aut patrimonij. Et Sixtus V. Pontifex maximus, in quadã eius conſtitutione, de qua inferius erit nobis ſermo ordinauit, vt nullus ordinetur, niſi cum ſufficiẽti patrimonio, aut beneficio, quam conſtitutionẽ quantũ adhoc ego in fine libri explicationis b cruciatæ intellexi, non loqui de regularibus, ſed tantum de Clericis ſecularibus. Ius enim c Canonicum, quod in hoc non reuocauit Sixtus V. ordinans, vt nullus, ſine titulo beneficij, aut patrimonij ordinetur, non extenditur ad regulares, vt aduertit Nauarrus, d & D. Antoninus e tradens, quod nullus ordinetur, ſine titulo beneficij, aut patrimonij ait, *regularibus autẽ eſt pro titulo ſporta, mẽdicãtibus præcipue* Sed cũ religioſi ſocietatis, poſt bienniũ emittentes tria vota ſimplicia, ſint religioſi reuocabiliter, & poſsint ab ipſa ſocietate dimitti, quidam dubitauerunt, vtrum ſubditi iuri communi, comprehenderẽtur. Ita quod neceſſario debeant ordinari ad titulum beneficij, aut patrimonij ſicut alij clerici ſæculares. Siquidẽ poteſt eo res venire, vt dimittantur à Societate, & remaneant, ſicut remanẽt in ſeculo, vt alij Clerici ſeculares. Quod autẽ non comprehendantur, primo probatur, nam in mandato generali venit illud, quod Dominus conſuetus erat facere, vt dicitur in quadam lege, f & multa congerens tradit Decius, & ſi reſpiciantur omnia reſcripta, & omnes literæ Apoſtolicæ ſocietati conceſſa apparebit, quod ſedes Apoſtolica, in eadem ſocietate exiſtentes religioſos, & regulares nũcupauit, eoſq, pro religioſis, & regularibus, habuit, & habet.

a Conc. ſeſ. 21. c. 2. de reform.

b Fol. 139. p. 2.

c ca. pen. de ſimo.

d Na. c. 27. n. 258.

e D. Ant. 3. p. tit. 14. de tẽp. & leo ordi. tradit. Rebuf. ti. regular. beneficia. n. 6. in praxi. bene.

f L. vt vniu. ff. de pigno act. Decius conſil. 441. præſens. n. 9.

Secundo probatur, à coniũctione duorum ſtatuorum valet argumentum, vt in iure g probatur, ſed in alio decreto h Concilij exiſtentes in collegio ſocietatis clerici regulares, nuncupantur, quod decretum, cum ſit collocatum, & ſituatũ, ſub seſſione vigeſima quinta de regularibus, ab eo titulo, & rubrica licitũ eſt arguere, prout tradunt Doctores, quos referunt Romanus i & Alexand. Cum ergo in alio decreto Cõcilij regulares nuncupentur, & ſubtitulo de regularibus collocentur, non eſt dicendum Concilium ordinans, vt nullus ſecularis, ſine titulo beneficij, aut patrimonij ordinetur extendi ad clericos ſocietatis, quia ab eodem Concilio regulares reputantur. Quod confirmatur ex his, quæ latè diximus in primo tomo K probantes hos patres eſſe verè religioſos.

g L. gall. §. ille caſus verſi. Iulianus tamen & ibi Bart. & alij ff. de l. & poſthum. c. cũ dilectus de ſucce. ab inteſt.

h Con. Tri. ſeſ. 25. de regul. c. 16.

i Rom. cõ. 32. viſa mãcip. n. 6. Al. conſ. 1. col. 2. volum. 4 & conſ. 89. co. 2. ad fin. ver. pro hac etiam adducitur vol. 6. K i. tom. q. 1. ar. 6.

Vltimo probatur ex ratione proæmiali dicti Concilij, quæ indicat cauſam finalem, & ratio eſt, ne promouẽdi ad ſacros ordines mendicare cogãtur. Hæc enim ratio ceſſat in religioſis ſocietatis, tria vota emittentibus in dicta religione, quia amplius, ab ea diſcedere non poterunt, ergo, nec iuxta rationem Concilij Tridentini, mendicabũt ſed in religione permanebunt victum, & veſtitum conſuetum habẽtes, ac iuxta decreta & conſtitutiones dictæ religionis.

Neque obſtat ſi forte replicetur, quod emiſsis tribus votis præmiſsis poſſet generalis præpoſitus in ſocietate exiſtentem propter aliquas iuſtas cauſas expellere, iuxta conſtitutionem ſocietatis ſatis diuerſam à conſtiturionibus aliarum religionum. Reſpondetur enim iuxta iuris l regulas malos euentus, non eſſe in conſideratione, cũ eueniant per accidens. Et vt omnis ratio dubitandi tollatur, *â Gregorio Decimo tertio conceſſum eſt, quod qui tria vota paupertatis caſtitatis, & obedientiæ in ſocietate emiſerunt de licentia præpoſiti generalis poſſunt promoueri ad ſacros ordines, etiam ſolemnem profeſſionem emiſſam, ſi modo ſint ætate moribus, & doctrina idonei non obſtante conſtitutione Pij Quinti, quæ decretum Concilij Tridentini ſeſſione vigeſima prima capite ſecundo ad religioſos*

l L. inter ſtipulant. §. ſi cram. ff. de verb. obli.

sos non professos extendit, ita refertur in compendio *m* societatis.

m Compē. soci. ti. ord. §. 2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum regulares vna die possint recipere omnes sacros ordines.

RESpondeo dicēdo, quod *Eugenius IIII. concessit, vt singuli monachi præsentes, & futuri Sancti Benedicti ad id idonei, quos prior sui monasterij adhoc elegerit, siue nominauerit semel dumtaxat, anno quolibet omnes etiam sacros ordines, vna, & eadem die, etiā extra tempora á iure statuta, á quibus vis catholicis, antistibus gratiam, & communionem, Sedis Apostolicæ, habentibus (cuiusuis super hoc licentia minime requisita) suscipere, dictique antistites, eisdem monachis ordines huiusmodi, tunc conferre possint.* Ita habetur in compendio *a* mendicantium.

a Cōp. mēdti. ordines sacri. §. 9.

Circa quam concessionem aliqua sunt notanda, quod ibi vna & eadem die vult concedere summus Pontifex, vt ordines sacri possint recipi â prædictis monachis. Quod est concessum, contra ius, *b* definiens, quod qui eodem die, duos ordines sacros suscipit, non solum peccat, sed est etiā posteriore suspensus, in quo solus Papa dispensat, & sic dispensauit cum prædictis regularibus, & dispensatum est cum Diuo Epiphanio, qui vno die creatus est, diaconus presbyter, & simul Episcopus, vt refert Metraphrast. in vita eius. Quod priuilegiū regularibus est sublatum, per Concilium Tridētinum definiens, quod duo sacri ordines non eodem die, etiam regularibus conferantur priuilegijs, & indultis, quibusuis cōcessis, non obstantibus quibuscumque, de quo videndus est Ioannes Maiolus, *c* & Nauarrus, Non tamen peccat, neque est suspensus qui quatuor minores ordines eodem die suscipit, secundum quandam Glossam *d* communiter receptam. Quod ait Nauarrus, etiā post Concilium Tridentinum procedere potest, in eo, cum quo Episcopus dispensaret, vt nō seruatis temporum interstitijs posset accipere, quin ait videtur, quod posset accipere illos, & subdiaconatum eodem die vbi est talis consuetudo, quæ valet secundū D. Antoninum. *e* Concilium enim huiusmodi, consuetudinem non tollit, sic dixi in explicatione cruciatæ, quod cōstitutio Sixti V. hoc minime prohibuerat, cum solum intenderit Summus Pontifex seruari Concilium Tridentinum, & Concilium, vt patet ex dictis minime hoc prohibuerit.

b c. dile, ad iunct. Glos. de temp. ordinan. & c. liceat.

c Maiol. de irre. l. 4. c. 9. Nau. c. 25. n. 7. & ca. 27. n. 241.

d Glos. in c. de eo de tēpo. ordin. & c. 2. de eo qui fur. ord

e Anto. 3. p. ti. 14. c. 16. § 16.

Circa eandem concessionem, ibi, extra tempora nota, quod hoc est magnum priuilegium, de quo articulo sequenti disputabitur.

ARTICVLVS V.

Vtrum Episcopi possint regulares ordinare ordinibus extra tempora.

RESpondeo dicēdo, quod secundum extrauagantes *a* Pij II. suspendūtur, hi qui sine legitima facultate, & ætate vel extra tempus legitimū ordinē sacrum, accipere præsumpserint, & facit irregularē ordine vtentem. At in priuilegio superiori articulo relato monachis Sancti Benedicti, & illis, qui eorum fruuntur priuilegijs conceditur, vt extra tempora possint ordinari. Et Alexander, VI. concessit, *quod prior generalis ordinis Sancti Hieronymi, & singuli priores eiusdē ordinis præsentes, & futuri possint eligere, quencumque Episcopum Catholicum, cōmunionem Sedis Apostolicæ habentem, qui personas singulorum monasteriorum, huiusmodi, ad id idoneas, ad omnes etiā sacros & presbyteratus ordines, etiam extra tēpora á iure statuta, tribus diebus Dominicis, siue festiuis duplicibus successiue promouere possit diæcesanorū licentia super hoc requisita.* Ita refertur in compendio *b* mendicantium.

a Extrau. ex sacrorum.

b Cōp. mendic. ti. ordi. sacri. §. fin.

Ex quibus infertur, quod religiosi mendicantes, & alij qui hoc fruuntur priuilegio possunt extra tempora, ordinibus sacris initiari.

tiari. Nec contra hoc obstat c Concilium Tridentinum, in quo dicitur ordinationes sacrorum ordinum, statutis â iure temporibus celebrent, nam dictum Concilium, quantum ad hoc non reuocat priuilegia regularium. Quod ex eodem met loco Cõcilij manifestatur. Cum enim in eo etiã definiatur, vt vnusquisque, à proprio Episcopo ordinetur priuilegia in contrarium reuocantur. Quæ non reuocat Concilium, respectu primæ ordinationis, ibi, *statutis â iure temporibus celebrent.* Quod deinde probatur, nam in omnibus capitulis, in quibus aliquid executioni præcipitur mandari, à præfato Concilio apponitur clausula, non obstantibus quibuscumque, vel alia similis at indicto loco, in quo dicitur Episcopis, quod ordinationes sacrorum ordinum statutis â iure temporibus celebrent, non ponitur dicta clausula.

c Sess. 22. de refor. c 8.

Nec contra hoc obstat aliud decretum d eiusdem Concilij, in quo dicitur, *hæc omnia, & singula in superioribus decretis contenta obseruari sancta Synodus præcipit, &c. Non obstantibus &c.* Inquo loco videtur Concilium renocare omnia priuilegia concessa regularibus contraria decretis eiusdẽ Concilij. Nam respondeo, quod in dicto decreto, solum reuocantur priuilegia, quæ sunt contraria decretis sessionis vigesimæ quintæ, de regularibus, non autem decreta definita in alijs sessionibus, si enim vellent patres Concilij, in vno particulari Capitulo reuocare omnia priuilegia regularium, quæ sunt contra definita in Concilio præfato, in vltimo capitulo sessionis vigesimæ quintæ de reformatione efficerẽt, cum ea sit vltima sessio, e & in ea aliqua concernentia regulares definiantur priuilegijs, in contrarium reuocatis.

d Sess. 25. de reg. c. 12.

e Sess. 25. de refor. c. 6. & c. 13.

Nec supradictis obstat, quod Gregorius XIII. & Sixtus V. religionum priuilegia confirmauerint, dum modo non sint contraria decretis Concilij Tridentini. Ex quo videtur colligi velle supradictos sanctissimos patres reuocare priuilegia regularium, quæ sunt contra Concilium, siquidem ea noluerũt confirmare. Respondetur enim, quod in reuocatione priuilegiorum, non valet argumentum â contrario sensu, cũ reuocatio sit stricti iuris, & sic non sequitur, confirmant priuilegia, quæ non sunt contra Concilium Tridentinum, ergo reuocant priuilegia ipsi cõtraria, solum enim sequitur, quod ea relinquunt in vi, quam habent, & per consequẽs hoc priuilegium, de quo nobis est sermo relinquitur, vt valeat, nisi per aliam constitutionem, aut non vsum sit reuocatum. Quod ex superioribus constat, non esse per Concilium Tridentinum abrogatum:

Nec supradictis obstat constitutio Sixti. V. contra male promotos, in qua sub grauibus pœnis præcipitur, vt nemo extra tempora ordinetur. Prædicta enim constitutio, nõ est cõtra nos. Pro cuius rei explicatione est notandum, quod verba proœmij alicuiuscõ stitutionis denotãt causam finalem, & iuxta ea debent regulari, & explicari definita in tali constitutione, prout notatur in quadam lege, f super quam Bartolus ait eam melius hoc probare, quã quancumque aliã & tradit ibi etiam Imola, ex verbis enim proœmij colligitur mẽs disponẽtis secũdũ Panormitanum g sicut ex præfationibus probatur intentio cõtrahentium, iuxta quasdam leges. h Vnde necesse est, vt indagemus mentem Sixti V. in dicta constitutione, quæ ex proœmio eius satis elicitur. Quæ colligitur ex verbis eius, ibi. *Ne enimia simplicitate, & imperita malitia vi aut fraude, &c.* & ibi *Siue alias minus rite, vel etiam temere, se ingerant.* Ex quibus verbis colligitur, quod solum prætendit summus Pontifex, punire cum pœnis ibi appositis illos, qui temere extra tempora ordinantur, & ordinant contra decreta Sedis Apostolicæ, sine aliqua eiusdẽ sedis facultate. Quod in religiosis non contingit, cum eorum priuilegium, quo possunt extra tempora ordinari, non sit reuocatum, prout supra est probatum, & sic non peccant, si virtute eius ordinẽtur. Quod ex dicta constitutione insuper probatur, cum prohibeat, extra tempora ordinari, sine dispensatione, & indulto Apostolico, vnde nõ obstãt verba generalia posita in fine dictæ constitutionis, ibi. *non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac in Concilijs etiam generalibus editis cæterisque contrarijs, quibuscũq;*

f L. fin ff. de hæredi. inst. vbi Bart. n. 8. Im. n. 4

g Pa. inc. adue rsn. 2 de immu. eccles.

h L. Titia § idem respõdi. ff. dever. oblig. l. itẽ quia §. fin. ff. de pact.

Hæc enim verba debent intelligi de priuilegijs in Concilijs reuocatis, at hoc priuilegium non video in Concilio expresse

in

infirmari, vt ſæpe dictum eſt.

Et vt omnis ambiguitas tollatur, *Pro religioſis ſocietatis præcipitur, & interdicitur á Gregorio XIII. Epiſcopis, & alijs antiſtibus ne à religioſis ſocietatis promouendis, qui licentiam á præpoſito generali ſocietatis, pro tempore exiſtente, vel ab eo delegatis habuerint, quædam requirant, vel exigant in literis Apoſtolicis proxime citandis contenta, ſed ipſos etiam abſque vlla functione in ipſis ordinibus, aut obſeruatione interſtitiorũ, ad illos ſuſcipiendos, aut inquiſitione ducãt e officijs, & ceremonijs eccleſiaſticis idonettate, proprij ordinarij licẽtia, & alijs, in alios requiſitis ad minores, ac etiã extra tẽpora à iure ſtatuta, tribus Dominicis, vel alijs feſtis diebus etiã continuis, ad ſacros etiã preſbyteratus ordines promoueãt ac ſi illi omnibus requiſitis eſſet præditi*

i Comp. ſo. ti. ordi. §. 3. Ita habetur in compendio *i* priuilegiorum ſocietatis, in quo refertur Gregorius XIII. prohibuiſſe huius gratiæ communicationẽ etiam his, qui ſua priuilegia, cum ſocietate participant, aut participare poterunt. Quæ prohibitio non impedit, quo minus alij poſteriores pontifices poſsint hanc conceſsionem, per viá communicationis, & alijs religionibus facere, prout in primo tomo K late probaui, in quo loco dixi quibuſdã religionibus præcipuè mendicantibus, hoc & alia ſimilia indulta eſſe.

K 1. tom. q. §§. ar. 17.

Præterea, quoad nos fratres Minores, & eos, qui noſtrorũ fruuntur priuilegijs conceſsis, & concedendis iam de hoc nulla poteſt eſſe dubitatio, cum S.D.N. Papa Clemens. VIII. priuilegia fratrum Minorum confirmauerit, excertaſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, quæ confirmatio, non ſolum cõfirmat, ſed etiã innouat cõceſsiones, & indulta à Sede Apoſtolica reuocata, prout in ſecundo tomo *l* probauimus, & per cõſequens licet præfatum priuilegium conceſſum Benedictinis fit, à Sixto V. in ſua conſtitutione reuocatum, à S.D.N. Clemente. VIII. per ſuam confirmationem eſt reualidatum, & innouatum.

l 2. tomo q. §§. ar. 4.

Notandum denique eſt, quod in præfato Benedictinorum priuilegio conceditur Epiſcopis, vt poſsint extra tempora ordinare Monachos diebus Dominicis, ſiue feſtiuis duplicibus, vnde non poterũt ordinare vel in ferijs, neque in ſanctis ſemiduplicibus, & ſimplicibus, vt clare patet ex tenore priuilegij, ad minores tamen ordines poſſunt Domini Epiſcopi promouere habiles in diebus Dominicis, & in diebus feſtiuis, & S.D.N. Papa Clemens. VIII. feſtiuos dies quo adhoc etiam in quibus ſemiduplex recitatur eſſe cenſendos declarauit, quam declarationem, accepi ab illuſtriſsimo domino Petro Iunco de Poſada cathedralis Salmanticenſis Epiſcopo digniſsimo, qui mihi oſtẽdit epiſtolam illuſtriſsimi Domini Ioannis de Sancto Clemente Archiepiſcopi Compoſtelliani, ad ſe miſſam, in qua ipſum Dominum Epiſcopum de præfata declaratione fecit certiorem.

ARTICVLVS VI.

Vtrum religioſi poſsint ordinari ante legitimam ætatem.

REſpondeo dicẽdo, quod vt conſtat ex extrauaganti, in ſuperiori articulo relata, ille qui ante legitimam ætatẽ ordinatur remanet ſuſpenſus. Pro quo eſt notã dum, quod Clemens V. *a* ordinauit iuribus antiquis inhærendo, vt alio non obſtante impedimento canonico poſsit, quis libere, in decimo octauo, ad ſubdiaconatus, in vigeſimo ad diaconatus, & in vigeſimo quinto ætatis ſuæ anno, ad preſbyteratus ordines promoueri.

a Clem. generalem de ætat. & qualit.

Et Innocentius Octauus diſpenſauit cum toto ordine fratrum Minorũ quod poſtquam fratres huiuſmodi attigerint vigeſimum tertium ætatis annum, dum tamen ſufficientes ſint, poſſint, promoueri, ac ſacerdotiũ, & miſſas celebrare, non obſtante iure, cæteriſque in contrarium facientibus. Ita habetur in monumentis *b* ordinum, & in ſupplemento.

b In 1. imp. f. 65. & in 2. f. 69 conc. 147. & in ſupplem. f. 99. conc. 350.

Et

Et idē Innocentius conceſsit poſtea quod generales, & prouinciales poſsint diſpenſare, cum fratribus ſuis in vigeſimo ſecundo anno completo, Quoad ſacerdotium, ita habetur in præfatis libris. c

c In 1. imp. f. 65. & f 69 in 2. imp. cōceſſ. 158. & in ſup. f. 99. conceſ. 356.

At Concilium Tridentinum d ordinauit vt nullus in poſterum ad ſubdiaconatus ordinem ante vigeſimum ſecundum, ad diaconatus ante vigeſimum tertium, ad presbyteratus, ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum promoueatur. Hæc Concilium.

d Conc. Tr. ſeſſ. 23. de reſiden. præl. c. 12.

Et licet poſt prædictum decretum ſumus Pontifex conceſſerit alicui religioni, vt ante vigeſimum quintum annum, poſsint eius religioſi ad presbyteratus ordinem aſcendere, hoc tamen, per conſtitutionem Sixti. V. contra male promotos eſt reuocatū, cum in ea præcipiatur obſeruari Concilium Tridentinum, vt conſtat ex eius verbis, ibi. *Aut ante ætatem per ſacri generalis Concilij Tridentini decreta primæ tonſuræ, aut cuique ordini præſcriptam,* & ibi, *non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac in Cōcilijs, etiam generalibus editis, cæteriſque contrarijs quibuſcūque.* Quā Sixtus V. Conſtitutionē, moderauit S. D. N. Clemens. VIII. Romæ apud D. Petrum, anno Incarnationis Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, pridie Kal. Martij, P. S. anno V. eam ad terminos ſacrorū Canonū, ac conſtitutionis re. me. Pij Papæ II. & decretorum ſacri Tridentini Concilij reſtrinxit, & reduxit.

Nec in foro conſcientiæ poſſunt regulares minores, ante legitimam ætatem Concilij Tridentini ordinari vigore cuiuſdam declarationis. Pij V. qua declarauit, quod poſſumus vt iis in foro conſcientiæ omnibus gratijs per anteceſſores, Pij V. Minoribus conceſsis, etiam, quoad illas ex eis, quæ ſunt reſtrictæ, ſeu derogatæ, per Concilium Tridētinum pro vt eiſdem Minoribus conceſsit Pius V. viuæ vocis oraculo die, XIII. Martij, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto. Ita refertur in compendio e ſocietatis ex quo viuæ vocis oraculo videtur, quod regulares Minores, & hi, qui eorum fruuntur priuilegijs, & viuæ vocis oraculis poſsint ordinari in foro conſcientiæ, ſine peccato, & ſine timore alicuius ſuſpenſionis ordine ſacro preſbyteratus, in vigeſimo ſecūdo anno completo. At ſiqui talem opinionem, vt probabilem imaginantur, non ſunt in conſtitutionibus Apoſtolicis verſati. Si enim aduerterēt, quod poſt Pium V. Sixtus V. & S. D. N. Clemēs. VIII. in prædictis cō ſtitutionibus ordinauerunt, quod quantum adhoc Concilij Tridentini decretum obſeruaretur, *non obſtantibus quibuſcumque.* Clare intelligerent, per hæc verba non obſtantibus quibuſcumque, voluiſſe prædictos ſummos Pontifices prædictum viuæ vocis oraculum, quo ad hoc locū minimè habere, & ſic in foro conſcientiæ, ante legitimam ætatem regulares virtute priuilegij Innocentij Octaui minimè poſſe ordinari.

e Compēd. ſocie. ti. Cōcil. Tri. § 3.

ARTICVLVS VII.

Virum anni qui requiruntur â Concilio Tridentino ad ſacros ordines recipiendos ſufficiat, quod ſint incepti.

REſpondeo dicēdo, diſputari â doctoribus, quomodo cognoſcetur ſi annus debeat eſſe cōpletus, aut inchoatus, quādo dubitatur de mente ſtatuentis, vel diſponentis, & dicendū eſt, ſecundū quandam Gloſſam a communiter receptam, quod ſi annus ſignificatur in ablatiuo, cum præpoſitione, vt ibi dicitur in anno decimo octauo, quo ad ſubdiaconatum, vigeſimo quo ad diaconatum, vigeſimo quinto, quo ad ſacerdotium ſufficit inchoatio, ſi vero in genitiuo, vt triginta annorum requiritur cōplementum, ſed Bartolus b melius, quam cæteri rem iſtam diſtinguit dicens, quando ætas profertur, in genitiuo, requiritur, quod ſit completa, in ablatiuo autem, cum præpoſitione in, ſufficit, quod ſit inchoata, ſine præpoſitione requiritur, quod ſit completa, vt in quadā decretali, c inſinuatur, in accuſatiuo autem, cum verbo ſignificante rem perfectam, vt præpoſitio, per, vel cum futuro coniunctiui requiritur completa, vt in quadam lege d notatur, ſine tali autem verbo, ſi de fauore agatur ſufficit inchoaſſe, ſi de odiore quiritur complementum, vt in alia lege e etiam notatur, in accuſatiuo autem, cum præpoſitione ad, ſufficit inchoaſſe, vt colligitur ex alia lege, f in noſtro caſu ſufficit, ad ſubdia

a Clo. in clemen. gener. de ætat. & qual.

b Bart. in l. ſi cui. ff. de leg 1.

c Clem. 1. de ſequeſt. poſſeſſ.

d L. non putabā. l. ſi annos ff. de cōdit. & demō

e L. ad rempub. ff. de minor. & honorib.

f L. qui filiū ff. ad Trebe,

diaconatum vigeſimum ſecundum annum inceptum. Et ad diaconatum, vigeſimum tertium annum inceptum, & ad presbyteratum, vigeſimum quintum annum inceptum. Tum quia ſic in hac materia interpretatũ fuit ius antiquum dictæ Clementinæ g tũ quia hic agimus de fauore, tum quia id fatis ſignificant verba Concilij ibi, *ante vigeſimum ſecundum*, & ibi, *ante vigeſimum tertiũ*, & ibi, *ante vigeſimum quintum*. Quod tantũ præcipit, vt ante prædictum tempus indiffinitè, nemo ad ſacros ordines promoueatur.

g d. Clem. gener.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum regulares remaneant ſuſpenſi ipſo facto, ſi recipiant ordines ſacros extra tempora, ſiue ante ætatẽ legitimã, ſiue ſine literis dimiſſorijs.

REſpondeo dicendo, quod Pius Secũdus, in extrauaganti, ex ſacrorũ, ordinauit, quod omnes clerici recipientes ordines ſacros extratẽpora, vel ante legitimã ætatẽ, vel ſine literis dimiſſorijs ſint ſuſpẽſi ipſo facto. At cũ Pius II. de clericis loquatur videtur eius deciſionẽ, ad regulares minime extendendam, à diuerſis enim nõ ſit illatio. Clerici autẽ, & monachi diuerſa ſunt iuxta quandam tituli Rubricã: *a* vnde conſtitutio loquens de clericis regularibus, Clericos ſeculares minimè comprehendit, vt dicitur in quadam Clementina *b* iuncta ſua Gloſſa. His tamen non obſtantibus videtur, quod tam monachos, quam clericos cõprehendat, Videmus enim in ſimilibus caſibus ipſos comprehendi, vt ex aliquibus titulis *c* patet. Concludendum igitur eſt, quod cum terminus iſte Clericus ſit nomen vniuocum, id eſt nomine, & definitione conueniens, videtur cõprehẽdere clericos, tam ſeculares, quam regulares, quibus omnibus nomen, & definitio clericorum, cõpetit, cum omnes ſint vocati in ſortem domini. Et certè licet, quantum ad aliqua maxima ſit differentia inter clericos, & monachos, quando agitur de materia, quæ tantum concernit clericos, vel tantum concernit regulares, & materia, de qua agitur, æquè reſpicit clericum ſecularem, ſicut reſpicit clericum regularem. Præterea Pius II. faciendo mentionem de clericis, prohibendo ipſos ad ſacros ordines promoueri, non intendit, nec vult per hoc, quod eius conſtitutio ad clericos, & non ad religioſos pertineat, ſed facit mentionem de clericis, quia nullus qui non ſit clericus, poteſt ad ſacros ordines promoueri. Et in ſua conſtitutione ſub pæna ſuſpenſionis ipſo facto prohibet ante legitimam ætatem, ad ſacros ordines promoueri. Et per hoc ceſſat quæſtio, circa hoc ventilata, per Quintilianum Mandoſium. *d* Et vt omnis ratio dubitandi, pro cul pellatur Sixtus V. in ſua conſtitutione, contra male promotos de Pij II. Conſtitutione mentionẽ faciẽs eã, ad regulares extendi ſatis declarat, vt cõſtat ex eius verbis ibi. *Quemcumque ſecularem, vel cuiuſuis ordinis, aut militiæ regularem*, & ibi, *ac etiam ſi ipſi clerici regulares fuerint actiua, & paſſiua voce, &c.*

a Rubri. ne cler. vel monachi.
b Clem. cũ Gloſſ. v. religio. de reb eccl. nõ alienand.
c c. 2. de vit. & hone. cleric. & in toto hoc titu. & in toto t. de cohabit. cler. & mul.

d Man. reg. 24 cãcel. de male promotis. q. 2.

Nec ſupradictis obſtat id, quod quidam vir doctiſſimus exiſtimauit ſcilicet, quod Sixtus V. in ſua conſtitutione non prohibet regularibus ordinari, iuxta tenorẽ iuorũ antiquorum priuilegiorum, ſed tantum clericos ſeculares prohibet ſacris initiari ante legitimam ætatem à Concilio Tridentino, præfixam. Et hoc dicit patere ex dicta conſtitutione, ibi, *aut quoad ſeculares, ſine titulo ſufficientis beneficij, vel patrimonij, aut ante ætatem, per ſacri generalis Concilij Tridentini decreta.* Nam reſpõdetur, etiam prohibere regulares ante legitimam prædictã ætatẽ promoueri. Quod vt explicemus, tenorem dictæ conſtitutionis in medium adducere decreui, ait enim. *Præſenti conſtitutione, perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, vt ſi in poſterum antiſtes, aliquis epiſcopali, archiepiſcopali, primatiali, vel etiam patriarchali dignitate præfulgens, aut Abbas, ad primam tonſuram minoreſque ordines ſuis ſubditis conferendos à ſede Apoſtolica authoritatem habens, quẽcunque ſecularem vel cuiuſuis ordinis aut militiæ regularem ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, ſeu alias inhabilem*

bilem, vel irregularem exiſtentem, vel extra tempora á iure ſtatuta, vel abſque veris dimiſſorijs ſui ordinarij literis, aut per ſaltum, aut furtiue, aut quoad ſeculares, ſine titulo ſufficiẽtis beneficij, vel patrimonij, aut ante ætatem, per ſacri generalis Tridentini Concilij decreta, primæ tonſuræ, aut cuique ordini præſcriptam, aut non ſeruatis temporum interſtitijs, ita vt aliquis vno die, ſeu cõtinuatis diebus ad plures ordines ſacros, vel poſt vnum ordinem ſuſceptum, ſine cauſa rationabili, ante tempus ab eodem Cõcilio Tridentino præfixum elabatur ad alium ordinem promoueatur, ſine diſpenſatione, aut indulto Apoſtolico clericali charactere, non legitime inſigniuerit à collatione quorumcumque ordinũ eo ipſo ſit ſuſpẽſus &c. Ille autẽ doctiſsimus vir dicebat, quod omnia, quæ ſequuntur in d[1] cta cõſtitutione ab illis verbis ibi. *aut quo ad ſeculares, ſine titulo ſufficiẽtis beneficij, &c.* ad clericos ſeculares eſſe referenda, non autem ad regulares. Vnde cum ſtatim ſequatur, *aut ante ætatem, per ſacri generalis Cõcilij, &c.* ad ſeculares tantũ eſſe referenda, aiebat. Ego autem in alia ſum ſententia, vt exiſtimem ad regulares eſſe, etiam protrahenda. Et illa verba, aut quo ad ſeculares tantum limitari ad illos, qui ſine titulo beneficij, aut ſufficientis patrimonij non poſſunt ordinari: cuiuſmodi ſunt ſeculares, prout in ſuperioribus e dictum eſt, nõ autem quoad illos limitari, quæ ſtatim indicta conſtitutione ſequuntur, primo quia ſtatim ſequitur, *aut ætatẽ per ſacri generalis Concilij Tridentini decreta, &c.* decretum enim Concilij Tridentini, prohibens ordinari ante ætatem ab eo præfixam loquitur, non ſolum de ſecularibus, ſed etiá de regularibus, vt eſt communis omnium conceptio, probatur etiam, nam ſi hoc eſſet verum tantum ad ſeculares etiã referentur alia verba, quæ ſtatim ſequuntur, *aut ſeruatis temporum interſtitijs*, quod non eſt dicendũ, cum ea verba ſecũdũ mentẽ omniũ Concilij Trident. *f* ad regulares etiam extendat, ita vt ipſi non ſeruatis temporũ interſtitijs minime poſsint ordinati, item, & alia verba, *ita vt aliquis vno die, vel continuatis diebus ad plures ordines ſacros, &c.* ad ſeculares tantum referrentur quod non eſt aſſerẽdum cum ea, vt patet ex eodem Concilio Tridentino, ad regulares etiam referantur, vt patet ex eodem Concilio, ibi, duo ſacri ordines, non eodem die etiam regularibus conferantur. Præſertim, quia dicta conſtitutio Sixti V. fuit facta, & edita, vt ſacri Canones, & decreta Concilij Tridentini, circa ordinationes inuiolabiliter obſeruarẽtur, vt patet ex eius verbis ibi. *alias qualitates in ſacris ordinationibus requiſitas, per ſacros Canones, vel apoſtolicas conſtitutiones, aut generalium conciliorum decreta ſalubriter inſtituta fuerũt inuiolata obſeruẽtur*, Dicendũ igitur eſt, quod ſolũ illa verba ibi, *aut quo ad ſeculares, ſine titulo ſufficientis beneficij, aut patrimonij*, ad ſeculares tantũ referuntur, non autem ſequentia, cum ſecundum ſacros Canones, & Concilium Tridentinum titulus patrimonij, aut beneficij, pro ſecularibus tantũ initiandis requiratur, vt dictum eſt ſupra, *h* ſequentia autem verba, regulares, & ſeculares amplecti, cum ſecundum eoſdem ſacros Canones, & ſecreta Concilij Trident. quæ vult Sixtus V, inuiolabiliter obſeruari nullus, ſiue ſecularis, ſiue regularis poſsit, non ſeruatis temporum interſtitijs ordinari, nec vno die ſacros duos ordines recipere. Et quod ita explicatio ſit amplectenda patet ex eiuſdem met conſtitutionis cõtextu ibi, *aut Abbas ad primam tonſurã minores que ordines ſuis ſubditis conferendos â ſede Apoſtolica authoritatẽ habens.* Quæ verba ſolum ad ſubditos Abbatum ſunt referenda præcise, ita vt ad ſeculares minimè extendantur, vt patet ex dictis *i* in ſuperioribus. Vnde verba, quæ ſtatim con-

f Con. Tri. ſeſſ. 23. c 13.

g d. c. 13.

h Sup. hac q. ar. 3.

e Sup. hac q. ar. 2.

i Sup. hac q. ar. 2.

consequuntur ibi. *quemcunque secularem aut cuiusuis ordinis, aut militiæ regularē* necessario sunt referēda ad episcopos archiepiscopos primates, vel parriarchas ordinatores, vnde insimili dicēdū est, ꝙ sicut ista verba, *aut abbas ad primātōsurā, &c.* præcise ad subditos dicti Abbatis referuntur, non autē ad seculares de quibus statim sequitur. Ita etiā est dicendū, quod illa verba, *aut quo ad seculares, sine titulo sufficiētis beneficij, aut patrimonij,* præcisè ad seculares tantū referantur, non autem sequētia verba ad ipsos tantum seculares restringātur, sed etiam ad regulares pertinere.

ARTICVLVS IX.

Vtrum teneantur regulares ordinandi præsentare literas comēdatitias episcoporum, an sufficiant literæ cōmendatitiæ suorum prælatorum,

Circa hunc articulum, vide quæ habes in primo tomo. *a*

a 1, tomo q. 18. ar. 5. & 6.

ARTICVLVS X.

Vtrum prælatus regularis habens potestatem ad dispensandum cū subdito ad omnes ordines cōcedendo licentiā ad quatuor ordines minores, & ad subdiaconatū dispensando videatur ad omnes sacros ordines dispēsare.

Respondeo dicēdo, quod sic, quia probabiliter potest credi, quod dictus prælatus, fecit dictum subditum habilem, ad omnes simul, si Papa ei commisit potestatē id faciendi, quoniam non est verosimile, quod prælatus particulatim eum habilitabat, nunc adhunc ordinem, nunc ad alium, non enim erat boni, & prudentis prælati, id facere, cū periculo, quod ipso mortuo oportet iterum refugere ad Papam, & communis stylus commissariorum ad habilitandum quem ad omnes ordines est, vt vnico actu, id faciant, & non est pręsumendum, quid stultum, & malum de bono prelato, vt dicitur in iure *a* & quæ communiter accedunt sunt regulariter credenda, vt etiam in iure *b* probatur, & insolita, non sunt credenda, ita resoluit Nauarrus. *c*

a c. 1. de scruto ad ord. faciend.
b L. si possi. C. de prob. Gloss. in l. nec na. eod. tit.
c Nau. l. 1, consi. tit de ætat. & qualit. cons. 1.

ARTICVLVS XI.

Vtrum ille, qui ante legitimam ætatē, aut extra tempora, aut sine literis veris dimissorijs, bona fide fuit ordinibus sacris insignitus remaneat suspensus.

Respondeo dicendo, quod non ita Nauarrus, *a* Pontificia enim constitutio Pij Secundi contra præsumentes apponit dictam suspensionem, verbum autem præsumere dolum designat, & per consequens bonam fidem, & probabilem ignorātiam excludit ex sententia Cardinalis, *b* quem sequitur Nauarrus. *c* Qui ex hac doctrina, hanc tenet opinionem. Ex qua resolutione huius doctissimi viri, scilicet Nauarri, infero aliqua consilia in eius libro consiliorum reponi, quæ existimo, non esse eius, sed alterius non tam grauis, & docti authoris, cum multū, & patenter distent à doctrina eius ab omnibus scita, & ab ipsomet sæpius repetita, quærit enim ipse in quodam Consilio, *d* de quodam monacho, qui cum nondum haberet viginti quatuor annos completos, & deessent ei quadraginta dies iussus à prælato dicente parum, pro nihilo habendum assumpsit presbyterium, an per susceptionē illius fuerit suspensus, & celebrando contra suspensionem sit factus irregularis. Et respondet, quod sic quia licet dies cæptus habeatur pro completo regulariter, vt dicitur in iure, *e* annus tamen cæptus non habetur regulariter, pro completo, vt ibidem annotatur, ordo autem presbyteratus requirit viginti quatuor annos completos, quia oportet, vt attingat vigesimum quintum annum, vt probatum est in superioribus *f* vbi diximus requiri, vt ordinandus ad presbyterium sit constitutus in vigesimo quinto anno, in quo non esset, etiam si esset constitutus in vltimo die, vigesimi quarti anni: Hæc Nauarrus, quæ, cum doctrina eiusdem in principio articuli resoluta minimé cohærent. Dixerat enim, quod qui bona fide, & probabili ignorantia ductus ordinatus est ante legitimam ætatem non incurrit suspensionem, & hic monachus ordinatus ante legitimam ætatem iussus â suo prælato dicente parum, pro nihilo ha

a Nau. in cā. accepta op posi. 8. n. 32.
b Cardin. in clemet. 1, q. 38 de priui. Nau. c. 27 n. 155,
c Nau. li. cōsil, in addit. ad ti. de tēp. ordin cōsi. 50. fol, 642.
d Nau. lib. 1. consi. tit. de ætat. & qua. consil. 6.
e L. quæ ætā. ff. d testam: Gloss. in clement. gen. de ætat. & qual.
f Sup. hac q. art. 6.

habendum assumpsit presbyterium bona fide & probabili ignorantia ductus, vt patet, cum de prælati scientia, sit præsumendum, ergo non remansit suspensus, neque celebrãdo incurrit irregularitatem.

ARTICVLVS XII

Quidam regularis ante legitimam ætatem sacros ordines suscepit, & statione, & sessione inter sacerdotes vsus est electionibusque, & alijs actibus solum in sacris, & sacerdotio constitutus deputatis interfuit dubitatur, an sit suspensus, & factus irregularis.

Respondeo dicendo primo certum esse incurrisse in pænam suspensionis, ipso iure cum fuerit ordinatus ante legitimam ætatem iuxta extrauagantem Pij II. quæ incipit, *cum ex sacrorum*, & sic non posse absque magna diuinæ maiestatis offensa irregularitate incurrenda missam, vel Euãgelium, & epistolam solenniter cãtare, quia hi actus sunt specialiter deputati ordinibus quos suscepit.

Secundo dico, quod propter alios actus in casu proposito, scilicet stationem sessionem inter sacerdotes, & electionem actiuã ad solos sacerdotes pertinentem, & electionem passiuam ad eosdem solos pertinentem non incurrere irregularitatem videtur, quoniam ordinatus, qui est excomunicatus, vel suspensus solum incurrit illam exercendo actus specialiter deputatos ordinis actui, vt aiunt Innocentius, *g* & Panormitanus receptivt cum sacerdos missat, diaconus cantat Euãgelium, vel subdiaconus Epistolam in apparatu solenni, non autẽ qui solum cantaret responsoria, vel Psalmos, vel cãtaret præfata, sine apparatu solenni, vel faceret alia diuina officia, quæ etiam à Laicis canuntur, & fiunt, aut fieri possunt.

g Inn. & Panorm. in ca. fi. de excess. prælat:

Necobstat, quod licet præfati actus iure cõmuni, non sint deputati certi ordinis, sunt tamen iure particulari constitutionum religionum aliquarum, & Doctores dicentes incurrere irregularitatem ordinatos exercentes ordines suos generaliter loquũtur de exercentibus actus deputatos suis ordinib⁹ & pręsupponitur in casu actus esse deputatos ordini sacerdotali, nam respondetur, ꝙ licet sint actus deputati ordini sacerdotali, per statuta ordinis, nõ tamẽ sunt diuina officia, & secundum mentẽ doctorũ duo requiruntur ad hoc: vt ordinatus excommunicatus, vel suspensus incurrat irregularitatẽ, alterum est, vt sit officium diuinum vt resoluit Nauarrus, *h* & alterum, vt sit deputatũ alicui ordini certo, & prædicti tres actus nõ sunt officia diuina.

h Na. in ma eu e. 17. nu. 242.

Dico tertio, quod prædictus suspensus debet arceri à præfatis tribus actibus, nam licet exercendo illos, non incurrat irregularitatem peccat tamen, sicut suspensus eligendo, vel permittendo, vt legatur non incurrit quidem irregularitatem, vt ait Panormitanus, *i* sed peccat secundum omnes, quia facit actum, sibi prohibitum argumento eorum quæ in iure K notantur. Tum quia ordinatus suspensus & excõmunicatus licet gaudeat priuilegio Canonis, & fori, vt sacri Canones determinant, non tamẽ gaudet priuilegijs alijs honoris, & vtilitatis conueniẽtibus ei ratione ordinis putà, vt sit capax collationis beneficiorum secularium, vel regulariũ, & dignitatis, & honorum, vt dicitur in iure *m* Vnde Gloss. *n* quædam memorabilis, ait præbendam sacerdotalem, id est quæ sacerdotium actu requirit in eo, cui est conferenda, non esse dandã ei qui factus est sacerdos ante legitimam ætatem, tum quia interdicendus est ei ordinis vsus secundum sacros Canones, *o* tum quia non debet ex delicto suo assequi quod sine illo nõ fuisset assecutus, vt dicunt iura *p* vulgaria. Ita resoluit Nauarrus, *q* cuius Glossæ doctrinam, ego intelligerem, nisi taliter suspensus intra annum dispensationem eius obtinere valeret, cum secundum ius *r* his possit conferri præbenda requirens ordinem sacerdotalem qui inter annum præfato ordine possit insigniri.

i Panoe. vbi sup.

k c. cũ inter Ri. de elect.

l c. si quis sua dente. 17. q. 4. c. aduers. & c. inter alia de imm. eccles.

m c. 2. & e. si celeb. de cleric. excomminist.

n c. ei verb. ętate de præbend. li. 6.

o ca. vel nõ est cõp. de temp. ordi.

p c. Sedes Apost. de res. l. itaq; full. ff. de furt.

q Nau. lib. 1. cõsil. tit. de æta. & qualit. consil. 7.

r Cle. vt hi qui de ætat. & qualit.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum subdiaconus eiectus à religione possit cum licentia Episcopi ad alios ordines sacros promoueri.

Respõdeo dicẽdo, ꝙ si fuit eiect⁹ ab ordine ob aliquod delictũ inducẽs irregularitatem

tamen à qua non posset Episcopus absolue re oporteret, quod pro dispensatione recurrat ad Papam, si ante quam eijceretur non fuisset cum illo super ea per ordinis priuilegia dispensatum, quia regulariter omnis irregularitatis dispensatio est Papæ reseruata, vt iniure *a* dicitur, licet fere omnes ordines & religiones habeant priuilegia, perquæ superiores earum possunt dispensare cũ subditis suis, super omnibus irregularitatibus, excepta illa, quæ prouenit ex homicidio voluntario, & mutilatione, & bigamia, ita Nauarrus *b* vnde aduertant prælati regulares, quod eijciendo hos miseros â religione, cum ipsis dispẽsent, in omni irregularitate iuxta tenorem suorum priuilegiorum, vt in tam rigorosa eorum eiectionis sententia benignitas, & humanitas prælatorum appareat, & resplendeat, & istorum miseranda sors eorum misericordia subleuetur, de qua dispensatione debẽt facere mentionem in literis eiectionis datis ipsis eiectis, vt ita possint ad superiores ordinis ascendere, & non teneantur recurrere ad Papam, nec ad Episcopos, qui eos recipiant, vt cum ipsis dispẽsent in irregularitatibus, in quibus de iure possunt dispensare, qui si habent patrimonium sufficiens ad honeste viuẽdum, & sunt idonei ætate, & literatura, & moribus, ad sacerdotium possunt ipsos presbyterio ordinare facta eis prius fide de alijs ordinibus rite in religione susceptis, de quo in prædictis literis fieri certificatio debet, sub sigillo authentico religionum à quibus sunt iustissimè eiecti.

a c.1.d 2 reiudic.li.6 cum ei annot.

b Nau.lib.1 consi.tit.de ætat., & qualit.ord, consi,9.

ARTICVLVS XIIII

Vtrum ordinatus ante legitimam ætatem possit perueniendo ad eam sine aliqua dispensatione statim ipsum ordinem solenniter exercere.

RESpondeo dicendo, quod cum per cõstitutionem Pij Secundi in superioribus allegatam, cuius meminerunt Couarruuias, *a* & Soto, & Nauarrus, ordinatus ante legitimam ætatem remaneat ipso iure suspensus, si temere ordines recepit necessarium est, vt prius, quam ordines exerceat, ab suspensione supradicta absoluatur. Nec etiamsi attingat ætatem, per sacros Canones, & concilium Tridentinum requisitam ad eos recipiendos potest in illis solemniter administrare, per suspensionem enim supradictam, non solum impeditur administrare in susceptis, sed etiam in suscipiendis ordinibus, suspendit enim totaliter, & absolute ab executione omnis ordinis sacri, pro vt dicunt Doctores, de hac materia loquentes.

a Cõu.in elemẽ, si furiosus 1.part.§.1.n.4. Soto in 4.d.15.q.1.n.3 Nau.in man.c.25.n.7.const. Pij 5. habet in const. põt. constitu.26 pag.79.

Dixi si temere ordines suscepit, nam si bona fide, & probabili ignorantia ductus eos suscepit, non incurrit dictam suspensionem, pro vt supra *b* est resolutum, & celebrando eadem ignorantia perseuerante, non incurrit irregularitatem. Imo etiã si postea ante quam legitimam ingrediatur ætatem ad prædictos ordines suscipiendos celebrauerit, toties quoties sacra fecerit sciens se ætatem legitimam non habere peccat mortaliter non tamen incurrit irregularitatem, si quidem à principio non fuit suspensus ipso facto, nec suspensio ipso facto adueniente mala fide potuit aduenire sed iudex potest ipsum suspendere, vt cum Syluestro resoluit Marcus Antonius Cuqus *c* Vnde quando Nauarrus *d* in quodam consilio ait, quod iste potest, sine peccato celebrare debet explicari durante bona fide ipsius. Et quando Medina *e* in sua summa ait quod absolutus ab hac suspensione, non potest celebrare, ante quam vigesimum quintum annum attingat debet intelligi, quod non potest, sine peccato celebrare, at celebrando, non incurrit irregularitatem cum iam, vt supponitur, sit à suspensione liberatus,

b sup.haeq. art.ii.

c Cuqus li.4 maior insti. ti.12.n.18.

d Nau.in addit ad li.1 cõsil. tit: de tẽpor.or.cõs. 50.

Me.in f.45.

QVÆSTIO XXIIII

De ordinibus quo ad Episcopos & habentes potestatem eos conferendi in septem articulos diuisa.

Circa quam quæruntur septem.

1 *VTrum religiosi necessario debeant ordinari ab Episcopo in euius diœcesi cõmorantur.*

2 *Vtrum Episcopi possint ordinare regulares in suis monasterijs, sine licentia Episcoporum in quorum diœcesi monasteria sita sunt,*

3 *Vtrum Episcopi possint ordinare religiosos non seruatis temporum interstitijs.*

4 *Quæ causæ ad dispensandum in interstitijs requirãtur.*

5 *Vtrum Episcopus dispensare possit, vt duo sacri ordines eodem die religiosis conferantur.*

6 *Vtrum Episcopus possit sine vrgenti causa dispensare in interstitio vnius anni quod requiritur, vt quis possit ascendere à diaconatu ad presbyteratum.*

7 *Quæ necessitas & vtilitas requiratur. ad dispensandum in supradictis.*

ARTICVLVS I.

Vtrum religiosi necessario debeant ordinari ab Episcopo in cuius diœcesi commorantur.

REspondeo dicendo, quod *Clemens IIII. concessit licentiã & facultatem liberã adhoc vt fratres Minores promoueri possint ad ordines sacros per quoscunque catholicos Episcopos communionem & gratiam sedis Epostolicæ habentes. Et hoc absque aliquo examine per huiusmodi Episcopos facienda, & absque omni promissione, aut obligatione ipsorum ordinandorum fratrum.*

a In 1 impr. f. 56 & in 2. fo 140 con cef. 312 & in supp fo 96 concef. 321.

Ita habetur in monumentis *a* ordinum & in supplemento.

Circa quam concessionem, aliqua sunt aduertenda, primum est, quod religiosi possint à quocunque Catholico episcopo ordinari. Nec hoc est reuocatum per Concilium Tridentinum *b* definiens, quod ordinari nonpossunt, nisi â proprio episcopo, hoc enim decretum non intelligitur de regularibus, qui â quocunque catholico episcopo, possunt ordinari, pro vt declarauit Pius Quintus, & testatur Parasse lus. *c* Non possunt tamen ipsi Episcopi eos ordinare, sine literis, & licentia suorũ prælatorum. Qui episcopi ordinantes non tenẽtur adhibere diligentiam super testificationem eorum quæ in prædictis literis de his, quæ de regularibus ordinandis affirmant eorum prælati, declarauit enim Sixtus V. Pro vt refert Capuccinus *d* in additionibus ad compendium mendicantium, suam mẽtem esse ordinarios, cum suis subditis dimissorias petentibus teneri adhibere debitam diligentiam super omnibus requisitis, circa ordinandos iuxta Concilium Tridentinum & sacros canones, & si eã ipsos habere constiterit, in iisdem dimissorijs in conscientia sua de eisdem facere certificationem, & tunc cum tales dimissorias habentibus, non opus esse episcopum ordinantem nouam facere diligentiam super dictis requisitis, nisi in examine super idoneitate, & literatura. Quod ipsum in primo tomo *e* habere etiã locum in regularibus ordinandis diximus.

b Con. Tri. sess 23 resi. præla. ca. 8.

c Paras. fol. 910.

d Cappu. in addit. ad titulum ord. sacr. pa. 283. lit. c.

e 1. tomo q. 18. ar. 6.

Nec his obstat aliud eiusdem Concilij *f* decretũ definiens, quod vnusquisque à proprio Episcopo ordinetur. Quod si quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei etiam cuiusuis generalis aut specialis rescripti, vel priuilegij prætextu, etiam statutis temporibus permittatur, nisi eius probitas, ac mores ordinarij sui testimonio cõmendentur, nã ex eo colligi videtur, quod cũ prælati regulariũ sint in concedendis dimissorias, suis subditis, veri ordinarij sufficit, quod eorum mores, & probitas in dictis literis commendentur, & sic non est necessaria episcoporũ examinatio, nam respondetur, quod dictum decretum loquitur de examine morum, & probitatis ordinandorum, quæ sufficit, vt in dictis literis cõmendentur, at non loquitur de examine idoneitatis, & literaturæ, quod ab ipsis Episcopis in alio decreto *g* Concilij præcipitur diligentissime fieri.

f d. sess. 23. c. 8.

g Con Tri. sess. 23. vbi. sup. c. 15.

ARTICVLVS II.

Vtrum Episcopi possint ordinare regulares in suis monasterijs, sine licentia Episcoporum in quorum diœcesibus monasteria, sita sunt.

REspondeo dicendo, quod *Sixtus Quartus concessit, quod quilibet Episcopus catholicus possit celebrare ordines sacros temporibus*

adhoc

adhoc ab Eccleſia deputatis in locis fratrum minorum de obſeruantia pro fratribus prædictis, duntaxat, ita habeturin libro monumenta ordinum. *Et Leo decimus ampliando hanc Sixti IIII, cõceſſionẽ indulſit, quod quilibet catholicus Epiſcop⁹, poſſit in locis, & perſonis fratrum exercere omnes actus epiſcopales* At hæc priuilegia ſunt abrogata, per Concilium *b* Tridentinum dicens, quod nulli epiſcopo liceat cuiuſuis priuilegij prætextu pontificalia in alterius diæceſi exercere niſi de ordinarij expreſſa licentia, & in perſonas eidem ordinario ſubiectas tantum. Circa quæ vltima verba inſurgit dubitatio vtrum in conuentu verbi gratia Salmanticẽ ſi poſsit quilibet catholicus epiſcopus ordinare, non ſolum fratres eiuſdem Monaſterij, ſed etiam alterius monaſterij diuerſæ diœceſis, ſi ad ordinandum licẽtia, ab Domino epiſcopo Salmantino concedatur, Et reſpondetur, quod ſic ſi de eorum idoneitate probabilitate, & facultate ad ordines recipiendos conſtet ipſi Epiſcopo ordinatori: verba enim ſupra dicta Concilij, ibi *& in perſonas eidem ordinario ſubiectas,* tantum debent ſic interpretari, vt intelligatur ipſum catholicum epiſcopum, non poſſe ordinare eos, qui dicto Salmantino epiſcopo, non ſunt ſubiecti, niſi à ſuis ordinarijs literas dimiſſorias ad ordines recipiendos ante epiſcopum ordinatorem preſentent, prædicti autem fratres alterius monaſterij ſupponitur, quod literas cõmendatitias, ſiue dimiſſorias, ab eorum prælatis adducunt, & vt omnis ambiguitas tollatur prælati debent concedere dimiſſorias, vt à quocumque catholico epiſcopo, intra certas diœceſes poſsint ordinari.

aIn.1. imp. fo.63. & in 2.fo.67. cõ ceſſio6.

bConc.Tr. ſeſ.7.de re. cap.5.

ed.c.11.

ARTICVLVS III.

Virũ Epiſcopi poſsint ordinare religioſos nõ ſeruatis tẽporum interſtitijs.

aCon. Tri. ſeq. 21 dere ſidprælat.c. 11.

REſpondeo dicendo, quod in Concilio Tridentino *a* dicitur quod ordinandi ordinibus minoribus per temporum interſtitia ordinentur, hi vero non niſi poſt annum à ſuceptione poſtremi gradus minorum ordinum ad ſacros ordines promoueantur, niſi neceſsitas, aut eccleſiæ vtilitas iudicio epiſcopi aliud expoſcat. Et in alio decreto *b* dicitur promoti ad ſubdiaconatus ordinem, ſi per annum ſaltem in eo non ſint verſati, ad altiorem gradum, niſi aliud epiſcopo videatur, aſcendere non permittantur. Et in alio decreto *c* dicitur. Qui piẽ & fideliter in miniſterijs ante actis ſe geſſerint, & ad presbyteratus ordinem aſſumuntur bonum habeant teſtimonium, & hi ſint, qui non modo in diaconatu ad minus annum integrum, niſi obeccleſiæ vtilitatem ac neceſſitatem aliud epiſcopo videatur. Quæ decreta, etiam cum regularibus ordinandis loquuntur, quod ex conſtitutione Sixti quinti contra male promotos ſatis patet, prout ſupraprobatum eſt, dubium autem eſt cum ſcilicet in interſtitijs diſpenſare conueniat? ad quod reſpondi in explicatione *d* cruciatæ. Et eſt ſciendum, quod licet ſuper hoc aliqui, cum quibus illud contuli variæ fuerint opinionis, ego tamen arbitror ad epiſcopum ordinantem pertinere non vero ad prælatos ordinum cum ſuis ſubditis huiuſmodi diſpenſationem, cum verba Concilij e ſint expreſſa, ibi *niſi aliud epiſcopo expedire magis videatur,* & paulo poſt loquendo de ordinibus maioribus, ibi, *iudicio epiſcopi,* imo poteſt dici, quod licet Concilium, non illo verbo epiſcopi vſum fuiſſet, ſed verbo (ordinarij) adhuc tamẽ de epiſcopo intelligi oporteret. Nam quiuis prælati religionum, vt ſunt generales, & prouinciales habent iuriſdictionem ordinariam, & in abſoluendo, & in diſpenſando, cũ ſuis ſubditis ſint ordinarij, quando tamẽ decretũ aliquod ſacrorũ canonũ, vel Bullæ aut motus proprij abſolutionem, vel diſpẽſationẽ alicuius caſus cõmittunt ordinario abſolutè, tunc quidẽ de epiſcopo intelligitur, quia cũ hoc verbum, ordinarius, & de epiſcopo, & de prælato religionũ, qui quaſi epiſcopalem habet iuriſdictionẽ poſsit intelligi in dubio, quãdo aliud nõ apparet debet ſumi in potiori ſignificatu, ſecundũ regulã dicẽtẽ, quod analogũ perſe ſumptum ſumitur propotiori ſignificatu. Et hoc euidentiſsima alia ratione cõprobari poteſt, quia quãdo in bullis datur facultas eligẽdi ſibi confeſſorẽ per ordinariũ approbatum, tũ clare conſtat quod per ordinariũ intelligitur epiſcopus, & non prælati religionum, & hoc conſtat etiam, ex latè traditis à doctoribus ſuper

ad. ſeſſ. 23. c.13.

ed.ſeſſ.c.14

dExplicati Cruc.in ſi.

rubricam tituli de officio ordinarij

Quãdo vero epiſcopus nõ poteſt ſuos ſubditos ordinare dantur dimiſſoriæ literæ, ab ipſo Epiſcopo continentes excuſationes ob quas ipſe nõ poteſt ordines conferre, prout dicitur in iure, *f* conſuetudine tamẽ in multis *g* puincijs receptũ eſt, vt nulla cauſa aſſignetur, quam conſuetudinẽ validam eſſe, ſcribit Rebuf. qui Epiſcopus mittẽs ſuos ſubditos, cũ debitis literis dimiſſorijs, ad alium antiſtitem ordinandũ ad ipſum abſq; dubio pertinet diſpenſare, & non ad illũ, qui debet ordinare, quia cũ dicatur in eodẽ Concilio *h* quod nullus debet ordinari, qui in iudicio ſui epiſcopi, nõ ſit vtilis, aut neceſſarius ſuę Eccleſię. Clarum videtur eſſe, quod nullus alius Epiſcopus debet congruentius diſpenſare, niſi ille qui neceſſitatẽ, & vtilitatem Eccleſiæ, vbi ille reſidere debet ſcit, & cognoſcit quod nullus alius Epiſcopus melius præſumitur cognoſcere. Quod deinde exalio loco Concilij *i* colligitur, quod deffiniens, vt nullus ordinetur, niſi interſtitijs peractis, addit *niſi aliud Epiſcopo videatur*. Et ſi Concilium vellet dicere, quod epiſcopus ordinan debet diſpenſare, id ipſum clare exprimeret, quando enim ius cõmittit diſpẽſationẽ caſus alicuius Epiſcopo abſolutè, intelligitur loqui de Epiſcopo ouis cũ qua debet fieri diſpẽſatio, vt ex multis locis conciliorũ generaliũ & iuris Canonici colligitur, vnde in ſupra allegato Concilio *k* ſtatuente, vt nullus ordinibus minoribus initietur, niſi interſtitijs peractis additur, vt eo accuratius, quantũ ſit huius diſciplinę põdus poſſint diſcere, atq; in vnoquoq; munere iuxta præceptũ Epiſcopi ſe exerceant, loquitur de proprio ordinandi Epiſcopo, hic enim iubet, & prædictũ exercitiũ præcipit. Et conſequenter in eodẽ Concilio *l* dicitur, curet Epiſcopus, vt hiſalte diebus dominicis & feſtis ſolemnibus, ſi autẽ curã habuerint animarũ tam frequenter, vt ſuo muneri ſatisfaciãt miſſas celebrẽt cũ promotis per ſaltũ ſi non miniſtrauerint Epiſcopus ex legitima cauſa poteſt diſpenſare, in quibus omnibus locis clare loquitur Concilium de proprio ouis Epiſcopo, & non dicit quod curet proprius Epiſcopus, & nõ dicit quod proprius Epiſcopus poſsit diſpẽſare, ſed abſolute nominat Epiſcopum. Dicendo enim abſolute Epiſcopum proprium ouis deſignat, ſicut videmus deſignare idẽ met concilium, *m* quando diffinit neminẽ poſſe audire confeſsiones ſecularium, niſi ab Epiſcopo per examen, &c. fuerit approbatus. Vnde quando Epiſcopi concedunt dimiſſorias ſuis ſubditis, vt ab alio Epiſcopo poſsint ordinari ſufficit, quod fidem faciãt, quod cum ipſis ex iuſta cauſa in interſtitijs diſpenſant, vt Epiſcopus ordinator circa interſtitia, nihil aliud requirat, intelligere enim debet neceſsitati, & vtilitati eccleſiæ, ita conuenire.

Quando vero Abbtaes regulares ſuos ſubditos ordinibus Minoribus per ſe ordinauerint iuxta conceſſam ſibi facultatem, de qua infra dicemus poterunt, vtique ſine dubio in interſtitijs diſpenſare.

Ex dictis inferitur adepiſcopos, feudictos Abbates ordinantes cõpetere in interſtitijs diſpenſare, non autem ad prælatos regulares, cum ſuis ſubditis regularibus. Vnde debent ipſi prælati, quando in illis iudicauerint diſpẽſandum expedire, Dominos epiſcopos ih literis dimiſſorijs exorare, vt in interſtitijs, cum tali & tali diſpenſare dignentur abſque eo quod in alicuius particularis cauſæ aſſignationem deſcendant, illud quę ſane Reuerendiſsimi epiſcopi ſufficere ſine alia vtilitatis, & neceſſitatis eccleſiæ in quiſitione deberent iudicare, ſicque Paraſellus *n* à ſacra congregatione Cardinalium fuiſſe reſponſum anno milleſimo quingentesimo ſeptuageſimo tertio, teſtatur in ſuo priuilegio, libr. vt videlicet *prælati regulares non poſsint diſpenſare in interſtitijs in literis dimiſsorijs, quibus mittunt ſuos ſubditos ad ordines ſuſcipiendos* & per conſequens tenemur fateri debere rogare dominos epiſcopos, vt hanc gratiam ſuis ſubditis impartiantur.

fc i de iẽp. ord. l. 6.

g Rebuf. de prax. bene. de literis dimiſſorijs n. 28.

h Con. ſeſſ. 23. c. 16.

i d. ſeſſ. c. 13. & 14.

k d. c. 13.

l d. ſeſſ. c. 14.

m d. ſeſ. c. 15

n Paraſ. fol. 225.

ARTICVLVS IIII.

Quæ cauſæ ad diſpenſandum in interſtitijs requirantur.

REſpondeo dicendo primo, quod ad recipiendos ordines minores, quæcumque cauſa ſufficit, etiam ſi nõ ſit vrgẽs Concilium enim Tridentinum *a* definiẽs quod nemo ad ordines minores promouea tur, addit tantũ niſi aliud epiſcopo videatur magis expedire, & ſtatim ait quod nemo ad ſubdiaconatum aſcendat, niſi poſt annum à ſuſceptione poſtremi gradus *M*inorum ordinum

a Conc. Tr. ſeſſ. 23 c. 11

dinum,niſi neceſsitas,aut Eccleſiæ vtilitas iudicio Epiſcopi,aliud expoſcat.Ex quib⁹ locis colligitur,quod maior cauſa debet ad eſſe ad diſpenſandum in interſtitio vnius anni,vt ad ſubdiaconatum aſcendatur, quam ad diſpenſandum in interſtitio,quod debet haberi,vt aſcendatur ab vno gradu minorũ ordinum ad alium gradum, ſed ad recipiendum ſubdiaconatum,non completo interſtitio ſufficit neceſsitas,aut vtilitas Eccleſiæ, ergo addiſpenſandum in minoribus recipiẽdis ordinibus,quæcumque cauſa debet iudicari ſufficiens, cum Concilium ad diſpenſandum in interſtitijs ordinum minorum nec neceſsitatem neque vtilitatem Eccleſiæ requirat,ſed ſolum hoc iudicio epiſcopi remittat dicens,niſi aliud epiſcopo videatur

Et hoc confirmatur,nam interſtitiũ vnius gradus ordinum minorum ad aliũ gradum non debet eſſe annuũ nec Cõcilium adhos annum requirit,ſed tantũ hoc iudicio Epiſcoporum relinquit, quod magnum indiciũ eſt ad affirmandum quamcumque cauſam, ad diſpenſandum ſufficientem debere iudicari.

Et eſt aduertendum,quod ſine vlla diſpenſatione in epiſcopatibus,in quibus erat conſuetudo antiquaante Concilium Tridentinum dandi omnes ordines minores, ſimul cum ſubdiaconatu poſſunt nunc poſt Concilium, ſine vlla diſpenſatione conferri in Dominicis,aut diebus feſtiuis,pro vt quæſtione ſupra proxima eſt declaratũ. Cõcilium enim licet deroget priuilegia, non tamen derogat conſuetudines,pro vt aduertit Nauar.*b* & confirmatur ex doctrina,quã in ſimili caſu adducit Armilla, & argumento cuiuſdam decretalis comprobatur. Nec obſtat,q̃ conſtitutio Sixti V. edita contra male promotos præcipiat obſeruari Conc. Tri. quoad interſtitia non obſtãtibus,quibuſcũque,nã reſpondetur,quod Sixtus V.in dicta cõſtitutione,nihil aliud prætendit niſi quod Cõciliũ ſupra dictum circa hoc obſeruetur quod vt dictũ eſt, nõ reuocat cõſuetudines

Denique aduertendum eſt, quod quando aliquis vult tranſire à ſubdiaconatu ad diaconatum,non ſeruatis dictis interſtitijs,non deſiderat Concilium,*c* vt vtilitas, aut neceſsitas eccleſiæ interueniat,ſed tantum iudicio Epiſcopi relinquit. At vt à diaconatu, ad presbyteratum aſcendat petit Concilium *d* Eccleſiæ vtilitatem,ac neceſsitatem, pro vt infra in articulo ſexto explicabitur.

b Na.in ma n.c.25.n.71 Armil.ti.or do §.6.cap. quod trãſla tionem ex. de tẽp.or.

eſeſſ.23 ca. 13.

dSeſſ.ca. 14

ARTICVLVS V.

Vtrũ Epiſcopus diſpenſare poſsit, vt duo ſacri ordines eodẽ die cõferãtur

REſpõdeo dicẽdo quod duos ſacros ordines nõ poteſt Epiſcop⁹, eodẽ die cõferre,etiã ſi ad id efficiendũ cauſa grauiſſima intercedat,neceſſe eſt enim,vt ad Papã recurratur,aut ad aliũ,qui ad eos dãdos vna die habuerit authoritatẽ. Quod ex Concil. Trid.*a* probatur in quo dicitur, quod duo ſacri ordines,non eodẽ die etiam regularib⁹ concedãtur. Quod probatur,etiã ex quadã decretali,*b* qua dicitur, quod quidã *Archie*piſcopus non potuit diſpenſare,cũ quodam in Epiſcopũ electo,vt vno die duos ordines ſacros recipere valeret. Et notãt Innocẽtius & Hoſtienſis,& tradit Syluester.*c* & regula eſt cõmunis,quod nunquã ius nouum derogat antiquũ,niſi expreſſe dicat, vnde cum ſecundũ ius antiquũ Epiſcopus, etiã vrgẽti cauſa interueniente(prout erat ordinare epiſcopum) ad id facultatem minime habuerit non debemus dicere Conciliũ diuerſam indulgere facultatem præſertim,cum ex eo met Concilio conſtet contrarium.

aConc. ſeſſ. 23.c.13.

b edile&t.filius ex.4etẽ po.ordn.

cSyl.rit.ordo.2.§.7.

Sed cõtra hoc videtur obſtare cõſtitutio Sixti V.contra malẽ promotos, graues pænas imponens cõtra prælatũ, qui ordinauit non ſeruatis temporum interſtitijs,ita vt aliquis vnico die,ſeu cõtinuatis diebus ad plures ſacros ordines,vel poſt vnũ ordinem ſuſceptũ,ſine cauſa rationabili ante quã tẽpus ab eodem Conc. Trid. præfixum elabatur, ex quo loco à cõtrario ſenſu videtur colligi quod qui duos ſacros ordines, eodẽ die conferit cauſa rationabili, & vrgente id ſuadente,nõ incurrit in pænas iuris,&ipſi uscõſtitutionis.Sed reſpõdetur,quod dicta Sixti V.conſtitutio fuit data,vt melius ius Canonicũ antiquũ,& Concil.Trid. obſeruetur,vt conſtat clarè ex ipſamet cõſtitutione. Vnde innuẽs in ea Sixtus V.quod incurrente cauſa rationabili poteſt Epiſcopus datos ſacros ordines eodem die cõferre, hoc debet intelligi ad effectum non incurrendi pœnas cõtra ordinatorem Epiſcopum in dicta conſtitutione appoſitas,at non ad effectum euadẽdi pœnas iniure antiquo appoſitas . Quod ius commune contra præſumentes pœnam ſuſpenſionis apponis ipſo facto, contra negligentes pœnam priuationis apponendæ.Secundo poteſt reſponderi , quod prædicta verba, ſine cauſa rationabili debẽt intel-

intelligi iuxta terminos prædicti Concilij, Quod non admittit cauſam rationabilem, addiſpenſandum, vt duo ordines ſacri eodē die conferantur, imo hoc expreſſe prohibet abſolute, ſolum enim admittit in diſpēſatione interſtitiorum, intervnum ordinem & alium, & regula communis eſt vtriuſque iuris Doctorum, quod clauſulæ, quarumcū que conſtitutionum, debent intelligi, & explicari iuxta limites, & terminos decretorū à quibus fuerunt originatæ, vt notatur in iure, *d* & ſentit quædam Gloſſa, quam dicit ſingularem Cardinalis, & vt cōmuniter receptam eam allegat Nauarrus.

d auth. conſtitutio quę in no. ve. in illis cōſt. 3. Gloſ: & ibi Carp obdo ſit. 3. & in Clem. ſtatutum inv. cō ſuet. deele. Na. d: datis & prom. nota. 3. n. 6. in fin.

ARTICVLVS VI.

Vtrū Epiſcopus poſsit ſine vrgenti cauſa diſpēſare in interſtitio vnius anni quod requiritur vt quis poßit aſcēdere à diaconatu ad presbyteratum.

REſpōdeo dicendo, quod in hoc interſtitio non poteſt Epiſcopus diſpenſare niſi neceſsitas ſimul, & vtilitas eccleſiæ cōcurrat, quia licet Concilium Tridentinum *a* dicat, q̄ poſsit Epiſcopus diſpenſare in interſtitio vnius anni, qui requiritur ad aſcēdendum ab vltimo gradu ordinū Minorum ad ſubdiaconatum, niſi neceſsitas, aut vtilitas eccleſiæ aliud exposcat, & diſiunctiua vtatur, non vtitur tamen diſiunctiua, quando agit de diſpēſatione interſtitij à diaconatu ad presbyteratum, ſed coniunctiua dicēs niſi ob Eccleſiæ vtilitatem, ac neceſsitatem denique Concilium vult, vt in hoc aſcenſu vtilitas, & neceſsitas Eccleſiæ, ſimul interueniat. Quod ratio poſtulat. & ius Canonicum proclamat, nam ſi ad diſpenſandum in interſtitijs vltimi gradus minorum ordinum ad ſubdiaconatum, cuius miniſterium reſpectu miniſterij presbyteratus eſt multo minus, requirit Concilium neceſſitatem, aut vtilitatē Eccleſiæ conſequens eſt, vt ad aſcēdendum ad presbyteratum cuius miniſteriū angelis non fuit deputatum, & excedit in multis miniſterium ſubdiaconatus vtilitas ſi mul & neceſsitas Eccleſiæ exigatur. Quod comprobatur, & confirmatur ex verbis poſitis, in quadam decretali, *b* quæ ait.

a Conc. ſeſ. 23. c. 14.

b c cum ſit ars artiū de ætat. & qua lit. præfici.

Cum ſit ars artium regimen animarū diſtricte præcipimus, vt Epiſcopi promouendos in ſacerdotes diligenter inſtruant, & informēt, vel per ſe ipſos, vel per alios idoneos viros ſuper diuinis officijs eccleſiaſticiſque ſacramentis, qualiter ea ritè valeant celebrare. Quoniam ſi de cætero rudes, & ignaros ordinare præſumpſerint (quod quidem facile poterit deprehendi) ordinatores, & ordinatos vltionigraui decernimus ſubiacere: ſanctius enim eſt (maximein ordinatione ſacerdotum) paucos bonos quam multos malos habere miniſtros, quia ſi cæcus cæcū ducit ambo in foueā cadent. Quæ verba ibi. *maximè in ordinatione ſacerdotum*, denotant in ordinatione ſoccerdotum Plura deberē cōſiderari, quam in ordinatione diaconatus, aut ſubdiaconatus, hæ enim dictiones maximè præcipue, & præſertim caſum implicant, in quo maior ratio militat, vt omnes circūſtantiæ videantur.

ARTICVLVS VII.

Quæ neceſsitas, & vtilitas ſufficiens dicatur ad diſpenſandum in ſupra dictis.

REſpondeo dicēdo, quod Silueſter *a* loquens in caſu differenti dicit, q̄ tunc Eccleſiæ vtilitas prouenit ex ordinatione alicuius, quando indiget miniſtro & nō ſunt alij idonei præter illum, & tunc eſt neceſsitas, quando alium nō habet. At Syluester loquitur in caſu ſatis diſsimili, quando Epiſcopus vult aliquem compellere, ad ordines ſuſcipiendos, & tunc verum eſt quod nō poteſt ipſum compellere, niſi adſit prædicta vtilitas, vel neceſsitas, at in noſtro caſu, in quo de tali compulſione minime agitur non ita ſtrictè dictam vtilitatem, & neceſsitatem debemus conſiderare. Imo *b* D. Antoninus de dicta compulſione verba faciēs, ait q̄ tunc neceſsitas Eccleſiæ eueniet, quādo nō ad ſunt alij, qui ordinari poſsint, & velint, & eccleſia indiget miniſtris ad diuina officia peragēda, & ad alia munera ſubeunda Et tunc vtilitas aderit, quando licet adſint alij idonei, Eccleſia tamen pluribus opus habet, vt melius ſeruiatur. Vnde reſolutiue exiſtimo, quod tunc erit vtilitas

a Silo. tit. ordo 3. §. 10 in fin.

b Anton. 2. p. ti. 14 detē po. & loco. ord. §. 18.

tas Eccleſiæ quando ſunt pauci idoneimini ſtri & tunc aderit neceſsitas quando nó ſolum ſunt pauci Eccleſiæ miniſtri, ſed etiam quando deficiunt idonei, & nó idonei. Quę neceſsitas, & vtilitas moraliter deben tconſiderari, ita, vt in puncto indiuiſibili minimè conſiſtant, ſed recipere debent eam latitudinem quæ in alijs rebus moralibus ſecũ dum arbitrium boni viri attendi debet, ea enim quę præfixam aliquam determinationem â lege non habent arbitrio boni viri relinquuntur iuxta ea quæ in iure notantur.

el.1. C. de iur.deliber. *Et* vt Domini Epiſcopi hoc arbitrium rectè & legitimè exequantur vltra alia debent aduertere, quod ſæpè ſæpius idonei, & non idonei miniſtri occupationibus, & negotijs implicati legitimis, & infirmitatibus detenti non reſident in Eccleſijs, & tunc paucitas miniſtrorum efficit, vt *Eccleſiæ* non ita cõmode ſeruiantur. Ex quibus infertur quod prælati regulares conſiderando ſuorum monaſteriorum penuriam miniſtrorum adipſorum onera ſubeundaita vt commode omnibus miniſterijs diuini cultus ſatisfaciãtpoſſunt, & debent prædictam neceſſitatem, & vtilitatem penſare, vtà *Dominis* Epiſcopis vt decet humiliter huiuſmodi interſtitiorũ diſpenſationes petant, & conſequantur. Quod ipſorum iudicio, & arbitrio relinquitur, cum ipſi, vt patres monaſteriorum ſciãt, & experientia cognoſcant, vtrum ſit vtile, & neceſſe ſuos ſubditos ſacris initiari.

QVÆSTIO. XXV.

De ornamentis Eccleſiaſticis in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 VTrum *fratres Minores poſsint paramenta Eccleſiaſtica ſumptuoſa habere.*

2 *Vtrum fratres Minores poſsint ornamenta ſumptuoſa procurare.*

ARTICVLVS. I.

Vtrũ fratres minores poſsint paramẽta Eccleſiaſtica ſumptuoſa habere.

REſpõdeo dicẽdo, quod Clemens V. in declaratione Regulę fratrũ *Minorum* quæ incipit exiuit de paradiſo, &c. *voluit, & mandauit fratribus prædictis ne habeant niſi paramenta, & vaſa Eccleſiaſtica decentia in numero, & magnitudine ſufficientia competente, quia ſuperfluitas, aut nimia pretioſitas vel quæcunque curioſitas in his ſeu alijs quibuſcunque non poteſt ipſorum profeſsioni ſeu ſtatui conuenire,* Ita habetur in libro Monumenta, a ordinum. Et Calixtus Tertius, *remiſit omnem exceſſum in paramentis factum vſque in illum diem, & ſuſpirans dixit, quod prouideretur, ne in futurum tales exceſsus fierent,* Ita habetur in eodem libro b

a in.1.impr. fo.15, in tra &23.&in.2 fo.16.tract. 2,

Ac Sixtus *IIII. Conceſsit, quod prædicti fratres minores poſsint tuta conſcientia tenere, & recipere paramẽta argentea aurea, & alia ad diuinum cultum pertinentia, & habere campanas magnas, & diuerſas, ſed hoc quando Capitulo Prouinciali viſum fuerit poſse ſine ſcandalo fieri,* Ita habetur in dicto libro c & in ſupplemento.

b in 1.impr. fo.62.& in 2 fo.65.con ceſ.89.

Sed *Leo decimus declarauit, & decreuit, quod fratres Minores ſunt tantum cuſtodes, & non poſſeſſores paramentorum, & ornamentorum, ac vaſorum, quæ ad miniſterium ſacramenti altaris habent, & propterea illis abſque ſuæ profeſsionis macula, aut violatione vti, & potiri libere, & licite poſſe cum deceat iuxta ſolennitatum celebritatem decentioribus paramentis diuinam honorare maieſtatem,* Ita habetur in ſupplemento. d

c In 1.impr. fo.63 & in 2 fo.67 cõceſ.103; & in ſuppl.f.100 conceſ.374

d Suppl.fo. 150 cõceſ.54

Circa conceſsionem Sixti I I I I. notat collector e conformiter ad ſpeculum fratrum Minorum, & circa conceſsionem Leonis X. cauendum eſſe ab illis quoad habendum pretioſa, & ſumptuoſa incultu diuino, quia ait, ſunt ſubreptitiæ ex falſa cauſa habitæ, & quia contra declarationes. At doctiſsimus Corduba, f modeſtius loquitur dicens, quod aliud eſt iudicium habendum quoad fratres vtentes prædictis rebus pretioſis ſecundũ prædicta priuilegia, & aliud quoad procurantes prædicta pretioſa, aut ſuperflua, nam primo quoad ipſos fratres vtẽtes dicit primo, quod omnes fratres poſſunt licite recipere, & tenere paramenta, & contenta in priuilegijs Sixti I I I I. cum limitationibus ibi poſitis, quia ſic limitare videtur prædicta diſpenſatio ad tollẽdum, ſcandalum vel turbationem perſonarũ probabiliter imminentem, & vt deuotionitaliũ perſonarũm ad Dei honorem condeſcendatur, & dũmodo fratres non dent cauſam prædictis, vt ibi dicitur, neque tenentur fratres eſſe valde ſoliciti ad informandum tales per ſonas, vel ad multum diſſuadendum eis, ſed ſufficit, quod non prouocent eos ad id, & quod non fingant ſcandalum, vbi non eſt vt ibi innuitur, & certe temerariũ ait Corduba videtur dicere, quod cum his limitationibus non ſit licitum vti tali diſpenſatione, quam totum capitulum generale Aquileæ anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo acceptauit, & poſuit inter alias recollectiones ipſius capituli, vt ibi habetur. Et conſequenter ait Corduba, quod omnes fratres poſſunt licitè vti domibus, & ædificijs ſumptuoſis, & ibi morari, & paramentis vaſisque eccleſiaſticis pretioſis valde, & multiplicibus vti, & alijs quibuſcunque, quibus fratres vtuntur communiter vel diuiſim, vt pote cellis, & officinis libris, & alijs vtenſilibus domorum noſtrarum ſecũdum prædictum priuilegium Leonis X. quia videtur rationabile, & habere cauſam rationabilem aliqualiter, vt in dicto priuilegio ponitur, quia ſcilicet taliũ rerũ ſumus nos fratres Minores cuſtodes tantum & ex ipſarum vſu nihil magis adijcitur noſtris cõmodationibus particularibus quoad victum, & veſtitum, & propter honorẽ cultus diuini, & vt ſimiliter deuotioni Domini earũ rerũ, ſcilicet, deuotioni Domini Papæ qui eſt Dominus taliũ rerum alio domino non exiſtente videtur, quod licet talibus rebus vtamur ſicut de conceſsione Sixti IIII dictum eſt, maxime, quia ex quo ipſe Leo X. non ſolum diſpenſando cõcedit, ſed etiã declarat, & decernit eſſe licitũ talibus vti, & inſuper vult, mandatque ſic fieri, certe videtur tacite decernere, talem conceſsionem ſeu diſpenſationem eiuſque cauſam eſſe rationabilem, & licitam nobis ideo tanquam talis habenda eſt in vtroque foro, cum de op polito non conſtet manifeſte, vt eſt communis practica, & regula doctorum vtriuſque iuris, & nos humiliter, & ſincere ſic ſtantes prædictæ papali declarationi atque decreto ſumus omnino tuti in foro conſcientiæ, Neque eſt dicendum Papam non fuiſſe debite informatũ, de obligatione Minorum: conſtat enim quod fuit ſufficienter inſtructus, vt expreſſe patet in relatione ipſius priuilegij, & dato, quod ei non fieret tam extenſa relatio ſeu informatio prædictæ obligationis ipſe tamen cenſetur habere in pectore ſuo omnia iura communia, cuiuſmodi eſt regulæ Minorum obligatio quoad hoc de qua habetur in declarationibus inſertis in corpore iuris, ergo licite poſſumus vti prædictis rebus ſecundum priuilegia præfata vt dictum eſt.

r Collect. in cõp. mend. ti. ornamenta Eccleſiaſ. ſpeculũ fra. mino. fo. 6 f Cor. in addit. ad dict. compend.

ARTICVLVS II.

Vtrum fratres Minores poſsint ornamenta ſumptuoſa procurare.

REſpondeo dicendo, quod illicite contraſtatum profeſsionis Minorum talia ornamẽta ſumptuoſa fratres Minores procurant, quia in dictis priuilegijs non cõceditur talibus, quod poſsint ea procurare vllo modo, vt patet ibidem, imo, & in conceſsione Sixti IIII. id eis ſpecialiter prohibetur ſeu limitatur, vt ex eius tenore in articulo ſuperiori allegato ſatis patet, poſtquã autem ſemel habita ſeu facta ſunt in ordine culpabiliter, ſeu inculpabiliter procurata per ipſos fratres ſeu alios, tunc licitum eſt talibus vti, vt dictum eſt, nam vſus tantum eorum eſt conceſſus acquiſitio autem ſeu ædificatio ſumptuoſa ædificiorum, & ornamentorum, multorum in numero & pretioſitate, ſeu cauſalis procuratio taliũ ſumptuoſorum, aut pretioſorum prohibita, & illicita nobis eſt ex regula ſeu declarationibus & nullo modo eſt nobis conceſſa per prædicta

pri-

priuilegia,ſed potius excluſa,vt patet ex dictis,ita Corduba,*a* & omnes regulæ Minorum expoſitores.

a Cor in ad dit. ad cõp. ornamenta

QVÆSTIO XXVI.

De pactis in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *VTrum prælatus ſucceſſor teneatur excõtractu prædeceſſoris.*

2 *Vtrum fideiuſſores in ſolidum obligati cũ monacho ſine licentia ſui prælati in fauorem ipſius monachi inſolidum obligentur licet obligatio quo ad monachum non teneat.*

3 *Vtrumquando contractus fuit initus cum monacho poſſit eidem ſolui.*

ARTICVLVS I.

Vtrum prælatus ſucceſſor teneatur ex contractu prædeceſſoris.

REſpondeo dicendo,quod pactũ vel pactio â paciſcor eſt duorũ plurium vê in idem placitum ſeu conſenſus,ſcilicet,ad aliquid faciendum ſeu dandum,vt dicit quidam textus,*a* vnde contractus generali nomine pactum dicitur,ſed tamen cum habeamus ſpecificum nomen eo nominamus contractum vt dicendo venditio,locatio,& ſimilia:cum verò non habemus generali nomine pactũ appellamus in his libris de aliquibus contractibus ſpecialiter, & ſpecificé diſputamus per aliquas quæſtiones,ſed in hac quæſtione de pactis titulum propoſuimus proponẽdum,& quoad regulares duos tantum articulos proponimus. Primus eſt,vtrũ prælatus ſucceſſor ex prædeceſſoris contractu teneatur,& reſpondetur,quod ſic,vt probatur in iure *b* tradunt Abbas, Baldus. Cardinalis, & decius. Et Summus Pontifex in tãta dignitate conſtitutus ſeruat cõtractum ſui prædeceſſoris,vt tenent Cinus , *c* Baldus, & Paulus de Caſtro,Romanus,Oldradus , Iaſſon,& Ruinus,& ſaltẽ ex vrbanitate, & clementia, & æquitate mandat Dominus Papa,vtadimpleatur ea ad quæ prędeceſſor ſe obligauerat prout in ſacris Canonibus *d* notatur,& tradit Abbas.

al. 1. ff. de pact. bc. dilect fi lij&ibi Abbas n. 2. de for. cõpet. idẽ Abbas Ba.&Card. in c.1.&ibi Dec.2.not. deprob.idẽ Car.conſil. 147 colu.2. c Cin in l. dig. vox & ibi Bald. & Caſtre. C. de legi. Roman.cõſil. 116.colu. 2. Old. conſi. 94 infi.Iaſ. cõſi.1.colu. 2 n.2dub.1. d c.quia Ioãnes 12 q.5. c.vlt.16q.6 c.littris iun ctagl. vlt. in pri. vbi Abbasinvl.notab.dereſc.

ARTICVLVS II.

Vtrum fideiuſſores inſolidum obligati cũmonacho ſine licentia ſui prælati infauorẽipſius monachi cumiuramẽto obligentur, licet obligatio quoad monachum non teneat.

REſpondeo dicendo videri,quod iſti fideiuſſores gaudere debentbeneficiofideiuſsionis,ita,quod ſiis qui eſtprincipalis pro quo ſe obligarunt non tenetur,ita neque ipſi fideiuſsores qui ſunt acceſſorij teneantur,cum acceſſorium regulariter ſequatur naturam principalis non econtra, vt eſt tritiſsima iuris regula. *a* Hoc tamen non obſtante contrarium fuit deciſum in Rota Placentina in contractu cuiuſdam minoris in quo quidam fideiuſſores ſe ſimiliter obligauerunt prout refert Quintilianus Mandoſius, *b* voluerunt enim Domini auditores illius Rotæpropoſitodubio,quod fideiuſſores tenerentur tum propter iuramentum, quod confirmat contractum iuxta notata per Alexandrum,*c* & quia quando accidit obligationem iuramento vallari , ſi non valet obligatio,vt agitur,valetvtmelius valere poteſt iuxta quendam textum , *d* & tradit Hippolytus deMarſilijs,tum etiã , quia his ſupponitur obligatio fideiuſſoris,vtpaſſim hodie fieri ſolet,videlicet, quod ſe obligauerunt principaliter,ac vt principales , & in ſolidum,quo caſu omnes etiam fideiuſſores principales ſunt iudicandi , ita Alexander,*e* & Iaſon,& Gualdinus.

a ac.acceſſ. cũ ſimilibusde reg.iur.l.6

b Mand.de ætat.mino. q.133.

c Ale.conſ. 32,pen.co. verſ. tertio principaliter volu.4. d. cum pater§fi. ff.de leg.2.Marſ. ſuper Rub. de fideiuſſ. e Ale.conſ. 38col.pen. volu.4 Iaſ. conſi.58.l. 3. Gualdin. Caut.3on.2 ri.de leg.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſi fuit contractus initus cum aliquo monacho,vel religioſo an eidem poſſit ſolui quod ratione contractus debetur.

REſpondeo dicẽdo,hoc dubiũ fuiſſe ventilatum in capela Toloſana,& tãdem fuiſſe reſolutum,vt patet ex deciſione *a* eiuſdem Capelæ,quod,ſic ſi quã dofuit

a Quæſ.122

PROPIEDAD INTELECTUAL

do fuit factum non interuenit factum Abbatis, vel alicuius superioris argumento cuiusdam legis, *b* si vero in tali contractu interuenerit factũ ipsius prælati, tũc monacho, & religioso solui non poterit, & ita intelligit Bartolus *c* aliam legem. Et ideo ait idem Bartolus, *d* quod si monachus mutuat vel deponit pecuniam, & ei restituatur sine licentia Abbatis debitor, vel depositarius liberatur cuius sentẽtiam sequũtur Baldus, & Salicetus. Et idem Bartolus ait in procuratore id ipsum esse dicendum, namsi quis pecuniam mutuo accepisset â procuratore, vel cum eo aliter contraxisset nullo actu domini interueniente posset procuratori soluere, argumento cuiusdam legis, *e* sed quando interuenit actus Domini, putà quia actionem iam quæsitam deduxit in iudicium, & fecit reum condemnari non potest procuratori solui, vt in alia lege *f* innuitur.

bl. quod seruus ff. de solut.
cl. eum qui. § quęsiui ff. de ver. obl. vbi Bartol. d Bar. in l. si vnus 1. respons. ff. de pact. & in l. filius c. eo. vbi Ba. & Salic, ide Bar. in d. l. quæsiui.
e d. l. quod seruus.
f l: hoc iure ff. de soluti.

QVÆSTIO. XXVII.

De parentibus in duos articulos diuisa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Vtrum filij monachi propter penuriam parentum possint à religione regredi.*

2 *Vtrum pro parentibus religiosorum aliqua indulgentia concedatur.*

ARTICVLVS I.

Vtrum filij monachi propter penuriam parentum possint à religione regredi.

a 2. to. q. 57 ar. 3.

Respondeo dicendo iuxta ea quæ in secundo tomo *a* late habes.

ARTICVLVS II.

Vtrum pro parentibus religiosorum aliqua indulgentia concedatur.

Respondeo dicẽdo quod *Calixtus Tertius concessit indulgentiã plenariam pro patribus matribusque fratrum Minorum præsentium, & futurorum, & etiam defunctorum.* In purgatorio existentium, ita habetur in monumentis *a* ordinum, & supplemento. Circa quam concessionem est notandum, quod hæc indulgentia concedi tur pro parentibus dictorum fratrum tamviuis quam defunctis. Viui autem possunt lucrari illam in vita complacentes de filiorum monachatu propter Deum quem relictis parentibus, & omnibus in religionis statu quærere proposuerunt, & vt eam consequãtur debent facere omnia, quæ ad eius consequutionem requirũtur, debent enim totis viribus procurare esse in gratia. Mortui autem in purgatorio existentes eam per modum suffragij consequũtur. Quodquomodo sit intelligendum in secundo tomo, *b* satis explicauimus.

a In 2. m pr. fo. 65 cõces. 90 & in supplem. f. 101 conces. 397
b 2. to. q. 93

QVÆSTIO XXVIII.

de parrochianis in tres articulos diuisa.

Circa quam quæruntur triã.

1 *An religiosi possint admittere ad diuina parrochianos contra voluntatem parrochi.*

2 *Vtrum religiosi possint cũ cruce intrare parrochias quando corpora defunctorum eligunt sepulturam in suis domibus.*

3 *Vtrum Episcopus possit præficere monachũ in parrochum.*

ARTICVLVS. I.

An religiosi possint admittere ad diuina parrochianos contra voluntatem parrochi.

Respondeo dicendo, quod parrochia, à qua & parrochianus dicitur tripliciter sumitur, aliquando, scilicet, impropriè pro tota aliqua diæcesi, vt in sacris Canonibus *a* notatur

ac. 1, d rapt. c sup. eo de parro. c. 2. § pen. de of xc. archi.

notatur, aliquando proprie, & eſt locus in quo degit populus alicui eccleſiæ baptiſmali deputatus certis finibus deputatus ſecundum Godofredum. *b* Tertio ſumitur pro tali eccleſia cui ius parrochiale dicitur competere, quod iuridicè loquendo conſiſtit in multis. Primo vt in eis diebus feſtis populus audiat miſſam de quo iam in primo tomo, *c* late diximus, nunc autem dico, quod nó poſſunt parrochi nec epiſcopi compellere parrochianos, vt in ſuis parrochijs miſſas audiant, vt conceſsit Alexander *IIII.* prout habetur in monumentis *d* ordinum. Et ait Sylueſter, *e* & quando in priuilegijs, Prædicatorum, & *Minorum* dicitur ſaluo iure parrochiali intelligitur ſolum quoad oblationes decimas, & primitias prout declarauit Gregorius IX. Et *Sixtus IIII.* declarauit, quod parrochialium eccleſiarum præiudicium quod debent fratres Carmelitæ, & fratres Minores, & alij mendicantes per communicationem euitare celebrando, & prædicando in domibus ſuis, ac etiam in plateis communibus intelligendum eſt ſolum de decimis, & primitijs, quæ à laicis ſolent clericis exhiberi, ita habetur in monumentis *f*

b Godof. in ſúma eod. titulo.

c 1.to.q.43. d In 2 impſo.102 conceſ.214. & 215.

e Syl.ti. parochia.n.1.

f in iiimpr. f.102. & in 2.impr fol. 185, conceſ. 495.

ARTICVLVS II.

Vtrum religioſi poſsint cum cruce intrare parrochias, quando corpora defunctorum eligũt ſepulturam in ſuis domibus.

REſpondeo dicendo, *Quod Leo Decimus in concilio Lateranenſi ſtatuit, quod nulli religioſorum parrochias cum cruce, ad leuanda corpora eorum qui apud Eccleſias domorum, vel locorum eorundem religioſorum ſuam elegerunt ſepulturam intrare poſsint nisi prius præmonito, & requiſito ac recuſante eparrochiano presbytero. Et tunc ſine eius, aut ordinarij præiudicio, niſi eiſdem fratribus ſuper hoc antiqua conſuetudo, quæ ſit in viridi obſeruantia, & cum pacifica poſſeſsione ſuffragetur*, ita habetur in ſupplemento. *a*

a ſupp. f. 26 conceſ. 76.

Notandum eſt primo circa hanc conceſsionem, quod illud verbum parrochias ſumitur in præſentiarum non pro eccleſia parrochiali, non enim eſt neceſſarium, quod corpora defunctorum ante quam leuẽtur ad eccleſias fratrum vbi ſepeliuntur deferantur, ad ſuas parrochiales eccleſias, & ſic tale quid in praxi minime verſatur cum nullum ius, hoc fieri præcipiat. Eſt igitur, parrochia in hac cõceſsione ſumẽda ſecundũ ſuũ propriũ ſignificatum de quo in articulo ſuperiori, ſcilicet, vt ſignificat locũ in quo degit populus alicui eccleſiæ baptiſmali deputatũ & certis finibus limitatum, per quem vult Summus Pontifex vt religioſi deferant corpora defunctorum quæ in ſuis eccleſijs ſepeliuntur cum cruce monaſteriorũ, ſed vt hoc poſsint facere debent præmonere, & requirere parrochianum presbyterum cuius recuſatione non obſtante poſsint religioſi cum cruce ſuam parrochiam intrare, ſine tamen eius, & ordinarij præiudicio. Quod præiudicium quantum ad præſentis articuli quæſtionem non ſolum conſiſtit in decimis, & primitijs de quibus in ſuperiori articulo, ſed etiam quoad quartam funeralem quæ præcipitur à ſacris Canonibus fieri â religioſis prout in primo tomo, *b* eſt ample dictum circa eandem conceſsionem ibi *ſuper hoc antiqua cõſuetudo*. Notandum eſt, quod ſufficit conſuetudo quadraginta annorum quares, & eccleſiæ præſcribuntur, prout dictum eſt in primo *c* tomo, & dicetur in ſra hoc tomo in quæſtione de præſcriptione.

b i.to.q.39

c i.to.q.139

Circa eandem conceſsionem, ibi, *quæſit in viridi obſeruantia* Nota, quod licet contra iura monaſteriorum non poſsit allegari niſi conſuetudo quadraginta annorum Prout in eodem primo *d* tomo dictum eſt in hoc tamẽ caſu innuit per dicta verba Summus Pontifex, quod poteſt allegari prædictam conſuetudinem antiquam non eſſe in viridi obſeruantia.

d i.to.q.38

ARTICVLVS III.

Vtrum Epiſcopus poſsit præficere monachum in parrochum.

REſpondeo dicendo, quod epiſcopus poteſt præficere monachum de licẽtia

Abbatis

Abbatis ecclesiæ parrochiali seculari prout tradit Couarruuias, *a* & tenet Syluester, & Turrecremata, imo potest compellere nisi sit exemptus prout tenet Syluester *b* allegando quandam decretalem. Aliqua circa materiam huius articuli vide in primo tomo *c* in quæstione de beneficijs.

a Cou. de testa. § 2. n. 2. Sylu. v. religio. 7. §. 3. & 9. Turr. d. 58 c. 2.
b Syl. d. §. 3.
c. quorundã § fi. de elect. li. 6.
c 1. to. q. 33. & 34.

QVÆSTIO XXIX.

De paupertate in quatuordecim articulos diuisa.

Circa quam quæruntur quatuordecim

1 *Quid sit paupertas.*
2 *Quo tuplex sit paupertas.*
3 *Quæ paupertas requiratur ad constituẽdum religiosum.*
4 *Vtrum religiosi possint habere aliquid.*
5 *Quibus acquirat monachus.*
6 *Vtrum Summus Pontifex possit dispensare in aliquo casu cum religioso, vt habeat proprium.*
7 *Vtrũ commendatarij militiarum qui possunt ducere vxorem possint habere proprium.*
8 *An generalis Eremitarum Diui Augustini de consensu prioris: & conuentus possit concedere religioso Ecclesiam sibi vnitam cum quodam hortu ad eius vitam vt soluat quosdam redditus. &c.*
9 *Vtrum prædicta concessio possit reuocari.*
10 *Vtrum regulares possint habere peculium de licentia superioris.*
11 *Vtrum prælatus possit concedere subdito facultatem expendendi bona quorum vsum habet in quoscunque vsus.*
12 *Vtrum moniales possint licitè retinere redditus vitalitios.*
13 *Vtrum peccet contra votum paupertatis subditus qui pro prædicationibus, aut missis recipit aliquod stipendium contra constitutionem ipsius ordinis.*
14 *Vtrum Moniales primæ Regulæ sanctæ Claræ possint post Concilium Tridentinum habere possessiones, & immobilia.*

ARTICVLVS I.

Quid sit paupertas.

Respondeo dicendo, quod cum quæstio quid nominis præcedat quæstionem quid rei, ideirco à definitione quid nominis exordiri oportet. Et est sciendum, quod paupertas nihil aliud significat quam paruam partem exiguum patrimonium, & modicas facultates: dicta est enim à Græco, *Penia* id est pauca pecunia idest à paruo late teste Varrone, *a* eo quod qui modicum in facultatibus habent pauperes nuncupantur quasi parum potentes ita Archidiaconus, *b* & Paulus Castrensis. Hinc Cicero *c* Marcus Manilius inquit, *Patrum nostrorum memoria pauper tandem fuit habuit enim ædiculas in Carinis, & fundũ in Labicano.* Et in Tusculanis *b* ait, *vt de paupertate nonnunquã cuius onus disputando leuamus docentes quam parua & quam pauca sint, quæ natura desiderat* Hinc Valerius, *e* Maximus loquẽs de paupertate ait. *non attinet vlteriore disputatione Valerij Publicolæ paupertatem seruari, abunde enim patet quid viuus possederit cui mortuo lectus funebris & rogus defuit.*

a Varron li. 4. de lingua Latina.
b Archid. in equo iure. 1. e. 8. Castrẽ. in l. id. ꝙ pauperib. c. de episco & cleric.
c Cicer. paradox. 63.
d 3. Tuscul.
e Val. li. 4. de pauper.

Sed deueniendo ad definitionem quid rei posset quispiam forte quærere quomodo posset paupertas diffiniri cum apud Philosophum, *f* cautum sit definitionem soli enti positiuo, non autem priuatiuo competere posse, nam cum in diffinitione ipsa ponatur quidditas, & essẽtia rei diffinitæ, & entis priuatiui nulla sit quiddtas ens priuatiuũ definiri non potest, vt etiam ait Baldus, *g* vnde cum paupertas sit ens priuatiuum quoniam hi qui facultatibus, & fortunæ bonis priuati sunt pauperes dicuntur, sequitur quod eius diffinitio haberi non potest. Sed huic obiectioni ex doctrinæ iuris consultorum faciliter respondetur negando paupertatem esse ens priuatiuum proprie, & simpliciter: nã etsi negari non possit eos pauperes esse qui diuitijs denudati sunt nõ tanen infertur ex eo, quod paupertas proprie, & simpliciter sit ens priuatiuum. Qua propter dicendum est, quod sicut seruitus quæ secundum ius *h* est priuatio libertatis, & nihilominus definiri potest, & de facto definitur à Iustiniano *i* & à iuris consultis, sic paupertas non dicitur ens priuatiuum simpliciter, sed respectu diuitiarum, & bonorum ideoque definiri potest

f Arist. 3, & 4. phys.
g Bal. in Rubr. C. qui admitt. col. 1.
h § ius autẽ gentiũ inst. de iu. natur. & iust. de libet. in prin.
i §. seruitus inst. de iur. person. l. libertas §. seruius ff, de, sta. homin.

potest. Et omissa definitione Platonis, dicentis paupertatem esse non possessionis decrementum, sed insatiabilitatis augmentum videtur definienda in hunc modum. Paupertas est rei ad rectè viuendum pertinens necessitas. Quam quidem definitionē comprobo quoniam is qui habet vnde alimenta percipiat nisi tamen abundè ad bene beateque viuendum habeat pauper nuncupatur. Et ita dixerunt archidiaconus, *l* & Paulus Castrensis pauperes esse parum potētes. Et hinc est, quod puella cui nō desunt ad victum necessaria si nobilis est, & secundum eius conditionem, & qualitatem ex paucitate dotis, & patrimonij æquali viro viuere non potest pauper apellatur: ita tenent Baldus, *m* & Decius, ex qualitate namque personarum pauperes appellantur.

Quod autem prędicta definitio sit quiditatiua probatur, quia constat genere, & differentia, genus est necessitas. Illud enim verbum plures sub se comprehendit, & ad quam plura quorum indigemus referri potest, vt ad necessitatem famis, ad necessitatem soluendi creditoribus & demū ad quarumcunque rerum necessitatem. Differentiam autem constituunt illa verba rei ad rectè viuendum, quæ quidem ponuntur ad exclusionem egestatis & mēdicitatis, quæ dicitur quando alicui ad victum necessaria desunt, vt est quædam glossa *n* notabilis. Hinc Virgilijs, *o* *ait, & metus, & malesuada fames, ac turpis egestas,* & declarat ibi Cōmentarius, quod egestas dicitur turpis quia macie deturpat faciem, & necessitate sordium relinquit victum, & vestitum. Cæterum aduertendum est, quod communis vsus loquendi eam differentiam inter paupertatem egestatem, atque inopiam minimè seruat. Quinimo sæpe numero alteram pro altera ponit, & eis promiscue vtitur, vt videri potest in quadam lege, *p* & tradit Benincacius. *q*

[K] Plato. li. 5 Legum.

[l] Archid. & Castre. vbi supra.

[m] Bal. inl. si quis ad declinandum C. de epis. & cler. Decius in c. cæterū nu. 74 ex de iudic.

[n] Glos. in c. maritum in v. post. ff. solut. mat.

[o] Virgilius Æned. 6.

[p] l. si quis ad declinandū vers. quis enim paupertior C. de epis. & cler.

[q] Benincac. de paupert. & eius priu. q. 1. n. 44.

ARTICVLVS II.

Quotuplex sit paupertas.

REspondeo dicendo, quod visa paupertatis definitione ad eius species deueniri oportet. Pro quo notandum est, quod Theologi triplicem speciem paupertatis ex cogitauerunt. Quidam enim dicuntur pauperes spiritu, qui licet diuitijs, & tēporalibus bonis abundent, non tamen confidunt in eis, nec alia concupiscunt, sed proprijs facultatibus contēti Deum laudant à quo ea habere cognoscunt, de quibus loquitur scriptura *a* dicens, *Beati pauperes spiritu*, de qua agit Archidiaconus *b* Et istorum pauperum septem singulares veteris testamenti patres enumerat Verrat *c* Ferrar. Alij dicuntur, pauperes corpore tantum, qui temporalibus bonis non abundant ea tamē valde cupiunt, & affectant de quibus iura *d* multa loquuntur. Alij dicuntur pauperes corpore, & spiritu, vt hi quinec bona temporalia possident, neque ea modo aliquo concupiscunt, quinimo relictis omnibus Christum Dominum nostrum sequūtur de quibus apud Matthæū *e* dicitur *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te*

Alij duas tantum species paupertatis ex cogitant aliam voluntariam, aliam necessariam vocantes. *Id*que ex mente D. Thomę *f* fuisse dicunt. Quod neque Phauor Philosophus inficiatus est dicens paupertatem aliā animi, aliam fortunæ culpa contingere, quasi voluerit paupertatem animi voluntariam dici, ex eo, quia ab animo voluntas oriri soleat, & paupertatem fortunæ necessariam esse, quia inuiti fortunæ cedere tenemur iuxta illud Ouidij.

Nempe dat, & quocunquelibet fortuna rapit.

Quamobrē fortuitos casus dicere solemus eos quos hominis prouidētia reparare nō potest, & à quibus plerumque mortales excusantur, vt patet ex aliquibus iuribus. *g*

Voluntaria autem paupertas est illa quæ ab ipsorum profitentium volūtate proficiscitur, vt potest videri in his qui ordinis *Minorum* regulam amplectuntur paupertatem vouentes obseruantiāque regulæ pollicentes de quibus plura decreta *h* canonica verba faciunt, & de religiosis vniuersaliter multa in iure *i* Canonico tractata videmus. Et de hac parte dicunt sanctiloqui Matthęū *k* dicentem, *beati pauperes spiritu*, id est voluntates hanc beatissimam appellat Ioannes Faber. *l* Et hanc secutus fuit Christus Dominus. Et post eum eius vestigia sequentes apostoli. Et hanc sequuntur religiosi prout articulo sequenti dicetur.

[a] Matth. 5. [b] Archidiac. in c. iam vero. 23. q. 6.

[c] Verrat in enarrat. super sermo. domin. in monte lib. 1 c. 1.

[d] l. si quis ad declinandū C. de epi. & elec. l. si pro curatore. §. si ignorātes ff. mandati

[e] Matth. 19.

[f] D. Th. 2.2. q. 186. art. 3.

[g] l. 2. §. si. eo tempor. ff. de adminis. rer adciuit. pert. l. quæ fortuitis C. de pigno. actio.

[h] c. ex iit de verb. sig. li. 6. c. exiu. de verb. signi. i inti, de regula & intit. de relig. domib.

[k] Matth. 5.

[l] Fabor in §. 1. ist. qui ca. ma. nōlioc.

AR-

ARTICVLVS III.
Quæ paupertas requiratur ad constituendum religiosum.

REspondeo dicendo, quod ad constituẽdum religiosum non sufficit votũ nõ tenendi aut acquirendi aliquid iniuste, quod est præceptum cõtentũ implicite in septimo præcepto Decalogi, & explicita in decimo præcepto, & habetur in *a* sacra scriptura. Nec est votum carentiæ volũtatis habendi vel retinendi aliquid etiam iuste nisi quatenus est instrumentum virtutis, & hæc est de consilio iuxta illud, *b* *Si vis perfectus esse vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus*, Est igitur votũ, quoquis profitetur nihil habere, neq; habere posse: requiritur enim, quod exuat veterem hominẽ, & induat nouũ profitẽdo paupertatem exteriorẽ qua renunciet omnem rationẽ tam iustã quam iniustam quęrẽdi, & habendi pecuniã, & aliquam quãcunque rem, vt in iure *c* probatur, & tradit D. Thomas communiter receptus. Insuper requiritur, quod ista paupertas promittatur per votũ solenne factum in religione approbata, in manibus prælati potentis aliquẽ ad religionem admittere secundum regulam ipsius religionis â Sede Apostolica approbatam, vt in iure *d* est definitum.

a Exod. 22 relata âg. in c. quid in omnibus 32 q. 7.

b Matth. 19

c Ca. cuiportio. 12. q. 1. &c. ad monasteriũ § fi. de stat. monach. D. T. 2. 2. q. 186 arti. 6. dc. i. de vor. li. 6. clem. 1, de reg.

ARTICVLVS IIII.
Vtrũ religiosi possint habere aliquid.

REspondeo dicẽdo, quod nullus regularis etiam Canonicus regularis potest habere vllũ dominium, vel aliud ius in pecunia, vel in re æstimabili ea nec possessionẽ eius sibi. Dixi etiã Canonicus regularis quia licẽt canonici regulares laxiori regulę, quam monachi seruiant quoad aliqua, vt dicitur in iure, *a* quoad hoc tamẽ in iure *b* exæquantur. Dixi dominiũ, quia bene potest habere iurisdictionem, qualem habent Abbates professi, & alij beneficiarij âiure *c* concessam. Dixi vel aliud ius, ad includendũ vsum fructum vsum seruitutem vel actionem, quia nihil tale regularis habere potest vt Canones *d* sacri determinant, in quibus doctissimus Nauarrus. Dixi neq; possessionem, quia etiam illa est ius, licet possit habere detentionem facti naturalem, vt habet seruus in vestibus, & in alijs quę tenet, vt est in iure *e* ciuili determinatum. Dixi sibi siue nomine suo, quia bene potest alteri acquirere, vt statim dicemus. Dixi in bonis pecuniarijs, quia in alijs tam internis, quam externis potest habere, vt omnes iusti habent fidem spem & charitatem, &c. in externis item potest habere, vt in iuribus ecclesiasticis putà titulo beneficio regulari vel seculari episcopatus Abbatiæ prioratus vel cõmẽdæ quorum dominium & proprietas perinde pertinet ad eos sicut dominium, & proprietas titulorum beneficiorum ad clericos seculares, vnde perinde possunt agere, & agunt nomine suo super proprietate vel possessione suorum titulorum, ac illi, id quę suo nomine, & non nomine sui prælati, vel monasterij, imo frequenter contra illud, vt dicitur in iure. *f*

a c. ꝙ Dei timorẽ de stat. mona. bc. monac. c. sup. hoc de sta. monach.

c c. edoceri de resc. ecl mẽ. i de sup plend. neg. prę'at. dc. cui porti. 12. q. 1 vbi Nau. n. 12. & 13.

el. sĩpu. ista habere licet § hocquoqe de verb. ob.

fc. eumdile cta de rescr. e. de monachis c. auaritiæd. nisi de præbend;

ARTICVLVS V.
Quibus acquirat monachus.

REspondeo dicendo quod quidquid acquirit regularis acquirit quoad dominium soli Deo, & Domino nostro Iesu Christo prout ait Innocentius *a* communiter receptus per citatos à Decio, ius autem supremum, & generale administrandi acquirit Papæ, & vniuersali ecclesiæ, particulare vero illi ordini, & monasterio, cuius est ipse si sit capax iuris administrandi, alioquin etiam remaneret apud Papam, & sola detentio, & vsus, & administratio facti penes ordines & monasteria quibus acquireretur ius particulare administrandi si illius essent capacia, per quod subtiliter, declaratur, quędã Nicolai III. *b* decretalis definiens multa circa paupertatem promissam seruari à fratribus Minoribus. In ea enim summus Pontifex non inducit ius nouum, sed antiquum exponit quatenus decernit dominium rerũ donatarum, & relictarum fratribus Minoribus incapacibus dominij inspeciali, & in communi non quæri eis, sed remanere apud donantes si sibi reseruarunt, & si non reseruauerunt ad Sedem Apostolicã, & Romanum Pontificem transire, & solũ vsum, & administrationem facti cũ moderatione ibi posita eis permitti, circa quã Nicolai III. decretalem in quantũ ibi agit de dominio rerũ donatarum vel relictarũ, quod scilicet, pertinẽt ad Papã est intelligendũ per dominiũ iusad ministrandi supremũ, quia verũ dominium

ac. cũ super de causa pos sess. dec. inc. constitutus de rescript. Na. de reddi. eccl. monit. 10 q. 2.

b c. exit. § porro. & § ad hæc. §. prætereade ver. signif.

ipsi

ipſi ſoli Deo competit, ſicut, & dominium omnium aliorum bonorum donatorum, & relictorum eccleſijs, & ordinibus, & monaſterijs capacibus dominij, & iuris adminiſtrandi quæritur ſoli Deo Domino noſtro Ieſu Chriſto, & ſolum ius ſupremum adminiſtrandi Papæ, *ſubalternum*, vero eccleſijs parrochialibus ad vſum earum, & miniſtrorum ſecundum Canones exercendum. Ita quod verbū *dominiū*, vel *proprietas* poſitū in aliquo textu, vel diſpoſitione per quā eccleſiæ, vel prælati, vel beneficiatij dicuntur ſuorū ſibi donatorū, vel relictorū domini, debet interpretari pro iure adminiſtrandi per Canones conceſſo. Et ita illa receptiſsima ſententia Innocentij approbata per Nicolaum III. *c* quod quidquid acquirit religioſus acquirit ſuo ordini, vel Monaſterio debet intelligi de Monaſterio, & ordine dominij, & iuris adminiſtrandi capacis, & non de dominio vero, quod in omnibus bonis eccleſiaſticis quæritur Deo, cum hac differentia, quod ius adminiſtrandi particulare quæritur ſeculari bus, & ordinibus capacibus ipſis ſecundum canones exercendum, incapacibus vero ſoli Papæ quamuis vſus, & adminiſtratio facti concedatur eis cum moderatione, vt nobis Franciſcanis regularis obſeruantiæ conceditur per Nicolaum Tertium. *d*

cd. §. Porro

d Dict. §. Porro.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Summus Pontifex poſsit diſpenſare in aliquo caſu cū religioſo, vt habeat proprium ſtricto modo ſumptum quoad dominium, & proprietatem ſicut cæteri ſeculares.

RESpōdeo dicendo, prout tradit doctiſsimus Nauarrus, *a* quod nō, etiā in caſu in quo Papa diſpenſet cū religioſo, vt nubat licitè, & ratio eſt quia dari poteſt cauſa, & neceſsitas cui ſuccurri non poſsit niſi religioſus fiat verus maritus prout iam diximus ſupra hoc tomo, *b* at nullo modo poteſt dari neceſsitas cui nō poſsit ſuccurri per ſolam bonorū tēporaliū adminiſtrationē, & ſic ex defectu cauſæ nō poteſt Papa diſpenſare in voto paupertatis. Quod cōfirmatur nā maxima cauſa eſt neceſſaria ad diſpēſandū in voto ſolemni caſtitatis, quæ quia vix accidit ideo nō niſi bis aut ter per Martinū V. & Eugen. IIII. ſuper hoc legitur diſpenſatū prout affirmat Corduba. *c* Verū eſt tamen quādo diſpēſat cū monacho in voto ſoléni caſtitatis vt poſsit ducere vxorē, nō diſpēſat cū eo, vt maneat monachus perfectus in perfecta, & euangelica religione, quā profeſſus eſt, & ꝙ ſimul habeat vxorē, quia votum caſtitatis eſt de ſubſtantia religionis euangelicæ, adeo ꝙ altero ablato, iam ipſa religio diſſoluitur, & ipſe iā religioſus illius deſinit eſſe, & ſic ex cauſa ille de religioſo per diſpenſationē poteſt fieri non religioſus, & factus non religioſus vxorē habēs poteſt habere proprium, nā diſpenſando Papa cū monacho, vt ſuccedat in regno, & poſsit ducere vxorem, cauſa quę militat ad diſpenſandum cū eo, vt poſsit vxorē ducere militat, vt poſsit habere regnum, & proprium: non enim poteſt habere vxorē & liberos ſine eo, quod ipſi concedatur proprium habere, quod ex dicendis articulo ſequenti apparebit.

a Naua. inc. non dicatis. 12. q. 1. n. 17.

b 3. to. q. 1.

c Cord. li. 1. qq. q. 24. uxta fin.

ARTICVLVS VII.

Vtrum cōmēdatarij ordinū militarium cum quibus eſt diſpenſatū, vt poſsint vxores ducere, poſsint ſimiliter diſpenſatiuè habere proprium.

RESpondeo dicendo quod Nauarrus, *a* ait cōmendatarios cōiugatos (quales ſunt in Regno Caſtellæ D. Iacobi Alcātaræ, & Calatrauæ, in Luſitania vero Commendatarij Chriſti D. Iacobi, & Auis etiam prout hodie viuunt & profitentur) non habere dominiū rerū etiam patrimonialiū, aut quæ ſua induſtria acquiſierunt, ſed pertinet ad militares religiones, quarum ſunt cōmendatarij profeſsi. Hinc vlterius affirmat ſeclu ſo priuilegio licēt inter liberos diſtribuere poſsint portionem legitimæ, quę illos contigit modo ea bona acquiſita fuerint ante profeſsionē, non tamen poſſe iuxta quandā Authenticā *b* diſtribuere inter liberos ea bona quæ poſt profeſsionē pertinere ad eos cę perint, ac proinde neque de illis poſſe inſtituere maioricatū aut teſtari. Et ducitur hoc argumēto eo ꝙ ſint religioſi, ac proinde pau peres nulli⁹ rei dominiū habētes: refert etiā motū ꝓpriū Pij V. quæ cōmēdatarijs omnibus aufert priuilegia teſtādi facultateſq; cōceſſas. Quare vult eos hodie etiāſi liberos habeāt nō aliter teſtari poſſe, neque alia bona eis poſſe relinquere, quam alij religioſi. Hanc opinionē affirmat Molina, *c* eſſe rigidā ad modū, & improbabilē ſententiā, vt bene ait alter Molina, *d* ita enim ſunt religioſi vt tamē perfectè, & integrè non ſint ſicutre ligioſi

a Nau. in c. non dicatis n. 88. & in. c. fin. 16. q. 1. in 3. q. n. 32. monit. 12. & 13.

b Authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccle.

c Moli. 2. 2. tract. 2. diſp. 14. col. 772.

d Mol. li. 2. de primog. Hiſpan. c. 9 n. 69.

ligioſi in clauſtro viuentes cum & caſtitatis votum quidam eorum omnino habeant diſpenſatũ, nempè commendatarij Chriſti in Regno Luſitano, qui neque coniugalem caſtitatem vouent. Cæteri vero magna ex parte eo quod ſolum vouent caſtitatem coniugalem ſimiliter paupertatem obedientiam totamque regulam ita habent diſpenſatam, vt coniugatis degẽtibus in ſæculo extra monaſterij clauſtra alentibus liberos ſplẽdidã que prout eos decet familiam accõmodata ſint. Contrariumque eo ipſo quo hęc omnia illis permittuntur eſſe omnino irrationabile, moraliterque ſeruatu impoſsibile. Nec vero ait Molina, e ita cum commendatarijs qui hodie viuunt eſt in voto caſtitatis, & cæteris diſpenſatum, quaſi prius ſe aſtrinxerint ad integram caſtitatem, paupertatẽ, & obedientiam, qualem qui erant à principio inſtitutionis huiuſmodi ordinum profitebantur, & per diſpenſationem liceant eis, quæ illis alias tunc non licebant, ſed quia conceſſum eſt eiuſmodi ordinibus non aliam caſtitatem paupertatem, & obedientiam in eis profiteri quam conſuetam hodie ab eiſdem ſeruari. Et quamuis quoad obedientiam, & paupertatem forma profeſsionis nonnullorum horum ordinum aliquid plus præferat quam à multis annis ſeruetur, non plus tamẽ à ſuperioribus hodie exigitur quã quod ſeruari eſt cõſuetum, vſque, & conſuetudo tot annorum obtinuiſſe præſcripſiſſeque videtur, vt non aliter illa obligent promittive intelligantur, quam conſuetudine à tot annis ſeruari conſueuerunt, præſertim cũ multi eorum aut fere omnes nequaquam profiterẽtur ſi ad aliam vitæ rationem quã hodie ſeruari conſuetam tenerentur, maximè illi, qui ob habitum honoris gratia cum exigua ad modum aut nulla penſione à Rege ſoluẽ da profitentur. Itaque hodie commendæ, & habitus præmia militum effecta ſunt cum admodum modico religionis onere. Ex dictis arbitratur *Molina*, f quod Commendatarij de quibus eſt ſermo dominium habent bonorum patrimonialium, necnon eorum quæ ſua induſtria acquirunt, poſſeque de his omnibus non ſecus teſtari inſtituereque maioratus ac cæteri ſæculares, quin, & fructum cõmendatarum eo ipſo, quod eos percipiunt poſſeſsionemque eorum acquirunt, vt priuilegijs conſuetudine antiqua à multis annis facere conſueuerunt. Confirmarique hoc poteſt praxi Regni Luſitani quoniam à multis annis non gaudent priuilegio fori quoad hæc omnia, quaſi dominium eorum ad ipſos non vero ad monaſterium pertineat, eaque de cauſa reſpondere coguntur cosam iudice ſeculari, ſolumque in criminalibus, aut cum agitur de bonis cõmendæ, antequam fructus ab eis percipiantur, aut de bonis conſeruatur eis priuilegium foro reſpondentque coram proprio iudice ordinis.

c Molin. 2. 2. vbi ſu.

f Moli. 2. 2. vbiſu.

At conſtitutionem Pij V. reſpondet Molina non eſſe intelligendam de his cõmendatarijs cõiugatis, de quibus loquimur, qui prout poſtulat eorum ſtatus antiqua conſuetudine dominium habent ſuorum bonorum poteſtatemque omnino teſtandi. Imo addit quod fortè Summus Pontifex non poſſet ab eis auferre poteſtatem teſtandi de rebus patrimonialibus, & ſua induſtria acquiſitis cum nunquam ſua profeſsione intenderint abdicare à ſe dominium horum bonorum, & tranferre illud in monaſterium idque habet vſus, & conſuetudo, neque pro emolumento habitus penſionis aut cõmendæ id efficerẽt. Intelligendum igitur erit in commendatarijs D. Ioannis, & in alijs aliorum regnorum tam virorum, quam mulierum, quos conſtat dominos non eſſe ſuorum bonorum, viquè ſuæ profeſsionis teſtari non poſſe ſecluſo priuilegio Sedis Apoſtolicæ.

Et vltra *Molinam* addendum eſt, quod Pius V. non reuocauit ſimpliciter poteſtatẽ teſtandi, ſed eam tantum quæ dimanabat à priuilegijs Apoſtolicis, quare facultas teſtandi quam prædicti milites habent ex cõſuetudine, & ratione ſuarum conſtitutionũ non fuit à Pio Quinto ablata, vt conſtat ex prædicta bulla, quæ incipit *Romani*, quare ſicut magiſter ordinis poteſt diſpenſare in alijs obſeruantijs regularibus cũ cõmendatarijs, ita videtur, quod poſt motum proprium Pij V. poterant diſpenſare in factione teſtamẽti. At pro maiori cõſcientię ſecuritate eſt optimè impetrata à Gregorio Decimotertio facultas ad teſtandum, vt patet ex eius bulla cuius tenorem infra inquæſtione de teſtamentis ponemus.

ARTICVLVS VIII.

An generalis Eremitarum Diui Auguſtini de conſenſu prioris, & conuentus Diui Auguſtini concedere poſsit Eccleſiam ſibi vnitam

cum

cum quodam hortu, & alijs ad eam pertinẽtibus cuidã monacho ſui ordinis ad vitã eius ea lege, vt ſoluat certos annuos redditus, & regeret & melioraret, ſiue redderet meliora omnia ad eccleſiã pertinentia, & celebraret quaſdam Miſſas, & faceret quædam alia pia.

a Ca. nõ dicatis. 12. q. 1.

REſpondeo dicendo, quod in quodã decreto, *a* quod eſt pars regulæ D. Augu. dicitur monachum nihil debere habere, poſsidere, dare, vel accipere ſine conſenſu ſuperioris, in quo clarè ſignificat a contrario ſenſu poſſe accipere de licentia ſuperioris, & ſic videtur dictam conceſsionem eſſe

b Cap. 2. de ſtat. monac.

validam, & in quadam decretali *b* permittitur religioſo habere peculium de ſuperioris licentia pro ſibi iniuncta administratione.

c Ioã. And. in mercurial reg. non eſt obli. de reg. iur. li. 6.

Facit etiam pro hac parte deciſio Ioannis *c* Andreæ, quæ tenet valere ſtatutum ſaltem cum cauſa factum, vt monaſterium ſolũ det victum monialibus, & pro veſtitu habeant quæ labore manuũ ſuarũ lucrãtur: per quod

d Pano. inc. cum ad monaſteriũ de ſtat. monac.

Panormitanus *d* ait ſatis licitã eſſe conſtitutionem, vel conſuetudinẽ qua religioſis certum quid annũ pro annuo veſtitu traditur,

e Dec. in c. edoceri. n. 5 de reſcrip.

quod etiam tenet Decius. *e* Vnde videndum, & inquirendum eſt an dictus generalis in hoc caſu iuſta interueniente cauſa prædictam fecerit facultatem, ſi enim iuſta adhoc cauſa acceſsit non eſt eius conceſsio ſecundum ſacros Canones iuxta ſuperius allegata condemnanda.

f Seſſ. 25. de regul. c. 2.

Nec his obſtat Concilium Tridentinũ *f* definiens non licere regularibus poſsidere bona mobilia, & immobilia etiam nomine conuentus: hoc enim eſt intelligendum ſecundũ tradita in iure, *g* cõmuniter à Doctoribus explicata dummodo licentia prælati ſuperioris non interueniat, licentia enim interueniente clarum eſt huiuſmodi adminiſtrationem monacho non eſſe interdictam

g d. c. nõ dicatis.

Quod etiam ſatis innuũt verba dicti Concilij ibi. *Sed ſtatim ea ſuperioribus tradantur conuentuique incorporentur*, quæ verba ſignificant tantum prohiberi in prædicto decreto regularibus bona aliqua tamquam propria poſsidere ſine licentia ſuperiorum.

Nec obſtat, quod ratione huius conceſsionis debet hic monachus eſſe extra monaſterium. Reſpõdetur enim, quod eſſe extra monaſterium nõ derogat ſtatui regulari. In quadam enim decretali *h* habetur fœminã poſſe fieri verè religioſam vouendo regulam in monaſterio virorum, non intrando illud, & manendo in domo quæ ſua erat ante profeſsionem, & certè valet profeſsio facta cum pacto, vt viuat vouens extra monaſterium cum bonis, quæ ante profeſsionem erant ſua ſuſtentando ſe de illis, prout iam in ſuperioribus, *i* eſt reſolutum, & infra K dicetur.

h Cap. inſinuãte. 1. qui clerici. vel vouent.

i Sup. hoc tomo. q. K Inf. hoc tomo q.

ARTICVLVS IX.

Vtrum prædicta conceſsio poſsit reuocari.

REſpondeo dicendo, præfatã conceſsionẽ poſſe per concedentes reuocari: dicitur enim in iure, *a* quod nulli religioſo cõmittatur aliqua obediẽtia perpetuo poſsidẽda tãquã in ſua ſibi vita locetur: ſed cum oportuerit amoueri ſine cõtradictione qua libet reuocetur, per quod determinant ibi Panormitanus cõmuniter receptus, quod Abbas, & cõuentus non poſſunt facere ſtatutum per quod ligetur ſucceſſor, & quod Abbas nõ ligatur ex ſuo ſtatuto, licet cum cõuentu illud fecerit quominus poſsit contrauenire, nam monachi non poſſunt reſiſtere illi cum debeãt obedire, & eorũ velle depẽdeat à voluntate Abbatis, prout in iure *b* habetur, adeo quod tenet Ioannes Andræas, *c* quod etiãſi Abbas iuranerit ſeruare ſtatutũ, nihilominus reuocatio tenet licẽt incidat in periurĩũ, per quod Panormitanus *d* tenet, quod ſi Abbas concedat priori obedientiario, ſeu mandatario, vt ad vitã teneat prioratũ, ſeu adminiſtrationem ſibi cõceſſam poteſt nihilominus reuocare, quia non poteſt Abbas ſibi imponere legẽ nec venire cõtra diſpoſitionẽ iuris, *e* quia labefactaretur vis voti obedientiæ, quod eſt vnum de ſubſtantialibus regulæ.

a Cap. cũ ad monaſteriũ §. ita es de ſtatu. mona.

b Cap. ſi religioſus de elect. li. 6.

c Andr. in c. non eſt obligatoriũ de reg. iur. li 6.

d Panor. in d. c. cum ad monaſteriũ n. 11.

e d. §. tales.

Verũ eſt tamen, quod licet huiuſmodi reuocatio de rigore iuris facta valeret, non tamen debet fieri ſine iuſta cauſa, & concedẽtes ſiue ſucceſſores eorum qui eam fecerint grauiter peccarent ea firma ratione, nam ſicut Dominus obligari poteſt ſeruo naturali obligatione deſcendente á pacto, vel contractu, prout dicitur in iure, *f* ita etiam prælatus poteſt obligari monacho, vt in præfato iure tradunt ſcribentes, &

f L. naturaliter l. ſi id quod ff. de condit. indebit.

g Pano. consil. 104. 1. volum consil. Nau in cap. non dicatis n. 42.

tenet Panormit. g quē refert, & sequitur Nauar. Et sic potest dictus monachus opponere querelā prælato sine iusta causa istā cōcessionē reuocāti prout dicit idem Nauarrus. h

h Naua. vbi su. n. 98.

Ex quibus infertur, quod non possunt prę lati regulares amouere prælatos cōuētuales à prælationibus quas ipsi assignauerint si causa ad talē amotionē faciendā legitima nō intetuenerit, & ita in nostra religione iustē, & iuridicē est ordinatum, vt prouinciales licèt possint suspendere guardianos iusta id causa postulāte nōpossūt tñ eos omnino â guardianatu priuare, nisi causa priuationis ad diffinitoriū deferatur, & cōsilio patrū definitorij legitima, & iusta censeatur. Imo dico quod licèt secundū nostrę religionis ordinationes guardiani omnes in cōgregatione intermedia suos guardianatus renūciēt non possunt prouinciales, & definitores eos â prælatione amouere in partibus, vbi licet renunciēt non admittitur eorū renūciatio, & cōtinuantur, nisi iusta ad id causa accedat: bonis enim prælatis iniuria irrogatur, si quod cū alijs bonis vtitur cum illis minimè practicatur.

ARTICVLVS X.

Vtrum regulares possint habere peculium de licentia superioris.

REspondeo dicendo, quod religiosi possunt habere peculium de licentia superioris prout definitum est in iure. a

a c. nō dicatis 12. q. 1.

Sed contra adest Conc. Trid. b vbi dicitur nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui regulari cōcedere etiā ad vsum fructū, vel vsum, vel administrationem. Pro explicatione est notandū, quod propriū in hac materia est duplicis generis. Alterū est propriū quoad verū dominiū, & verā proprietatē qualē habent homines seculares sibi id iure c permittente. Alterū quod est proprium alicuius quoad ecclesiasticam, & liberā administrationem, qualem habent beneficiarij ecclesiastici, & alio nomine dicitur peculiū de quo in titulo de peculio clericorum.

b Sess. 25. de reg. c. 2.

c Cā. quo iure. 8. d. totus. tit. de acq. rer. dominio.

Secūdo nota, quod hoc propriū secūdi generis, quod alio nomine dicitur peculiū, est triplicis speciei. Primæ speciei, quod cōceditur administrādū in vtilitatē, & dānū concedētis tātū, quale est, quod cōceditur officialibus Monasterij, & obediētiarijs, quibus cōmittūtur aliquæ villæ, vel domus administrandæ nomine monasterij reuocabiles ad nutū superioris. Secundæ speciei peculiū est, quod cōceditur in vtilitatē, & dānū recipiētis sine vlla pēsione, & onere, vel ita vt certā soluat pēsionē, aut aliquod onus expleat, & reliquū cōmodi, vel dāni ei cedat ad disponēdū de eo in suos honestos, & pios vsus tantū qualis speciei peculiū habent beneficiarij, & multi iā senes, vel infirmi benemeriti de religione quibus aliquæ domus salubriores cōcedi solēt ad nutū remouibiles. Tertię speciei peculiū est, quod cōceditur in cōmodū, & dānū accipientis pro facultate disponēdi pro libito in quoscūq; vsus etiā prophanos, vt potest secularis de suo vere proprio, & de hoc agitur in dicto decreto Conc. Trid. Vnde quādo cōciliū dicit, quod nulli regulari liceat habere bona mobilia, & immobilia intelligendū est de proprio primi generis cuiuscumque iuris pecuniarij, & etiam de simplici vsu quoad ius administrandi nomine suo & etiam quoad vtendum eo etiam vsu facti sine extrema necessitate sui, vel alterius, & sine iusta licentia prælati, nos autem loquimur in casu, quo regulares habent nomine alieno de licētia iusta expressa, vel tacita prælati. Vnde dictū decretū Concilij quod prohibet superioribus cōcedere bona stabilia alicui regulari etiā ad vsum fructum vel vsum, vel administrationē, aut cōmendā nihil noui iuris videtur inducere, sed solum videtur cōtinere declarationē alterius antiquæ decretalis. d Sed vt supradicta vniuersaliter dicta clariora fiant ad singularia deueniēdū censui per cōclusiones hanc materiā resoluēdo. ¶ Prima cōclusio, procuratores seu œconomi, & quotquot alij bona conuentus administrāt si in alios vsus quā à superioribus deputata sunt ea expēdāt peccāt mortaliter, & sunt in statu damnationis ac proinde quādiu nō resipiscūt â cōfessarijs absolui neque debent nec possunt. Hæc cōclusio est in moralibus euidens. Et est D. Thom. e & cuiusdā glossæ quā sequūtur Sarmiento, & Ioānes Gerſ. Et patet, quia solū respectu eorū vsus qui in bonū monasterij ordinat destinatā â superioribꝰ habēt rerū administrationē ergo in cæteros vsus in quos sibi facultas cōcessa nō est nō magis possunt expēdere quā possint cæteri religiosi, at cæteri si de bonis cōmunitatis quidquā attrectēt, aut expēdāt peccāt mortaliter, vt oēs fatētur: ergo, & illi. Et est notādū, q̄ licet omnia bona monasterij sint oībus cōmunia nō tamē, itavt singuli sint dñi aliquātarū partiū, qualiter est fundus communis pluribus hæredibus æqualiter institutis, vel emptoribus æqualiter pretium

d c. cum ad monasteriū de stat. reg.

e D. Th. 2. 2. q. 32. arti. 8. gl. n. clem. 2 §. sed & talis de vit. & honest. Sarmient. in 1. p. sui defensorij moni. 11. Gerſ alphab. 34.

tiũ cõferentibus: nãſi ita eſſent proprietarij eſſent iudicandi, ſed ſunt cõmunia, vt ſingulis, quod opus fuerit, applicetur ab eo qui habet authoritatẽ illa adminiſtrandi. Porro ſi hanc authoritatẽ penes æconomos reſidere quis dixerit, attendat verba Conc. Trid. *f* vbi præcipitur, vt adminiſtratio bonorũ monaſterij ad ſolos officiales eorundẽ ad nutũ ſuperiorũ amouibiles pertineat. Ex quibus aperte ſequitur quã cõſideratè ac diligenter intendere procuratores debeant ſui muneris executioni, & bonorũ Monaſterij adminiſtrationi, nã quoties citra expreſſam prælati licentiã, aut rationabiliter præſumptã notabilẽ aliquẽ ſumptũ faciunt de bonis conuentus peccant mortaliter, & quandiu ad melio rẽ mentem non redeunt, vt firmiter ſtatuãt ſecus facturos ſe deinceps ſunt in ſtatu peccati mortalis ac proinde abſoluendi à cõfeſſarijs minimè ſunt. Ex quo rurſus fit nõ ſolũ in profanos vſus, ſed etiã alias licitos, vt tunicã, chlamydẽ, calceos, aut quæuis alia vtẽſilia, & ſupellectilia emere aut ſibi aut alijs fratribus ſine licentia expreſſa, aut præſumpta prælati eſſe ſibi penitus illicitoa & malos mortaliter.

Secũda cõcluſio, licet prælatus ſit, apud quẽ præcipuè cura, & adminiſtratio bonorũ cõuentus tẽporaliũ nõ minus quã ſpiritualiũre ſidet, non tamẽ poteſt adlibitũ eain quoſuis vſus expendere ex iure Canonico, *g* ſatis patet prima pars, ſecunda autem pars probatur, quia prælatus nõ eſt dñs, ſed adminiſtrator, vt in iure *h* dicitur: ergo tenetur in eos tantũ vſus diſtribuere, in quos deſtinata ſunt prout probat Nauarr. *i* quod ſi in profanos, vel inutiles vſus diſpenſet nõ eſt dubiũ quin peccet mortaliter, per hoc tñ minimẽ tollit, quin vbi cõſuetudo inoleuerit donare aliqua, poteſt ea dare: de quo inſecũdo tomo in quęſt. K de donationib⁹ aliqua diximus.

Tertia cõcluſio, religioſus etiã ex ijs quæ ſibi deputata ſunt ad proprios vſus ſi ſine licẽtia prælati diſpenſet rẽ notabilis quãtitatis, tã intra, quã extra monaſteriũ peccat mortaliter, & agit cõtra votũ paupertatis ita D. Antonin. *l* Silueſt. & Nauarrus. Et probatur nam *vſurarius* nequit de rebus tantũ ad vſum propriũ conceſsis in alios vſus diſponere, vt patet ex iure, *m* ſedſic eſt, quod religioſus ſolũ eſt vſurarius eorũ bonorũ, quę ſibi deſtinata ſunt, ergo non poteſt in omnẽ vſum ea expendere, vnde rectè ait Soto, *n* quod ſicut cũ aliquis aliquos cõuiuio excipit non facit eos dominos eſculẽtorũ, & poculẽtorũ quibus mẽſa ſtruitur, quia neq; illis facit copiã, vt illa ad alios trãſmittãt, aut in proprias domus portent, ſed vt ſedẽtes veſcãtur illis, ita Monaſteriũ facultatẽ facit monachis edẽdi veſtiendi, &c. nõ tamẽ ea bona in alios vſus expẽdendi. Verũ eſt tamẽ, cp eſt licitũ religioſo peregrinãti, vel exiſtẽti in ſtudio extra clauſtra facere eleemoſynã moderatã ex his quæ ſibi in propriã ſuſtentationẽ ſunt aſsignata, vt poſt alios tenẽt Silueſt. *o* Ioann. Tabien. & Nauarr. Et addit Turrecr. *p* ex Hugone ſuper regulã D. Augu. quod religioſus exiſtẽs extra clauſtra poteſt emere, vẽdere, &c. non tamẽ ſi intra clauſtrũ extiterit etiã ſi illud quod vult expendere ipſe ſibi ſubtraxerit de his quæ poterat honeſtè cõſumere. Aduertendũ tamen, cp vt regularis poſsit etiã extra clauſtra exiſtẽs vendere debet habere cõtrahẽdo intentionem quærendi monaſterio ſuo, aut ordini eo legitimo modo quo iure humano, & diuino licet, quia volẽs hoc vult cõſequẽter, & illud argumẽto *q* eorũ quæ in iure notãtur, & ita tenet Nauar. *r*

Quarta cõcluſio magno opere cõſiderãda & præ oculis habẽda, nõ poteſt religioſus bona ſibi à prælato deputata ad certos vſus expẽdere in alios in quos licẽtiam prælati non habet, vt ſi in religione vbi habet frater aliquas pecunias in depoſito, & poſtulet licentiã à prælato ad emẽdos libros Theologię ſi loco horũ emat libros profanos, ad quos emẽdos veroſimiliter exiſtimat facultatẽ ſibi à prælato nõ faciẽdã peccat mortaliter contra votũ paupertatis. Ex quibus infertur, cp fratres Minores regularis obſeruãtiæ) de quorũ altiſsima paupertate dicemus infra quæſtione ſequẽti) ſi ea quæ ipſis cõcedũtur habere ad certas neceſsitates præſentes, vel eminentes expẽdãt in alios vſus, ad quos vero ſimiliter exiſtimãt facultatẽ à prælato nõ faciẽdã peccãt mortaliter cõtra votũ paupertatis ab eis promiſſum. Nec obſtat ſi dicatur quod diuerſus eſt ſtatus Minorũ ab alijs religionibus quę habẽt bona in cõmuni: bona enim illarũ religionũ ſunt Sedis Apoſtolicę per prę latos regulares diſpẽſanda, & ideo peccant mortaliter cõtra volũtatẽ ipſorũ pecuniã expẽdẽdo. At pecuniã quę cõceditur fratribus Minoribus ad ſuas neceſsitates præſentes aut eminentes ſubleuandas nõ eſt Sedis Apoſtolicæ, ſed dãtis, & ita ſemper antequã expendatur dominiũ talis pecuniæ eſt apud dãtem, *s* & ideo nimirũ ſi religioſus Minorita poſsit

f Seſ. 25. de reg. c. 2.

g c. nullã 18 q. 2. c. edocere de reſcri. d. ſeſ. 25. c. 2 *h* c. fraterni tatem de donat.

i Nau. in d. ca. nullã 18. q. 2. n. 6.

K2. to. q. 57 1. Ant. 3. p. t. 16. §. 11. col. 1. & 2. Silu. v. relig. 6. q. 7. particul. 2 Nau. inc. nõ dicatis to. 12 q. 1. n. 44.

m Titu. inſt. de vſu. & habitat. n. Soto li. 4. de iuſt. q. 1. ar. 1. co. 8.

o Sil. v. eleemoſyna. q. 5. Tabiẽ. n. 8. Nau. vbiſ. n. 4.

p Turr. ind. c. nõ dicatis n. 6.

q L. illud ff. de acq. hæreditc. præterea de offi. deleg.

r Naua. in c. cui portion. n. 23. in 1. cõment. de regul.

s Ca. exijt de ver. ſig. li. 6.

posit eam cõuertere ex expreſſa, aut prę-
ſũpta voluntate dantis in emptionẽ gallinarũ
aut aliarum rerũ pretioſarũ eorum ſtatui re-
pugnantiũ. Nã huic obiectioni mihi ſatis ri
diculæ reſpõdeo, quod vt frater Minor poſ-
ſit prædictã pecuniã licitè cõuertere in ali-
quã rẽ duplex licentia requiritur. Prima ip-
ſius dantis, ſecunda prælati, & licèt adſit vo-
luntas dantis volẽtis talẽ pecuniã in emptio
nẽ, rerũ pretioſiſsimarũ, & profanarũ pro li-
bito cõſumi, deeſt tamen volũtas prælati mi
nimè id cõcedentis, de quo vero ſimiliter exi
ſtimatur facultatẽ ad huiuſmodi minimè cõ
ceſſurum. Et per conſequẽs tali volũtate, &
licentia deficiente, ego nõ poſſum dictos fra
tres Minores in hoc caſu â peccato mortali
liberare. Nec eos melioris cõditionis efficere debemus quã alios habentes bona in com
muni, qui *Deo* optimõ Maximo arctiſsimã
paupertatẽ Minorum minimè promiſerunt.
Et certè ſi fratres Minores in cõuerſione pe
cuniæ in aliquã rem tantũ ad voluntatẽ dan
tis recurrere tenerẽtur poſſent iure optimo
iuxta voluntatẽ expreſſam ipſiuſmet dãtis
emere habitũ nimis pretioſum à fratrũ Mi-
norũ habitu diſtinctũ nimis, quod eſſe cõtra
regulã fratrũ Minorũ, nemo eſt qui igno-
ret. Dicendũ eſt igitur pecuniã oblatã fratri-
bus Minoribus apud dantẽ quoad dominiũ
& proprietatẽ remanere, vſũ tamẽ ipſius pe-
cuniæ iuxta volũtatẽ ipſius dantis regulatã
cũ volũtate prælati in neceſsitates prædicto
rũ fratrũ eſſe cõuertendum, vt contra votum
paupertatis altiſsimæ promiſſæ aliquod fi-
niſtrũ minimè cõmittatur. Et prælati licen-
tiã ad prædicta regulatam cũ ſuo ſtatu cõce-
dere tenentur, vt infra articulo vndecimo di
cetur. Supradicta modo cõfirmantur poſt ca
pitulũ fratrũ Minorũ generale celebratum
Romæ anno Domini 1599. in quo iuxta cõ
ſtitutionem Martini V. & Pauli IIII. pecunia
oblata dictis fratribus non apud dantẽ rema
net, ſed in ſedem Apoſtolicam tranſit, & per
conſequens non poteſt conſumi, ſine licen-
tia prælatorum.

Quinta cõcluſio, retinere aliquid notabile
cum animo illud occultandi prælato, cuiuſ-
cũq; generis illud ſit, apertè eſt peccatũ mor
tale. Ita definitur in iure, & tradũt poſt alios
Turrecrem. t & Naua. Eſt veruntamen con-
ſiderandũ, quod duplici ratione poteſt reli-
gioſus rẽ aliquã ſuo occultare prælato, primo
ne illa ſpolietur, ſecundo ne forte reprehen
datur, quia ſine eius cõſenſu ſuſcepit, & qui
rẽ occultat prælato, quia iure, & merito ſibi
eã auferendã â prælato exiſtimat peccat cõ-
tra votũ, & eſt proprietarius, ac proinde pec
cat mortaliter, ſi vero ea intentione occultet
quia exiſtimat non quidẽ ſe re illa ſpoliandũ
ſed ſolũ reprehẽdẽdum, quia incõſulto præ
lato eã poſsidet, tunc eũ ad peccatũ mortale
minimè cõdemnarẽ, ſi in præparatione ani-
mi eſt paratus eã prælato tradere, & minimè
retinere ſi intelligeret eũ ipſi minimè cõceſ
ſurũ. Hinc certã licet conſtituere regulâ pro
ſcrutinijs, ſeu viſitationibus cellarũ, nã pro-
cul dubio ſi quãdo prælatus viſitat cellã reli
gioſi, nẽpe ad inquirendũ, & perſcrutandum
quid in cellis ſinguli habeant, ſi aliquis fratrũ
occultet verbi gratia profanas aliquas veſtes
picturas imagines, gẽmas libros, quæ omnia
iuxta ipſius fratris cõditionem, & dignitatẽ
prælatus ægrè, & moleſtè laturus eſt, vt ha-
beat, & ea ab illo ſublaturus creditur, mini-
me dubiũ eſt quin talis occultãs peccet mor
taliter niſi materia ſit parua, ac modica.

Sexta cõcluſio, recipere, vel acquirere ab
alijs aliquid notabile ſine ſuperioris licentia
peccatũ mortale eſt religioſo, ita Nauar. u
& probatur ex iure canonico, vbi dicitur ſi
quidpiã fuerit religioſo ſpecialiter deſtina-
tũ nõ præſumat illud accipere. Et Cõc. Tri.
poſtquã decreuit, vt nulli regulari liceat ali-
quid, vt propriũ poſsidere addit, ſed ſtatim
ea ſuperiori tradãtur cõuentuiq; incorporẽ
tur. Quod etiã in quadã partitarũ lege x ſta-
tuitur. Hoc autẽ intelligitur quãdo res abſo
lutè, & ſimpliciter fuit data religioſo. Nam
tũc tãquã incapaci data acquiritur ſtatim mo
naſterio, & debet ſtatim ſuperiori tradi, &
monaſterio incorporari, ſed ſi ipſi religioſo
detur ſub cõditione, vt eã habeat indepẽdẽ
ter à prælato nõ intẽdẽs dans aliter eã â ſe ab
dicare tunc peccat mortaliter ſubditus eã re
cipiendo, & ei qui debet tenetur eam ſtatim
reſtituere, vt poſt alios notat Syluester. y

Septima cõcluſio, non peccat mortaliter
monachus qui rẽ etiã mediocris valoris ſuſ-
cipit ab extraneis, aut tradit alteri fratri, aut
cõmutat cum alio ſiue domeſtico ſine extra
neo, cũ per huiuſmodi actiones nõ præiudi
cetur in aliquo monaſteriũ, & cõpertum ha-
beat ſi à prælato facultatẽ poſtulaſſet ad eas
actiones ſibi minimè denegandam, quod vt
procedat triplici limitatione debet modera
ri. Prima eſt, quod ſubditus prõptum, & ex
poſitũ habeat animũ non occultandi, ſed po
tius reſignandi in manus prælati talia bona

acceptà

u Nau in c. non dicatis n. 16. c. cũad monaſteriũ de ſtat. mo nach ſeſ. 25 de reg. c. 3.

x L. 140. tit. 7. par. 1.

y Syl. v. reli gio. 6. q. 7. par. c. 2.

t Turrec. in c. nõ dicatis ar. 5. Nau. ibi

accepta retẽta permutata, &c. quoties prælatus exegerit, aut quoties fecerit cellarũ ſcrutiniũ, ſecunda quod per prælatum aut cõſtitutiones talis religionis nõ ſit in virtute obedientiæ, aut cum ſimili rigore interdicta talis acceptio, retentio, aut permutatio. Tertia quod exploratum, & compertum habeat ſubditus conſentire ſaltem interpretatiue prælatum in eas res, ita vt ſi ab ipſo peteretur licentia, eã expreſſe daret, quamuis modus clandeſtine faciendi ſibi diſpliceat, prout infra articulo vndecimo dicetur.

Quæ autem dicatur notabilis quantitas ad hoc, vt peccet mortaliter ſubditus retinendo, aut expendendo, ſine licentia prælati reſtat explicandum, pro quo ſit,

z Anto. 3. p. n. 16. c. 1. §. 19.

Octaua cõcluſio, licet *D.* Antoninus, *z* teneat etiam paruam quantitatem, quã nõ eſt paratus ſubditus in manibus prælati reſignare ad requiſitionem ipſius prælati eſſe peccatum mortale recipere, vel retinere. Et quanuis Gerſon *a* affirmat, quod etiã cultellum, aut filum, aut acum, ſine licẽtia generali, vel ſpeciali dans, vel accipiens peccat mortaliter. Hoc tamen mihi rigidum admodũ videtur ne dicã falſum, propter reuerentiã tantorũ patrum; nã materiæ paruitas in quocũque genere excuſat à mortali. Corduba *b* ſecutus Nauarrũ quantitatem vnius argentei dicit eſſe notabilem ad hoc, vt qui illã furatur peccet mortaliter, Couarruuias *c* dicit ſurreptionem vnius gallinæ eſſe furtum notabile, & mortale, qua ratione Iuſtinianus *d* dat actionem furti contra furem gallinã ſurripientẽ. Aduertendum tamẽ ad id quod Nauarrus *e* ait in quodã conſilio facto pro ordine Carthuſienſi, ait enim,

a Cer. alph. 34. litera. S. dub. 3.

b Cor. de caſib. q. 109. pũct. 2. Na. in cõm. de fur. & rapi. in repet. c. fi. 14. q. 6. n. 11. & 12.

c Cou. li. 1. varia. c. 3. n. 12.

d §. Gallinarũ de rer. diuiſ.

e Nau. li. 3. cõſi. tit. de regu. conſi. 75. n. 18. & 19.

Nunc autẽ, quia ab eo tempore in hoc vſque multũ abundauit pecunia numerata in bona parte Europæ facile conſentirẽ opinioni, in quã tu quoque vir doctiſsime inclinas, nẽpe, neq; furtũ, neq; appropriationẽ minoris quantitatis quã trium ſolidorũ, ſiue quartarũ Regalis vel Iulij eſſe mortiferũ. Quin & augerem vſq; ad vnum Iulium vel Regalẽ niſi quoddã ſtatutũ veſtrum expreſſe haberet appropriationẽ vltra valorem triũ ſolidorũ eſſe dignam excõmunicatione, & cõſequenter mortiferã: quanuis reſponderi poſſet, tã iſtud ſtatutũ, quã aliud præfatũ de priuante ſepultura ob appropriationem valoris vnius ſolidi fuiſſe quidẽ iuſta tempore quo facta fuerunt, nõ autem adeo hoc noſtro quo multum valuit pecunia numerata, & forte iuſtè æſtimari poſſet. Quod credo non facile perſuaſum iri ordini veſtro paupertatis votiquã obſeruantiſsimo. Hæc Nauarr. in dicto loco.

Sed certe ad peccatũ mortale in religione reſeruatũ non condẽnarẽ religioſum retinẽtẽ quantitatem vnius regalis quã quantitatẽ non eſt paratus dare ad requiſitionẽ prælati, tum quia multũ his tẽporibus abundat pecunia numerata, tũ quia pœna quæ correſpondet peccato mortali eſt æterna quæ pro tã parua quantitate minimẽ videtur irrogãda. & ita vt nimis dura opinio reijcitur à viris grauibus authore Nauarra *f* dicente, quod etiam quoad duos argenteos plane reijcitur, putãs ſequẽdo Sotũ, *g* & alios quatuor regaliũ numerum nõ eſſe peccati mortalis materiã, vel ſieſt, hac minorẽ nullũ eſſe ſiue àdiute ſiue à cõmuni perſona auferãtur, ſecus ſi à paupere, à qua ſententia nõ recedit Aragõ. *h*

f Nau. in 2. to. lib. 3. de reſ. c. 1. n. 36 & 37.

g So. li. 5. de iuſt. q. 3. ar. 3 ad 3.

h A ra. 2. 2. q. 59. ar. fin. iuxta finẽ.

Nec obſtat illud, quod ex Iuſtiniano eſt adductũ: nã, vt colligitur ex Angelo, ibi datur actio, & pœna, quia præſumitur maiori voluntate furandi fieri. At melius reſpondet Soto, quod ibi non dicitur, vt vnius gallinæ furtũ puniatur, ſed gallinarũ, & anſerũ, & ita ſi duæ gallinæ, aut tres eſſent, vt ex dicto loco conſtat merito punirentur ſicut de peccato mortali. Et ait Nauar. K quod vt ſibi videtur ibi ſolũ dicitur, quod ſi gallinæ anſeres turbati euolauerint, & alius animo lucrandi ea detinet furtum cõmittit. Quod quidẽ verißimũ eſt. Itaq; ibi nõ dicitur, quod puniatur, vel detur actio furti, vel de dolo, ſed declaratur naturã furti eſſe alienũ retinere animo lucrãdi, id eſt ſibi retinẽdi, ſeruata tamẽ ratione debitæ quantitatis. Vnde ridiculum eſſet, & crudele aliquem publicẽ flagellare aut punire ob quatuor argẽteos, vel ob gallinã tantũ. Ex dictis ſequitur quomodo noſtre gulares regere debemus in calificatione furti, aut rei retentæ contra voluntatem prælati, vt eam retinentem, vt proprietarium pœnis proprietarij ſubiectum condemnemus.

i Ang. in d. §. gallinarũ

K Nau. vbi ſup. n. 38.

Aduertere tamen debent regulares, quodſi res retẽtæ contra voluntatẽ prælati tales ſint, quæ ad priuatorũ religioſorũ vſum ſunt neceſſariæ, vt cibaria medicinæ veſtes, &c. & ſua neceſsitate propoſita adhuc ſuperior nolet cõcedere, poſſunt regulares ſine peccato & reſtitutione accipere, cuius dicti ratio eſt quia ſuperior debet, & tenetur dare, adhoc enim ſunt bona illa cõſtituta vt neceſſaria ſubditis miniſtrẽt, vnde ſuperior nõ eſt *D*ñs eorũ bonorũ, ſed diſpẽſator, & ſic iniuſte agit non

nō diſpēſando fideliter, & prudēter, cum fidelem ſeruum, & prudentē velit Dominus ſuper ſuā familiam cōſtituere. Hæc autē locū nō habent in neceſsitate extrema vel gra ui, in quibus abſque omni voti paupertatis præiudicio accipere poteſt ſubditus ſibi neceſſaria. Nec hoc eſt actum dominij, aut proprietatis admittere cum non ex iuſtitia, ſed ex charitate religioniſque inſtitutis debita res ſit, ſed vſum rerum neceſſariarū habere, quod voto nō repugnat, ita Petrus â Naua. *l*

l Nan. vbiſ. n. 181.

Ex quibus infertur quid prælatis regularibus agendū oporteat circa ſubditorū prouiſiones, ſi enim in ipſorū neceſsitatibus ſuccurrendis miſeri ſe exhibeant, ea miſeria in ipſorū dānum, & detrimētū cōuertetur, ſubditi enim pauperes deficiente victu, & veſtitu ad ſurripiendas res ſuæ cōmunitatis prouocabuntur, & loco minimæ quantitatis ipſis ſecundū regularia inſtituta diſpenſandæ magnā aliquam quātitatem furabuntur ſuis neceſsitatibus aliquando non debite, & ordinatè ſuccurrendo, quo fiet, vt penuria, & parcitas prælatorum ad aliquid lucrandum, ſit occaſio ad perdēdum, & ipſi monaſterio maius damnum inferendum.

m Mend. in quodlib. q. 8 de paupert. religioſo. p. §71.

Et eſt aduertendū vltimo, id quod aduertit Mendoça, *m* dicens ſaluo meliori iudicio, quod nō videtur ſibi peccare mortaliter, qui quātitatē duorum argenteorū recipit, aut expendit, & conſumit, &c. inconſulto prælato imo etiam palā dicente prælato ne eos expē dat, & ratio eſt, quia quantūuis neget licentiā, & palā dicat ne id fiat adhuc ſubditus in re tā paruæ quantitatis cenſetur operari cum licentia rationabiliter præſumpta, nam licet prælatus eā neget non tamen rationabiliter, ſed prorſus irrationabiliter negat. Longe enim irrationabile, & durum videtur, quod prælatus habere velit religioſum tāquā ſeruum, & vile mancipiū cum aliter omnino ſe res habeat. Certe ſi maritus n ullo modo permitteret, imo omnino prohiberet vxori facere eleemoſynas etiā paruas non peccaret illa contra faciendo in parua quātitate. Quia cum maritus rationabiliter debeat talem licentiam vxori concedere, ſi eam negat, irrationabiliter negat, ac proinde nihil curandum eſt de eius negatione, & nolitione, quæ eſt communis Theologorum ſententia cum de eleemoſyna diſputant.

Sed hæc ſententia mihi omnino non placet, tum quia prælato licentiam negante, ad prædictos duos argenteos conſumendos nō eſt credendum id irrationabiliter negare, cū pro prelato ſit ſemper iudicādum, etſi ſubditis huiuſmodi iudiciū in his cōmitteretur, obedientia ſimul cū paupertate corrueret. Quod à religioſorū ſtatu maximè debet eſſe alienum, qui propter *D*eum omnia reliquerunt, & voluntatem propriam abnegarunt. Nec argumentum de vxore reſpectu mariti vrget cōtra nos, cum vxor paupertatem minimè vouerit, & licet ſit ſub poteſtate viri, nō tamē eſt, vt ſerua, & ancilla, ſed data vt ſocia, cū oportuerit hominem non eſſe ſolū & fecerit Deus adiutoriū ſimile ſibi. Nec in hoc facimus religioſum ſeruum, ſed facimus eū ſubditū paupertatis ſanctiſsimæ ſectatorem, qui propter Deū hæc, & omnia debet pati, quia licet vim quandā â prælatis patiatur conſiderare debet, quod etiā iure appellationis renunciat, & ob exercitium propriæ mortificationis prohibetur fugere ad alium ſuperiorem.

ARTICVLVS XI.

Vtrum prælatus poſsit concedere ſubdito facultatem expendendi bona, quorū vſum habet in quoſcumq; vſus.

REſpondeo dicendo, quod nō poteſt prę latus concedere licentiā ſubdito, vt in quoſuis vſus illa, aut alia quæcūque bona poſsit expendere, ita Nauarrus *a* ſecutus Cardinalem dicentem non ſolum peccare prælatū talem licentiam cōcedendo, ſed & ſubditū ea vtendo, & hanc opinionem tenet Sylueſter, *b* Et certe eadem ratione copiā ſubdito facere nequit, vt penes ſe retineat, aut in cubili ſuo habeat plurima, ac pretioſa bona, quæ neq; neceſſaria ſunt, neque ſtatui religioſorū decentia. Quod oculatiſsimē diſpicere prælati debent attentis circūſtantijs perſonarū conſuetudinis, tēporis, & loci. Et addit Nauarrus, *c* etiā prælatum, & capitulū ſimul nō poſſe facere religioſo facultatem huiuſmodi, vt verbi gratia expendat pecunias in ludos luxus & ſimilia. Et quantūuis det nō ideo ſubditus excuſatur à mortali ſi in notabili quantitate vtatur prædicta licētia. Eſt etiā ſūmopere cōſiderādū dupliciter poſſe prælatū hanc licentiā dare ſubditō, aut expreſſe, aut tacite. Verum in tacita licentia debet aduerti, quod dupliciter poteſt contingere. Primo cū prælatus vidēs ſubditū retinere ſeu expēdere, aut recipere aliquid

a Nau. in c. non dicatis. n. 51.

b Syl. 6. q. 7 §. 7.

c Nau. vbiſ. n. 55. Coro. 12.

quid non prohibet, quæ poteſt dici taciturnitas permiſsiua, & Turrecr. *d* poſt Alexandrum negat hanc licentiam ſufficere. Altera eſt taciturnitas, cum conſenſu approbatiuo, quæ noneſt pura permiſsio, ſed permiſsio approbatoria, quam poſt Gloſſam quandam ait Nauarrus omnino ſufficere.

d Turre. in c. nõ dicatis ar. 8.

*D*enique aduertendum eſt, non eſſe regulam vndequaque certam, quam tradit Gerſon, *e* quod tunc dicitur ſubditus facere aliquid, ſine licentia prælati, quando probabiliter credit, quod ſi prælatus ſciret ſe hoc facere ægre ferret. Hæc inquam non ſemper eſt vera, poteſt enim contingere, vt diſplicentia illa prælati, non tã proueniat ex re accepta, aut expẽſa, aut retenta, quã ex modo clãdeſtino eã retinẽdi, aut expendendi. Et hic optimê diſtinxit Caietanus *f* dupliciter poſſe eſſe inuitum dominum alicuius rei à quo res ſurripitur, vel quantum ad ipſam rem, quæ ſibi accipitur, vel ſolum quantum ad modum, quia ſcilicet, ſibi diſplicet, quod aliter accipiatur, per quod ait Caietanus, multæ acceptiones modeſtæ filiorum, & monachorum poſſunt excuſari â mortali, dum præ verecundia, aut alio reſpectu accipiunt rem aliquam inconſultis maioribus, aut inuitis, non quoad rem acceptam, ſed quoad modum accipiendi. Quod docte ſuo more tractat Nauarrus. *g*

c Gerſon. Alph. 34.

f Caieta. in ſum. v. furtũ

g Naua. vbi ſu. n. 52.

ARTICVLVS XII.

Vtrum moniales poſſint licite retinere redditus vitalitios.

REſpondeo dicendo, licet fieri poſſet, quod in monaſterio ſanctimonialium de paruis redditibus vitalitijs eſt conſuetum non obſtante diſpoſitione Concilij *a* Tridentini, definientis, Ne deinceps liceat ſuperioribus bona ſtabilia alicui regulari concedere etiam ad vſum fructum, vel vſum adminiſtrationem, aut commendam, quia ipſis monialibus priuatis cõmittitur, vt audio vſusfructus, vel adminiſtratio, neque eis pecunia datur ad determinatos vſus, ſed adminiſtratio, & poſſeſsio eſt penes quandam religioſam, quæ depoſitaria, vel bolſera vocatur à ſuperiore deſignata, & illi manifeſtãtur neceſsitates, & cauſa, ad quam pecunia exigitur, quod potius eſt iuxta prædictum Concilium, ait enim ſtatim, adminiſtratio, autem bonorum Monaſteriorum ſeu conuentuum ad ſolos officiales eorumdem ad nutum ſuperiorum amouibiles pertineat. Nec refert, quod Concilium loquatur, de bonis monaſteriorum, nam hęc bona monaſterij ſunt, quoad proprietatem, & vſum fructum, & ei incorporata, vt docet Corduba, *b* quamuis ſint deſignata, ad certas neceſsitates, & pias cauſas particularium monialiũ, ſicut alia bona eiuſdem *M*onaſterij eſſe ſolent ad neceſsitates cõmunes, imo etiam particulares Monialium, ſicut apud curam in firmarum gerentem.

a Conc. Tr.. ſeſſ. 25. de reg. c. 2.

b Cor. de reſtib. q. 14. §. lo. 3. fo. 147.

Sed ſi prædicti redditus, imo quodcumq; aliud temporale bonum præter ea, quæ à monaſterio miniſtrantur à religioſis irreuocabiliter poſsideantur, etiamſi ſcienter, & voluntate ſuperioris obtineant faciunt contra votum paupertatis, & illicitè ſuperior concedit, & inferior retinet. Ita ſane docuerunt vtriuſque iuris doctores. Et ratio eſt plana, quia hoc eſt habere proprietatem, & liberum rerum dominium, quo voto paupertatis liberæ maioris perfectionis cauſa à ſe abdicarunt. Quod ex dictis in quadam decreta li *c* maximê comprobatur.

Vnde infero, quod religioſa, aut religioſus, qui dicta bona, ita poſsident, vt non ſint animo paratæ ea ad ſuperioris nutum relinquere peccant manifeſte contra votum paupertatis, & tenẽtur ea reſtituere, & á ſe omnino abdicare.

cc. cum ad monaſt. de ſtat. monac.

Secundo infero, quod qui dicit ſe animo eſſe paratũ ad iuſſum ſuperioris relinquere tamen, fundendo querelas, & mutationes, & huiuſmodi, non eſt tuta conſcientia, non modo obſcandalum, ſed ob votum paupertatis, cum conſtet licentiam illam eſſe coactam, magiſque permiſsionem eſſe dicendam, ſicut alia mala permittuntur, ne maiora eueniant.

Nec exiſtimo eſſe tutum, quod prædicti redditus poſsideantur auctoritate prælatorũ à prædictis religioſis particularibus. Quod ex Concilio Tridentino probat Petrus à Nauar. *d* At enim Concilium, nec liceat ſuperiori ſtabilia bona alicui regulari concedere, etiam ad vſum fructum, vel vſum, vel commendam. Adminiſtratio autem horum bonorum, ad ſolos officiales pertineat. In hoc enim decreto prohibetur regularibus prælatis etiam adminiſtrationem, vſum fructum, vel vſum poſſe concedere, non ergo ſolum negat Concilium regularibus pro-

d Nau. li. 3. de reſt. c. 1. n. 157.

prietatem, vt aliqui explicare conantur. Id enim iure naturali, & voto paupertatis (etiã Papa dispensante) est prohibitum, prohibet igitur Concilium vsum fructum administrationem, & commendam, quæ alias ex Papæ Concessione, vel superiorũ licita erat. Volens autem Concilium, in hoc reformare prædictas licentias, ac libertates, quæ malorum non bonorum semina sunt: ideo prædictam edidit constitutionem, quæ quidem maximè necessaria fuit in Christiana Republica, & ad ædificationem debitam, quam ex se dare regulares debent secularibus, & ad propriam eorum perfectionem, & disciplinam retinendam, iurique valde consentanea est censenda, si enim alia ratione, & causa prælatus huiusmodi bona concedere potest, ea certè duntaxat esse potest ad pios vsus, & honestos, siue suarum necessitatum tam victus, quam vestitus, in quarum subsidium illi redditus permissi, ac constituti esse videntur. Quæ certe non nego solent esse, vel extremæ, vel graues, siue vt aliqua indigna sua religione euitent his redditibus vel bonis, & fortasse, non modo indigna, vt verbi gratia manibus laborando, & vendendo cibaria, vt sibi succurrant, vel diuinis officijs, & laudibus subtrahendo, quibus vacari oportebat, sed etiam, quandoque grauia peccata, dum contra sacram honestatem, & pudicitiam â diuitibus necessaria extorquent vijs non bonis, siue tandem alia quauis ratione in pios vsus erogando.

ARTICVLVS. XIII.

Vtrum peccet contra votum paupertatis subditus, qui pro prædicationibus, aut missis recepit aliquod stipendium contra constitutionem ipsius ordinis.

REspondeo dicendo, alicui fortasse videri posset non esse peccatum mortale, supposito, quod in dicta communitate constitutiones, non obligent ad peccatum, si enim obligarent: planum esset peccatum si igitur in dicta communitate nulla regula obligat ad culpam, videtur quod nisi specialiter alicui, sub excommunicatione, vel virtute sanctæ obedientiæ prohibeatur, non erit peccatum mortale.

a Nau lib. 3 de resti. c. 1. n. 170. cum seq.

At Petrus à Nauarra *a* existimat esse peccatum mortale, sit enim contra votum paupertatis. Ex quo enim vouit paupertatem, non est capax dominij, at actus est dominij disponere de dicta pecunia, siue habeat apud se siue apud alium. Dices saltem liceret, si ita contraheret, faciam centum sacra, vt centum argenteos des certæ personæ pauperi, vel consanguineo. Sed respondetur idem in hoc casu esse dicendum: est enim virtuale, quoddam dominium, & pecuniarum dispensatio. Quando ex pacto talia sacrificia efficio, iam non gratis, sed stipendio facio, & ita est actus recipiendi pecuniam, rursus, cum alter illam pecuniam illi tertio tribuit nomine meo, tantũdem est, ac si ego tribuerem, & ita iam haberem rerum familiarium dispensationem. Licet enim nomine videatur eleemosyna, tamen re vera contractus est iuridicus iustitiæ commutatiuæ dati, & accepti, si tamen alter centum argenteos libere daret secluso pacto, ego gratificandi gratia centum sacra promitterem, sine dependentia vnius promissionis, ab altera, licitum esset.

Quod adeo verum putat Petrus à Nauarra, *b* vt etiamsi talis regularis licentiam habeat, ad aliqua retinenda, & dispensanda, vt si causa infirmitatis resideat in aliquo oppido, vel alia iusta de causa de superiorum licentia, habeatque à superiore pecuniam, & facultatem, aliquid recipiendi, & dispensandi pro rebus pijs, sibique necessarijs peccaret mortaliter stipendium, pro missis recipiẽdo, & retinendo, cuius præcipua ratio est, quia hoc efficitur contra votum paupertatis, non enim solum ad paupertatis rationem pertinet, quod non habeas pecuniam, sed etiam, quod hoc vel illo modo nõ acquiras, etiamsi posses habere. Qui enim hoc modo acquirit, ius acquirit ex illo contractu, adeo vt alter illi obligetur ad dandum. Neque excusat, si dicas esse eleemosynam, licet enim nomine sit eleemosyna, verum tamen est stipendium, quod alter soluere obligatur directê, vel indirectè: pertinet igitur ad votum paupertatis non modo, vt non accipias vel retineas pecuniam, sed etiam, vt non habeas ius ad pecuniam ex contractu, vel pacto à te inito. Cum igitur paupertatis hic modus genusque sit, & expresse traditus, & commendatus ab ipsis constitutionibus, in quantum paupertatis est, sequitur plane, quod dum vouisti paupertatem iuxta tenorem constitutionem eiusdem communitatis

b Naua. vbi su. n. 171.

eodem

eodem actu vouiſti non modo â pecunia accipienda, ſed ab hoc genere accipiendi abſtinere. Vnde non eo ipſo, quod ſuperior tecum diſpenſat, vt habeas pecuniam iuſtis de cauſis cenſendum eſt diſpenſare in modo acquirendi, qui contrarius eſt, non ſolum obedientiæ, ſed etiam latitudini voti paupertatis eiuſdem religionis.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrum Moniales primæ regulæ Sanctæ Claræ poſt Concilium Tridentinum poſſint habere poſſeſſiones, & immobilia.

RÉſpondeo dicendo, quod Moniales Sanctæ Claræ ſunt in duplici differentia, quædam enim ſunt primæ regulæ, quæ vocantur collectaneæ. Aliæ ſunt ſecundæ regulæ, quæ vrbanæ nuncupantur. Pro cuius rei explicatione eſt ſciendum, quod in prima [a] regula Sanctæ Claræ ipſis Monialibus præcipiebatur, ne poſſint habere aliquid, etiam in communi. Dicitur enim ibi. *Ego frater Franciſcus Paruulus volo ſequi vitam, & paupertatem altiſſimi Domini Ieſu Chriſti, & eius Sanctiſſimæ matris, & perſeuerare in ea vſq; in finem. Et ego rogo vos omnes dominas meas, & conſilium do vobis, vt in iſta ſanctiſſima vita, & paupertate ſemper viuatis. Et cuſtodite vos multum ne doctrina, vel conſilio alicuius ab ipſa in perpetuum vllatenus recedatis. Et ſic ſemper ſolicita fui vnà cum ſororibus meis Sanctam paupertatem, quam Domino meo, & B. Franciſco promiſimus cuſtodire, ſic teneantur Abbatiſſæ, quæ in officio mihi ſuccedent, & omnes ſorores, vſque in finē inuiolabiliter obſeruare, videlicet de non recipiendo, ſeu habendo poſſeſſionem, vel proprietatem per ſe, vel per interpoſitam perſonam, ſeu etiam aliquid, quod rationabiliter proprietas dici poſſit, niſi quantum terræ pro honeſtate, & renouatione monaſterij neceſſitas requirit, & illa terra nō laboratur niſi pro hortu ad neceſſitatem ipſarum.* Et alibi, [b] *ſorores nihil approprient, ſibi nec domum, nec locum, neque aliquam rem, ſed tanquam peregrinæ, & aduenæ in hoc ſeculo in paupertate, & humilitate domino famulantes mittāt pro eleemoſyna confidenter. Nec oportet eas verecundari, quia denique ſeſe cit pro nobis pauperem in hoc mundo.* Hæc in regula Sanctæ claræ. Prima quæ fuit ab Eugenio IIII. mitigata, prout habetur in monumentis [c] ordinum. *Ait enim, quod cum in regula prima Sanctæ Claræ contineantur centum, & tria præcepta regularia, in quorum tranſgreſſione Moniales, ſiue ſorores profeſſæ peccatum mortale incurrunt, idque nimis durum, & ſcrupuloſum videamus authoritate, & tenore præſentium declaramus, & volumus, quod in nullius prædictorum tranſgreſſione, prater quam eorum quatuor, quæ concernunt principaliora vota obedientiæ ſcilicet, paupertatis, & caſtitatis, & clauſuræ, & ſuper electione Abbatiſſæ, & depoſitione peccatum mortale incurrāt.* Et vt omnis tolleretur ambiguitas Vrbanus [d] Papa aliâ edidit regulam, quæ vocatur ſecunda regula Sanctæ Claræ. In qua dicit. *Vt autem bene, & iucunde habitatis in vnum, ne ſub prædictarum obſeruantiarum differentia, à modo viuendi videamini differentes, ſed habitetis in domo domini, cum conſenſu regulam, ſiue formam vi-*

a Reg. 1. c. 6

b Reg. 1. c. 8

c In 2. imp. fo. 42. col. 2. 47.

d In monum. tract. 2. fol. 293. e Rub. 22.

viuendi præsentibus annotatam vobis, & his qui vobis successerint de eorum patrum consilio præsentium tenore concedimus, & etiam confirmamus in singulis monasterijs vestri ordinis perpetuis temporibus obseruandam. Et inter alia huius secundæ regulæ, hoc in ea annotatur, *pro redditibus, & possessionibus monasterij modo debito pertractādis procurator vnus prudens pariter, & fidelis in singulis monasterijs vestri ordinis habeatur.*

Ex qua secunda regula Sanctæ Clarę colligitur Vrbanum Pontificem præfatis Monialibus concessisse, vt habere possent reddi tus, & possessiones, non tamen facultatem abstulisse, vt quæ vellent, primam regulam obseruare, idque opere complere valerent vnde authoritate Apostolica, in Italia, & in Hispaniarum partibus aliqua sunt Monasteria, in quibus satis regulariter viuitur, & regula prima Sanctæ Claræ obseruatur nullos habentia redditus, & possessiones, in quibus Moniales, ex quotidianis eleemosynis sustentātur. His sic prælibatis, vt adid quod in principio quæstionis disputādum proposuimus deueniamus dubitatur modo, vtrum post Concilium Tridentinum possint prædictæ Moniales, primæ regulæ Sanctæ Claræ habere redditus, & possessiones non obstante earum regula, & constitutionibus. *Ait enim, concedit Sancta Synodus* f *omnibus monasterijs, & domibus, tam virorum, quam mulierum mendicantium exceptis domibus Sancti Francisci Capuccinorum, & eorum, qui minores de obseruantia nuncupantur, etiam quibus ex constitutionibus suis erat prohibitum, aut priuilegio Apostolico, non erat concessum, vt deinceps bona immobilia eis possidere liceat.* Hæc Conciliū. Et quendam virum satis doctum audiui tenuisse, per hoc decretum non esse concessum Monasterijs præfatis primæ regulæ Sanctæ Claræ, posse habere possessiones, & bona immobilia, cū in eo decreto solum dicatur Monasteria, quibus ex constitutionibus suis erat prohibitum eas habere, possint posthac prædicta bona possidere, non autem (aiebat) loquitur Concilium, de his quibus, *ex visua regulæ*, & professionis, erat prohibitum prædicta habere, sicut Monasterijs primæ regulæ Sanctæ Claræ prohibebatur, prout in superioribus retulimus. *Si* enim de his Monasterijs, verba facere vellet diceret vtique, ex constitutionibus suis, & ex regula, siquidem in eodem Concilio, & sessione capite vigesimo secundo, ibi, *sub quacumque regula, vel constitutionibus*, & ibi, *necnon constitutionibus, & regulis*, constitutiones, vt quid diuersum à regula designantur. At ego in ea sum opinione, vt regulā à constitutionibus minī me differre existimem, cum regula non obliget, nisi ratione præcepti in ea appositi, quod idipsum de constitutionibus est dicē dum, vt scilicet non obligent, nisi ratione præcepti. Vnde D. Thomas g loquendo de constitutionibus ordinis Prædicatorum ait quod prædicatores tenentur seruare omnia, quæ sunt in regula in constitutionibus, prout sunt in eis, id est præcepta, vt præcepta, & consilia, vt consilia, & sic præfata Concilij Tridentini verba ibi, etiam quibus ex constitutionibus sufficiunt, vt etiam per ipsummet Concilium censeatur dispensatum, cum his qui ex vi regulæ habere redditus, & possessiones prohibentur.

Nec obstat consideratio superius apposita ex alio decreto Concilij elicita, nam copulatiua, apposita inter nomen regula, & nomen constitutionibus, non sumitur secundum significatum proprium, secundum quē ponitur inter verba diuersa, significantia diuersa iuxta quasdam memorabiles Glossas, sed accipitur, proprie pro seu, vel siue, quæ ponuntur inter diuersa verba idem significantia iuxta Panormitanum i communiter receptum, quod patet ex eodem decreto, ibi, *Sub quacumque regula, vel constitutionibus*, & infra ibi, *constitutionibus, & regula*, in quibus pro eodem accepit Concilium coniunctionem, & disiunctionem, vel.

Denique miror, quod doctus alias vir tā fragili argumento in re tam graui contrariū opinionem tenere tentauerit, cum ipsius fragile

f Con. Trid. sess. 25. de regul. c. 3.

g D. Thom. 2. q. 186. art. 9. ad. 1.

h Glossa. in Rub. de iur. & fact. ign. & in c. querelam de simon.

i Panor. inc. inter cæter. de resc.

gile argumentum ex eodemmet Concilio Tridentino, conuincatur eſſe ſatis fragile, & nullius momenti, in capite enim finali eiuſdem ſeſsionis præcipitur regularibus, vt omnia in ea ſeſsione ordinata executioni mandentur, non obſtantibus eorum omniũ & ſingulorum priuilegijs, ſub quibuſcumq; formulis verborum conceptis, ac Maremagnum appellatis etiam in fundatione obtentis, necnon conſtitutionibus, & regulis, etiã iuratis. Vides quomodo prædictũ decretum concedat, vt omnia Monaſteria virorum, vel mulierum poſsint habere redditus, & poſſeſsiones non obſtantibus conſtitutionibus, & regulis, quod voluit prædictum decretum tertium eiuſdem ſeſsionis ſignificare in præfatis verbis, ex conſtitutionibus ſuis, regula enim ſuas particulares includit conſtitutiones, in ea enim eſt conſtitutio de ſilentio ſeruando, alia de modo conuerſandi alia de ieiunio, & alia de clauſura, alia quod non poſſunt Monaſteria poſsidere bona immobilia, prout in regula Patris noſtri Franciſci, & in regula prima Sanctæ Claræ præcipitur, vnde cõciliũ cõcedens, habere bona immobilia Monaſterijs virorum, & mulierũ etiamſi ex conſtitutionibus ſuis, aut ex priuilegio Apoſtolico illis eſſet prohibitum in ea conceſsione, ex dictis Monaſteria Capuccinorum Patris noſtri Franciſci, & de obſeruantia continebantur, cum ex conſtitutionibus regulæ id ipſis eſſet vetitum, niſi ſpecialiter exciperentur.

*P*robatur deinde noſtra ſententia, nam concilium excepit Monaſteria Capuccinorum, & fratrum de obſeruantia, ergo regula generalis præfati decreti habet locum etiam in monaſterijs, quibus ſecundum regulam habere proprium in communi eſt vetitum, nam ſecundum iuris diſpoſitionem exceptio fit de contentis ſub regula, cum in exceptione ſeruanda ſit deciſio contraria regulæ, & perdat regula in exceptionibus ſuum officium, vt notatur in iure, K & tradunt *D*ynus Gloſſa, & doctores communiter.

K L. 1. de reg. iur. Dynus Gloſ. & omnes in rub. de reg. iur.

Nec obſtat ſi dicas exemptionem vtilem eſſe ad maiorem ipſius regulæ declarationem, & expreſsionem, licet regula ipſa exceptum caſum minime comprehendat, vt colligitur, ex iure. *l* Vnde videtur, quod exceptio Monaſteriorum Cappuccinorum B.P.N. Franciſci, & de obſeruantia fuit facta, non quia regula generalis Concilij concedens Monaſterijs virorum, vel mulierum, etiam mendicantibus poſſe habere poſſeſsiones, præfata Monaſteria Capuccinorum, & de obſeruantia comprehenderet, cum ex vi regulæ habere eas ſit prohibitum ſed vt omnis dubietas, de medio tolleretur fuerunt præfata Monaſteria excepta.

l L. quæ dubit. ff. de re. iur.

Nam reſpondetur prædictam exceptionẽ in hoc decreto, non fuiſſe appoſitam, tantum ad tollẽdum dubitationem, ſed quia regula generalis præfati decreti, ea etiam cõprehendebat, præfatum enim ipſius Concilij decretum de Monaſterijs, & domibus, tam virorum, quam mulierum mendicantiũ loquebatur, etiam de his, quibus ex conſtitutionibus, aut ex priuilegio Apoſtolico, erat prohibitum habere bona immobilia, & conſtat Monaſteria horum fratrum, ſecundum regulæ conſtitutiones eſſe huiuſmodi: ergo præfata monaſteria, ſub regula communi includebantur, nam lex generaliter loquens generaliter debet intelligi, niſi aliud ex verbis, aut mẽte legis conſtet, at non conſtat contrarium, ergo fuit neceſſarium ea excipere, alioquin comprehenderentur.

m L. de prætio ff. de publi. in rẽ actio. c. ſoli. §. fi. de maior. & obe

Sed contra prædicta poteſt argui, ex alio eiuſdem Concilij Tridentini *n* decreto, in quo præcipitur, quod omnes regulares, tam viri, quam mulieres ad regulæ, quã profeſsi ſunt præſcriptum vitam inſtituant & componant, ex quo decreto videtur dicendum, quod de mente Concilij, eon poſſunt Monaſteria habere bona immobilia, contra regulam, quę in ipſis profitetur, ſed reſpondetur, quod mens concilij nõ fuit decernere, vt ſtatus religionum reducantur, ad primam omnimodo formam, præſertim, ſi talis forma ſit iure communi, vel authoritate Papæ declarata, vel mutata, ſed ſolũ ad ea quæ habet, vt tria vota eſſentialia ſeruentur prout aduertit Nauarrus, *o* & in decreto tertio eiuſdem ſeſsionis, in quo conceditur Monaſterijs habere bona immobilia authoritate Apoſtolica fit hæc declaratio, & in nihilo votis eſſentialibus religionum præiudicatur, paupertas enim in communi, non in particulari eſt religioni eſſentialis.

n Con. Tri. ſeſſ. 25. de regul. c. 1.

o Nau. 3. to. de reg. c. 24

Denique hanc fuiſſe mentem Concilij, quod ſcilicet omnia Monaſteria, tam virorũ quam mulierũ poſsint habere poſſeſsiones etiamſi eorum regula, id prohiberet, mihi affirmauit Illuſtriſsimus Dominus Georgius de Tayde Epiſcopus Vicenſis Capellanus maior ſuæ Maieſtatis, qui præfato Concilio

lio interfuit, & manu propria, præfatum, tertium decretum ſcripſit, qui me certiorem fecit particulariter propter Moniales, primę regulæ Sanctæ Claræ fuiſſe editam, & quod dam miniſterium tanquam teſtis oculatus in dicauit mihi eiuſdem decreti, in quo primo loco excipiuntur Monaſteria Capuccinorum B.P.N. Franciſci. Deinde, ſecundo loco Monaſteria de obſeruantia fratrum, cum primo loco Monaſteria obſeruantiæ, quia antiquiora, quam Monaſteria Capuccinorum eſſent, excipienda, quod ideo euenit, quia poſtquam præfatum decretum fuit factum aberat P. Frater Franciſcus à çamora, tunc generalis obſeruantiæ, & ideo non petijt à Concilio, vt monaſteriorũ de obſeruãtia fieret exceptio, aderat autem P.F. Thomas, ciuitatis de Caſtello generalis Capuccinorum, ad cuius aures peruenit hoc generale decretum, & ideo primo de Monaſterijs Capuccinorum, petijt fieri exceptionẽ prout facta eſt, quod ſcientes Patres graues obſeruantiæ in Cõcilio exiſtẽtes, ſcilicet P. F. Ioannes Ramirez Hiſpanus miniſter Prouincialis prouinciæ Sancti Iacobi. Et P. Fr. Michael de Medina Hiſpanus Sanctæ Theologiæ doctor. Et P. Fr. Franciſcus Orantes Lector Valliſoleti, pro reuerendiſsimo Epiſcopo Valentino, qui poſtea fuit Epiſcopus Ouetenſis. Et pater Frater Ioannes Lobera Lector Theologiæ Salmanticæ, Miſsi in ſocietatem Prouincialis Prouinciæ D. Iacobi ſuperius memorati, qui vt audierunt recurſum generalis Capuccinorum, ſtatim zelo obſeruantiæ id ipſum à patribus concilij petierunt, & de facto vt monaſteriorum fratrum de obſeruantia fieret ſimiliter exceptio, conſecuti ſunt, & hac ratione, licet congregatio obſeruantiæ antiquior eſſet, quam congregatio Capuccinorum, primo facta eſt exceptio Monaſteriorum Capuccinorum, cum in præfata ſupplicatione patres obſeruantiæ præueniret. Ex quibus infertur quod cum in prædicto decreto, non excipiantur Moniales Sanctæ Claræ, primæ regulæ, remanent in diſpoſitione iuris communis prefati decreti, & ſic iure optimo poſſunt modo, poſt Concilium Tridentinum habere poſſeſsiones, & immobilia. Propter quas, vt mihi affirmauit præfatus Illuſtriſſimus Dominus præſul Georgius de Tayde hoc in eo decreto fuit definitum, quia ſcilicet in partibus Vltramontanis, tãta erãt paupertate concuſſæ, vt earum paupertas eas ab otio, & contemplatione diuinorum officiorum retraheret, prout teſtimonijs fidedignis, apud patres concilij fuit relatum. Quod ſumma ratione, ita fuit ordinatum. Sicut enim Alma mater Eccleſia plerumque, nonnulla rationabiliter ordinat, & conſultè quæ ſuadente ſubiectorũ vtilitate poſtmodum conſultius, & rationabilius, reuocat in meliuſque commutat, prout aſſerit Bonifacius *p* VIII. & Innocentius III. *q* in concilio generali, ait etiã, non debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta quandoque varientur humana, præſertim, cum vrgens neceſsitas, vel eui dens vtilitas expoſcit, quoniam ipſe Deus ex his, quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauit in nouo. Ita patres Concilij Tridentini varietate temporum conſiderata conſtitutione regulares immutauerunt iudicantes neceſsitati, & euidenti vtilitati ita prouiſum iri. Quanuis enim omnimoda mẽdicitas, nempe, vt neque priuatim, neq; in cõmuni aliquid poſsideatur, ex genere ſuo habeat plus dignitatis, & meriti apud Deum, quam in communi poſſeſsio, nam religionis inſtitutio eſt illam amplecti diſciplinam, per quam ad perfectionem charitatis expeditius aſcendatur, cum dicat Auguſtinus nutrimentum charitatis eſt diminutio cupiditatis, & ſic mendicitas, apud Diuum Paulum commendatur. Quamuis inquam, mendicitas omnimoda præferẽda ſit, poteſt tamen ratione finis, aliarumque circunſtantiarum, pro loco, & tempore condecentius, eſſe ea in communi poſsidere, quæ monachorum victui neceſſaria, prout aſſerit Diuus Thomas. *r* quod primo probatur, nam charitas in paupertate, ea tantum ratione conſiſtit, quod rerum amorem, & ſolicitudinem præſcindat, quæ ſi non præſcindat, imo augeat, tum in religionibus taliter eſt diſponenda, vt ad perfectionem charitatis fiat aſcenſus, cum religiones hunc habeant ſcopum, vt in dies religioſi in charitate radicati proficiant in via cum eiuſdẽ charitatis augmento. Illa autem monachorum, & religioſorum diuagatio, quæ ad victum quærendum neceſſaria eſt, non ſecum permittit otiũ quod ad eiuſmodi ſpiritualia munia exercenda operæ pretium eſt.

p cap. alma mater de ſent. ex. li. 6 qc. non debet de conſ. & affi.

r D. Thom. vbiſu.

Secundo probatur, nam ex temporum inclementia alia poteſt oriri commoditas eiuſmodi poſſeſsionis in communi, nempe, quod poſtquam charitas refrixit mendicantes

tes moleſti ſunt populo,&oneroſi,qua ratione religio vileſcere in eius oculis incipit. Præterea nimia egeſtas cogere mendicos aſſolet aliqua negotia, cum ſecularibus tractare,& aliquibus quandoque improbitatibus victũ extorquere, quæ eorum inſtituta obſcurant, prout alia adducendo multis doctiſsimus *Sotus* comprobat.

f Sot. lib. 7. iuſt. q. 5. ar. 2. Caie. ſuper D. Tho. vbi ſu.

Pro quorum confirmatione faciunt ea, quæ nobis ſcripta reliquit Caietanus, *t* ait enim, quod ratio maioris ſolicitudinis regularium in viuendo,his temporibus eſt triplex,prima eſt multitudo promiſcua, quodammodo eorum,qui ad huiuſmodi religiones recipiuntur,non enim deberent omnes adharum religionum profeſsionem recipi, ſed ſoli idonei ad officium prædicandi, & confeſsiones audiendi,& miniſtri eorum neceſſarij,melius enim eſſet pauciſsimos habere in conuentu ad officium diuinum, & Miſſas celebrandum, quam in tot miniſtris vices magnarum Eccleſiarum ſurripere in Miſsis,& diuinis officijs, non ſine vilitate diuini cultus,quo ad miniſtros,& populum dum tot ſunt Miſſæ,quot auditores ſpectati & huiuſmodi,& culpa extenditur,dum hæc laudatur. Secunda nimius ſumptus, nam quod triginta religioſi hodie exigunt paulo ante pro centum forte ſufficiebat. Nunc ſi deeſſet pitantia conuentui error maximus eſſet,olim ſat erat, quãdoque habere illam, imo legitur Beatum Dominicum procuratorem conuentus Bononienſis arguiſſe, quod deſtrueret eifratres, quia ſæpe dabat eis pitantiam, & tamen quantum ex illa lectione memini, non dabat forte bis in hebdomada pitantiam procuratorille, olim veſtes veteres,& laceræ,refarcitæ tamen in vſu erant, modo conſumitur ærarium magnum in veſtibus. Taceo de fabricis ſumptuoſis,quæ à mendicantibus fiunt. Et breuiter expenſæ modernæ,tantum diſtant ab antiquis, vt nõ ſit mirum,ſi multa opus ſit ſolicitudine. Tertia eſt vitæ imperfectio, quia religioſi deficimus in vitæ perfectione,quo fit, vt prælatis ſolicitudo ſit conſolatos fratres conſeruã di in victu,&c.& ſeculares non videntes perfectionem,quæ in talibus exigitur,non dant largiter,& Deus principalis diſtributor iuſtiſsimè ſubtrahit eleemoſynas malemeritis,de ſua profeſsione. Hæc Caietanus. Vnde cum, proh dolor, his temporibus hæc tres Caietani rationes inueniantur nimirum, ſi Concilium Tridentinum, etiam pro Capuccinis Patris noſtri Franciſci, & pro fratribus de obſeruantia ſupra appoſitum tentauerit proponere decretum, quod ad eos etiam extenderetur, niſi iuſtiſsimis adhoc ſuadentibus cauſis à regula generali prædicti decreti exciperentur. Et cum Moniales primæ regulæ Sanctæ Claræ, non excipiantur, clarum eſt earum Monaſteria ſub dicti decreti generalitate comprehendi, & per conſequens illis conceſſum eſt modo poſsi dere immobilia. Quæ ſi nolint tali ſe conceſsioni conformari laudandæ ſunt,dummodo ſolicitudo mendicãdi eas, ab otio diuinorum non rerrahat,dummodo etiam paupertatem etiam in communi prædicantes in his quæ pertinent ad neceſſaria vitæ, & in alijs, vt habentes ditiſsimos redditus,& poſſeſsiones,non viuant,& conuerſentur.

QVÆSTIO XXX.

De paupertate,quo ad fratres Minores regularis obſeruantiæ in quatuor articulos, diuiſa.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 *VTrum paupertas fratrum Minorum ſit meritoria.*

2 *Quæ ſit in noſtra religione Minorum pœna proprietarij.*

3 *An vniuerſaliter ſit licitum fratribus Minoribus burſarium itinerando ſecum ducere.*

4 *Vtrum cum fratribus Minoribus conuentualibus ſit recte diſpenſatum, vt poſsint habere proprium in communi.*

Multa circa hanc quæſtionem eſſent dicenda,ſi apud regulares huius ſacri,& Apoſtolici inſtituti,non eſſent tot regulæ expoſitores, qui hanc paupertatis materiam exactè,& erudite declarant, ad quos nos fratres Minores recurrimus,cum aliqua emergit difficultas,nunc autem tantũ quatuor articulos proponam in hac quæſtione. Aduertat tamen lector in his tractatibus

a aliqua, circa noſtrum Minorum inſtitutum exactè peragi.

a 1. tomo. q. 27. & 2. to. q. 78. & ſup. q. præce. ar. 19. conc. 4.

ARTI-

ARTICVLVS I.

Vtrum paupertas fratrum Minorum ſit meritoria.

Eſpõdeo dicendo, quod Nicolaus III. & Clemẽs V. in declaratione regulæ fratrũ Minorum regularis obſeruantię determinauerũt, quod paupertas prædictorum fratrum Minorum, quę abdicant proprietatem omnium rerum, tam in particulari, quam etiam in communi propter Deum eſt meritoria, & ſancta, quam Chriſtus viam perfectionis oſtendens verbo docuit, & exemplo firmauit. Et circa hoc dicit, ibi multa notabilia. Et Alexander VI. approbauit, & perpetuæ firmitatis robur obtinere voluit literas Martini IIII. & Martini V. Eugenij IIII. Calixti III. ac Sixti IIII. necnon Pauli II. Romanorum Pontificum per quas literas huiuſmodi Pontifices profeſſoribus ordinis Minorum conceſſerunt, quod vſum bonorum eis, & dicto ordini relictorum (proprietate, ſeu dominio, eorumdem bonorum, apud Romanam Eccleſiam remanente) cum puritate ſuæ regulæ percipere, & habere poſsint, ita habetur in ſupplemento. *b* Quæ approbatio confert, ad reualidationem decretalis Nicolai III. & ad derogationem extrauagantium Ioãnis XXII. & ſic in capitulo generali Miclenenſi declaratum eſt, quod Papa Ioannes XII. reuocauit ante mortem ſuam, quidquid dixerat, vel fecerat contrarium Eccleſiæ, & determinationi Romanorum Pontificum, circa hoc. Quare conſtitutiones, quas fecerat contra declarationes Nicolai III. & Clemẽtis V. nullius ſunt roboris, vt in monumentis ordinum tefertur. Quod capitulum generale declarauit, quod duplex eſt ius vtendi, id eſt licitè vti, & ſic vtimur fratres Minores aliud eſt ius vtendi, id eſt dominium rei habere, vel authoritatem exigendi immediatè habere, & iſto modo non habemus alicuius rei ius vtendi, nec habere poſſumus, vt in eodem libro *d* refertur.

a ca. exijt de verb. ſig li. 6. clem. exiuit de para. de verb. ſig. habetur in mon. ord. f. 5. tract. 2. & fo. 7. ar. 2. in 2. imp.

b Supp. fol. 75. conceſ. 225.

c In 1. imp. fo. 227. trac. 3. & in 2 fo. 249. tract. 2.

d In 1. imp. fo. 228. trac. 3. & in 2 fo. 247. tract. 2

ARTICVLVS II.

Quæ ſit in noſtra religione Minorum Pœna proprietarij.

REſpondeo dicendo, quod in capitulo generali Burgenſi fuit declaratũ, quod proprietarij pœna, quæ aliquando ponitur in conſtitutionibus eſt pœna priuationis actuum legitimorum, & canonicæ ſepulturæ, at pro laicis, priuatio vocis actiuæ, & paſsiuæ, ac viſitationum in iudicio. Ita habetur in monumentis *a* ordinum, circa quam conſtitutionem, multa dicenda veniunt circa negationem ſepulturæ Eccleſiaſticæ, pro fratribus proprietarijs, de quo vide infra hoc tomo, in quæſtione de ſepulturis. Quis autẽ dicatur proprietarius ad prædictas pœnas inferendas, ex his quæ diximus, in quæſtione præcedenti *b* ſatis patebit, & circa hoc conſtitutiones religionum ſunt cõſulendæ, nec eſt proprietarius, qui de licentia ſui prælati habet multa ſuperflua, paratus, ea reſignare, vt tenet Silueſter *c* quem ſequitur Ioannes Trullus.

a In 1. imp. f. 223. tract. 3. & fo. 244 tract. 2

b q. præced. ar. 10.

c Silu. relig. li. q. 7. Trul. de canon. regul. c. 7. nu. 13.

ARTICVLVS. III.

An vniuerſaliter ſit licitum fratribus Minoribus regularis obſeruantiæ Burſarium in via ducere.

REſpondeo dicendo, quod hæc quæſtio magnam requirit diſputationem, quam relinquere decreui decidẽdam in hoc tomo, cum expoſitores regulæ noſtrę eam exponant, & reſoluant præcipuè doctiſsimus Corduba, *a* ad quam & ad alios regulæ expoſitores me remitto.

a Cord. ſup. reg. c. 4. q. 13

ARTICVLVS IIII.

Vtrum cum fratribus Minoribus Conuentualibus ſit rectè diſpenſatum, vt poſsint habere proprium in communi.

REſpondeo dicendo, prout in primo tomo, *a* latè diximus, quod fratres conuentuales in ordine Minorum dicuntur com-

a 1. to. q. 4.

communiter clauſtrales ſimul, & conuentuales, cuius nominis originem ibi explicauimus, nunc autem originalius huius nominis natiuitatem indagantes inuenimus hoc nomen ad petitionem fratrum Minorum fuiſſe ipſis impoſitum ab Innocentio IIII. Papa, vt ex eius Bulla patet, cuius tenor in hunc modum, ſe habet.

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filijs fratribus ordinis fratrum Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum tanquam veri, & fideles Chriſti miniſtri elegeritis vobis in domo domini manſiones, dignum eſſe credimus vt habitacula veſtra inter alias honorabiles congregationes fidelium ſtatuamus. Hinc eſt igitur, quod veſtris ſupplicationibus inclinati præſentium authoritate decernimus, vt Eccleſiæ veſtræ omnes vbi conuentus exiſtunt, conuentuales vocentur: concedentes vobis nihilominus licentiam, vt in ipſis Eccleſijs ad opus fratrum veſtrorum habere libere cæmeteria valeatis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſiquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugduni non. Aprilis Pontificatus noſtri. Anno VI.

Ex hac Bulla, ait Petrus Rodulphus [b] cõuincitur, & proſternitur error, & temeritas Seraphinic Regij, qui in ſuo libello centum caſuum abutitur nomine conuentualium contra declarationem Innocẽtij IIII. Pontificis maximi. Qui bona poſſident in communi, ex diſpenſatione Apoſtolica, de cuius diſpenſationis iuſtificatione, quæritur in titulo quæſtionis.

[b] Rod. li. 2. hiſto relig. Frãci. l. 149. pa 2.

[c] Reg. caſ. 7

Pro cuius rei explicatione eſt notandum quod anno Domini 1495. fuit Pariſijs, quidam Frater Ioannes cognomẽto Perrinus ex Nouo Caſtro, qui compilauit quæſtionem in qua rationibus, & authoritatibus nonnullis nititur oſtendere regulam non valentes commodè obſeruare ſpiritualiter hoc eſt ad literam, ſine aliqua Gloſſa, & limitatione minime eſſe tutos apud Deũ, & in cõſciẽtia. Fundamẽtũ huius viri eſt, quia intentio D. Franciſci fuit inſtituere ordinẽ in altiſſima paupertate, quã ſuis poſteris iure hæreditario reliquit, cum paupertas ſit regina omnium virtutum: Theſaurus enim monachorũ, nihil aliud eſſe videtur præter volũtariã paupertatẽ. Ex quibus Perrinus duo infert, primo quidẽ, quod habere prædia, & annuales redditus, quæ inter bona immobilia cõputantur eſt cõtra paupertatẽ regulæ. Nã vbi proprietas, ibi ſingularitas, vbi ſingularitas ibi angulus, vbi angulus ibi ſordes, vbi ſordes ibi nõ habitat ſpiritus mundiciæ, & puritatis amator perpetuus Chriſtus Ieſus. Ex hoc pẽdet ſecũdũ eius dictũ, videlicet priuilegia derogare puritati regulæ, & diſpẽſationẽ, ſine cauſa iuſta eſſe nullã, quin potius diſpenſanti, & diſpẽſato maximũ detrimentum afferre. Huc vſque Perrinus.

Sed ſupradictus Perrinus debuit aduertere quod quando ſummi Pontifices aliquam faciunt ſuper huiuſmodi rebus diſpẽſationẽ in dubio credendum eſt cauſas talis diſpenſationis eſſe ſatis iuſtificatas. Vnde ano Domini 1258. Alexãder IIII. Põtificis Greg. IX. nepos rigorẽ regulæ Minorum in multis miſericorditer temperauit Pontificatus ſui anno quinto. Quod fecerunt quoque multi alij ſummi Pontifices velut prædicti ordinis veri patres vt Innocentius IIII. Viderunt enim Franciſcanam familiam latè multiplicatam, & quod prima rerum facies ſenſim quodam laxiori vitæ genere pro tẽporum volubilitate, hominumque varietate, longe immutari cœpit. Cui ſanẽ, veluti morbo nullum opportunum medicamẽ, pro temporum conditione adhiberi poteſt impoſsibileque eſſe; videtur, vt in exiguis paruiſque redditibus conuentuum obſeruantia regulæ ſeruari queat. Quod etiam noſtris temporibus ſanctiſsimè conſiderauit Pius Quintus, qui paternè tentauit deducere conuentuales, ad priorem

regulæ rationem, fragilitatem, atque ob ſeruantiam, nouit tamen indigentiam, & penuriam religionis, neque in minori numero, quam duodecim fratrum poſſe fieri obſeruantiam, vt patet per motum eius proprium, cuius initium eſt, *Pius Epiſcopus, illa nos cura,* Vnde fatendum eſt Petrino multa eſſe in ordine, quæ non ſunt de ordine, & indigent correctione. Fatendum eſt etiam, quod venenum charitatis eſt terrena cupiditas, & vt ait Gregorius magnus, tanto quiſque â ſuperno amore diliungitur, quanto magis in infirmis delectatur, & quod diuitiæ, ſi attrectentur velut ſpinæ confodiunt, & exulcerant animam, imponuntque vincula, & compedes pedibus conſcientiæ, & quod hæc duo prænomina meum, & tuum ſuſcitant faces inuidl, rixas diſcordiæ, & lites, & in hoc præcipuum fuit Beati Franciſci ſtudium, vt â ſua relegaret regula loculos & illicitam omnem conquiſitionem, atque ſuperfluorum prouiſionem, & paupertatẽ induxit virtutem illam cæleſtem, per quam terrena omnia calcantur, in eaque paupertate, quam ſibi inclytus pater in ſponſam accepit fundauit regulam ſuam, ſicut canit Thomas de Capua in hymno ab eo edito, *In paupertatis prædio Alii norum plantans vineam,* fatendum eſt etiam Petrino, quod habere redditus annales, & prædia eſt contra puritatem regulæ. Sed dico, quod aliquid recipi poteſt in proprietatem, & vſum, aliquid in proprietatem, & non vſum, aliquid in vſum, non in proprietatem, receptio rei in proprietatem prohibetur fratri Minori, & quia ad hoc, quod teneat donatio nõ ſolum requirit liberam voluntatem in dante, & in recipiente, ſed non prohitionem legis, vel ſuperioris inde eſt, quod quamuis aliquis ſit dominus pecuniarum ſuarum non poteſt eas donare fratri Minori, cum receptio rei in proprietatem ipſi ſecundum ſuam regulam prohibeatur. Secundo receptio quarundã rerum ad vſum conceditur fratri minori, vt veſtium, & librorum. Conceduntur etiam ipſis fratribus breuiaria, & miſſalia ad celebranda diuina officia, & lectoribus, & prædicatoribus conceduntur libri. Quod non prohibet regula, prout explicant quatuor magiſtri, & declarat Diuus Bonauentura in expoſitione illorum verborum, nolite cogitare de craſtino, Et ſi fratres nihil penitus recipiebant in principio exorientis religiouis, in illo recenti feruore diligebantur ab omnibus, vt per ſpicue cernimus inter initia cuiuſcumque ordinis ſed temporum ſucceſsiones declarant, quod refrixit multorum charitas, & murem (vt in prouerbio eſt,) miſſum eſſe in peram. Tertio receptio pecuniæ, & denariorum, quo ad proprietatem, & vſum, & affectum prohibetur fratribus Minoribus per ſe, & per interpoſitam perſonam. Dicit Petrinus priuilegia conuentualium derogare in primo, & in hoc puritati regulæ, Cui reſpondetur derogare ſane, ſi ſurreptitia eſſent, at non ſunt ſurreptitia, cum in eis cauſa vera talium indultorum proponatur, multa ſua ſponte ſummi Pontifices illis conceſſerunt, vt patet per bullas Apoſtolicas, & quod magis eſt, Sixtus huius nominis Quartus ſummus Pontifex, qui ex conuentualibus Minorum ad ſupremum Pontificis apicem aſſumptus eſt, nouit veritatem, vidit & expertus eſt, & tantum abeſt, quod fuerit ſupplicatum â fratribus vt ipſe motu proprio, cum fratribus conuentualibus diſpenſauerit. Quæ & approbauit Paulus Tertius Pontifex Maximus, & habetur Diploma Viterbij, in ſacrario Eccleſiæ Sancti Patris Noſtri Franciſci, prout refert Rodulphus, *c* & vltra concedit, quod conuentuales poſsint ſuccedere in temporalibus bonis, in quibus de iure ſuccederent, ſi in ſeculo manſiſſent, legata pia, & eleemoſynas recipere, tenere, & habere, & in proprios vſus conuertere, vt poſsint ſibi ſuffragari de licentia tamen ſuperioris ſui.

c Rodulph. vbiſu.

Vnde his ſtantibus error eſt dicere eos qui Diui Franciſci regulam iuxta Eccleſiæ interpretationem, per ſummos Pontifices factam obſeruant in ſtatu eſſe damnationis, nam ex hoc Eccleſiam errare (quod abſit) ſequeretur in his, quæ ad animæ ſalutem ſpectant. Imo dicebat Nauarrus *b* quod mallet eſſe conuentualis ſeruando regulam Beati Franciſci relaxatam Apoſtolica authoritate, quam frater de obſeruantia non ſeruando illam integram, quam integram vouent obſeruantes iuxta

b Nau ineõ men. 3. dere hul. n. 17.

de

declarationem Nicolai Tertij, & Concilij Vienenſis. Ex quibus infertur, cum præfatis conuentualibus eſſe â Sede Apoſtolica ſanctiſsimè diſpenſatum. Iuxta quã diſpenſationem, non vouent regulã fratrũ Minorum abſolute, ſicut vouent fratres de obſeruantia, ſed verba profeſsionis eorum ſunt iſta, *Ego F. N. voueo, & promitto Deo omnipotenti, & Beatæ Mariæ ſemper virgini B. Franciſco, & omnibus ſanctis, & tibi pater toto tempore vitæ meæ ſeruare regulam fratrũ Minorum, per Dominum Papam Honorium confirmatam, & â pluribus põtificibus declaratam, præſertim ſecundum determinationem Martini IIII. & V. & Clementis II. Eugenij IIII. Sixti quoque Quarti & Alexãdri Sexti, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.* Ethoc modo profeſsi ſunt & perſeuerauerunt viri doctiſsimi, & præclariſsimi, qui & ad Apoſtolicum dignitatis apicem aſcenderunt, quorum ſtatum, nõ debuit Perrinus condemnare, neque alij reformati contra ipſum verba proferre, non credentes ſe tot patribus prudẽtiores, quos Deus, ad tã eminẽtem ſtatum euocauit. Solum enim ipſis reformatis licet dolere, quod forte multi eorum, & etiam familiæ obſeruantiæ non ſeruant, neque ſatagunt integrè ſeruare ſuam regulam, & lugere, quod multi clauſtrales, & conuentuales laxius ſeruent illam, quam à Sede Apoſtolica fuerit laxata percupientes: vt omnes legem ſuam intelligant, & ad amuſſim adimplere conentur, & nullus illorum declarationem, & relaxationem Apoſtolicam authoritate priuata dilatet. Hoc enim munus reformatorum eſt, illorum, quorum profeſsio inſtrumentis reformationibus ad charitatem tendit, & non murmurare, & iudicare, cum dominus prohibeat ante tempus iudicare.

QVÆSTIO XXXI.

De peſte in quinque articulos diuiſa.

¶ *Circa quam quæruntur quinque,*

1 *Vid ſit peſtis.*

2 *Quomodo prælati in peſte ſe habere debent.*

3 *Vtrum religioſi tẽpore peſtis poſsint fugere*

4 *Vtrum prælati mendicantes poſsint compellere ſuos ſubditos ad ſeruiendum infirmis peſte laborantibus, extra monaſterium.*

5 *Quomodo prælatus ſe debeat habere in hac obedientia imponenda.*

ARTICVLVS I.

Quid ſit peſtis.

REſpondeo dicendo, quod peſtis eſt idem, quod epidemia de cuius definitione multa diximus, in primo tomo, a in quo loco probauimus, quod in tempore peſtis poſſunt Moniales à clauſura exire, quibus addendum, quod vt exeant neceſſarium eſt, quod ipſa peſtis ſit vera, & probata, ſicut enim tempore incendij, aut aquæductus, qui inundat monaſterium licitum eſt ipſis exire, ita etiam tempore peſtis, quando aer eſt corruptus, & multi infirmantur, & moriuntur licitum eſt ipſis propter ineuitabile alias periculum â clauſura exire.

a 3. tom. q. 47.

ARTICVLVS. II.

Quomodo guardiani in tempore peſtis debeant ſe habere quoad ſe.

REſpondeo dicendo, quod Guardiani, & priores, cum cõparentur curatis tenentur emere, & ſibi præparare antidota præſeruatiua, & remedia, quæ à pharmacopolis conficiuntur ad euitandum infectionem, ſeu communionem peſtis, & ipſis tenentur vti, quibus habitis tenentur miniſtrare actualiter infectis ſacramẽta confeſsionis euchariſtiæ, & extremæ vnctionis, vel ſaltem ſacramentum pœnitentiæ. Quod autem teneantur ſibi præparare antidota patet, quoniam obligantur ſub peccato mortali adhibere remedia proportionata ad finem officij ſui, videlicet ad curationem animarum ſibi commiſſarum neceſſaria, & conuenientia, tenentur item ad remouendum impedimenta contraria, quæ vel retardant, vel præpediunt poſi tiue-

tiuæ vel priuatiuè executionem dicti finis. Tenentur tertio, non ſe conſtituere in ſtatu, in quo, vel non poſsint, vel difficiliter poſsint exequi ſuum finem, alias ſua culpa, & negligentia deficerent ſibi ipſis & partibus ſui officij, ſicut enim militi incumbit neceſſario defenſiua arma, apud ſe habere, & corporali medico ſimiliter præſeruatiua, ne ille à præliando, nec iſte à medendo legitimè excuſatur, coram domino, ſi ob illorũ carẽtiã recuſet alter mederi, alter præliari, ſic & Guardiano, & Priori, cum ſint curati accidit, vt in ſimili tenet Bañes. *a*

a Bañes 2.2. q.26.a.5.& latius q.32. a.7.dub.vl. &q.33.ar.3. cõc.4.in eo rol.

Quod autẽ his remedijs præſeruatiuis, vti teneantur patet: timor enim cadens, in conſtantem virum, nullo modo excuſaret illum, ſi conſulto præſeruatiua talia relinqueret, imo in vitium puſillanimitatis incurrerent, cum recuſarent exequi operationem, ſibi proportionatam, & recuſarent in id tendere, quod alias ſibi debitum, & potentiæ ſuæ commenſuratum eſt, quod ex doctrina Diui Thomæ *b* ſatis patet. Ponere enim, pro quibus animam ſuam, quod eſt actus paſtoralis officij in tantum habet periculum vitæ annexum, vt omnis recti tudo illius conſtituatur, ex periculo vitæ, ſicut & cæteri actus fortitudinis, qui ſi diſcrimen vitæ effugerent in vitium inciderẽt vt ſubtiliter diſſerit Caietanus. *c*

b D. Tho. 2.2.q.133.a. 1.

c Cai.quod libet.3.trac. qq.vn.inſol ad 2.

Dixi aut ſaltẽ ſacramentum pœnitentiæ, nam quamuis morientibus debeant reliqua etiam duo exhiberi, quando tamen non poſſunt ſingulis illa tria miniſtrare, ſemper primo loco ſacramentum pœnitentiæ ſingulis eſt miniſtrandum tanquam magis neceſſarium adultis.

Ex his infertur, quod cum Guardiani de iure naturali, & diuino teneantur remouere omnia impedimenta, quibus ipſi poſſunt impediri à curandis corporaliter & ſpiritualiter ſubditis ſibi commiſſis non bene factu ros, ſi ſe exerceant perſonaliter in adminiſtrandis ſacramentis ciuitatis infirmis epidemia laborantibus, tum quia excommunicatione cum ſecularibus infirmi poteſt ipſis, aliquod contagium huius infirmitatis euenire, quod totu ſuæ cõmunitati maxime noceret, tum etiam, quia ex huiuſmodi communicatione ipſi poſſent infirmari, & deficere in his ad quæ de iure diuino obligantur propter ea, quæ tantũ ſuperogatoria cẽſentur. Cuiuſmodj eſt adminiſtrare ſacramẽtũ epidemiæ infirmis non ſuis ſubditis.

ARTICVLVS III.

Vtrum religioſi tempore peſtis poſsint fugere.

REſpondeo dicendo primo, quod non ſolũ licet, ſed eſt valde honeſtũ vitã propriã negligere, pro amici vita tuẽda, & pro infirmis huiuſmodi curãdis, quæ ſententia adeo eſt vera, vt non indigeat probatione, & eſt ſententia D. Thomæ, *a* & cõmunis dicentis, quod Piladeſ facit optime, & honeſtiſsime commori voluit, pro amico ſuo Oreſte. Item D. Auguſt. *b* illud affirmat, & omnium apertiſsimẽ Lactantius *c* Firmianus. Et eſt expreſſa ſententia Ariſtotelis. *d* Et hoc probatur teſtimonijs ſacræ ſcripturæ, apud Ioãnẽ *e* enim ait Chriſtus Dominus, maiorem charitatem, nemo habet, quam vt animã ſuam, ponat, quis pro amicis ſuis. Ex quo loco ſic arguitur, ſi hoc non eſſet licitum Chriſtus non adduxiſſet illud ad confirmarionem ſui facti id eſt mortis, quã appetijt pro nobis. Et confirmatur quia ſi hoc non licet, ideo eſſet, quia vnicuique vita propria eſt magis bona, quam vita alterius, ſed vita corporalis Chriſti, erat maius bonum, quam ſpiritualis reliquorum hominum, ergo Chriſto non licuit, pro hominibus mori, ſed Chriſto licuit mori etiam, pro inimicis, ergo nobis ſimiliter licebit mori pro amicis. Ex quibus, & alijs, quæ in præſentiarum adduci poſſent colligitur licitum, & honeſtum eſſe ponere ſe periculo mortis pro vita corporali proximi curanda.

a D. Thom. in 3. ſent di ſti 24. q. 2. ar. 1. ad 3.

b Aug. li. de amicit.

c Lact. li. 5. diuin. inſt. c. 18.

d Ariſt. li. 9. eth. c. 9.

e Ioann. 14.

Dico ſecundo, quod licet ſit honeſtũ, & laudabile exponere vitam propriam pro vita proximorum, non tamen ſunt omnes religioſi obligati ad non fugiendum mortẽ & periculum in tempore peſtis, pro ſalute proximorum, nam religioſi qui vitæ contemplatiuæ incũbunt, quique pro obiecto, nõ habent opera miſericordiæ ſpiritualia vel corporalia, erga populũ exercere, vt Carthuſiani Camaldulenſes, & cæteri monaſticæ vitæ profeſſores Eremitæ Ieſuati Canonici Regulares Teatini, & alij huiuſmodi poſsũt fugere à loco peſtis ſine ſcrupulo, nec infectis laicis, extra monaſteria degẽtibus tenẽtur in ſpiritualibus ſubuenire, Hęc Cõcluſio eſt Caietani, quã ſequitur Bañes, qui omnes dicũt eſſe opus ſupererogationis & huiꝰ opinionis eſt Armil. *g* probatur cõcluſio, quia cũ nõ ſint curati, nõ tenẽtur ex officio, neq, ex profeſsione, & inſtituto obligã

f Cai. 2.2.q. 26.ar.5. Bañes 2.2.q.33 ar.3.

g Armill. v. Epiſ. n. 6.

tur

tur adhæc munera præstãda, ergo nullo modo tenẽtur permanere, quia nemo obligatur ad opera supererogatoria, nisi in casu extremæ necessitatis, quo circa licite possunt fugere, & seruare vitam, quod si illorum prælati id illis præciperent puto nõ teneri obedire, quoniã licet id, quod præcipitur, sit actus virtutis, & licita sit talis obediẽtia, in se nõ tamẽ est necessaria, cũ nõ sit secundũ regularẽ obseruantiam ipsorum, nec sit de contentis in regula, statutis, seu constitutionibus ipsorum, neque concernat commune bonum ordinis, seu religionis, quam profitentur.

Dixi extra monasterium, nam si pestis esset inter monachos, seu in conuentu, aut monasterio deberent obedire, sub peccati mortalis prælato præcipiẽti, vt infectis monachis ministrarent, tam teporalia, quam spiritualia, etiam cum periculo vitæ, vt optimè probat Caietanus *h* optima ratione, quoniã superior homo potest prẽcipere omnes exteriores actus necessarios ad commune bonum illud, cuius curam habet, ad quod subditos habet, & subditi tenentur obedire non obstante quocumque vitæ periculo annexo. Vnde prælatus potest prẽcipere subditis religiosis ea, quæ sunt admutua obsequia, inter quæ non infimum locum tenet cura infirmorum, ideo tenetur subditus obedire, ad seruiẽdum ægris, etiã infectis epidemiæ morbo, quoniam hoc periculum vitæ comitanter se habet ad opus, quod per se præcipitur scilicet seruitium infirmorum, Hæc Caietanus, alias, neque Rex posset præcipere militi, vt, prælia retur, vel defenderet ciuitatem, cum ibi sit periculum mortis concomitans. Et confirmatur, nam præceptum fortitudinis enerua retur, vt optimè habet Diuus Thomas dicens, fortis bene se habet, circa pericula cuiuscũque mortis præsertim, quia cuiuscũque mortis homo potest periculum subire propter virtutem, purà cum aliquis refugit, amico infirmanti obsequi propter timorem infectionis, vel cum non refugit itinerari, ad aliquod pium negotium prosequendum propter timorem naufragij vel latronum, Hæc Diuus Thomas K, & Caietanus, quod idẽ habent Tabien. *l* & Viguerius. Præterea, quando quis obligatur ad aliquid faciendum, ex debito legali potest homo à iudice, & superiori cogi ad illud implendum, vt dicunt D. Thomas *m*, & Caietanus, sed monachi, ad hæc seruitia præstanda implicitè saltẽ ex lege regulæ tenentur, vt inquit D. Bernardus *n*, & D. Thomas in terminis, hoc dicit, ergo. Denique, si religiosi adhoc nõ tenerentur, scilicet mutuo, sibi succurrere in huiusmodi casu pestiferæ infectionis profecto monasticæ Reipublicæ, & statui religioso minus rectè prouisum esset, quod non est asserendũ, cũ sint inuitẽ membra, & cum vitæ periculo debeat alter alterius in hoc onera portare. Et de religiosis nostri ordinis fratrũ Minorũ minimè licet dubitare, cum in eorũ regula contineatur, & ipsis præcipiatur, vt ministrent fratribus infirmis, sicut vellent sibi seruire.

Dico tertio, quod religiosi, qui particulari voto se obstrinxerũt administrãdi infirmis tempore pestis debent ex iustitia legali non solũ ex debito charitatis non fugere, & infirmis administrare. Hoc dictum est clarũ, multa enim, quæ sunt de consilio, & de perfectione charitatis possunt cadere sub voto, quo facto vouentes debẽt illud exequi ex iustitia, & debito legis, seu regulæ, sic professæ, vt habet *D.* Thomas, *p* huiusmodi sunt fratres cõgregationis ministrorum infirmorum tempore Sixti V. erectæ fratres hospitalarij, vt congregationis Ioãnis de Dios vulgo, nuncupati fratres Sãcti spiritus de Saxia in vrbe, & alij huiusmodi. Hi enim ex debito professionis suæ, & ex fine voto comprobato perspicuũ est teneri ad huiusmodi ministerium. Quemadmodum etiã si beneficium aliquod Ecclesiasticum erectum, & institutum esset, cum hoc onere vt qui illud obtineret præfata munera, ex iustitia subire deberet. Quo autem vtiliter & ordinate tale ministerium adimpleant debent præuia licentia suorum rectorum negotium Episcopo conferre, & ab eo regulã & methodum ministrandi recipere,

h Caieta. in suis opusc. to. 3. tract. 9. q. vn.

D. Tho. 2.2.q.123.a. 2.

K D. Tho. vbi s. vbi Caie pen. ano l Tabien. v. fort. Viguerius t defortitud.

m D. Tho. & Caie. 2.2 q.188.art.4. & q.80.

n Bernar. in li. de dis. & præcip. D. Th. in quod li. 1. q. 18. ar. 15.

o Reg. frat. Min. c.

p D. Thom. opus. 18. ca. 15. in princ.

ARTICVLVS IIII.

Virum prælati mendicantes possint cõpellere suos subditos ad seruiendum infirmis peste laborantibus, extra monasterium.

REspondeo dicendo videri, quod regulares, seu religiosi, qui vitæ actiuæ incumbunt, & populis Christianis, seu Ecclesiæ Dei, & Episcopis profitentur,

se ad salutem animarum coadiutores, quando arbitrio Episcopi, vel euidentia facti parochi non supplent, neque satis numero sunt ad administrandum in festis tenentur, sub peccato mortali manere in loco pestifero, neque licitè possunt aufugere. Explico dictum, in magnis ciuitatibus, vbi numerosa est populorum multitudo, non possunt profecto quinque, vel sex parrochi, qui in illa ciuitate erunt morbidorum necessitatibus eodem tempore satisfacere, vt experiẽtia sæpè docuit, tunc videtur, quod fratres mendicantes, & potissimum ordinis prædicatorũ tenentur ministrando supplere, vt habetur ex Diuo Thoma, *a* quem sequitur Bañes. Imo illis, quibus incumbit ex officio deficientibus, vel vt dictum est commode huiusmodi infirmitatibus satisfacere non valentibus possunt, & debẽt ab Episcopis locorum vocari, & â Romano Pontifice deputari, & mitti, per diuersa loca, & diæceses ad adiuuanda pericula animarum infectorum, & tenentur sub peccato mortali accedere, & præpositus locorum tenetur his præcipere. Et probatur, nam ordines mendicantes ad salutem animarum præcipuè sunt instituti, & destinatus eorum finis est, per prædicationes confessiones, & alia pia opera saluti animarum incumbere, ergo si id recusarent agerent contra finem destinatum, & in eorum constitutionibus contẽtum, & expresse promissum. Cum enim ex eorum instituto, pro obiecto habẽt circa fidelium animarum salutem versari ijs operibus misericordiæ exhibitis subuenire, proculdubio, si fugerent, vel recusarent tẽpore pestiferæ infectionis opera præfata actualiter exercere deuiarẽt à fine proprio, ab instituto, & scopo sui ordinis, quod sine culpa peccati mortalis effici non potest, huius enim finis non est adlibitum, seu voluntarium quid, aut ad vtrũ libet, ita quod possint illud velle, aut non velle, sed quid necessarium, & determinatum, ac proprio instituto huiusmodi religiosis propositum acceptatũ, ac votò & professione implicite, vel explicite comprobatum. Hæc est doctrina D. Thomæ *b* dicentis, *Conuenientissimum est ad prædicandum, ad confessiones audiendum & ad alia huiusmodi, quæ pertinẽt ad salutẽ animarũ aliquã religionẽ instituti procurãdo vtilitatẽ proximorũ, per ea, quæ pertinent ad spiritualẽ animæ salutem.* Et alibi, *c subuenire prælatis in tali ministerio est huiusmodi religionis propriũ*, & loquitur etiam de ministerio audiendæ confessionis. Et alibi *d* ait, *quod nõ solum curati, sed etiã religiosi & quicũq; alij minoris ordinis, qui episcopis in eorũ seruitio subseruiũt formã septuaginta discipulorũ tenentes obligẽtur saluti animarũ incũbere. Opportunũ autẽ fuit, vt præter ordinarios prælatos alij assumerentur, ad huiusmodi officia propter multitudinẽ fidelis populi, & ob difficultates inueniẽdi sufficientes personas distribuẽdas singulis plebibus.* Et alibi ait idem Angelicus *e* Doctor, *quod religiosi possunt circa ecclesiastica officia occupari ex cõmissione prælatorum, & præcipue illi, quorũ religiones adhoc sunt specialiter institutæ, quæ sane sunt ordines mẽdicantiũ, & similia.* Ita Diuus Thomas etiam in opusculis, *f* dicens, manifestum est autẽ huius instituti vinculũ, & rationem præsertim in religione prædicatorũ, & tradunt Caiet. *g* & Bañes. Quod insuper ostẽditur ex eo, quod huiusmodi religiones sunt verè institutæ, à Romano Põtifice approbatæ, in supplemẽtũ multitudinis fidelis populi, vt ait Caie. *h* dicẽs quod male, de facto consultum esset populo Christiano, sine tali supplemẽto, q̃ Deus dedit. Igitur cum huiusmodi religiosi sint, ex proprio instituto, coadiutores in spiritualibus animarum, & in ciuitatibus, & locis tempore pestis curati ordinarij, propter currentem morbum satisfacere patientibus nõ possint, relinquitur, quod necessario illi supplere debeant, & consequenter, non posse discedere, cũ hic casus sit iudicãdus grauis necessitatis. Et cõfirmatur quia obmultitudinẽ infectorũ sacerdos secularis nõ cura tus teneretur ergo multo magis regulares qui ex instituto ad subueniẽdũ animab⁹ obligãtur.

Præterea probatur nostrum intentum, tẽpore hæresis tenentur, sub peccato mortali religiosi, qui ex instituto habent prædi-

care[1]

a D. Tho. 2.2. q. 186. ar. 2. & 9. & q. 188. ar. 4. ad 2. & ar. 5. & in opus. 19 c. 4. Bañes 2.2. q. 33. ar. 3. dub 3.

b D. Tho. 2.2. q. 188. a. 2.

c D. Tho. ind. ar. 4. ad 2.

d In d. ar. 4. insolu. ad 5.

e D. Tho. 2.2. q. 187. a. 1. ad 3.

f Opu. 18. c. 16. insi. & c. 24.

g Caie. sup. d a. 4. & Bañes. vbisu.

h Cai. vbisu. in solu. ad 5.

care, & ſtudere, etiam cum periculo mortis quando quis ab infidelibus ſeducitur, non diſcedere ab eo loco, ſed debet manere docere, & prædicare, vt populus à ſeductione liberetur. Iuxta D. Thomam, *i* ergo etiá ad confeſsiones audiendas tempore peſtis in caſu, quo curati non ſufficiant.

i D. Thom. opuſc. 18. c. 14.

Denique diſceſſus religioſorum tempore peſtis, nequit eſſe, ſine maximo ſcandalo vniuerſæ ciuitatis cum in ea redditus prouentus, & eleemoſynas acceperint, & quãuis ratio ſcãdali, ab extrinſeco, & per accidens rationem culpæ inducat nõ effugit ſæpe labé peccati mortalis. Præſertim in caſu noſtro, cum ſit publicus, & grauis neceſſitatis. Hanc opinionẽ his, & alijs defendit Rutilius Benzonius K Epiſcopos Laureta nus. Qui doctiſsimum his temporibus edidit commentarium, in quo hæc, & alia ſcitu digna doctè reſoluit.

K Benz. de fuga li. 1. diſput. 1. q. 1. á pa 12.

Quod ego confirmo exhis quæ Clemẽs. V. in Concilio Vienenſi Eccleſiarum prælatis præcipit. Circa fratres ordinũ prædicatorũ, & Minorum, ait enim diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus pro diuina, & Apoſtolicæ ſedis reuerentia prædictos ordines, & profeſſores eorum habentes affectu benuolo commendatos fratribus ipſis non ſe difficiles, graues duros, aut aſperos, ſed potius fauorabiles propicios, ac benignos, piaque munificentia liberalis, ſe ſtudeãt exhibere, ſic eos in prædicationis officio, & propoſitionis verbi Dei, ac in omnibus alijs prædictis, tãquam cooperatores, eorum idoneos, & laborum ſuorum participes prompta benignitate recipiant. Ex quibus verbis colligunt cõmuniter Doctores profeſſores ordinum prædicatorum, & minorũ, eſſe coadiutores curatorũ à ſede Apoſtolica deputatos, adeo quod aſſerit Marcus Antonius Cuqus *m* ipſos reſpectu cõfeſsionũ ſecularium iuriſdictionẽ habere à iure priuilegio perpetuo ordinariã, de quo in additionibus ad ſummã, & ad cruciatã latè egi. Vnde ſi ſunt coadiutores officiũ coadiutorum debent exercere, quod petit, vt ſaltem deficiẽtibus curatis proprijs ipſi, vt coadiutores eorum ſuppleant defectum. At cum hæc opinio aliquibus noua videatur, & ſit ad ædificationẽ religionum, & ad ſoluendas animas ſatis neceſſaria, argumenta, quæ contra eam adducuntur propoſui in medium afferre, vt ex eorum ſolutione veritas magis illuceſcat.

I Cle. dudũ de ſepul.

m Cuqus.

Ad Argumenta,

PRimo arguitur, religioſus nõ tenetur omnia conſilia, ad perfectionẽ charitatis ducentia implere, ſed illa quæ determinata ſunt, & taxata, ſecundum regulã quam profeſſus eſt, cætera & ſi in præparatione animi ſint in præcepto non cogitur, adimplere, niſi quando neceſsitas requirit iuxta doctrinã Diui Thomæ. Reſpondetur quod religioſus non tenetur, ad omnia exercitia, quibus ad perfectionẽ peruenitur, ſed ad illa, quæ determinatè ſunt ei taxata, ſecundum regulam, quam profeſſus eſt, ita Diuus Thomas, & etiam ad illa, quæ ex proprio inſtituto, illius religionis cenſentur vt idem Angelicus Doctor docet, & cum inſtitutum religioſorum mendicantium huiuſmodi ſit, vt prælatis in miniſterio animarum, ſubuenire, & coadiuuare debeant, præſertim, quando ſine eorum auxilio, multitudini, nõ niſi difficulter ſuccurri poteſt, ideo dicimus tunc eſſe obligatos non fugere. ¶ Secundo arguitur. Cũ tria ad perfectionem fraternæ dilectionis faciant inimicorum dilectio, expoſitio animæ ſuæ, pro fratribus ad pericula mortis, ordinatio totalis vitæ ſuæ in vtilitatem proximorum, & hæc tria ſint propria ſtatus Epiſcopalis, vt ait D. Thomas ſequitur, quod ad hæc religioſi non tenentur. Quod confirmatur, ex eodem D. Thoma *q* dicente obligantur enim religioſi adhoc, quod temporalia deferant, quod caſtimoniam ſeruent, & quod ſub obediẽtia viuant, quibus multo eſt amplius, & difficilius, pro ſalute animarum vitam ponere, ad quod vt dictum eſt Epiſcopi obligantur. Vnde manifeſtum eſt grauiorem eſſe Epiſcopalem obligationẽ obligatione religionis. Reſpondetur verum eſſe eſſentialiter huiuſmodi exercitium ſpectare ad ſtatum Epiſcopalem, quæ ſecundario, & minus principaliter pertinere quoque poteſt ad ſtatum illarum religionum, quæ ad ſalutẽ animarum inſtitutæ ſunt, & hoc in caſu, quo curati primo obligati ſupplere non poſsint. Quemadmodum, quamuis prædicatio verbi Dei ſit propriũ epiſcoporum, vt dicitur in Concilio Tridentino, *s* non tamen repugnat, etiam ex proprio inſtituto, ex commiſſione tamen, vel delegatione Sedis Apoſtolicæ, vel Epiſcoporum religioſis conuenire, bene au-

n D. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 2 & in 4. diſt. 1. q. 2. ar 6. q. 2. ad 3.

o D. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 2 in corp. art.

p D. Tho. vbi ſ. q. 188. art. 4. ad 2.

q D. Thom. opuſc. 18. c. 16.

r D. Thom. opuſc. 1. q. 18. c. 17.

ſ Conc. Trid. ſeſ. 5. c. 2. & ſeſ. 24. ca. 4.

a Caie. 2.2.q 188.

tem dicit Caietanus, *t* quod propriusa ctus fratrũ prædicatorũ, & cæterorum non est prędicare, sed subuenire prælatis hoc est episcopis in prędicationis actu, ita quod nõ cõuenit eis prædicare, nisi ministerialiter sic dicimus, quod quamuis huiusmodi exercitia ex officio primo competãt episcopis & curatis, subuenire tamen prælatis in illis etiam ex instituto ministerialiter competeret huiusmodi religiosis, ex quo capite nascitur eorum obligatio.

Tertio arguitur: ponere animam, id est vitam, proximo est opus supererogationis & de consilio, præterquam in extrema necessitate, ego extra illam religiosi non tenentur. Respondetur, negãdo antecedens, cũ sit opus illis debitum, vt ex D. Thoma. *u* colligitur, scribente hæc verba. *Quod*

u D. Tho. in quod li. 18. c. 23.

vero duodecimo proponitur, quod nullũ sacrificium est Deo magis acceptum quam zelus animarum, sed animarũ zelus est ordinate habendus, vt primo homo zelũ animæ suæ habeat eã ab omni affectione terrena absoluendo

x Eccles. 30.

secundũ illud Sapientis x, miserere animæ tuæ placens Deo, vt patet, per Augustinum y, sic ergo si aliquis post conteptum terrenorum, & sui ipsius in hoc procedat vlterius, vt etiã aliarũ animarũ zelũ habeat, erit perfectius sacrificiũ, sed tũc perfectißimũ est, quãdo ad zelum animarum habendum voto, seu professione obligantur, sicut Episcopus & religiosi, ad hoc per votum obligati.

y Aug. 21. de ciuit. Dei.

Ex quibus patet, quod huiusmodi religiosis hæc vota non sunt supererogationis, quod etiam clarius docuit idem angelicus Doctor, z dicens, *quod perfectionis statuta magis habent, ne religiosi, qui ex voto sui ordinis obligãtur, ad hoc, quod Episcopis subministrent in his, quæ ad curã animarum pertinent prædicando & audiendo confessiones.*

z D. Tho. in quod li. 18. c. 3.

Quarto arguitur ex autoritate Caietani *a* quem sequitur Bañes, & omnes dicentes

a Cai. 2.2.q. 26. art. 5. Bañes 2.2.q. 35. dub. 4. cõc. 4

posse religiosos, tunc temporis fugere. Respõdetur, quod neque Caietanus, neque Bañes, loquũtur in casu nostræ conclusionis, hoc est dũ pestis serpit, & grassatur inciuitate, in qua ob multitudinem infirmorũ ordinarij parrochi supplere nequeũt, vel probabile est eos supplere nõ posse, nã in hoc casu cũ sit casus grauis necessitatis nullus meo iudicio si recta ratione ducatur negabit eos nõ teneri ad coadiuuandũ, alia sibi contradiceret. Bañes enim *b* alibi scribit, quod ordo mendicantiũ, & præcipuè prædicatorũ, cũ præcipuè sint instituti, & destinati ad salutem animarum, & eorum finis, sit procurare fidelium salutem, quod prælati dictarum religionum tenentur, sub præcepto facere, vt huiusmodi religiosi, se exerceant in his operibus misericordiæ doctrinæ prædicatione, & confessione, & alijs huiusmodi. Et statim dicit subditos peccare, nisi habeant in præparatione animi obedire prælatis, quando prædicta munera, & officia illis iniũcta fuerint. Hæc Bañes, fuga autem in tempore necessitatis, vt ponimus nõ est mediũ, proportionatum ad talem finem, Caietanus, *c* autem videtur, sibi cõtradicere, quãdo quidẽ scripserit doctrinã dicens quod prælatus potest præcipere religiosis ista obsequia, & tenentur obedire, non minus, quã secularis miles, suo principi præcipienti, vt prælietur, addens hæc præcepta prælati nõ esse supererogationis, sed necessitatis respectu eorum, quorum salutem procurare debent. Atque huiusmodi religiosi, ex instituto tenentur populis Christianis auxilia spiritualia ministrare, vt sæpe ipsemet docet. Vnde concludimus, quod quando huiusmodi contagium vniuersale, seu generale iudicio peritorum in ciuitate timetur, & quando vel ex facti euidentia, vel ex Episcopi monitu, illis significatur proprios, & ordinarios curatos non posse competenter satisfacere indigentijs spiritualibus proximorum huiusmodi religiosos, non ex debito charitatis, & de congruo, sed ex debito eorum instituti teneri permanere, & non fugere. Præpositoque præcipienti, vt infectis existentibus in graui necessitate spirituali sacramentum confessionis ministrent, teneri obedire, multa sunt enim, vt ait D. Thomas *d* multitudini necessaria, ad quæ implenda vnus non sufficit, sed impletur à multitudine, dum vnus hoc, alius illud facit. Hæc pro hac pia opi-

b Bañes vb su. ar. 3. dub 3. á nu. 2. cõcluſ.

c Cai. opus 3. to. tract. 9. q. vn.

d D. Tho. 2.2.q. 152. a. 2 pa. 1.

nio

nione adducta sint quæ ad eam comprobandam sufficiunt: meminerint tamen domini Episcopi, quod præcipuum fundamentum pro parte defensata adductum est esse ipsos religiosos ordinis prædicatorum, & Minorũ curatorum coadiutores â sede Apostolica destinatos, propter quod Summi Pontifices ipsis iurisdictionem immediate contulerunt ad audiendas cõfessiones secularium, ita quod domini Episcopi tantũ nudum ministerium eos approbandi habeant, & iurisdictionẽ illis à Sede Apostolica datam post prædictam primam approbationem perpetuo obtineãt, prout in primo tomo e latè tradidimus. Vnde si fratres ordinum prædicatorum, & Minorum, eorũ priuilegia in iure communi inserta, & per Concilium Tridentinum minimè abrogata voluerint quotannis ad audiẽdas secularium confessiones examinare, & de nouo approbare, & reprobare indifferenter sciãt domini Episcopi, quod eos, vt coadiutores datos à Sede Apostolica non tractant, & per consequens videtur eorum prælatos videri nõ esse obligatos ad imponẽdam obedientiam suis subditis in his necessitatibus. Quod ego ex dictis probabilissimum existimo.

e 1 to. q. 59. ar. 6. & 7.

ARTICVLVS. V.

Quomodo prælatus debeat se habere in hac obedientia imponenda.

REspõdeo dicendo, quod in hoc practicando superiori vel prælato prudentia opus erit, ne singulis indifferẽter huiusmodi obediẽtiã imponat, ne vel valde infirmos, vel egregiæ conditionis viros qui alias regulari Reipublicæ perutiles vel necessarij sunt sine delectu adhoc munus exponat, nõ enim rectè faceret prouincialis si per obediẽtiã præciperet guardiano vt cum periculo vitæ suæ inuiseret infirmũ pestilentia infectum stantibus alijs qui hoc munus possent rectè facere: nam vita corporalis prælati multo pretiosior est, & maius bonum quam vita subditi particularis. Cũ enim Dauid, a distributo populo per centurias vellet egredi ad præliandum dicens, egrediar ego vobiscum, respondit populus non exibis, siue enim fugerimus nõ magno opere ad eos de nobis pertinebit, siue pars â nobis ceciderit, de nobis non satis curabũt, quia tu solus vnus pro millibus computaris melius est igitur, vt sis nobis in vrbe præsidio. Qua in re videtur labi Nauarrus, b dicens, quod prælatus tenetur inuisere infirmum pestilẽtia. Quod ego intelligo verũ quando non adsunt alij qui possunt id efficere, & se offerant ad illud, non enim debent cõsentire subditi, vt eius guardianus, aut prælatus id efficiat, ne caput communitatis pro aliorũ vita corporali periculo vitæ se exponat, & manente in tali necessitate conuentu sine suo capite, & prælato corruat eius regimen, & medicinæ, & necessaria infirmis fratribus deficiant.

a 2 Reg. 18.

b Na. in manua. c. 14. n. 10. in fin.

Vnde non laudo prælatos qui cum grassatur epidemia in populo ipse ante alios ad inuisendos infirmos, & eos in corporalibus & spiritualibus curandos egreditur, licet enim hoc sit opus charitatis non tamen est charitatis bene ordinatę: ipse enim pro suis subditis est cõstitutus, & tenetur remouere omnia impedimenta quæ eorum salutem corporalem, & spiritualem impedire possunt. Et huiusmodi egressus verisimiliter, & frequenter est causa contagij pestilẽrialis. Quod contagium si prælatum occupauerit quid facient oues balantes infirmæ sine pastore inter intemperiem aeris commorantes? Hæc pastores animo reuoluãtne spiritu non probato deficientes sint causa, vt eorum subditi in salute corporali deficiãt, eõ siderent, quod ipsi condemnarent, curatũ qui ad oppidum vicinum pestẽ affectũ pergeret, vt eius infirmis corporaliter, & spiritualiter mederetur, cũ ex tali facto in manifesto periculo se exponeret, quod esset causa, vt suis ouibus in similibus infirmitatibus, & necessitatibus succumberet.

QVÆSTIO XXXII.

De prædicatoribus euangelicis in tredecim articulos diuisa.

¶ Circa quam quæruntur tredecim.

Quale, & quãtũ sit prædicationis munus, & non prædicandum sine facultate superioris.

2 *Vtrum liceat prædicando detrahere ecclesiæ prælatos.*

3 *An possit prædicari in occulto.*

4 *Vtrum liceat prædicatoribus euntibus adin fideles ad prædicandũ aſſociari militibus contra ipſos infideles dimicantibus.*

5 *Vtrum religioſi poſſint prædicare in Eccleſijs ſuis, & in parrochialibus cõtradicentibus Epiſcopis, & parrochis.*

6 *Vtrum prædicatores ſemel approbati ab Epiſcopo teneantur iterum coram eodem Epiſcopo aut eius ſucceſſoribus præſentari eorum prima licentia ſuſpenſa aut reuocata.*

7 *Vtrum prælati Eccleſiarum incurrant aliquam cenſuram impedientes ne parrochiani audiant prædicationes regularium.*

8 *Vtrum Epiſcopi poſſint procedere contra regulares errores prædicantes.*

9 *Vtrum regulares extra clauſtra, & obedientiam ſuorum prælatorum poſſint ad prædicationem admitti.*

10 *Vtrum regulares prædicantes miracula aut reuelationes non authenticas poſſint puniri ab Epiſcopis.*

11 *Vtrum quæſtores eleemoſynarum poſſint prohiberi prædicare ab Epiſcopis.*

12 *Vtrum prædicatoribus regularibus aliqua priuilegia circa diuinum officiũ concedantur.*

13 *Vtrum prædicatoribus regularibus aliquod priuilegium circa ieiunia concedatur.*

ARTICVLVS I.

Quale, & quantũ ſit prædicationis munus, & non prædicandum ſine facultate ſuperioris.

REſpondeo dicendo, quod quale & quãtum ſit prædicationis munus, & quales ſint prædicatores dico, quod oportet eos â profanorum auctorum, & poetarum fabulis, & auctoritatibus citandis abſtinere, vt docet Cõcilium Senonenſe, *a* & Concilium Treuerenſe, quæ nunc leguntur in volumine Conciliorũ Surianæ editionis. Et tãta res eſt, vt non ſit prædicandũ ſine facultate ſuperiorum ſtantiũ in loco Dei à quo debẽt prædicatores ad prædicandum licentiam obtinere, quomodo enim prædicabunt niſi mittantur? Vnde, quod nulli ſine facultate ſuperiorum liceat prædicare iam olim ſanctum fuit multis Conciliorum decretis. Quod expreſsius innouat Innocẽtius III. in Concilio *c* Lateranenſi, & Concilium *d* Lateranenſe ſub Leone X. & multa tradit Brucardus *e* tradunt Caſtro Reportorium Inquiſitorum Simancas eleganter, & copioſe Conradus Brunus, & Auguſtinus de Ancona. Et nouiſsime Concilium *f* Tridẽtinum id in multis decretis commendat, & determinat. Ait enim Regulares vero cuiuſcunque ordinis, niſi à ſuis ſuperioribus de vita moribus ſcientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia etiã in Eccleſijs ſuorum ordinũ prædicare non poſsint, cum qua licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionẽ petere teneantur, antequam prædicare incipiant, in Eccleſijs vero quæ ſuorũ ordinum non ſunt vltra licentiã ſuorum ſuperiorum etiam epiſcopi licentiam habere teneantur ſine qua in ipſis Eccleſijs nõ ſuorum ordinũ nullo modo prædicare poſsint ipſam autẽ licentiam gratis epiſcopi concedant. Hæc Concilium. *g* Quod idem Concilium *h* Tridentinum determinat, vt nullus ſecularis aut regularis etiam in Eccleſijs ſuorum ordinum cõtradicente epiſcopo prædicare præſumat. Quod patres noſtri ordinis congregati in capitulo generali Toletano, *i* vt conſtat ex eorum decreto intellexerunt iuxta terminos Concilij K Vienenſis eſſe declarandum, ſcilicet quando epiſcopus vult prædicare, &c. dicitur enim ibi loquendo de fratribus prædicatoribus, & Minoribus, vt dictorum ordinũ fratres in eccleſijs, & locis eorum, ac in plateis communibus libere valeant clero, & populo prædicare, ac proponere verbum Dei hora illa duntaxat excepta in qua locorum prælati prædicare voluerint vel coram ſe facere ſolemniter prædicari, in qua prædicare ceſſabunt, præterquam ſi aliud de prælatorum ipſorum voluntate proceſſerit, ac licẽtia ſpeciali. Et quod Cõciliũ hoc modo ſit neceſſario intelligendum probatur, quia alias ſibi ipſi contradiceret, dixerat enim quod in Eccleſijs ſuorũ ordinum poſſent regulares prædicare ſumpta ab eis tantum benedictione, ſine alia ipſorum licentia ſpeciali, vt patet ex eius contextu: ego contra dicente epiſcopo petita dicta benedictione poſſunt dicti regulares in eccleſijs ſuorũ ordinum prædicare, ſecundum ipſummet Concilium: vnde prædictum decretum debet intelligi in caſu excepto in dicto Cõcilio Vienenſi quãdo, ſcilicet, epiſcopus prædicat

a Conci. Senon. c. 35. & c. 36.
b Conc. Treue. inc. miſt

c Con. Lat. c. 3. §. quia vero nõnulli.
d Con. Lat. ſeſſ. 11.
e Brucar. li. 1. decreto c. 97. & 98. & 99. Caſtr. de iuſt. hæret. c. 2. & 3. repo. v. prædicare Siman. de inſtit. cath. ti. 49. Brun. li. 6. de hær. c. 4. Aug. de Poteſt. eccl. q. 64.
f Conc. ſeſſ. derefor. c. 2. §. ſiquis ver. & ſeq. & ſeſ. 24. derefor. c. 4.
g Conc. in d. §. ſiq. ver.
h In d. c. 4.

i Ordin. Tolet. fo. 20. K Cap. ludũ de ſepult.

dicat aut vult coram se prædicari, vt sic correctio legum euitetur. Et aduertendum, quod parrochus potest concedere licentiã viro docto aut regulari docto, & noto, vt duobus aut tribus vicibus in sua parrochia & Ecclesia concionetur prout tenet Henriquez, *l* affirmans hanc esse opinionem aliquorum Doctorum & Magistrorum cũ quibus ipsemet consuluit, ꝙ scilicet, possit parrochus hanc licentiam cõcedere etiam si dicta persona non sit ad prædicandum ab ordinario ipsius parrochi approbata. Et ante dictos patres hanc opinionẽ tenuit *Innocentius m* dicens, quod si persona prædicare volẽs sit notabilis sicut Magister in Theologia, vel alius competens, & idoneus prædicator, vt per suum Episcopum approbatus, & diffinitus ad curam animarũ, vt sunt ecclesiarum prælati, vel alij quibus prædicare generaliter vel specialiter sit concessũ quilibet curatus hãc auctoritatem dare poterit. Quod intelligit Hostiẽsis causaliter, & in transitu, & ita tenet Peña. *n* Et aduertẽdũ, quod prædicatores Societatis semel ab vno Episcopo approbati possunt prædicare itinerantes in locis vbi voluerint non contradicente parrocho, vt teste patre Hẽriquez, *o* concessit Gregorius Decimus tertius, nisi Episcopus proprius adsit, & huius concessionis sunt participes mendicantes, & alij qui Societatis fruũtur priuilegijs.

l Henr. li. 7. de indul. c. 26. iuxta fin

m Innoc. in c. cum ab eccle. de offi. ordin.

n Peña in direct. inqui, p. 179. n. 8. in impr. Venetiæ.

o Henr. vbi sup.

ARTICVLVS. II.

Vtrum liceat prædicando detrahere ecclesiæ Prælatis.

RESpondeo dicendo, quod Clemẽs *a* V. in Concilio Vienensi, inquit religiosis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub maledictionis æternæ interminatione districtius inhibemus, ne in sermonibus suis ecclesiarũ prælatis detrahant. Et patres Concilij Senonensis, *b* aiunt nonnulli, prædicatores beneuolentiam vulgi captantes administratoribus tam ecclesiasticis quam secularibus detrahũt subditos suis moribus rebelles, & inobediẽtes reddũt. Et post aliqua, ait, si prælatis ecclesiæ, & principibus detraxerint, ac populum ab obedientia superiorum retraxerint nos volumus tales, & tam ineptos cõcionatores ab officio prædicationis suspendi, & à suis superioribus pro more, & censura excessus acriter puniri.

a Clem. §. 1. de priuile.

b Conc. Senonẽ. in decret. morũ. c. 35. & 36.

In Concilio quoque Lateranensi, *c* sub Leone X. hæc post alia patres decreuerunt dicentes, inhibemus omnibus, & singulis clericis secularibus, vel regularibus cæterisque cuiuscũq; status gradus, & ordinis existãt, qui onus prædicationis assument ne de cætero in sermonibus suis futura ex literis sacris cõstanter prædicẽt, sed ex diuinæ vocis præcepto euangeliũ omni creaturæ cũ vitiorum detestatione, & virtutum cõmendatione declarẽt, & pacem ac dilectionem mutuã â Redemptore nostro tantopere cõmẽdatã vbique fouentes, non scindant vestem inconsutilem Christi, sed ab Episcoporum, & prælatorum, ac aliorum superiorum eorumque status scandalosa detractione, quos coram vulgo, & laicis non modo incautê, sed etiam intemperanter reprehendunt, & mordent, & ab eis malegestorũ expressis quandoque nominibus aperta, & manifesta redargutione abstineant: denique constitutionem fœlicis recordationis Clementis Papæ V. quam tenore præsentium innouamus, & approbamus inuiolabiliter ab eis obseruari debere decernimus.

c Con. Lat. sess. 11.

Et aduertendum, quod glossa *d* quædã allegat quandam D. Hieronymi sententiam ad Rusticum dicẽtis, non est humilitatis meæ atque mensuræ de ministris Ecclesiarum sinistrum quippiam dicere, habeant illi ordinem suum, & gradum. Et Tullius in inuectiua contra Sallustium in fine sic dicit sæpê vidi grauius offendere animos auditorum eos qui aliena vitia apertè dixerunt, quam eos qui commiserunt. Intelligo autẽ hanc literam, dicit prædicta Glossa, *e* cum nominatim detrahunt vel per circum locutionem quæ vicem habeat proprij nominis alias in genere bene liceret prædicatoribus tangere vitia prælatorum: licet enim in genere, quod non licet in specie, vt dicitur in iure, *f* & ex sacris literis satis patet dicente domino, super cathedram Moysi sederũt scribæ, &c. eorum opera nolite facere. Caueant tamen, vt etiam in generali locutione linguam refrænent, quia qui inordinate loquitur sentiet male, vt dicitur in quodam Canone. *g*

d Gl. in v. detrah. in Clemen. religi. §. quibus de prin. & excess. prælat. 16. q. 1. ca. si clericus.

e Gl. ind. v. de trahant.

f Cap. sacerdos de of. ordin. Matth. 23.

g Cap. sit rector. 43. dist

AR-

ARTICVLVS III.

An possit prædicari in occulto.

REspondeo dicendo, videri non posse in occulto prædicari. Christus enim & sui ministri palam locuti sunt. Et sic dicebat ipse *a* Redemptor & Doctor noster, ego palam locutus sum mũdo, ego semper docui in synagogis, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil, quid me interrogas? interroga eos qui audierũt quid locutus sum ipsis, ecce ipsi sciunt quid dixerim ego. Põdera ob secro ait Michael de Aninyon, *b* quãta exaggeratione verborũ profitetur, & cõtestatur se palam, & non in occulto locutũ. Magos etiã quærentes Regem Iudęorum in Iudęa rem sanè duram auditui Herodis Regis non ad vicos secretos, neque statim ad eandem Bethlehẽ, sed ad Hierusalẽ metropolim Iudæorum, qualis est apud nos Roma Cælorũ stella perduxit, vt ibi prius per principes Iudæorum inquisitio Magorum, examinaretur, vt apud Matthęum, *c* legimus accessisse. Et Paulus *d* ad Agrippam purgans se dicebat, latere nihil horum arbitror, nec enim in angulo quidquam horum gestum est. Et ideo sanctissimus Gregorius Papa XIII. prout refert dictus Michael de Aninyon merito præcepit, vt etiã confessiones sacramentales quæ plus omnibus secretum expostulant non in latibulis audirentur, sed in publico solo verborum secreto reseruato, & sigillo confessionis vt scilicet sacerdos, & pœnitens videantur, & non audiantur, Quo viso, & euangelio id ipsum prædicante nescio, qua lingua possit aliquis laudare prædicatores in terris infidelium occulte prædicantes, & in publico propter metum infidelium parum aut nihil loquentes, & nescio quo vultu possunt vituperare prædicatores qui palam locuti sunt non erubescentes neque timentes prædicare euangelium in templo, & in plateis imitantes Christum Dominum, & Apostolos qui palam de Christo sunt loquuti sciẽtes virtutẽ Dei esse in euãgelio, ipsumque comparari grano sinapis, quod in occulto, & non attritum minimũ est, sed in publico, & attritum maximam acrimoniam præfert, & ad multa est valde vtile. Quod videmus tempore martyrũ in primitiua ecclesia contigisse, in quo ipsi propter prædicationem publicam euangelij, vt grana tritici interra ceciderũt, & mortui propter fidem multum fructum attulerunt. Et ista est prædicatio euangelij qua ab incunabulis vsa est ecclesia, quæ in proponendo, & docendo ea quæ pertinent ad fidẽ & bonos mores est columna, & fundamentum veritatis. Vnde deprecor omnes domi nos Episcopos ne verbum Dei incubilibus secretis consentiant etiam à viris Catholicis, & probatis in literis, & virtute prædicari, ne ex tali occulta Catholicorum prædicatione aliquis non ita Catholicus sumat occasionem ad prædicandum ea quæ non sanã doctrinam præseferant, præcipiãt in ecclesijs publicè verbum Dei proponi, ne aliquis transfigurans se in angelum lucis occulte prædicando diuidat Christum, & superseminet zizaniam.

a Ioann.18.

b Anin. in tta. de vnit. ouil. & pastor. c.29.n. 13.

c Matth. 2.

d Act.26.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum liceat prædicatoribus euangelicis eũtibus ad infideles ad prædicãdum associari militibus Christianis contra ipsos infideles dimicantibus.

REspondeo dicẽdo, quod quidã Mascardus, *a* de Sussanis in virtute tãgit hanc quæstionẽ. Quærit enim ibi vtrum bella mota per Christianos contra Barbaros quos Indos vocamus fuerint licita, & de eorum coactione ad fidẽ Catholicam, qui resoluit bella licita esse, & iustè ad fidem Catholicam potuisse, & posse compelli. Quod probat primo, constat enim gẽtes illas fore natura barbaras, & absque aliqua prudentia, & barbaricis vitijs contaminatas, vt legere est in hiſtoria de illis exarata, vnde potuerũt armis cogi, & id bellũ cõtra tales est iustum iure naturæ. Ait enim Aristoteles. *b* Et qui neque natura ingenuos habent animos, vt verborum doctrina duciqueant necesse est quasi belluas quasdã sub iugo ponere, & legum austeritate coercendos fore, vt ait idem philosophus. *c* Et per hunc modum coacti recta operãtes virtutum actibus assuefaciendo tandẽ in bonos viros euadunt, vt ipsemet Aristoteles *d* ait, ex eo enim quod multoties agitur secundum rationem imprimitur forma rationis

a Masca. de Sussa. in tract. de Ind. & alijs in fidelib. c. 14. qui tract. habet into. 14 in act. diuers. doctorum in 1. p.

b Arist. 1. polit. c. 3. & 5.

c Arist. 10. ethic.

d Arist. 19. ethic.

nis in vi appetitiua, quæ impreſsio nihil aliud eſt, quam virtus moralis. Adquæ cõ probãda aliquos Canones *e* allegat vbi Archidiaconus, & congerit aliqua Ioãnes Andreas, alijs autem hanc comprobat partem quibus omnibus reſpõdet Epiſcopus Chiapenſis in quodam libello quem compoſuit cõtra quendam doctorem ſepulueda, qui ſupra poſitam opinionem his, & alijs fundamentis niſus eſt in his Hiſpaniarum partibus defendere, contra quem zelo fidei inſtãmatus comitatus à quibuſdam doctiſsimis familiæ Dominicanæ alumnis ticioné fumigantem in ore portantibus coram maieſtate Imperatoris Caroli V. obtinuit dictus Epiſcopus Chiapẽſis etiam Dominicanus ipſumque Sepuluedam ticione fugauit cuius doctiſsimi & zeloſiſsimi viri rationes nolo in præſentiarum referre: eſſet enim neceſſarium volumen integrum imprimi vt omnia quæ dicit, & dici poſſunt in medium proponerentur.

e c. ſchiſm. 23. q. 6. ex c. quisnos vbi Archidiac. Andreas. in c. 2. de hæretic. li. 6.

Sed non poſſum ſubticere quoddam argumentum; quod à dicto Domino Epiſcopo Chiapẽſi refertur. Quod eſt huiuſmodi nam Chriſtus Dominus & Apoſtoli nõ potentia armorũ ſed pijs ſuaſionibus & Angelicis prædicationibus militabant, quorum exemplum, & Hiſpani in Indijs ſequi debuiſſent mittendo prius ad eos prædicatores Euangelicos vt factum eſt in primitiua Eccleſia, nam ad fidem nemo per vim eſt compellendus, quia voluntarius tantum admittitur vt ſacra ſcriptura nos docet, & multa decreta *f* Sanctorum Patrum nobis prædicant.

f 45. diſt. c. de iud. c. ad fidem 23. q. 5. c. maiores §. item quæritur de bapt iſm. c. ſicut vbi per omnes de iud.

Huic fortiſsimo argumento reſpondet prædictus autor Maſcardus quod ad fidem nemo compellendus eſt per vim quia voluntarius tantum admittitur, & ſic dicti Indi non fuerunt ad fidem per vim coacti, ſed mota bella contra eos vt fidem Chriſti & eius propagationem, & prædicationem nõ impedirent, & admitterent qui eos in fide pie inſtruerent, & ſponte poſtea credentes ſe conuerterent vt contingit eis, qui agminatim ad baptiſmum conuolaſſe feruntur, nam conſtat etiam ante tẽpora Conſtantini, fidem prædicari noluiſſe ſine mortis pœna, & ſecundum id quod tradit Diuus Thomas *g* frequẽter, inquit Chriſti fideles contra infideles bellum mouẽt non quidem vt eos ad credendum cogant ſed vt cõpellant ne fidem impediant, quam partem

g D. Tho. 22. q. 10. ar. 8.

validiſsimis fundamentis amplexatur Ioannes Geneſius *h* & confirmatur, nam poteſtas ipſorũ infidelium non eſt à *Deo* cum ſint contra ipſum de quibus dicitur apud Oſeam, ipſi regnauerunt, & non ex me. Et confirmatur deinde, nã poſſet Papa ſic baprizatos eximere à iure & obedientia principis pagani impedientis Chriſtianiſmum ſicut poteſt vxorem conuerſam eximere à poteſtate viri pagani, prout tenent Diuus Thomas, & doctores communiter cum *Bellarmino*. Ex quibus colligitur ſecundum prædictam ſententiã prædicatores Euangelij in partibus infidelium peragrantes iuſtè poſſe aſſociari militibus ne Euãgelij prędicatio impediatur, & ad defendendũ baptizatos à manibus infidelium, & ſi opus fuerit ad eos eximendos à poteſtate principis pagani qui eos iuriſdictioni diaboli iterũ tradere conatur vt ſic alij pagani hoc auxilio, & fauore allecti in fide inſtruantur, & *Baptiſmi* ianuam ingrediantur.

h Geneſ. in Apoli ad Epiſ. Segouienſem.

k Oſeæ. 7.

g D. Tho. in addi 954. dd. in 4. diſ. 37. Bellar. in l. 5. Rom Potn. c. 7.

Quibus reſpondeo quod hoc à viris doctis ſpeculatiue concedi poteſt, at quantũ ad practicam maximas meo iudicio patitur difficultates, tum quia ipſi milites aſſociando prædictos religioſos magis impediunt prædicationem Euangelij, & conuerſionem infideliũ quam fouent, ſunt enim publici fures blaſphemi lupi rapaces, quiquærẽtes diuitias, & bona ipſorũ infideliũ per extorſionẽ, & violẽtias quæ proh dolor magis debent fleri, quã ſcribi, ſunt cauſa vt verbum Dei apud gentes illas blaſpheme tur, & prædicatores ſancti Euangelij, vt ſocij taliũ vt tales ab infidelibus reputentur, quorum vita cum ab ipſis contemnatur neceſſarium eſt vt etiam doctrina ſimiliter ſpernatur. Tum quia licet maieſtas regalis catholica, & ſuum conſilium regale India rum præſcribant in Hiſpanijs modum, & normam ſatis catholicã quomodo milites ſe debeant habere in auxiliando, & fouendo fideles ad fidẽ conuerſos ne ab infidelibus opprimantur, vim vi tollendo quod de iure naturali omnibus eſt conceſſum, & præcipue hoc debeat habere locum in negotio propagationis fidei, pro cuius fauore multa in ſacris canonibus priuilegia, & conceſsiones ſunt indulta, licet inquam, hic modus catholicus ipſis militibus præſcribatur ipſi tamen vt ſcimus exceduntauaritia moti & ferocitate nimia ducti ita vt conuerſio fit violẽta, quod ex fide dignis qui ab illis partibus

bus ad has Hiſpaniarum veniunt, ſcitur quorum aliqui ſuper contritione illarum gentium plorant dicẽtes prædictos milites inuenientes ſpolia multa manibus plaudere.

At cõtrariæ partis in ſuperioribus probatæ aſſertores his omnibus in hunc modũ ſatisfacere nituntur dicentes quod ea quæ ſunt per accidens non veniunt in conſiderationem, ſed tantum ea quæ ſunt per ſe, aſſociare autem milites Chriſtianos prædicatores Euangelicos prætendentes tantum Euangelium libere prædicari, & impedimenta remouere intentantes quando aliter ſuauiter non poteſt prædicari ex ſua natura & per ſe bonum eſt, vt probatũ eſt in ſuperioribus: ipſos autem milites fideles in ipſa expugnatione, & remotione prædictorũ impedimentorum rapinis furtis adulterijs ſtupris, & alijs faciñoribus inſiſtere, quæré do hæc, & non animas eſt quid accidentarium, minimè à Rege catholico intentum imo eſt quid ab eo ſpecialiter prohibitum vt patet ex eius Chriſtianiſsima inſtructione iuxta placita Apoſtolica facta & edita, & ideo hæc non debent venire in conſiderationem vt per ea prædictũ bonum ſubſtantiale deferatur, nec prædicta mala poteſt Eccleſia euitare ſine diſpẽdio profeſsionis fidei prout nunc videmus in ipſis Indis, & quandoque Eccleſia tolerat minus malum, vt maius malum euitetur, vt in iure *l* notatur, & tolerat quandoque minus malũ ſub diſsimulatione cauſa maioris mali euitandi, & talis tolerantia vocatur conceſsio impunitatis & comparatiue permiſſio, quando permittit vnum malum vt maius euitetur vt declarat quædam gloſſa *m* & ibi Dominicus declarãs quid ſit iſta permiſſio comparatiua.

At ſupradictis reſpõdeo quod in noſtro caſu permittuntur ſi bene perpenditur prædicta mala, & militum inſulta propter bonũ fidei vt ita eius fiat propagatio, & quod in ſe improbum eſt non poteſt iure permitti propter aliquod bonum vt dicitur in iure *n* tradunt Hoſtienſis Ioãnes Andreas, & Abbas, nã quãuis malum minus tolerari poſsit propter maius malum euitandum vt dicitur in iure *o* vbi Auguſtinus conſuluit minus peccatum, vt euitetur maius, tamen quod in ſe malum eſt ipſa natura nõ poteſt iure permitti vt dicit quædam Decretalis *p* ſuper quam Abbas concludit quod etiã ex diſpenſatione permitti non poteſt. Nemo autẽ eſt qui ignoret furta latrocinia homicidia blaſphemias & alia facinora quæ â dictis militibus committuntur eſſe in ſe mala, & impedire conuerſionem infidelium tanquã media aliena à fide ſuſcipienda cum corde credatur ad iuſtitiam.

Nec obſtat illud quod obijcitur ſcilicet quod tantum prædication Euangelij prætenditur, ad quod conſequendum vtuntur militibus non ad offendẽdum ſed defendendum, & ſi offendunt hoc non prætẽditur ab ipſis. Nam reſpondeo, quod licet ab ipſis nõ prætẽdatur ſatis eſt, vt alia via gradiantur, quod non obſtante eorum prohibitione ita communiter fieriſciatur. Et addendum, quod malum per accidens non eſt permittendum etiam ad euitandum aliud maius malum, quando aliter illud maius malum poteſt impediri, vnde cum gens illa inſularum poſsit bono exemplo Chriſtianorum adiuta ad fidem conuerti non eſt neceſſe, vt ad arma pro eius conuerſione recurramus, & proh dolor quia ſi reſiſtentia prędicationi in ipſis inuenitur hoc aliquando ex inſultis Chriſtianorum euenit, cum ipſa vt plurimũ eſſet gens pacifica prout patet ex Bulla Alexandri VI. Data Regibus Catholicis. Ibi. *Inuenerũt nuntij veſtri certas inſulas & terras firmas in quibus quam plurimæ gentes pacifice inhabitant.* &c. & ſtatim addit. *Hortamur vos quam plurimum in Dominico & per ſacri lauacri ſuſceptionem, qua mandatis Apoſtolicis obligati eſtis, & viſcera Domini noſtri Ieſu Chriſti attente requirimus vt cum expeditione huiuſmodi in inſulis, & terris degentes ad Chriſtianam religionem ſuſcipiendum inducere velitis, & debeatis. Et infra ait, inſuper mandamus vobis in virtute ſanctæ obedientiæ (ſicut etiã pollicemini) & non dubitamus pro veſtra maxima deuotione, & regia magnamitate vos eſſe facturos ad terras firmas prædictas viros probos Deum timen-*

tes

l c. in præſentia ex. de ſponſal. Archid. conſi. 242. col. 1.

m Glo. in c. denique e in v. venia. & ibi Domi. diſt. 4. ſup. glo. v. prorem.

nc. ſuper eo de vſu c. cũ magno ne cleric. vel vouent vbi Hoſtiẽ. Andreas & Abbas.

o 2. quod ſi ver. 33. q. 2. p d. c. ſuper eod & ind. c. cum mag no vbi Ab.

tes, peritos ad inſtruendum incolas, & habitatores præfatos in fide catholica, & bonis moribus imbuendum deſtinare debeatis omnem debitam diligentiam in præmiſſis adhibentes. Quæ verba valde condemnant inſulta ſuperius allegata.

ARTICVLVS V.

Vtrum religioſi poſſint prædicare in Eccleſijs ſuis & in parrochialibus contradicentibus Epiſcopis, & parochis.

REſpondeo dicẽdo, quod *Gregorius IX. Præcipit omnibus Eccleſiarũ prælatis, vt fratres ordinis minorum ad officium prædicandi (ad quod dicit quod ſunt ex profeſſione ſui ordinis deputati) benigne recipiant, & vt admoneant populos eis commiſſos, quatenus ex ore prædictorum fratrum vbi Deiſemẽ deuote ſuſcipiant ac etiã quod in neceſſitatibus huiuſmodi fratrum liberales exiſtant*, Ita habetur in libro monumentaa ordinum.

aIni. imp. fo.25. & in 2.f.109.cõceſ.233.

Et benedictus XI. ſtatuit quod fratres ordinis prædicatorum, & minorũ qui ad prædicandũ deputati ſunt poſſunt in Eccleſijs & locis ſuis, ac in plateis communibus ſeu publicis libere (abſque diœceſanorum & aliorum prælatorum petita licentia (clero & populo prædicare eiſque proponere verbum Dei. Voluit tamen quod prædicti fratres caueant omnino ne illa hora in qua diœceſani prædicauerint, vel coram ſe prædicare fecerint, prædicent ipſi fratres niſi forſan hoc facerent de voluntate diœceſanorum ipſorum, aut in ſtudijs generalibus, diebus illis dumtaxat, quibus ſermones ad clerum fieri ſolent ſolemniter ſiue in funeribus mortuorũ, ſiue in eorundem fratrum feſtis ſpecialibus, ſeu peculiaribus, quia in prædictis quatuor caſibus occurrere poterunc in prædicationibus cum diœceſanis Ita habetur in libro *b* ſuperius allegato.

¶ Circa quam conceſsionem ibi, *in Eccleſijs, & locis ſuis*, Eſt aduertẽdũ, quod hoc eſt limitatum per Concilium Tridentinum e vt ſcilicet teneantur petere benedictionem â Dominis Epiſcopis. Pro quo eſt notandum, quod per decretum Pij V. in Eccleſijs noſtris poteramus prædicare ſine benedictione ordinarij vt habetur in cõſtitutione, *& ſi mendicantium ordines* data anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, ſed quia conſtitutio illa fuit poſtea per Gregorium. XIIII. ad terminos iuris communis, & ſacrorum Concilij Tridentini Canonum redacta ideo nũc hanc benedictionem petere tenemur.

q In 1.imp. fo.216 & in 2.fo.203.cõceſ.500.

c ſeſ.5. §.2.

Circa eandem conceſsionem ibi, *ac in plateis communibus*, Aduertendũ eſt primo, quod *Sixtus IIII. conceſſit fratribus Carmelitanis vt poſſint libere prædicare populis in locis publicis abſque tamen parochialiũ Eccleſiarum iuris præiudicio, & declarauit quod huiuſmodi iuris præiudicium intelligatur de decimis & primitijs dumtaxat quæ à laicis ſolent clericis* exhiberi. Ita habetur in libro monumenta ordinum. Et vult dicere Sũmus Pontifex, quod dũmodo Eccleſijs parrochialibus non ſequatur præiudicium, quoad exactionem decimarũ & primitiarum poſsint prædicti fratres prædicare libere in quibuſcumque locis publicis.

d In 1. imp. fo.112.& in 2.fo.185 cõceſ.465.

Aduertendum ſecundo, quod in plateis cõmunibus non poſſunt religioſi prædicare contradicente Epiſcopo. Cum Concilium Tridentinum definiat, quod nullus ſecularis, aut regularis etiam in Eccleſijs ſuorum ordinum contradicente Epiſcopo prædicare præ-

c ſeſ.24. de reform.c.4

re præſumat. Quod explicandum eſt iuxta conſtitutionem Bonifacij. VIII. & Clementis V. qui aiũt ſtatuimus & ordinamus vt prædicatorum, & minorum ordinum fratres in Eccleſijs & locis eorum, ac in plateis communibus libere valeant clero, & populo prædicare, ac proponere verbum Dei hora illa duntaxat excepta in qua locorum prælati prædicare voluerint, vel coram ſe facere ſolemniter prædicare, in qua prædicare ceſſabunt, præterquam ſi aliud de prælatorum ipſorum voluntate proceſſerit, ac licentia ſpeciali. Inſtudijs autem generalibus vbi ſermones ad clerum ex more fieri ſolent diebus illis quibus prædicari ſolẽniter conſueuit, ad funera etiam mortuorũ, & in feſtis ſpecialibus ſiue peculiaribus eorundem fratrum poſſunt ijdem fratres & liceat eis libere prædicare, niſi forte illa hora qua ſolet ad clerum in prædictis locis Dei verbum proponere epiſcopus, vel prælatus ſuperior clerum ad ſe generaliter conuocaret ac ex aliqua ratione, vel cauſa vrgenti clerum ipſum duceret congregãdum, in eccleſijs autem parrochialibus fratres illi nullatenus audeant, vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei, niſi fratres prædicti à parrochialibus ſacerdotibus inuitati fuerint vel vocati, & de ipſorum beneplacito, & aſſenſu ſeu petita licentia fuerint & obtẽta, niſi epiſcopus vel prælatus ſuperior eoſdẽ fratres prædicare mãdaret. Ex quibus patet quomodo Clemens. V. reuocauerit Benedicti X. conſtitutionem quoad exceptionem factam in illis verbis, *ibi diebus illis dumtaxat*, & apparet quibus limitationibus poſsint hodie regulares officium prædicationis exercere. Et aduertendum, quod regulares non poſſunt approbari ab ordinario ad prædicandũ niſi à ſuis ſuperioribus priusapprobentur, & ab eis vt idonei præſententur prout ordinauit g Leo X. & Cõcilium Lateranenſe & Tridentinum.

f Clem. dudum ſep.

g ſupplem. f. 127. conc. 565. Lat. vol ſeſ. 11. demodo prædic. Conc. Triſeſ. 5. c. 2. §. ſiquæ vero.

ARTICVLVS VI.

Vtrũ prædicatores approbati ſemel ab epiſcopo teneantur iterũ corã eodẽ epiſcopo, aut eius ſucceſſoribus præſentari eorum prima licentia ſuſpẽſa aut reuocata.

REſpondeo dicẽdo, quod licet confeſſarij ſæcularium in ordine prædicatorum & minorum ſemel ab vno ordinario approbati, nec ante ipſum nec ante eius ſucceſſores in eadem diœceſi teneantur iterum præſentari, prædicatores tamen harum ſacrarum religionum hoc non gaudent priuilegio. Ratio enim quare confeſſarij eo fruuntur indulto eſt quia à Domino Papa habent iuriſdictionem, quam ab eis non vult Papa prolibito ordinariorũ auferri, pro vt in primo tomo *a* latè diximus. At prædicatores ad prædicandũ non recipiunt iuriſdictionem, ſed tantum quandam approbationem quam Summi Pontifices ſemper voluerunt ab Epiſcopis mendicari, & prolibito reuocari cũ munus prædicandi apud ipſos principaliter reſideat vt ſacri Canones ſignificant, & Concilium Tridentinum *b* nos docet. Qua *propter Gregor. XIII. Conceſſit ſocietati Ieſu, quod huius ſacræ religionis confeſſarij, ac prædicatores ab aliquo ordinario ſemel approbati, & â ſuis ſuperioribus ad huiuſmodi munera deputati quãdocũque ſiue mari ſiue terra iter faciũt poſsint nõ repugnãtibus tamẽ curatis parrochialiũ eccleſiarũ verbũ Dei prædicare, & quorumcũque Chriſti fideliũ cõfeſsiones audire dũmodo id nõ faciant in oppidis, aut locis in quibus ordinarij exiſtunt, niſi eorũ licentia deſuper obtenta.* c Ita habetur in compendio ſocietatis. Quo priuilegio fruũtur prædicatores ordinũ mẽdicantiũ, & alij qui cum ipſis cõmunicant in priuilegijs conceſsis, & concedendis,

a tom. q. 4

b Seſſ. 5. c. 2. ſeſ. 24. de ref. c. 4.

c comp. ſocieti. tit. confeſſar. §. 2.

ARTICVLVS VII.

Vtrum prælati eccleſiarum incurrant aliquã cẽſurã impediẽtes ne parochiani audiant prædicationes regulariũ.

REſpondeo dicendo, quod *Bonifacius IX. Prohibuit ſub excõmunicatione ipſo facto in quoſcũque contrafaciẽtes ne prælati Eccleſiarũ aut alij quicunque populũ, aut parrochianos ſuos retrahere præſumãt, quominus accedant ad audiendas prædicationes fratrum*

trum prædicatorum quoties & quomodo voluerint, ita habetur in supplemento a, & tradit Corduba in additionibus ad cōpendium

a Sup. f. 185, conce. f. 465. Cord. in ad. ad cōp. tit. prædicato.

ARTICVLVS VIII

Vtrum Episcopi possint procedere contra regulares errores prædicantes.

RESpondeo dicēdo quod *Leo Decimus mādauit omnibus clericis tā secularibus, quā cuiuscūque etiam mendicantium ordinū regularibus qui onus prædicationis sustinent, quique in futurum sustinebūt, vt Euangelicā veritatem, & sacrā scripturam iuxta declarationem interpretationem, & ampliationē doctorū quos Ecclesia vel vsus diuturnus approbauit, legendosque hactenus recipit prædicent & explanēt nec quicquā eius proprio sensui cōtrariū ac dissonū adijciāt, sed illis semper insistāt quæ ab ipsis sacræ scripturæ verbis ritè ac sane, & præfatorum doctorum interpretationibus intellectis non discordāt Tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel Antichristi aduentum, aut certum diem iudicij prædicare, vel asserere nequaquā præsumant: Cū veritas dicat non esse nostrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate, quod vlterius prosequitur præfatus* Leo X. prout cōtinetur in supplemento a Quod sanctissime fuit ordinatū ne prædicatores â doctrina Catholica deuiātes tamquā inimicus homo superseminent zizaniam, & illi qui constituti sunt in populo ad ædificationē fiant in ruinā, & in scandalum. Propter quod Conc. Trid. determinauit dicēs, si vero quod absit prædicator errores, aut scandala disseminauerit in populum etiamsi in monasterio sui, vel alterius ordinis prædicet Episcopus ei prædicationem interdicat. Quod si hæreses prædicauerit contra eum secundum iuris dispositionē & loci consuetudinem procedat, etiam si prędicator ipse generali vel speciali priuilegio exēptum se esse prætenderet, quo casu episcopus authoritate apostolica & tāquā sedis Apostolicæ delegatus procedat, Curētautē Episcopi nequis prædicator, vel ex falsis informationibus, vel alias calumniose vexetur iustam vē de eis conquerendi occasionem habeat. Hæc Concilium.

a Supp, 127. cōces. 566 & 567.

b Conc. Tr. se 2. 5. c. 2. §. si vero quod absit.

ARTICVLVS IX.

Vtrum regulares extra claustra & obedientiam suorum prælatorum viuentes possint ad prædicādum admitti.

RESpondeo dicendo quod conciliū Tridentinum ordinauit dicens, caueāt prę terea Episcopi, ne aliquem, vel eorum qui cum sint nomine regulares extra claustra tamen, & obedientiam religionū suarū viuunt, vel presbyterorum secularium, nisi ipsis noti sint & moribus atque doctrina probati etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu in sua ciuitate, vel diæcesi prædicare permittant donec ab ipsis Episcopis super ea re sancta sedes Apostolica consulatur â qua priuilegia huiusmodi, nisi tacita veritate & expresso mandato ab indignis extorqueri verisimile non est: extra claustra autem viuere censendi non sunt qui pro aliquibus negotijs exercendis delicētia suorum prælatorū extra monastateria viuūt. Et Clemēs IIII. prohibuit ne fratres quos abordine Minorum, pro suis culpis *Expelli cōtigerit, vel egressi fuerint proprio motu præsumant prædicare &c. nisi ad aliū ordinē in quo licite exercetur huius modi officium delicentia sedis apostolicæ vel Ministrorum ordinis*. Præfati transierint b. Ita habetur in monumentis ordinū in quolibro & quoad Carmelitas c & quoad prędicatores d ipsū inuenietur cōcessum. Et ita poterūt domini episcopi hos eiectos â prędicādo impedire, imo castigare si eos sciuerint prædicare cum à domino Papa ministeriū prædicationis exercere sint prohibiti.

a sess. 5. c. 2. §. caueant præterea.

p In 1. imp. fo. 54 & in 2 f. 141. conc. 331.

c In 1. imp. f. 103. & in 2. fo. 186, cōc. 472.

d In 2. imp. fo. 238. cōces. 557.

ARTICVLVS X.

Vtrum possint puniri ab episcopis regulares reuelationes, aut miracula non authentica prædicantes.

RESpondeo dicendo, quod *Leo X. in Concilio Lateranensi vltimo statuit, vt si quibusdam Dominus futura quædam in Dei Ecclesia inspiratione quapiam reuelauerit, quoniam res magni momenti est, eo quod non de facili credendum sit omni spiritui, sed sint probandi spiritus (teste Apostolo) an ex Deo perueniant tales assertæ inspirationes ante quam publicetur aut populo prædicetur Apostolicæ sedis examini subdantur. Quodsi, sine moræ periculo id fieri nõ valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet, tunc eodẽ ordine seruato ordinario loci notificentur, vt ille adhibitis secum tribus, aut quatuor doctis & grauibus viris, & in eiusmodi negotio exercitatis diligenter examinato, quando id expedire videbunt (super quo eorũ cõsciẽtias onerat) licentiã concedere possint. Et siqui in huiusmodi prædicationibus miracula falsa aut incerta, vel prophetias, quæ ex sacra scriptura non constant, seu episcopis aut eorum superioribus præfatis detrahere ausi fuerint vltra pœnas contra tales â iure statutas excommunicationis, etiã sententiam à qua non nisi á Romano Põtifice (præter quã in mortis articulo cõstituti) absolui possint, eos incurrere voluit. Et vteorũ exẽplo alij attẽtare si milia minime audeãt eis prædicationis etiã officiũ interdictũ esse perpetuo decreuit.* ita habetur in ordinis supplemento.[a]

[a] Fol. 117 cõcef. 599. & 570.

ARTICVLVS XI.

Vtrum quæstores eleemosynarum possint prohiberi prædicare ab episcopis

RESpondeo dicendo, quod Concilium Tridentinum sequens vestigia Concilij Lateranensis [a], sub *Innocentio* III. ordinauit, quod quæstores eleemosynarij, qui etiam quæstuarij vulgo dicuntur, cuiuscumque conditionis existant nullomodo neque per se, nec per alium prædicare præsumant. Et contra facientes ab episcopis, & ordinarijs locorũ priuilegijs quibuscumque non obstantibus, opportunis remedijs omnino arceantur. Quod decretum vtrum extendatur ad regulares quæstuantes, & prędicantes dictum est late in secundo tomo [b]

[a] Conc. Trid. sess. 5. c. 2. i. fin. Conc. Later. c. 62 can. eum exeodem pœnit. & remiss.

[b] 2. to. q. 57

ARTICVLVS XII.

Vtrum prædicatoribus regularibus alia priuilegia circa diuinum officium concedantur.

RESpondeo dicendo, quod *Leo X. cõcessit, quod prædicatores verbi Dei & cõfessores ordinis Minorum de obseruantia quando actu prædicant, vt puta in aduentu, & quadragesima possint officium feriale anticipare, & festa illis diebus reseruare, quibus illos amplius laborare necesse est, nõ tamen in fraudem diuini officij, sed vt liberius valeant studio vacare, & consolationi spirituali fidelium populorum incumbere,* Ita habetur in ordinis supplemento.[a]

[a] Supp. f. 91 concel. 295

Sed contra hoc videtur obstare cõstitutio Pij V. apposita in principio breuiarij in qua iubetur etiã regularibus (exceptis quibusdã de quibus ibi) vt officiũ diuinũ iuxta breuiarij authoritate Conc. Trid. editũ persoluãt. Et ait neminẽque ex ijs quibus hoc dicendi psallendique munus, necessario impositũ est nisi hac sola formula satisfacere posse. Et videtur quod is qui anticipat officium feriale recitando ipsum in die, quo debet defesto recitare, vt festum in alium diem recitandum transferatur non seruet formulã

prædi

prædicti breuiarij,& percõsequens nõsatisfacit. Atrespondetur,quòd in hac translatione,& anticipatione dicta formula non videtur mutari,formula enim,quæ mutariprohibetur est , vt non recitetur secundum alia breuiaria antiqua à dicta constitutione omnino abolita, in quorum aliquo semper de officio trium lectionum agebatur,in hoc autẽ casu non immutatur forma breuiarij , sed officium secundum eius formam in vno die recitandum in alium diem transfertur, vtstudio , & consolationi spirituali fidelium sit expeditior prædicator, aliter etiam potest responderi,quod licet in dicta constitutione seruare formulam dicti breuiarij iubeatur,si tamen ex aliqua causa particulari, iussta aliquid innouetur non propterearecitãs transgressioni præfati præcepti erit obnoxius,sicut videmus in Concilio Tridentino *b* præcipi nè sacrum fiat in altari portatili,quo non obstãte potest hodie necessitate id petenti,sine aliquo priuilegio Apostolico,in eomissacelebrari, prout aduertit doctissimus Nauarrus *c*. Et ita tenet Medina *d* in summa sua post Concilium Tridentinum,& ita quod huiusmodi officij trãslatio potest fieri à prædicatoribus.

b Cone. sess. 24. de ob sc. & vitand. in celeb. miss.
c Nauarr. in man. c. 25 n. 12.
d Me. in sua iust.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum prædicatoribus regularibus, aliquod priuilegium, circa ieiunia concedatur.

REspondeo dicendo,quòd Leo X. concessit,quòd *fratres Minores prædicatores actu prædicantes possint,sine scrupulo,& seruato ieiunio anticipare, & retardare horas comestionis,& serotinæ collationis iuxta suam cõsolationẽ* Ita refertur in supplemento.*a* Circa quam concessionem est notandum,quòdhæc concessio,vt aliquod contineat priuilegium debet intelligi , quando ipsi prædicatores,ea vtuntur tantum propter suam consolationẽ non vrgentealiquanecessitate,quod satis indicant verba dictæ concessionis, ibi, *iuxta suam consolationem*, nã siactu prædicantes impediuntur ab studio, & prædicatione non retardando horas comestionis, & serotinæ collationis, non est concessio aliqua necessaria, vt ea possint anticipare,

a Suppl. fol. 93. concess. 228.

aut retardare,cum enim in eo casu à ieiunio excusentur iuxta ea quæ post Caietanum & cõmunem tradit Nauarrus *b* à fortiori excusabuntur ab horæ ieiunij , & collationis obseruatione. *In* his tamen parcè prædicatores segerere oportet:cum enim ipsi præcipuè regulares debeant prædicare,non quasi aerẽ verberantes,sed castigantes corpus suũ & in seruitutem redigentes,ne cum alijs prædicauerint ipsi reprobi efficiantur obseruationibus ecclesiasticis,ita debent esse accincti,vt vltra id, quod ipsis secundum ius est obligatorium,aliquid amplius supererogatorium superaddant. Ait enim Nauarrus , *c* quod quando occurrit necessitashabẽdiprælectionem in concursu publico,vel conclusionum defensione,quæ rectè facere plurimum reipublicæ,vel priuatæ interesset , & eorum studium,& precum recitatio se non compaterentur,non obligat ipsarum precũ recitatio,sed addit. Quamquam nos gratia Deo,adhũc vsque diem , nunquam earum recitationem ante,vèl post huiusmodiactus omisimus , etsi frequenter nobis occurrerent. Necob geminas in die lectiones,quas multis annis Tholosæ,&Cathurci primũde inde Salmanticæ,& Conimbricæ habuimus nec obquaternas totovno anno inGalliasingulis diebus,etiam festis , exceptis Virginis matris Dominicis, & apostolorum habitas Nec facilè consulemus alteri,qui recitando partem ante signatum concionandi vel prælegẽdi pũctũ & partẽ post concionẽ vellectionẽ,& partẽ inter studendũ satisfacerepotest,attẽto quod sine ope diuina nihil, & cũ ea omnia fieri possunt iuxta illudPauli,omnia possum in eo qui me confortat Christus. Hæc Nauarrus,Quæ in medium adduxi, vt regulares ptædicatores,hoc tanti viri exẽplum præferant, non enim ipsum nobis scriptum reliquit , nisi vt eius vestigia in hocsequantur.

b Na. inma. c. 21. n. 16.
c Nau. c. 25. n. 101.
d Ad Phil. 4

QVÆSTIO XXXIII.

De permutationibus in duos articulos diuisa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *VTrum monachi inter se possint facereper mutationes.*

2 *Vtrum regulares prohibiti vendereres monasterij possint eas permutare.*

ARTICVLVS I,
vtrum monachi inter se possint facere permutationes.

REspondeo dicendo, quòd articulus quæstionis petit an monachi diuersis in cœnobijs professi possint inter se, quæ suis à monasterijs obtinẽt monachatus iure in his saltẽ suorũ Abbatũ authoritate permissione, & venia habita permutare, siue ipsi hisce in cœnobijs ea monachatus iura habeãt, quibus in Cœnobijs certus præscriptusq; & definitus sodaliũ monachorum est numerus, atque ita præfinitus, vt abeunte vno è viuisque excedẽte monachatus induatur vocatio, sitque alter quidam in illius locum vacuum ex præscripto, præfinitoque sufficiendus, siue cœnobia sint alterius generis vbi non sit præscripta eadem numero obseruatio, eadẽq; disciplina. Hanc quæstionem excitat Christophorus Ruffiniacius *a* qui in ea expedienda ait nolle afferre variam doctorum nostrorum concertationẽ, imo ea prætermissa concludit rem ex ratione magis probata affirmans monachos pro iure monachatus, & quidem cum suorum antistitum venia, in nullam permutationis vltro citroque facienda pactionẽ regulariter cõuenire posse. Et hanc opinionem tenet Collector *b*, & Ægidius de Balamera. Quia cum se se primum cœnobio addixere, idque ex voto vt ibi solitariæ vitæ mancipati soli Deo, soli religioni soli sacro cultui darent operam, neque curerent opes, neque alia rerum mortaliũ cõmoda, vt dicitur in iure *c* æquum est ipsos in ea voti sententia, ad extremum vsq; permanere, neque ad vllam vnquam lautiorem humanam fortunam aspirare, sed vti pauperes relictis mundanarum diuitiarum cupiditatibus malis, huc venire iuxta quandam decretalem *d*, ita pauperes quoque, sine cupiditate maioris humani boni ibi patienter perseuerare, quid enim tunc peius, quam propter assecutionem caducæ rei constantiam in re tam honesta & pia non retinere. Quod si vtplerumque fit religioso, & simplici animo, quidam horum à monasterio cui se primum dedidere in aliud monasterium propter quandam, quam malint duriorem, ac seueriorem fortasis quotidianæ vitæ consuetudinem aliamq; causam piam migrare volunt, migrent quidem, sed ita faciant religiosa & simplici via iuxta sacros *e* Canones, neque illum permutationis commercium, neque spem, etiam cõsequẽdi, vel occasionem arripiendi in alio monasterio opimioris boni opulentioris que beneficij, huic tam diuinæ, piæq; rei admisceant, neque enim patitur æqui iustique ratio, vt hoc animo migrantes adipiscẽdi scilicet ex causa permutationis alio in cœnobio beneficij, vllum ex dicta causa alio in cœnobio adipisci valeant beneficium argumento eorũ, quæ in iure esse *f* notantur, neque tamen id ita ad viuum resecari vult eadem legum ratio, quin hisce in rebus excipiatur Romani Pontificis potestas, nihil enim vetat eum in hac specie in sacerdotibus diuersi generis, per commutationes monachorum, & cœnobiorum, & pristinæ viuendi normæ immutationem aliam vè causam migrationes recipere atque admittere, prout ait Bellamera. *g*

a Ruffin. in tract. de bec 36. n. 9.

b coll. in cap. olim q. 3. & inc. ex hibita 17. q. de rer. per Bela. in tract. permuta. decis. 11.

c ca. licet de leg.

d ca. quos de stat. reg.

e c. licet de reg.

f c. cum sin. de præben. li. 6.

g Bellam. de cisio. 11. de perm. bene. 2. p. q. 11.

ARTICVLVS II.
Vtrum regulares prohibiti vendere res monasterij possint eas permutare.

RESpõdeo dicendo, quòd cũ in statutis nomine emptionis veniat permutatio, prout tradunt communiter Doctores *a* pro quo facit quædam expressa decretalis, non dubito, quin regulares, vendere prohibentes, permutare etiam prohibeantur præcipuè cùm in permutatione dominium trãsferatur, sicut in venditione contingit.

Aduertendum tamen, quòd si quis peristũ cõtractum permutationis, vel alium dat fundũ monasterio, sub pacto, quòd alatur in vita quod etiam si fundus pereat casu fortuito nihilominus habebit alimenta, quia proprietas fundi transiuit in ipsum *M*onasterium, & sic damnum ceditipsi, & non alteri, quòd expressè voluit Cynus, & tenet Syluester *b*.

a DD. in l. de quibus ff de leg. 1. c. 1. de his quę fiũt a præla. ver. vẽdere vel permutare

b Syl. v. per mut. in fin.

QVÆSTIO XXXIIII.
De prælatis in vndecim articulos diuisa.

Circa quam quæruntur vndecim.

1 *VTrum prælati sint necessarij.*
2 *Vtrum senes sint eligendi in generales & prouinciales.*
3 *Vtrum literati sint anteponendi in electione generalium, aut prouincialium.*
4 *Vtrum secretarij generalium, aut prouincialiũ debeant esse literati.*

5 *Quem*

5 *Quem finem debent habere præoculis prælatiin gubernando.*
6 *Vtrum prælati ad gubernandum debeant neceſſario habere fortitudinem.*
7 *Vtrum in prælatis pietas & miſericordia ſit neceſſaria.*
8 *Quomodo prælati à muneribus & donis accipiendis ſedebent abſtinere.*
9 *Vtrum prælati teneantur expurgare congregationem ipſis commiſſam à peccatis.*
10 *Vtrum prælati præ cæteris inuenes coercere teneantur.*
11 *Vtrum Reges Hiſpaniarum habeant iuriſdictionem ſuper profeſſos ordinum militiarum.*

ARTICVLVS I.

Vtrum prælati ſint neceſſarij.

REſpondeo dicendo, Philoſophum *a* in libro ſuæ rei public. affirmare tres ſpecies regiminis in Republica fuiſſe quæ bonum commune cócernebant & alias tres contrarias, quæ bonum priuatum & particulare attendebant, quam doctrinam referunt Patricius *b*, Sermenatus, Simancas, Conradus, Oroſcus, Bartolomęus Philippus. Bodinus, & Azeuedo, ſed de tribus concernentibus vtilitatem publicam nobis in præſentiarum eſt agendum, quarum primã vocauit Philoſophus Ariſtocratiam quæ eſt gubernatio ſapientium, & potentiũ in libertate ſicut hodie gubernatur Reſpublica Venetiana, quæ regiminis ſpecies propter malam hominum inclinationem facili negotio in monipodium ambitionem, & prætenſionem deuoluitur quæ a *Græcis* Oligarchia appellatur. Alia eſt politica ſpecies regiminis, quæ eſt gubernatio multorum, qua Dominatio Genouæ regitur, & hoc populare regimen facile in nimiam licentiam & libertatem deijciendo maiores, & attendendo ad bonum priuatum conuertitur; quæregiminis ſpecies Græce *Democratia* dicitur: alia eſt ſpecies, quæ vocatur monarchia, quæ eſt vnius tãtum gubernatio, quod nomẽ monarchia deriuatur à *Monos*, quod Græce ſignificat vnus, & ab *Archos*, quod græce ſignificat principem. Vnde Monarchia idem ſignificat quod vnũ principatum ab vno principe: qui gubernãdi ſtatus exty rãnide nonnullum patitur periculum. Omnibus iſtis gubernationibus vſi ſunt Græci, & Romani, & inter eas tanto excellentior eſt vltima aliis duobus, quãto magis adprincipiũ numeri quod eſt vnitas reducitur, cũ ad vnum caput, & vnum principem deuoluatur, licet enim ex tyrãnide aliquod periculum poſſint pati: in hac tamen vita miſerijs plena non poteſt dari alius gubernandi modus accõmodatior, & ſic ipſum nimis approbauerunt Auguſtinus, *c* & Diuus Thomas, quod ipſum approbauerunt iuris conſulti, *d* & quædam lex partitarum, quod etiam ipſum approbauerunt Canoniſtę, *e* & late Caſſaneus, Bodinus, & Nauarrus poſt Abbatem: & Legiſtæ, Bartolus ſcilicet, & Auiles, Gregorius Lopez & alij ſuperius allegati: quod ipſum approuauerunt Feneſtella *f*, Patricius, Petrus Gregorius, & Frater Marcus Antonius, in ſua Microcoſmia, cuius regiminis excellentia ſequenti ratione maxime comprobatur, omne enim illud quod habet ſimilitudinem cum diuinis & ad diuina magis accedit maioris perfectionis eſt: vnde cum reges per Deum regant, & ſit Deus vnum in ſubſtantia & natura, ſequitur euidenter, quod regimen magis accedens ad iſtam vnitatem & ſupremum caput eminentius debet reputari: vnde dicit Diuus Paulus *g*, & refertur in iure Canonico, & explicat Molineus, quod omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, (non eſt enim poteſtas niſi à Deo quæ autẽ ſunt à Deo ordinata ſunt). Quod etiam cõprobatur, videmus enim omnia corporis mẽbra, vni capiti ſubiacere, non enim licet à capite membra recedere vt dicitur iniure, *h* videmus etiam aliqua animalia vt apes, *i* ab vno gubernari grues etiam ab vno gubernantur, vnde ait Diuus Hieronymus *k* grues vnã ſequuntur, Imperator vnus iudex vnius prouinciæ, Roma duos, fratres ſimul reges habere non potuit, & parricidio dedicatur. *l* Innaui vnus gubernator, in domo vnus dominus, in quouis grãdi exercitu, vnius ſignum expectatur: videmus etiam Rempub. Romanam per reges, per Conſules, per Populũ & per Imperatores fuiſſe gubernatam, & nunquam ad ſubijciendũ ſibi vniuerſum potuit peruenire niſi poſtquam ad regimẽ *Monarchicũ* tẽpore Cæſaris Auguſti fuit reducta, prout tradũt Roderic. Suarez *l*, & Couarruuias, & refert Beroſus *m*, & eius

a Ariſt. Pol. lib. 3. ca. 10. & 8. Et hic. cap. 10.
b Patric. li. de Rep. tit. 1. & tit. 4. Sermenat. in rapſodia 15 Simãc. de Rep. l. 2 c. 3 & 5. nu. 22. Contra. in tẽplo iudi. lib. 1. c. 1. §. 2. v. tyrannis excepti. fo. 18. Oroſcus in l. 2. n. 11. col. 107. ff. de origi. iuris. Barth. Phili. decõ filijs. diſcurſu. 18 §. 1, & ſequen. Bodin. de rep. lib. 2. cap. 1. Azeued. in rubr. n. 114. tit. 1. lib. recopilat.
c Aug. lib. 1. de Ciui. D. Tho. de regimine princ. lib. 1. ca. 2. d l. 2. 9. noniſsim. ff. de orig. iu. vbi Iaſon. l. 7 ti. 1 par. 2.
e Canoniſt. in extraua.

vnã ſanctã, de maior. & obed. Caſſaneus de gloꝛ. mũdi. 12. p. conſider. 55 in princ. Bodin. vbi ſup. lib. 4. c. 1 nauar. in c. nouit. nu. 15. de iud. legiſtæ. in l. 1. ff. de acqui. poſſ. Bar. in trac. de regim. ciuitatu. Grego. ind. l. 7. verſic. vui eſſen. vno.
f Feneſte. de Magiſtrati. vrbis Rom. Patric. d. li. 1. tit. 1 Petr. Gre. de syntau. iur. cõ. 3. lib. 47. ca. 15. num. 24. Mar. Anto. par. 1. dial. 5. pag. 42 colum. 2.
g Pa. ad Roman. 13. ca omn. anim. decẽſ. lib. 6. Molin. in addit. magna ad Alexã. cõſil. 8. volu. 1 h ca. cũnon liceat deprę ſcriptionib. i Ca. in apibus. 7. q. 1.
k Hierony. epiſt. 4.
l Suarez. in l. quoniam in priori. in declarat. legis regni, limi. 11. C. de in offi. teſtam. Cou. pract. quæſt. c. 1 n. 5 pa. 7.
m Bero. lib. de flor. Cha.

& eius commentator Ioannes de Viterbo, quod Nembrot filius Chus & Nepos Cam, cum eſſet fortior cunctis alijs hominibus pro tunc exiſtentibus fuit primus qui poſt diluuiũ reduxit homines ad obedientiam vnius Regis, & dominium Regni, & dominationis mundi ſibi vſurpauit fundando Babylonis poblationem, prouteriã innuiturin o Geneſ. c. 10 lBocaſius libro Geneſis o & tradunt Boccaſius & Gardiola. Ex quo colligitur ab initio mundi poſt diluuium hoc monarchicum Regimen habuiſſe initium & inter omnia regimina principatũ tenere quo eccleſia Dei regitur & religiones gubernantur cum vnaquæ que vno generali prælato gubernatur, & omnium ſubditorum diuerſæ voluntates illi ſubijciantur.

c. 4. de las caidas Gardiola de nobilitate c. 3. fol. 4.

ARTICVLVS II.

Virum ſenes ſint èligendi in generales & prouinciales.

REſpondeo dicendo, celebratiſsimum quoddã dictum Syluij referri in hiſtoria a Boemiæ, quod habet in hunc modum, agrum colere, gregem paſcere, nauim regere, texere, ſuere, ædificare multiſeigno rare fatẽtur, magiſtratum, in vrbibus regere & ſe Regem gerere, gentibus ac nationibus imperare quod difficillimum nemo ſibiãna tura negatum dicit, quod certe experientia nos docet vide muſe nimi iuuenes ambitione motos deſiderare, & totis viribus procurare prælationes, quorum munus maturitatem conſilij expoſcit, quæ maturitas in ſenibus reperitur, ait enim Diuus Hieron. ſenectus nos ab impudentiſsimis Dominis liberat voluptatibus, gulæ imponit modum, libidinis frangit impetus, auget ſapientiam, dat maturioraconſilia. Quod voluit dicere b ſapiens, afferens corona dignitatis ſenectus quæ reperietur in vijs iuſtitiæ, & Plato in ſua Republica docuit non iuuenem c, ſed ſenem iudicem bonũ eſſe oportere, quiſeri qualequid iuſtitia ſit didicerit tanquam qui non propriam in animo ſuo eam ſenſerit ſed alienam in alijs animis longo tempore nouerit: atque id circo cuiuſmodi ſit malum diſcernat, ſcientia potius quam propria experientia iudicans, generoſiſſimus certe iudex huiuſmodi eſſe videatur, & Caſsiodorus d ait ætate maturi melius ſapere iudicantur, quia ſene ſcentibus membris, & corporalibus ſenſibus emollitis proxima parte in conſilium tranſeunt, vbi dum mens, amplius occupatur robuſtior virtute adunatio nis efficitur. Et Auerroes e aſſerit reipublicæ gubernacula ſenioribus debentur, qui præter quod ſcientias ſpeculatiuas adepti ſunt obtinent præterea experimentum longo tempore acquiſitum: & Claudius f ait, quanquam in deligendo iudice nullius rei æque ſit habenda ratio atq; ſapiẽtiæ, & integritatis conuenire tamen videtur, vt natu grandes ei muneri præficiantur, nam, & ſenibus plus adeſſe ex vſu rerum prudentia ſolet, & affectus ſunt moderatiores, tum etiam relucet quidam in ſenibus vultus ob ſeruandæ maturitatis, quod illi plurimum apud populum autoritatis conciliat, denique ſemper omnibus viſum eſt ſatis periculoſum ad magiſtratus & prælationes iuuenes promouere, vehementia enim paſsionum ipſos ad gubernandum reddit inhabiles cum odio aut ira, aut ambitione aut alijs defectibus ætati teneritudine annexis ducantur & à ſubditis eorum manda talicet ſint optima, & ſalubria & opportuna, vt â iuuenibus edita cõtẽnantur cõſiderãtes ſubditi illud g Ariſtot. ex iuuene Regere recta oriri ad virtutem difficile eſt niſi ſit legibus nutritus. Quod Oldradus h Baldus Antonius Corſetus Conradus, & Puteus tradiderunt. Et non ſolum Græci ſed etiam Romani Lacedęmonij Carthaginenſes Perſæ Hebræi, & alij per ſuas leges, & conſuetudines approbatas iuuenes ab officijs publicis repellebant, ſenes autem admittebant vt conſtat ex traditis per Tiraquelum i Azeuedo Burgos de Paz Simancas Rebuſum & Petrum Gregorium pro quo optsme facit infortunium, quod ex conſilio iuuenum accidit Regi Roboam prout in libro K Regum continetur & in paralipomenon & Ariſtoteles l rectè dixit iuuenes ad gubernandum eſſe inhabiles cum in his indicium, & diſcretio incipiat habere vigorem & fortitudinem. Et Cic. in Catone maiore ait maximas reſpublicas per adolecentes labe facta res eſſe & Romanam rem publicam tria euertiſſe ſcilicet amorẽ priuati cõmodi occultũ odiũ iuuenile Conſilium. Temeritas eſt florentis ætatis prudentia ſenectutis. Et Diuus Auguſtinus m ait Regnum Romanorum tã diu

a Hiſtor. Bohem. c. 6.

b prou. 16.

c Platolib. 3. de repub.

d caſſiodo. lib. 6. de anima.

e Auerro. in li. Platonis de Republ. tract. 1.

f Claudi. de officio iudi. lib. 1.

g Ariſt. lib. 3. Eth.

h Oldra. cõſil. 52. Bald. in l. cum antiquioribus. col. Pen. c. de iur. deli. Corſetus in tract. de poteſt Reg. 5 part. q. 86. Conrad. in temp. iu. c. lib. 1. c. 2. de Rege §. 1 n. 13. fol. 99. Puteus de Syndica it. de Regum exce. c. 2. n. 22. num 83.

i Tiraqu. de primog. in. præfat. n. 161. cum ſeqq: Azeu. in l. 6. tit. 3. nu. 10. in fin. lib. 3. recopi. Paz in l. 2. Taur. n. 57. Simã. de Repub. c. 7. Rebuf. de pac. poſſeſ. 4. li. mi. Gre. li. ſyntiur. p. 3. lib. 47 c. 25. nu. 12. & latius ibic. 9. n. 16 cum ſeqq: K 2. Re. 12. parali. 8. 10.

l Ariſt. lib 5 polit. c. 8.

m Auguſti. ad fratres ſer mon 14.

diu perſeuerauit quãdiuſapientes regere per miſerunt,ſed dum iuuenes inexpertos elegerunt tamquam iuſtitiæ ignorantes acceptatores perſonarum facti ſunt,& iuſtitiam perdentes dominium orbis terrarum amiſerunt.Et ita Diuus Hieronymus ad Auguſtinum ait *bos lapſus fortius figit pedem*, & in prouerbijs dicitur,*Senex vulpes non apprehẽ dicitur laqueo.*

Et Ouidius *n* dicit *feris venit vſus abannis*

nOuidiu.6. metamor

Et idem ait *o*.

o9.metam

Iura ſenes norint & quid liceat que nefaſque,
Faſque ſit inquirant.legumq; examina ſeruent;
Tenero tractari pectore nequit publica maieſtas.

Et idem *p*

pLib.5.faſtorum.

Nec ſi poſt annos potuit tunc curia ſeros.
Nomen & ætatis mite ſenatus habet.
Iura dabat populo ſenior,finita que certis.
Legibus eſt æta s vnde petatur honos.

Et Tibullus ait *q*.

q Tibullus lib.3 elegãt 90.

Venturam melius præſagit nauita mortem.
Vulneribus didicit miles habere metum.

Ex his omnibus ſatis conſtat viros ſenes experientia dotatos ad gubernandum fore aſſumendos ſicut olim eligebantur in ſenatores quibus corpus annis infirmum ingenium ſapientia validum erat vt refert Salluſtius in Catilina. Et Seneca *r* ait, plus valet vmbraſenis quam enſis & eloquentia diuitis.

fSenec.epiſto.90.

Sed licet prædicta veraſint aduertendum tamen quod non debent ita prouecti ætate ad gubernandum deſtinari qui non poſſint pondus diei,& æſtus portare & ſupergregẽ die & nocte ſicut ſpeculatores vigilare. Ita vt propter eorum cõtinuas infirmitates inneceſſarijs ſuo muneri exercendo deficiãt Vidi enim ego aliquando in religione aliquos eligi in ſuperiores prælatos qui ſenectute grauati ſuam religionem & monaſteria viſitare non poterant eligendo & prouidendo ſuo nomine cõmiſſarios qui eidem muneri incũberent: animi enim robur neceſſarius eſt ei qui feſſurus eſt iudex vt ait *ſ* Menchaca Vnde iure *t* ſtabilitum eſt ne hominibus maxime ſenibus officia cõferãtur,quod & tradunt quædam gloſſa & Didacus *u* Perez poſt Archidiaconum & Segura. Et Diuus Chryſoſtomus *x* numerat vitia quæ prie ſenectuti inſunt ſcilicet ſegnities quædam actarditas obliuio profunda, obtuſus ſenſus iracundia atque puſillanimitas. Et Archidiaconus *y* loquens de his ait propter nimiam ætatem delirant,& præ vetuſtate de-

fMench.li.1.controu. illuſt.c.44, n.13.

tL.2.§.quẽ ita&l.Pen. inpri. ff. de vacat mun. c.Florent.8 diſtinct.

uGloſ. in c. 1.v.ſenectutem de reuñ ciat per ezin procem. t.5 li.2 ord.co. 342. v. vie- jus ſegurain direct. iud. part.1.c.4. n.ſi.fol.22.

xChryſoſ.in epiſ.Pau.ad TitumHomil.4.

yArchi.in, c.tãt.86 diſ.

ficiunt.Et Ludouicus Viues *z*, aiebat prout refert Simancas-

zviues li.2. de anima ſi manc.de re pub.l.7.c.8 8.n.28.

Quemad modum in infantia non vtitur ratio ſuis organis quia nondum ſunt apta ſic neque in decrepita ſenecta, quia iam deſierunt eſſe apta,magno ſcilicet vſu detrita & corrupta & ſenes decrepitibis pueri ſunt.

Et licet verum ſit ſecundum hiſtorias antiquas,quod Maſiniſſa fidelis Romanorum amicus nonaginta annorum aſcendebat equum,& contra Carthaginenſes præliabatur &,quod Socrates in eadem ætate ſcripſerit,&,quod Argantonius à quadrigintavſque ad octuaginta incluſiue ſuam patriam rexit & gubernauit.Et quod Diuus Hieronimus & Diuus Auguſtinus in vltimis ſuæ ſenectutis diebus ſcripſerunt volumina nõ pauca in quibus de lege euangelica mirabiliter diſputarunt attamẽ hoc eſt rarũ quod in conſequentiam minime eſt trahendum. Vnde ego exiſtimo ad præfata munera exercẽda homines mediæ ætatis qui quinquageſimũ annum attingant eſſe aſſumendos cũ huiuſmodi ætate pollentes & peritiam agẽdorum habeant & ipſis viribus corporalibus neceſſarijs ad gubernandum in ea ætate ſint dotati. Et ſic Dominus Rex Philippus ſecundus cuidam capitulo noſtræ ſacræ religionis ſcripſit vt non eligerent prouincialẽ qui præfatã ætatem non haberet,cui ſententiæ adhæret Plato dicens, cuſtos legum non plus quam annos vigintiquinq; habeat magiſtratum, nec pauciores natus quam quinquaginta eum gerat. Et Ariſtoteles ait,mens & intellectus pleriſque maximè viget circa quinquageſimum annum, & Philoſtratus *c* dicit,Claudius annos natus quinquaginta imperium eſt adeptus,quo tempore in hominibus vigere maxime ſolet ingenium.Et Heraclides in politica refert dicens lex erat apud Chalcidenſes, nequis annos natus infra quinquaginta, vel magiſtratum gereret vel legationem obiret.

aPlato lib. 6.de legib.

bAriſt.7 politi.c.16.

cPhiloſt,li 5.de vita Apolo.c.9.

Vnum tamen aduertendum, quod ſicut malitia ſupplet ætatem,ita etiam virtutem ipſa ſupplere neceſſe eſt: ait Valerius *d* Maximus eũ honori nõ intẽpeſtiuũ videri quiiã virtute maturus eſt,in tali enim nõ debemus ſenectutẽ annorũ numero computare, cani enim ſunt ſenſus hominis & vita immaculata eſt venerabilis ſenectus. Et ita aliqui poſſũt ante præfatam ætatem ad præfatas dignitates promoueri, ſi in ipſis vita immaculata inueniatur, ſicut etiam, cum eiſdem

dValer.Maxim.lib.3.

poteſt in ætate diſpenſari propter ſanguinis nobilitatem cum dicat c Ouidius, Cæſaribus virtus contigit ante diem. Sola enim nobilitas ſupplet ætatis defectum vt dicitur in quadã decretali f ibi circa nobiles & literatas perſonas quę maioribus ſunt beneficijs honorãdæ poteritcũ ratio poſtulat diipẽſari ꝙpoſt alios tradit g Heredia. Quod forte mouit Gregor. Lopez ad affirmandum iuuenẽ ſolũ viginti annos habentẽ poſſe crearici uitatis correctorem nõ obſtãte quod iniure maior ætas adhoc officium exigatur.

c Ouid. li. 1. de arteamã.

f Ca. de multa de præb.

g Hered. de jud. q. 9 f. ot 36.

ARTICVLVS III.

Vtrum literati ſint anteponendi illiteratis in electione generalium aut prouincialium.

REſpõdeo dicendo, titulum quæſtionis eſſe clarum, certum enim eſt literatos literatis eſſe prẽferendos ad regimen. At quod maxime dubitatur eſt an illiteratus aſtutus & ſagaz ſit præferendus literato de cuius aſtutia & ſagacitate non ita conſtat: & quod ſit præferendus facit, quia homines illiterati magis aſtuti, & ſagaces eſſe ſolent quam literati & docti, vt multis probat Bartholomæus Philippus, a & ad gubernandũ aſtutia & ſagacitas perquam neceſſaria eſt: omnes enim qui cũ ſuperioribus & prẽlatis huiuſmodi aliquod negotiũ habent peragẽ dum ipſos decipere intendunt, prout dicebat imperator Dioclecianus, vt refert Flanius Vopiſcus in vita Aureliani Imperatoris dicens nihil eſſe difficilius, quã bene imperare, colligunt enim ſequatuor vel quinque, atque vnum cõſilium ad decipiendum Imperatorem capiunt. Et confirmatur, nam ſecundum Quintilianũ, & Plinium b plus ſi ſeparas, vſus ſine doctrina quam citra vſũ doctrina valet, plurimi enim literati ſunt cõfuſi, & non plene in dandis ſententijs, & in expediendis negotijs reſoluti, contingit enim ipſis ex multa ſcientia adepta ſuſpenſione & perplexitate detineri, ita vt non ea facilitate, & agilitate negotia expediant qua ratione boni regiminis oportet experiri: Quod confirmatur ex ijs quæ tradit Tucidides c dicens, planè intelligimus vtiliorem eſſe imperitiam cũ modeſtia, quam peritiã cum immodeſtia, ac tardioris ingenij homines adminiſtrare commodius plerumque ciuitates quam ſolertiores, nam iſti tum legibus ſapientiores videri, tum ſemper excellere dicendo, in conſutlatione reipublicæ volunt, vnde in multas calamitates incidunt: illi ſua peritia diffidentes, non abnuunt, ſe legibus eſſe inferiores, & cum inualidiores ſint, quam vt benedicentis orationem refellant potius ex æquo ſunt iudices quam concertatores, ideoque eis plerũque feliciter cedit.

a Bart. o Philip. in tract. de conſilijs diſcurſu. 9. fol. 66. §. 2.

b Quint. li. 12. c. 6.

c l. 3 in oratione Cleo.

At pro contraria parte facit quod literati ſint neceſſario admittendi, gubernãdi enim munus inter omnes artes viuendi & regẽdi ars amplior, & ſuperior eſt, prout multis comprobat Diuus Thomas d & Diuus Chriſoſtomus e ait, etenim, imperare ars eſt, & nõ ſolum dignitas imo ars eſt artium omnium ſumma; & in Concilio Tridentino f definitur quod nullus ad Epiſcopale munus poſſit aſſumi niſi ante in vniuerſitate ſtudiorũ magiſter ſiue doctor aut Licẽtiatus in ſacra Theologia, vel iure canonico merito ſit promotus, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docẽdos oſtẽdatur. Quod ſi religioſus fuerit à ſuperioribus ſuæ religionis ſimilem fidẽ habeat: intellexerũt enim Sancti Patres non poſſe Epiſcopale munus recte peragi niſi ab homine literato cum gubernatio præſertim animarum ſumma omniũ ars à ſacris doctoribus reputetur regere enim homines ſumma ſciẽtia eſt quã Salomon g ingrediẽs regnum à Dominopoſtulauit dicẽs, nunc igitur Domine Deus tu conſtituiſti ſeruum tuũ Regem pro Dauid Patre meo, ego vero puer ſum paruꝰ ignorãs egredi & intro ire & cęt. Da igitur ſeruo tuo cor audiẽs ad iudicãdũ populũ tuũ, & vt diſcernat inter bonũ & malũ, quis enim populũ tuũ tã præcellentẽ iudicare poſſet, & dixit Dominus ad eũ, quãdoquidẽ poſtulaſti rẽtalẽ, & nõ poſtulaſti dies multos neque petijſti tibi diuitias, neque petijſti animã hoſtiũ tuorũ: ſed poſtulaſti tibi, vt intelligeres, & audi repoſſes iudiciũ: en ego feci iuxta verba tua, en ego dedi tibi cor ſapiẽs & intelligens. Et ſic apud Machabeos refertur Mathatiam populo Iſraelico Simonẽ filium eius principẽ cõſtituiſſe, (quia ſapiens) in hunc modum, ecce Simon frater veſter ſcio quod vir conſilij ſit, ipſum audite ſemper, & ipſe erit vobis pater. Quod confirmatur, ſuperiores enim præfati ſunt iudices in cauſis regularibus, qui non poſſunt niſi ſecundum legem iudicare, iudex enim dictus eſt, quaſi ius dicẽs populo, prout dicitur in iure h & tradũt Marantha & Oroſcius, vnde dicitur in quadam lege

d Tho. lib. 1. de prin. c. 15.

e Chriſoſt. in poſterio re epiſ. ad corint. ſer. 15.

f Con. Tri. ſeſ. 22 dere. c. 2.

g Sap. 9. & paralpi. 1, c. 2. & 3. re. 3.

h L. 1. ff. de iuriſdi. omniumiudic. ca. forus de verb. ſigni. i Marantha deord. iud. 2. p. n. 131 Oroſci. in rub. ff. deofi. eius dict. f 490. n. 1. & 2. & in l. 1. ff. de iu. dic. om. iudi. c. 526. n. 1.

lege *i* turpe eſſe Patritio,& nobili viro cauſas exoranti ius in quo verſatur ignorare.

iL.2.§.Seruius autem Sulp.ff.de orig.iuris.

Pro reſolutione autem dico primo admunus generalatus, & prouincialatus per agendum non eſſe neceſſarium præferendum Theologum Canoniſtæ,&iuriſperito,licet enim ad munus Epiſcopale Theologus iurisperito præferatur,prout tradunt Theologi grauiſsimi, hoc euenit, quia præcipuum Epiſcoporum munus eſt prædicare,vttradi tur in Concilio Tridentino k at munusgeneralatus,& prouincialatus non ordinatur principaliter ad prædicandum,ſed ad ſubditos in officio continendum eos in obſeruantia regulari regimine politico gubernãdo& in ſpiritualibus,ſuper omnia prouidendo. Quæ munera per ſacrorum Cano num ſciẽtiam,cum experientia cauſarum regulariũ aptiſsimẽ exercentur.

KCon.Tri. ſeſ.5.de refi. ca.2.

Secundo dico nemini eſſe dubium generales,& prouinciales ad gubernandum ſcientiam debere habere, cum Regius Pſalmiſta *l* dicat,erudimini qui iudicatis terram , at vbi quidam concurrunt nimis literati cum alijs non tanta ſcientia pollentibus,ſed aſtutia& ſagacitate præſtantioribus præferendi erũt huiuſmodi minus literati; quod in argumẽtis pro iſta parte adductis comprobatur,nõ enim ea argumenta innuunt, vt ſagaces , & aſtuti ignari ad prædicta munera promoueantur , cum certum ſit omnes quæ ſciunt facile, optime ſuauiſsimeque operari , vt Xenophon *m* affirmat , ſcientia ergo opus eſt,quæ cũ ſagacitate , & aſtutia ſociata ad gubernandum omnino deſideratur; ſagacitas autem , & aſtutia ſæpe ſæpius experientia comparatur,& quando homines ànatura ſunt aſtuti,& ſagaces experientia ſagaciores euadunt.

lPſal.2.

mXenoph. li.1.de factis &dictisſoc.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ſecretarij generalium, & prouincialium debeant eſſe literati.

REſpondeo dicendo,quod cũ negotijs grauibus,& difficillimis generales , & prouinciales ſæpe ſæpius implicentur neceſſum eſt,vt continuo patribusgrauibus & doctiſsimis ſocientur, ait enim Plato *a* hoc ex profunda mente Euripidem cecinisſe,ſapientes eſſe,qui cum ſapientibus conuerſantur,at quia propter religionum paupertatem non poſſunt ſemper apud ſe prędictos patres habere,neceſſarium eſt, vt ſecretarij ſine quibus minime eſſe poſſunt ſapiẽtiſsimi ſint , & in cauſis regularium maxime verſati,vt cum ipſis præfata negotia cõmunicata facilius, & ſuauius expediantur nam ait Bartolus *b* & tradit Euerardus,eum qui coadiutorem ſibi ad gubernandum aſſumit, ita debere ſe habere,vt ipſe coadiutor ſitei in ſcientia prudentia, & virtute æqualis,& facit lex,c quædam partitę , quæ loquens,cum gubernatoribus in hæc prorumpit verba , *E para ſe fazer eſto bien aſſi como conuiene , deue auer conſigo omes ſabidores de fuero e de derecho, que le ayuden a librar los Pleytos , e conquien aya conſejo ſobre las coſas dudoſas*. Et in alia nouæ recopilationis lege *d* non per verbum tantũ debet, ſed per verbum , præcipitur ipſis diſtrictè demandatur. Quod ſimiliter aliæ leges e iuris Ciuilis diſponebant dicendo feſtinabis etiam conſiliarium,& quicumque fuerit circa te aſſumere virum optimum , & purũ vndique,& contentum his, quæ à fiſco dantur,& ſi quid præter ſpem acceſſerit,& non inueneris eumcuſtodientem tibi fidem iuſtam,illum quidem expelles , alio vero vteris Conſiliario legem,& iuſtitiam puris ſeruantem manibus.Et idem Iuſtinianus , *f* ait noſtris *Magiſtratibus*,omnino ad manus ſint,& aſſeſſores , qui legum placita explicent , & illorum ſuppleant occupationes: quandoquidem multis vndique curis impliciti merito iudiciarias partes aſſeſſorum ſuorum ſupplent præſentia . Quod & ſacri Canones confirmant Innocentius g enim Papa,ait quod ſi omnibus his inſpectis huius quæſtionis qualitas non lucide inueſtigatur ſeniores prouinciæ congregare, & eos interrogare,facilius namque inuenitur quod à pluribus ſenioribus quæritur, ſeniores autem prouinciæ ſunt ſapientes , iuxta aliud decretum *h* dicens porro Moyſi præcipitur , vt eligat presbyteros , id eſt ſeniores,vnde , & in prouerbijs dicitur gloria ſenum eſt Canities, hic vero Canities,ſapientiam deſignat,de qua ſcriptum eſt,Canities hominum prudentia.

bBart. in l.3 pertext.ibi. C.de præp. agen.inreb. l.12. Euer. in locis leg. locoàviſub. rogat p.652 in fin.

cL.2.2.tit.9 par.2.

dL.10. tit.5. recop.

eAuthe. de mand.prin. §.feſtin.

fdeiudc. cõ ſtit.82.

g c.dequib. diſt.20.

hc.Porrodi ſtinct.24.

aPlat.inſin. dialogi.

ARTICVLVS V.

Quem finem debent habere præ oculis prælati in gubernando.

REſpondeo dicẽdo, memini me legiſſe quandam Diui Gregorij ſententiam, quam commendant Antonius Banſinius, & alij, pugnauit in pectore meo, aliquãtiſper cum publica priuata charitas, publicæ tandem rationi priuatus ceſſit affectus quod omnibus his, qui præſunt faciendum eſſe cenſeo, ſi optime ſibi, & Reipublicæ cõſultum iri velint. Ex quo dicto facile colligitur, ad optime religionem gubernandam publicam ipſius religionis in cõmuni vtilitatem eſſe præ oculis habendam, vt ipſa religionis obſeruantia conſeruetur, & indies magis, ac magis propagetur, licet enim natura ita comparatum ſit, vt omnes ſibi melius eſſe malint, quam alteri prout ait Terentius meminerint tamen prælati, quod qui cuſtodem multorum ſe profitetur ſubditorum, & religionis commodum proprium commodum ſuum eſſe exiſtimet, conſiderantes enim prælati commune bonum à ſuo proprio commodo eſſe alienum, religionem diuidunt, & in fruſta conuertunt, ait enim Liuius *i* reſpectus rerum priuatarum, ſemper officit, officietque publicis conſilijs, nam ex priuatis affectionibus fere omnis humanæ vitæ pernicies naſcitur, bonum enim publicum ſemper euertunt ſtudia priuata, & Frater Dominicus à Soto *k* refert Ariſtotelem dicentem vtihus eſſe & commodius, per legem, quam per principem Rempublicam gubernari, quod illa matura deliberatione, & conſilio plerumque fiat, ſicq; publicę authoritati conſulat, is non rato feſtinanter, & nubila mẽte odij amoris, vel cupiditatis, à bono publico abſcedat.

i Liuius li. 2

k Sot. l. 1. de iuſt. & iur. q. 5. ar. 1.

Omnia hæc etiam ex libris gentilium, de prompta adducta ſunt, vt prælati eccleſiæ Cathólicæ filij, & tamquã filij dilecti in religione enutriti proprij commodi obliti bonum commune religionis, præ oculis habeãt & tenentur, pro ſuæ religionis obſeruãtia vitam, ſi opus fuerit in periculo conſtituere, vt ex communi, & vera opinione reſoluunt Cagnolus *l* Felinus, Cinus Bartolus, Baldus & Decius. Et ſi vitam pro obſeruantia religionis, ponere aſtringuntur à fortiori prælationis, & alia regularia officia contemnere tenentur, vt religioni cuius ſunt patres lucri faciant, ex prætenſionibus enim prædictorum munerum æmulationis inuidiæ diſcordiæ ſectationes, & id genus, alia genimina viperarum emergunt, quæ cum in proprio intereſſe radices emittant exinaniunt religionem, vſque ad fundamentum in ea, ita vt poſſit dici, quod ſicut omnium malorũ radix eſt cupiditas. Ita cupiditas pro prij cõmodi, in religionibus eſt radix omnium malorum, quæ in ipſis ſæpe ſæpius cõtingũt. Vnde de prælatis, qui proprij cõmodi intuitu ducuntur poteſt dici illud Ezech *m* Vę paſtoribus in Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos nõne greges à paſtoribus paſcũtur? *m* Ezec. 34

l Cagn. in l. culpa caret pertext. ibi. ff de reg. iu. fel. in c. quã to poſt Glo ibide offic. dele. & in c. 1. co. 11. eodem ti. Cy. Bart. & Bal. in l. 2. ff. de nox. Deci⁹ in l. culpa.

Bonum autem commune religionis præfati prælati affectantes iuſtitiam ſemper præ oculis habebunt. Iuſtitia enim prælatorum regularium eſt pax religionis, tu tamẽ obſeruantiæ regularis, immunitas cõmunitatis, nutrimentum ſpirituale monachorum, gaudium, & ſilentiũ, & ſecuritas in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Et e contrario iniuſtitia ſeditiones inimicitias contentioneſque parit. Et aiunt Plato, & Macrobius, *n* ſine iuſtitia, non ſolum Reſpublica, ſed nec exiguus hominum cætus, neque quidem parua domus conſtabit. Quod & Ariſtoteles, *o* etiam affirmat. Iuſtitia autem hæc licet coruat in plateis in religione vero ſtare oportet cum omnes virtutes in ea, in altiori gradu perfectionis illuceſcere neceſſe ſit,

n Macr. li. 2. ſom. Scipionis.

o Ariſt. li. 5. pol. c. 7.

Aduertant tamen ſubditi regulares, ne contra ſuos prælatos murmur inualeſcat eos de iniuſtitia notantes dicentes illud dictum Xenophontis relatum à Patritio, *p* omnes ciuiles ſocietates vitio eorum ruere qui illis præſunt: nam ſi recte gubernarentur perpetuæ omnino, & immortales, etiam eſſent. Quod Sapiens *q* clare innuit dicens iuſtitia formabitur Solium Regis, id eſt thronus authoritas, & progenies Regis, & alibi, *r* Aufert impietatẽ, de vultu Regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius & alibi *ſ* Rex iuſtus erigit terram, Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Licet autem prælatorum iniuſtitia ſit cauſa, vt religio deperdatur, ſubditorum tamen peccata ſunt tanti mali origo, & ſeminarium. Propter peccata enim populi, vt tradit ſacra Scriptura, *t* & docent Auguſtinus, & alij bonos prælatos de medio tollit, & alios non tales in loco

p Patric. l. 2 de reg. tit. 3

q Prou. 19.

r Proue. 25. *ſ* Proue. 29.

t 3 reg. 20. Augu. in c. ſiquos 23. q. 4 Chriſ. l. 2 c. 5. F. Ma. Ant. de Ca mos in Mic. 1. pa. dialo. 5. p. 47 co. 1.

eorum

eorum conſtituit, mutent igitur religioſi vi tam in melius, hoc enim facto eorum miſe rebitur Deus, murmurantes autem cõtra prę latos, & contra ſemetipſos, horum malorum reos nihil dicentes iram altiſſimi concita bũt, & ſuis murmurationibus alios peiores prælatos à Deo vindicecõſequentur. Quod ſi ita euenerit boni religioſi in domino gau deant, & confortentur, cum hæc, & alia à Deo optimo maximo fieri permittantur, vt ſchoria purificentur, ad deſtructionẽ enim malorum ſæpe boni caſtigari contingit.

ARTICVLVS VI.

Vtrum prælati ad gubernandum debeant neceſſario habere fortitudinem.

aPlatina li.8

REſpondeo dicendo, quod Platina *a* de primo ciue, ait. *Ne* iuſtitia vlla ex parte labe factetur adiungendaillifortitudo eſt omnium virtutum robur, & vallum, vt enim fortitudo ſine iuſtitia iniquitatis materia eſt, ita iuſtitia ſine fortitudine terga nonnunquam vertit, atque eos deſerit quos tueri deberet. Optimi autem ciuis proprium eſt, pro religione, pro patria, pro iuſtitia, & bonitate omne diſcrimen ſubire, & pericula quęcunque contemnere, ac multo id magis eſt optimi magiſtratus, de neceſsitate autem huius virtutis in gubernando nobis in præſentiarum eſt habendus ſermo, vt intelligant prælati regulares contra timorem iudicium ſæpiſſime euertentem (prout ait D. *Bernardus*) *b* ſcutum inexpugnabile fortitudinis, ab ipſis fore ſumendum, vnde loquendo de iudicibus, ait Sapiens. Noli quærere fieri iudex niſi virtute valeas irrumpere iniquitates, nec extimeſcas faciem potentum, & ponas ſcandalum in agilitate tua, terror enim iſte mundanus, ab omnibus præcipue à prælatis, & ſuperioribus, qui Deum fortem, & potentẽ dominum potentem in prælio repręſentant eſt exterminandus, prout Florentinus, *d* Azeuedo, & F. Marcus Antonius, in ſua Microcoſmia ſcriptum reliquerunt. Facile enim ſuperiores, hoc timore concuſſi à ſemitis iuſtitiæ deuiant vt Chriſoſtomus *e* & D. Auguſtinus affirmant, nam vt in prouerbijs dicitur *f*, qui timet hominẽ cito corruet, qui vero ſperat in domino ſubleuabitur facile deuiat à iuſtitia, qui in cauſis non Deum, ſed homines pertimeſcit. Et ſic Pilatus propter hunc humanum timorem, iniquiſſimam illam protulit ſententiam tradẽs Chriſtum Dominum Iudæorum voluntati, lauando manus ab hac iniquitate horrenda, contra quem ait D. Auguſtinus *g* Lauerit licet manus Pilatus, tamen ſua facta, non diluit, ipſe enim occidit Chriſtum qui eum tradidit occidendum, iudex enim bonus, & conſtans, ne ſanguinem innocentem addiceret, nec inuidiæ cedere debuit nec timori. Qua ratione contra Pilatum zelo iuſtitiæ permoti inuehunt Montaltus *h* Guilermus Benedictus, Caſſaneus, & Epiſcopus Redin.

g Aug. ſerm. 118 tẽp. ſe.

Deficit autem in ſuperioribus fortitudo, & in ipſis timor mundanus dominatur, quia gratia Dei ad omnia confortante ſunt deſtituti, & orfani, ſicut videmus in Caino *i* poſt quam occidit fratrem ſuum Abel, & in Herode adultero contigiſſe. Vnde in electionibus, & officiorum prouiſionibus virtute præſtantiores ſunt alijs præferendi, certum enim eſt malum prælatum ſubditum timere, cum nihil magis faciat timere, quam vitæ reprehenſibilis conſcientia, vt quædã Gloſſa *l* quam approbat Platea, & communis, affirmat.

h Monr. de repro. ſent. Pilæ. Benedic. inc. Sayn nuntius ita. quein prin. f. 115. n. 238. de teſt. Caſ. ſan. in catholog. gio. mũ di. 4. par. cõſid. 6. verſ. tertio peccauit Red. de maieſt. prin. v. ſed. etiãper leg. n. 44.

i Geneſ. 4.

Ad fortitudinem autem ſuperiorum pertinet innocentes, contra accuſatores etiam potentes protegere, & eorum neceſſitatibus ſuppliciter inclinari, annuere vnicuique ius ſuum tribuere, ait enim Puteus, *m* quod qui Rempublicam tuebuntur, in primis operam dabunt, vt iuris, & iudiciorum æquitate ſuum quiſque retineat, vt neque tenuiores propter vilitatem circumueniant, neque locupletioribus ad ſua tuenda, vel recuperanda obſit inuidia. Et Ouid. libro de Ponto ait.

k Marc. 6. l Gloſ. & ibi Pla. in l. priſco C. de pal ſacri. li. 10. m. Put. de ſynd. v, iuſt. n. fi. fo. 205.

Regia crede mihi res eſt ſuccurrere lapſis
Cõgenit & tanto quãtus eſt ipſe viro

Ad quod peragendum ſufficere debet præfatis ſuperioribus lex, & ſuperioritatis fauor. Iuxta id quod de Magiſtratu tradit Iuſtian. *n* Imperator. Nec ſit tibi cura cuiuſlibet: ſint, hæc cangẽtes domini, ſufficit enim per omnia tibi ad perfectam fortitudinem. & lex & Imperij fauor. Sic enim prælati regulares, in ſuis cauſis decidendis iuri, & ordina-

n Auth. de man. prine §. patro.

bBern. lib. de grad. humilit. c. quatuor modi. ii. q. 3.
eEccl. 7.
dFlor. 4. p. ti. 14 c 2. Azeu. inl. 1. n. 22. ti. 9. li. 3. reco. Marc. Ant. 1. part. dia. 14. pag. 175 colu. 1.
eD. Chri. in ſerm. de Ioãne Bap. Au. ad fratres in eremo. ſer. 25.
fProuc. 29.

dinationibus generalibus, & prouincialibus suæ religionis firmiter adhærerent, & secundum eas, vt superiores iudicarent, & causas regularium definirent ipsarum obseruantia eos à malignantibus etiam potentibus protegerent, at quia timore perterriti eas sub aliquo prætextu transgrediuntur ipsa trãsgressio facit eos incidere in Scyllam, quam magis hominibus quam Deo placendo euitare voluerũt. Recordentur igitur semper veritatis, & ipsi fortiter inhæreant ipsa enim contra insensatos fratres viriliter pugnabit, & contra eos vexillum victoriæ portabit.

Ad fortitudinem etiam spectat, cum aliquibus reis aliquãdo dissimulare, cum enim prudentia omnium sit virtutum moralium forma, si ab ea separetur fortitudo rem, & nomen fortitudinis perdet, & ad vitium temeritatis accedet, ait enim D. Augustinus, o quod nonnullos toleramus, quos corrigere, vel punire, non possumus. Et Bessius, p ait. Quædam autem, tam difficilia tamque periculosa sunt, vt tanquam in numero eorum, qui fieri nequeunt possint haberi. Et ideo secundum Glossam q, quandam delicta magnorum, quandoque celantur, & nonpuniuntur. Fortitudo enim animi superiorum, & iudicum non cõsistit in euertendis potentibus, sed in faciendo illud, ad quod eorum munus principaliter ordinatur principale autem eorum munus in religionibus est, ita omnia componere, vt obseruantia conseruetur, & vbi collapsa fuerit restauretur. Quæ obseruantia, & restauratio difficillime possunt à generalibus, & prouincialibus, nisi cũ patribus prouinciæ, & cum alijs huius classis viris suauiter agatur ipsis aliqua permittendo, ne ex nimia cum his executione deterius inde aliquid contingat, & reformatio violenter facta statim cadat, & in profundum relaxationis, & inquietudinis emergat. Audiui enim ego aliquos generales & prouinciales ita rigorose se cum subditis gessisse, vt eorum finito munere, & officio subditi violenter detenti, & iamiã ab eorum imperio authoritare, & seruitute soluti, in antiquas statim vehementius relaxationes prosilirent, & contra suos æmulos & denunciatores rancoris, & odij virus patenter euomerent. Quod nemo est, qui ignoret in maximum detrimentum religionis cedere. Quod, vt euitent prælati considerent quid ipsos docet r Concilium Bracharense dicens non est dignum, vt passim vnusquisq; prælatus honorabiliora membra sua prout voluerit, & ei placuerit verberibus subijciat, & dolori, ne dum in caute subdita percutiat membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat, iuxta illud, quod quidam sapiens s dicit leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti asperitatis autem nimia increpatio, nec increpationem recipit, neque salutem. Quod ex dicendis in articulo sequenti agendo de pietate prælatorum latius comprobabitur.

o c. quisquis 24. q. 1. cap. qual. 23. q. 5
p Bes. li. 2. de Repub. ca. 9
Glos. fin. in q. ad splend. C. de diuersi offi. lib. 12.
r 45. dist. ca. cũ Beatus.
s L. leuit. ff ad l. Aliqui præcepto.

ARTICVLVS VII.

Vtrum in prælatis pietas, & misericordia sit necessaria.

Respondeo dicendo, D. Gregorium in moralibus loquendo cum prælatis, & Dominici Gregis pastoribus, in hæc suauissima verba prorupisse dicendo Disciplina, & misericordia multum destituitur si vna sine altera teneatur, sed circa subditos in esse debet rectoribus, & iuste consulens misericordia, & pie sæuiẽs disciplina. Hinc est quod semiuiui illius vulneribus, qui à Samaritano in stabulum ductus est, & vinũ adhibetur, & oleum vt per vinum medeantur vulnera, per oleum foueantur, quatenus vnusquisque, qui sanandis vulneribus præest in vino morsum districtionis adhibeat in oleo mollitiem pietatis, per vinum mundantur putrida, per oleum sananda fouẽtur Miscenda est ergo lenitas cum seueritate, faciendumque, quoddam ex vtraque temperamentum vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Quod ex benignitate, & mansuetudine Moysis probatibi D. Gregorius concludens, in regimine ergo, vtrumque Moyses miscuit, vt neque disciplinæ deesset misericordia, nec misericordiæ disciplina. Vnde in Iob, secundum vtramque virtutem dicitur, cum sederem, quasi Rex circunstante exercitu, eram tamẽ mœrentium consolator. Sedere quippe circunstante exercitu vigor est disciplinæ regiminis, mœrentium vero corda consolari est ministerium pietatis. Qua ratione superiores alloques ait scriptura, quod nolint esse iusti nimis non quod iustitiã nolit omnino seruari, sed quod misericordiam ab ea noluerit

ac. discip. 45 dist.
b Eccles. 7.

luerit ſeparari. Iuſtitia enim ſine miſericordia eſt ſummũ illud ius quod Terentius c in Heauton. Summam militiam appellauit, quòd Cicero Summam iniuriam d vocauit, ſic D. Auguſtinus e ait illi enim robuſti dicuntur qui cum de ſua iuſtitia præſumũt miſericordiam peccantibus negandam putãt, & impendentes reprehendunt, vnde à Domino percuſsi intereunt quia iudicium ſine miſericordia erit illis qui nolunt facere miſericordiam delinquentibus. Quibus per Salomonem dicitur. Noli eſſe nimis iuſtus, qui eſt nimis iuſtus: qui perit in iuſtitia ſua, adeo prædicta ſunt vera vt legis f latores & iuriſperiti in ſuis publicis deciſionibus & legibus ratione tantum naturali ducti male de nimio rigore ſentiãt. Aliquando enim ipſum ius rigoroſum ſtrictum & ſeuerum vocant. Aliquando vero ſeueram interpretationem g & ſententiam, aliquando h ius ſubtile ab humanitate alienum. Deniq́ue nominibus ſatis odioſis à legiſlatoribus & iuriſperitis gentibus hoc ſummum ius ſepiſsimè impro peratur vt apud i Tiraquellum videri licet quare Electores & Prouiſores horum prelatorum tenentur diligentiam non minimam opponere an promouendi à natura ſint mã ſueti & benigni, vt eorum benignitate & manſuetudine ducti à rigore legum quando oportuerit deflectant ad intentionem benigni legiſlatoris recurrendo. Conſiderando quod ille qui nouit corda hominum & qui diſponit omnia ſuauiter & qui cognouit figmentum hominum primũ principem populi ſui Moyſem conſtituit, qui erat vir mitiſsimus ſuper omnes homines qui morabãtur in terra vt in libro K Numerorum cõtinetur. Deniq́ue Melchiades l Papa loquens de iudicibus & prælatis inquit, primo ſuper omnia diligenter inquirite, vt cum iuſtitia & charitate diffiniatis, neminem condemnetis ante verum & iuſtum iudicium, nullum iudicetis ſuſpicionis arbitrio, ſed primũ probate & poſtea charitatiuã ſẽtẽtiã proferte, & q̃ vultis non vobis fieri alteri facere nolite, quòd ait Palacius m, Rubeus magis quadrare iudicibus Eccleſiaſticis quam ſecularibus. Et per conſequens, magis debet quadrare iudicibus regularibus cum ipſi ſuorum ſubditorum ſint proprij ſimẽ fratres in mutuo fraterno amore & patres indebite impenſo fauore. Quarè illi de quorum indole talia moraliter ſuſpicantur ad regimina Monachica promoueri oportet, & ſuper eo tenentur Electores & prouiſores maximè inſudare.

Licet tamen ſupradicta de pietate & miſericordia prælatorum & ſuperiorum vera ſint non tamen ipſi ſuperiores debẽt ita benignitate cauſas definire vt iuſtitia deſeratur, & ordo iuris peruertatur. Reſpiciẽdum eſt enim iudicanti, nequid aut durius, aut remiſſius conſtituat, quam cauſa depoſcit, nec enim aut, ſeueritatis aut clementiæ gloria affectãda eſt, ſed propenſo iudicio prout quæque res poſtulat ſtatuendum eſt. Ita quidam iuriſconſultus n. Et crimina grauia enormia & atrocia poſtulant, vt rigoroſe & ſeuerè puniantur & vindicta de ipſis aſſumpta ſit alijs in exemplum. Vnde Soſipater in quadam Epiſtola relata per Symancas ait, oportet moderatam iuſtitiæ caſtigationem inferre ijs qui deliquerunt, ita vt parua quidem & vulgaria peccata diſsimulentur (nec enim cõducit & quælibet, & omnia ſimpliciter punire, neque cognoſcentem negligere) quæ vero iam ingraueſcunt his cura ſecũdum leges adhibeatur. Et ſic loquendo de incorrigibilibus & de alijs delinquẽtibus atrocibus & enormibus ait quidam Imperator p veniam cum talibus non permittimus, nec indulgentijs crimina ſubleuamus. Et Plato ait, qui ſcelera negligit, dum peccandi licentiam præbet nõ tantum rempublicam, ſed etiam ipſos ſceleratos grauiter lædere videtur. Et melius eſſe non ciuitati tantum, ſed etiam ijs qui peccarunt, vel vt moriãtur vel alioquin caſtigentur, quam vt impunita peccata relinquantur.

c Terent. in Heauto. d Cicero. li. 1. officio. e Auguſt. in hom. de Pẽ. c. plerũque in medio. 2. q. 7.

f L. ſi compenſand. C. de hæredib. inſtit. l. nulla ff. de legib. g L. 2. in pr. ff. de cultor. rect. l. 1. §. caſũ ff. depoſtulãd. h L. ſi fur. §. 1. ff. de vſucapion. l. ſi ita ſcriptum ff. de liber. & poſthum. i Tiraqu. de vtroq. retra. tir. de retra. lignagi & §. 35. n. 13. gl. 1. fo. 247. cũ an recedẽti. & ſequent.

k Nu. 12 c. c. 1 C. porro. 2. q. 1.

m Palac. in alle. hæreſis §. 13 ad fin.

n L. reſpiciẽdum ff. de pœnis. o Siman. de repub. li. 5. c. 17. n. 2 pa. 281.

p l. ſi apparitor in fi. C. de cohortali. 12. q Plato li. 5. de Repub.

ARTICVLVS VIII.

Quomodo prælati muneribus, & donis accipiendis ſe debent abſtinere.

REſpondeo dicendo, quòd cum præfati prælati ſint gubernatores & iudices cauſarum regularium, & ſimul ſint fuæ religionis reformatores & officiorũ inferiorum prouiſores à donis & muneribus accep tandis debẽt maximè abſtinere. Ait enim a Euripides, ingenita quidem eſt malitia cunctis mortalium, is vero maximè quiaccepta mercede malus fuerit, venia, quidem indignus erit. Et nihil tam ſanctum atque munitum, quòd non expugnari pecunia poſsit prout ait Cicero b. Et Salomon c, ait victoriam

a Euripide in Bellorophon.

b Cicero in Verrem. c Prou. 22.

ctoriam & honorem acquirit quidat munera, considerantes autem stragem quæ à iudicibus & superioribus dona accipientibus solet in Republica euenire antiqui Romanile ges cõtra præfatos iudices stãtuerũt. Primo enim facta est lex duodecim tabularum cuius meminerunt Aulus Gelius *d* & Baldui nus. Et anni sexcenti præterierunt in quibus contra recipientes præfata dona non fuit ali qua lex lata. Donec Lucius Calpurnius anno sexcẽtesimo quarto â fundatione Romę de eo legem tulit prout asserit Cicero *e*, & refert Petrus Gregorius. Et statim Celius Tribunus aliam legem contra hoc crimen edidit secundum Valerium *f* Maximum. Et Marcus Acilius, & Caius Seruilius & Caius Gracus & Marcus Liuius & Cornelius Sylla & Pompeius & Quatinius consules dictatores & tribuni varijs temporibus & ætatibus diuersas contra hoc delictum leges cõdiderunt vsque dum tandem facta est præfata lex Iulia, omnibus supradictis posterior prout concludit & resoluit Tiberius Decianus *g*. Et ad euitandum & prorsus extirpandum huiusmodi vitium vltra leges præfatas & pœnas in eis contentas Imperatores diuersa remedia addiderunt. Et primo Antoninus Pius ordinauit vt prius quãofficiorũ possessionem essent adepti inuentarium per Magistratus suarum omnium rerũ fieret, vt officijs fũctis diuitiæ ante habitæ cum diuitijs relictis conferrentur, & quid in officijs & magistratibus collocati fuerint lucratima nifestaretur. Et ex lucro iustitia vel iniustitia eorum deprehenderetur. Imperator autẽ Adrianus vt eius historia refert liberalissimum se erga magistratus exhibebat dicendo velle eos diuites efficere, vt iustitiam, cũ omnibus seruarent. Sed alij imperatores videntes neque minis nec donis iudices & superiores ab hoc pestilenti crimine arcerista tuerunt, vt deprehensi, & de hoc crimine cõuicti publicè concrementur, vt ex quadam lege *h* constat. Quòd ex ratione alterius legis *i*, comprobatur ibi, grauior pœna constituenda est in hos, qui nostri iuris sunt & nostra debent custodire mandata. K Lex Constantini ait, iam nunc rapaces officialiumma nus cessent, cessent inquam, nam si moniti non cessauerint Gladijs præscindentur. Et vide circa hoc Didacum Perez *l* & Petrum Gregorium.

Pœna autem iure *m* ciuili statuta contra præfatos iudices & superiores diuersa erat, vt constat ex traditis in præfato iure, & tradunt Puteus *n* Iulius Clarus Azeuedo Olanus Decianus & Petrus Gregorius. Iure autem Codicis pœna erat priuatio officij & pro accepto munere triplum restituere, in causis ciuilibus in criminalibus autẽ, hoc delictum committentibus confiscatio bonorũ & exilium & infamia irrogabatur, quibus pœnis addidit Iustinianus Imperator flagellationẽ vt ex eius *o* Authentica constat. Et Imperatores Valentinianus & Valens lege sua eos viuos concremari præcepit. Nuncautem huic delicto pœna arbitraria correspõdet vt Ægidius Bosius *p* Menoch. & alij resolunt. Hæc autem adducta sunt vt contemplata à superioribus regularium grauiter cõtra prælatos illis inferiores huic vitio deditos & conuictos procedant eos vsque ad priuationem officiorum puniendo, non enim ipsorum arbitrio huiusmodi cõmittitur castigatio vt à rigore iuris contra istos iuris violatores recedant sed vtiuri ipsi enixi eius vestigijs adhærentes circũstantijs delicti pensatis rigorosos se contra eos exhibeãt cum vt refert Suetonius *q* Iulius Cæsar ipsos officio priuatos esse iudicaret, quia officij cõmissi satis & euidẽter indignos se reddiderunt.

Pœna autem quæ contra donis & muneribus iudices & prælatos subornantes proponitur est, quòd ipsi perdunt actionem illius rei quæ ab ipsis prætenditur adeo; quòd ipsa actio ipso iure perditur etiam si sententia condemnatoria, nõ detur prout affirmãt Doctores quos refert & sequitur Couarruuias, sequuntur etiam Menchaca Puteus Tiberius Decianus & Petrus Gregorius. *r*

Et vltra præfatam pœnam pœna falsariorum arbitraria castigantur, vt post alios resoluunt ? Puteus Menochius & Azeuedo. Quibus inhærẽs & fundatus iuribus Gregorius XIII. Post alios Summos Pontifices quandam edidit constitutionem contrarelig ioſos, subornatores pro officijs in religione adipiscendis in qua ipsos priuat prælationibus sic obtentis, & ad alia obtinenda reddit inhabiles. De qua in quæstione de *t* electione fecimus mentionem, ipsam in eo loco explicantes.

(?)

ARTI-

d Gellius noctium atticarum lib. 20. c. 1. circa. principium Baldum. de legib. 12. Tabul. l. 51.

e Cicer. 2. offício & in Bruto & in verrem Pet. Grego. Syntag. iur. lib 36 c. 28. nu. 6

f Val. maxi. li. 6 c. 11. in 1 exemptio.

g Decian. 2. Tom. crim. lib. 8. c. 38. n. 1. vniuers. C. vbi causa fisci. i l. 1 C. decõ ducto l. 11.

K habetur. in l. 1. tit. 6. in C. Theodosian.

l Perez in l. 5. tit. 29 li. 8. ord. in addi. pa. 363. co. 1 ad fi. Greg. Synt. iu. 3 p. li. 36 c. 28 n. 6

m L. fialicui C. de suscep. & arc. li. 12. l. in test. C. de test. tuto. l. fi. & Aut. nouciur. C. depœn. iud. qui male iudic. l. iudices C. dedignit. li. 2.

n Puteus de synd. v. p. o. test. ca. 2 in. prin. fo. 268 & inv. mulct. 1. n. 2. cla. in prac. 5. fi. q. 73. nu. 2.

Azeu. in l. ... ti. 6. li. 3. recop. l. n. 17. vers. sufficit Olanus in annotationibus v. bon. pa. 43. n. 36. & seq. Decianus. 2 to. crim. c. 36 n. 15 Grego. Syntag. mat. iur. 3 p. l. 36 ca. 28 n. 6.

o Auth. vt iudices sine quoquo fus. 5. siquis aut p Bosius in prac. ti. de off fic. corrupt. n. 1. Meno. de arb. li. 2. cent. 4. casu. 343.

q Sueto. in cesar ca. 43. l. 1. 5. 2. ff. de calumn. vbi Doctor.

r Cou. in rec peccat. 2. p. 5 3 n 1. Meno l. 2. cõtr. vsu freq. c. 32 n. 34 ver. ad 2 Pute. de syn dic. v. corr. c. 1 n. 10 & c. 2. in princ f. 160. Deci. 2. tom. cri. li. 8. c. 39. n. 24. Pet. Gregor. syntag. iur. 3. p. li. 36 c. 28. n. 3. & 12. sput. vbi su. Meno. de arbit. lib. 2. de arb. cent. 4 casu 343. n. 3 Azeu. in l. 1. n. 22 ti 6. l. recop.. 22. to. q. 6.

ARTICVLVS IX.

Vtrum prælati teneantur expurgare congregationem ipsis commissam à peccatis

RESpondeo dicendo, quod iuris cõsultus Vlpianus *a* ait, congruit bono & graui præsidi curare vt pacata, atque quieta respublica sit quam regit, quod nõ difficile obtinebit si solicite agat vt malis hominibus prouincia careat eosque conquirat. Ille famosus Epaminondas prout refert Xenophon *b* interrogatus, Quare cum eius ciues dormiebant & delicijs vacabant ipse nocte super muros gradiebatur, respondit eum vigilare vt ciues eius in pace requiescerent Et sic dicitur in prouerbijs *c* Rex dissipatom ne malũ intuitu suo, & subditi possunt tunc dicere, ego dormio & cor meum idest Rex meus vigilat. Et principaliter non debent prælati dormitare neque dormire super extirpandis vitijs à sua communitate. Quod clare insinuauit ipsis Christus Dominus, eos lucẽ mũdi appellãdo, officiũ enim lucis prout ait Dauid est bestias exterminare ait enim *Posuisti tenebras & facta est nox in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ catuli Leonum rugientes vt rapiant & quærant à Deo escam sibi, ortus est sol & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur, exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperum.*

a l. cõgruit ff de officio præsid.

b Xenofon. lib. vlt. rerũ Græcarum

c Proue. 20.

d Matth. 5.

e Psal. 104.

Et hoc etiam munus prælatorũ est expurgare suam congregationem à malis eos exterminando & in cubilibus continendo, vt alij possint quiete exire ad opus suum & ad operationem suam vsque ad mortis vesperum, vt portantes pondus diei, & æstus beatam illam spem cum effectu consequantur. Et Honorius *f* Tertius Abbatibus & Monachis in Lombardia & Marchia Treuisiana constitutis sic scribit, ipsi autem visitatores Monachos, quos contumaces inuenerint, & rebelles iuxta modum culpæ vice nostra regulari censura percellẽt, absque personarum delectu, non parcendo rebellibus ob suam pertinaciam, vel potentiam amicorum, qui ouem morbidam eijciant ab onili ne inficiat oues sanas. Et huic consonat quod asserit *D.* g Hieronymus super Ezechielem relatus à Graciano, ait resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda ne tota domus massa Corpus, & pecora ardeant corrumpantur & putrescant & intereant.

f c. fi. de statu monach.

g Hieron. super Exechiel. lib. 4. c. resecandę 24. q. 3.

Et Ouidus *b* ait.

h Oui. 1. metamor.

Immedicabile vulnus
Ense recidendum est ne pars sincera trahatur.

Et Cicero *i* asserit vt medici membrũ sæpe putre factum incidunt atque in totum eradicant, ne aliam corporis partem l abefactare, aut corrumpere possit, sic necesse est si rempublicam saluam esse volumus vt perditissimos homines ex vrbe penitus extirpemus, ne corruptus integro castoque labore inuiolatũ infringat. Et Chrisostomus K ait, semper scelera dũ non resecantur increscunt & in augmenta facinorum prosilitur, quoties secura impunitate peccatur. Et Senecare latus ab Accursio dicere solebat non potest pinguior victima mactari Deo quã reus iniquus. Denique nõ debent satiari prælati & superiores in odiendo delicta, vsque ad eorum extirpationem prout faciebat Dauid *m* dicens, in matutino interficiebam omnes peccatores tærræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

i Cicero in Vatinium

K Chrisost. in sermo. de Absalon.

l Acurs. in l. Prouin. per Text. ibi C. de ferijs

m Psal. 100.

Aduertant tamen superiores nihil indebitum molituros si aliqua leuia & non grauia subditorum peccata dissimulauerint cũ his de quorum pœnitentia & correctione spes certa moraliter habetur, licet enim Reipublicæ intersit ne delicta maneant impunita hæc tamen regula in his exceptionem patitur, magis enim aliquando in aliquibus misericordia quam rigor disciplinæ operatur, nec enim parua pœna dolor & verecundia peccatorum à sacris Cantionibus reputatur Qui dolor & verecundia à correctione fraterna superiorum originatur, quã correctionem Sancti patris in Concilio Tridentino *n* commendauerunt; quod & Segura de *o* Aualos in suo directorio iudicum etiam commendat.

n Conc. Tr. ses. 13 de reform. c. 1.

o Segur. in direct. iudi. 2 par. initiũ sol 79. n. 10 & 15.

ARTI-

ARTICVLVS X.

Vtrum superiores præ cæteris iuuenes coercere teneantur,

RESpondeo dicendo iuuenes præ cæteris esse à prælatis nimio rigore coercendos tanquam feruore ætatis nimia licẽtia inflatos, prout secundum Plutarchũ *a* Lacedęmonij faciebant de quibus dicitur, ita cum iuuenibus rigorose se habere vt nimis castigati ante altare Dianæ semimortui succũberent, nimia enim licentia concessa in huiusmodi ætate constitutis graue damnum in religione solet causare. Et de omnibus generaliter ait Comicus Terentius *b* nimia licentia profecto euadet in aliquod magnum malum. Pro quo consideranda sunt verba cuiusdam iurisconsulti, *c* de iubenibus verba facientis, Ait enim solent quidam qui vulgose iuuenes appellant in quibusdã ciuitatibus turbulentis se acclamationibus popularium accommodare, qui si amplius nihil admiserint, nec ante sint à præside admoniti fustibus cæsi dimittuntur, aut etiam spectaculis eis interdicitur. Notandum est enim, quod noluit iurisconsultus iuuenes omnino impunitos dimitti, ne impunitatis venia ipsi insolentiores euadant stultus enim in culpa, sapiens erit in pæna vt dicit quidã Canon *d* & tradunt Puteus, & Gregorius Lopez. Et tradit Plato *e* puerorum natura conuenientem nacta disciplinam, semper proficiendo ad omnem peruenit virtutem, enutrita autem si fuerit peruerse ad contraria facile dilabitur. Et Diogenes *f* dicit Adolescentium educatio fundamentum est totius Reipublicę. Quod vt assequãtur virga correctionis animaduerti debent. Ait etiã Diuus Chrysostomus *g* ociosa iuuentus impudenter educata omni ferocissima bestia immanior est: ideo in prouerbijs *h* præcipitur. Noli subtrahere à puero disciplinam, si enim perculseris eum virga non morietur, tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. Et Episcopus Simancas *i* dicit res efficax est natura, sed potentior est institutio, quæ malam naturam corrigit: & puerorum ingenia tamquam agri ex quibus Respublica omnes suos fructus est perceptura diligentissime colantur, & rebus optimis serantur, prohibeanturque inseri quæcumque Reipublicæ noxia sunt, & ster ile solum vel incultum nacta prouentu malarum herbarum facillime marcescunt Vnde in religionibus oportet, vt magister nouitiorum & iuuenum vita & moribus cõstituatur, vt eos rigore debito possit educare qui â prelatis in huiusmodi rigore exercendo debet verbo, & opere foueri, si enim iuuenes suauiter ab his pertractantur vltra quod fauoribus maiorum inflati redduntur post modum ineunte ætate prælati effecti nouitios & iuuenes lacte relaxationis & libertatis enutriunt & obseruantia regularis exinanitur.

a Plutare in Licurgo.

b Terentius in Adelphi.

c l. capitaliũ §. solent ff. de pœnis.

d c. qui ea 38 dis. puteus de synd. v. iudex c. 2 n. 38. fol: 214. & v. contumacia n. 7. Grego. in l. si. Glos. 1 ti. 1 part. 1. & in l. 2. tit 1. part. 3. v. recelandose.

e Plato li. 6. de leg. & li. 6. de Repu.

f Diogenes li. de Sãctit.

g Chriso. in Matth. homil. 38.

h Prou. 20.

i Simanc. li. 1. de Repu.

ARTICVLVS XI.

Vtrum Reges Hispaniarum habeant iurisdictionem, super professos ordinum militiarum.

RESpondeo dicendo, quod superest quędam Bulla Adriani. VI. quæ habet in hunc modum.

ADRIANVS EPIScopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. dum intra nostræ mentis arcana debita meditatione pẽsamus, Sancti Iacobi de Spatha ac de Calatraua, & de Alcantara in Regnis Hispaniarum erectas, propterea militias institutas fuisse, vt contra orthodoxæ fidei hostes & inimicos arma quædam, & valida præsidia essent, earumque milites in infidelium expugnatione, ac Regnorum ab ipsis infidelibus occupatorum recuperatione iugiter vacarent, strenuaque ipsorum virtute & opera, proximis annis non solum quam plurimas ciuitates & loca, sed etiam aliquot Principatus, dominia, & Regna, quæ infideles Mauri ocupauerant, & per multos annos det inuerant, non sine proprij sanguinis effusione, cum magna Christi nominis

minis gloria recuperata, & ad fidē Chriſti reducta fuiſſe conſideramus, inſuper & animo reuoluimus, quæ chariſsimus in Chriſto filius noſter Carolus Caſtellæ & Legionis Rex Catholicus in Imperatorem electus, claræ memoriæ Ferdinādi aui, & Eliſabeth Reginæ auiæ Caſtellæ & Legionis huiuſmodi, ac aliorum progenitorum ſuorum veſtigia ſequutus, pro vniuerſa eccleſia, cuius (vt nos ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumptione paſtoritia ipſe ad ſacri Imperij faſtigium electione aduocatus exiſtit (non ſolum inſulæ Seruarum, quam ipſi Mauri detinebant expugnatione, ſed etiam aduerſus Lutherum Martinum pēr Sedem Apoſtolicam hæreticū declaratum executione fecit, & in dies ipſum ſub diſciplina noſtra à teneris educatum, ob eius deuotionem, ac fidem erga nos, & hanc ſanctam (in qua permiſsione diuina ſedemus) ac vniuerſam rempublicam Chriſtianam, diuina fauente gratia facturum foreſperamus. Dignum merito cenſemus, & congruum, vt militiæ prædictæ Corona Regni Caſtellæ, & Legionis perpetuo applicentur, non minus vt Caroli ipſius in Imperatorem electi ſtudia & conatus ad profligandos, & ſubigendos infideles barbaros, concedente Domino creſcant & augeantur: quam vt ipſarum militiarum felix, & proſperum regimen ſemper in melius procedat, & illorum militum diſciplina ſolertior euadat: ipſumque Carolum in Imperatorem electum, eiuſque poſteritatem ſigno ſpecialis beneuolentiæ proſequamur & quadam perpetuitatis memoria decoremus. Sanè cum Ferdinandus Rex & Eliſabeth Regina præfati in humanis agentes, ſuorum & ipſi progenitorum veſtigia ſecuti, quam plurima egregia facinora, & geſta fecerint, nec ſolum Hiſpaniā a Sarracenis, & Mauris, qui regnum Granatæ, ac plura alia dominia occupauerant, non ſine multis laboribus, & impenſis, ac magna Chriſtiani ſanguinis effuſione purgauerint, ac quam plurimos infideles à falſis idolorum tenebris ad veram orthodoxæ fidei lucem reduxerint, ſed pluribus etiam caſibus Oceanum mare penetrauerint, & ad diuerſas, ac maximas, & antea mortalibus ignotas inſulas ſalutiferæ crucis vexillum detulerint, & in ipſis inſulis plurimas Metropolitanas & cathedrales, ac alias Eccleſias ad Chriſti nominis gloriā, & exaltationē erigi, ſeque ob talia merita Catholici nomine ab hac ſancta Sede inſigniri obtinuerint. Cumque in dictis Caſtellæ & Legionis Regnis Sancti Iacobi de Spata, ac de Calatraua, & Alcantara Sancti Auguſtini, & Ciſtercienſis ordinum militiarum Magiſtratus ad eiuſdem fidei exaltationem, & infidelium barbarorum, maxime circumuicinarum partium depreſsionem & expugnationem inſtituti fuerint, vt præfertur & quandoque illi per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros Regibus Caſtellæ, & Legionis huiuſmodi, ſeu eorum primogenitis, aut propinquioribus infantibus nuncupatis, reſpectiue in adminiſtrationem, dum expediens fore viſum fuerit, concedi conſueuerint, illorumque ad præſens idem

Catholicus Rex in Imperatorem electus perpetuus adminiſtrator per Sedem prædictam deputatus exiſtat, ipſarumque militiarum magiſtrorum electiones ad præceptoriam militiarum huiuſmodi præceptores, ſeu milites ſpectare noſcantur, ac inter eos, occurrere dictorum magiſtrorum vacatione, ſuper electionibus pro tempore faciendis poſſent quandoque diſſenſiones oriri, plurimumque Regis Caſtellæ, & Legionis pro tempore exiſtentis interſit, vt ipſe Magiſtratuum huiuſmodi curam, & adminiſtrationem habeat: cum Magiſtratus ipſi quam plurimas ciuitates, & arces, partim ab ipſis Regibus Caſtellæ & Legionis donatas, partim per ipſos Magiſtros ab infidelium manibus proprij ſanguinis effuſione comparatas, & acquiſitas poſsideant, & ſi illorum Magiſtri aliquando Regi ſe opponerent, ex illorum inſtitutione, quæ ad eorundem Regnorum pacem, & quietem, ac infidelium expugnationem emanauit, grauia ſcandala, & pericula in regnis ipſis (prout proximis annis, cum in minoribus conſtituti, & dictorum regnorum Regimini & adminiſtrationi præpoſiti eſſemus, propter aſpirationes ad ipſos Magiſtratus oculis noſtris vidimus) ſuccedere poſſent. Si autem Magiſtratus ipſi Coronæ Regiæ Regis Caſtellæ, & Legionis huiuſmodi pro tempore exiſtentis perpetuo vnirentur, annecterentur, & incorporarentur, ita tamen, quod ex illorum huiuſmodi vnione tituli ſingulorum magiſtratuum huiuſmodi ad infra ſcriptum effectum extincti non cenſeantur, illi per Regem ipſum longe melius regi, & gubernari poſſent Curaretque Rex ipſe vt illarum militiarum milites idonei, & in arte militari adeo periti, & experti eſſent, vt de illis merito ſperari poſſet, quod non ſolum dicta Regna ab infidelibus defenderent, ſed ipſum Regem ad expeditionem contra Turcas, & alios infideles maritima claſſe, ac terreſtri exercitu ſuſcipiendam & proſequendam vltro ſolicitarent, & inuitarent ſcandaliſque & diſſenſionibus inter ipſos præceptores, ſeu milites electores, ac alijs periculis, quæ exoriri poſſent, obuiaretur. Ipſeque Carolus Rex in Imperatorem electus ad ſanctum pacis, & vnitatis Regum, & Principum opus, quod pro totius Chriſtianæ reipublicæ neceſſaria defenſione, ac contra hoſtes Turcas felici expeditione perficere, & concludere deſideramus pro ſua religione, & deuotione in hanc ſanctam ſedem nos plurimum iuuare, ac rem publicam Chriſtianam à tam graui periculo, in quo conſtituta eſt, diuina fauente gratia, liberare poſſent, ac omnia pro fidei catholicæ exaltatione, ac infidelium barbarorum depreſſione libentius, & conſtantius facere non ceſſaret. Similiterque eius ſucceſſores facere parati eſſent, militeſque dictarum militiarum ſub Regis huiuſmodi diſciplina magiſtrali, & experti, & ad conſerendum manus contra Turcas & infideles huiuſmodi multo promptiores, & alacriores redderentur. Nos premiſſa diligenti conſideratione,

pensantes, ac animo reuoluentes, qualia, & quanta eiusdem Caroli Regis in Imperatorem electi maiores priscis, ac etiam nostris temporibus pro expugnatione infidelium, & barbararum nationum perfecerint, quodque Regna, & terras, ac insulas ab ipsorum infidelium manibus eripuerint, & ad Christianam religionem reduci curauerint, & quæ ipse Carolus Rex in Imperatorem electus, tam feruenti animo hac tempestate nostra pro Christianæ fidei religione, & huius sanctæ Sedis dignitate tuenda aduersus Martinum Lutherum præfatum, & eius fautores, ac alios qui contra nos, & dictam Sedem superbiæ cornua erexerunt, ac in dictæ insulæ Seruarum expugnatione, quam diuino assistente auxilio, sibi subdidit, dignè, & laudabiliter effecerit, ac sperantes, quod quanto maioribus beneficijs, & gratijs Maiestas sua à Sede Apostolica se præmunitam, & affectam cognouerit, tanto magis eidem Ecclesiæ, cuius aduocatus (vt præfertur) existit, exuberantes fauores, quoties opus fuerit, exhibebit, ac breui tempore pro sua ipsius singulari deuotione, ac virtute, Regiaque magnanimitate, & imperiali celsitudine, ad honorem Dei, & nominis Christiani propagationem, aduersus nefandissimos Turcas, Christiani nominis perpetuos hostes, & contra spurcissimam illam gentem, quæ Christianum sanguinem auidè sitit, & nostris cerui cibus imminet, iustissimum bellum suscipiet, at tot prouincias & Regna ab ipsis Turcis, & alijs infidelibus occupata recuperabit, & nomen Saluatoris Domini nostri Iesu Christi longe, lateque propagabit. Habita superijs cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus matura deliberatione, ac de eorum consilio, & assensu Magistratus prædictos, quorum omnium qualitates, necnon verum, & vltimum vacationis modum, illorumque, ac Coronæ Regiæ Castellæ, & Legionis huiusmodi regnorum veros annuos valores præsentibus pro expressis haberi volentes, eidem Coronæ Regiæ, etiam si Corona ipsa aliquo tempore ad mulierem spectaret, cum omnibus præeminentijs, iurisdictionibus, facultatibus, redditibus, iuribus, obuentionibus, & pertinentijs suis vniuersis, authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus: ita quod ius administrandi ipsos magistratus, siue in virum, siue in mulierem, cum corona transeat: & omnia, quæ ipsi magistri, qui pro tempore fuerint, facere, & exercere consueuerunt, facere, & exercere, & cõmendas ipsas, & præceptorias, ac alia beneficia militiarum huiusmodi personis idoneis conferre liberè possit in omnibus, & per omnia perinde, ac si vnio huiusmodi quo ad præmissa dumtaxat minimè facta fuisset, ipsorumque magistratuum possessionem propria authoritate libere continuare, seu illam de nouo sibi, & Regi Castellæ, & Legionis pro tempore existenti, etiam propria authoritate liberè apprehendere, &

perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, & prouentus in ſuos ac magiſtratuum huiuſmodi vſus, ad quod deputati ſunt, & vtilitatem conuertere, Diœceſanorum locorum, & quorumuis aliorum licentia, ſeu conſenſu minimè requiſitis. Ita tamē, quod ipſe catholicus Rex in Imperatorem electus, eiuſque ſucceſſores Caſtellæ, & Legionis Reges pro tempore exiſtentes, ea, quæ ſpiritualia concernunt, per perſonas dictarum militiarum religioſas, per ipſos Reges pro tempore exiſtentes ad id deputandas, ad eorum nutum amouibiles probè, & laudabiliter exerceri facere debeant, & teneātur. Quibus ſic pro tē pore deputatis perſonis gerēdi, faciendi, mādādi, ordinandi, exercēdi, exequēdi diſponendi omnia, & ſingula, quæ dictarum militiarum magiſtri pro tempore exiſtentes de iure, vel conſuetudine, aut aliàs quomodolibet facere, gerere, exercere, mandare, diſponere, exequi poterant, & conſueuerant, authoritate & tènore præmiſſis plenam, liberam, & omnimodam facultatem concedimus. Et ne in præiudicium dictæ vnionis per milites, ſeu fratres dictorum ordinū aliquid de facto tenetur per viam electionis, vel poſtulationis, ſeu aliàs decedente Rege, vel Regina, qui dictos ordines adminiſtrauerit, auferimus ab eis omne ius ac poteſtatem eligendi, poſtulandi, vel de nouo adminiſtratore perpetuo prouidendi, & ſub pœna excōmunicationis, ac priuationis commēdarum, & præceptoriarum, ac aliorum beneficiorum, quæ obtinent, inhabilitatiſque ad ipſa in poſterum obtinenda omnibus, & ſingulis prohibemus, ne eligāt poſtulent, vel de eligendo aut poſtulando tractent. Quas pœnas volumus eos ipſo facto incurrere, abſolutionem nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus ſpecialiter reſeruantes. Non obſtātibus noſtra, qua volumus, quod in vnionibus exprimi deberet valoretiam beneficij, cui vnio fieret, & ſemper commiſſio fieret ad partes, votanis quorum intereſt, ac alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis & conſuetudinibus, ac ſtabilimentis, vſibus & naturis dictarum militiarum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque & indultis, ac literis Apoſtolicis dictis militijs, earumque præceptoribus, militibus, & conuentibus per dictam ſedem forſan conceſſis, illis præſertim quibus caueri dicitur, quod magiſtratus de Alcantara, de Calatraua per perſonas regulares ſancti Auguſtini & Ciſtercienſis ordinis huiuſmodi expreſſe profeſſas, & non vxoratas, ac alias certo modo qualificatas dumtaxat obtineri poſſint, quibus etiam ſi ad eorum derogationem de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales id importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, illorum tenores huiuſmodi præſentibus pro expreſſis, & inſertis habendis, illis alias

in

in ſuo robore permanſuris, hac vice dum taxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrarijs quibuſcumque, aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis huiuſmodi magiſtratibus, ac dignitatibus ſpeciales vel alijs beneficijs eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis, vel eius legatorum literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionē reſeruationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum: quas quidem literas, & proceſſus habitas per eaſdem, & inde ſecuta quæcumque, ad Magiſtratus huiuſmodi volumus nō extēdi, ſed nullū per hoc eis, quo ad aſſecutionem Magiſtratuum, aut beneficiorum aliorum, præiudicium generari, & quibuſcumque priuilegijs, indulgentijs, vel ſpecialibus, & literis Apoſtolicis generalibus, quorūcūq; tenorum exiſtant, per quos præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, prouiſoque dicti Magiſtratus debitis propterea non fraudentur obſequijs, ſed eorum cō grue ſupportentur onera cōſueta. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper iis à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autē quod ipſe Rex pro tempore exiſtens alienatione quorumcumque bonorū immobilium, & pretioſorum mobiliū dictorum Magiſtratuum penitus abſtineat, quodque autem dictos Magiſtratus, vel eorum aliquem adminiſtrare poſſit ſuccedens in regno huiuſmodi vobis, ſeu ſucceſſoribus veſtris canonicè intrantibus iura omnia ſoluere teneatur, quæ Magiſtri pro tempore ſoluere conſueuerunt, quibus ſolutis ex tunc confirmatio, & licentia conceſſæ ſint, & eſſe cenſeantur, adminiſtrationemque libere exercere poſſit, & ille ex ijs quæ vllo vnquam tempore (quod abſit) à noſtra & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis canonicè intrantis, & Romanæ eccleſiæ obedientia, & deuotione ſe ſubtraxerit, vel contra eum bellum ſuſceperit, in eius damnum, & detrimentum honoris, aut rerum per ſe vel alium, ſeu alios directe, vel indirecte machinatus fuerit, huiuſmodi gratia priuatus exiſtat; præſentesq; literæ nullius ſint roboris, vel momenti, ipſaque vnio eo ipſo diſſoluta ſit: ipſique Magiſtratus per diſſolutionem huiuſmodi vacare cenſeantur, & de illis per ſedem prædictam libere diſponi poſſit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ vnionis, annexionis, incorporationis, conceſſionis, prohibitionis, reſeruationis, derogationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud ſanctū Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio, quarto Nonas Maij, Pontificatus noſtri anno primo.

Vidi ſub ſigillo authentico, de cuius intellectu aliqua notatu digna in ſecundo tomo adduximus. [a]

[a] Tomo. 3. 63. ar. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.

QVÆSTIO XXXV.

De præſcriptionibus in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Quid ſit præſcriptio.*
2 *Quo temporis ſpatio præſcribatur contra bona regularium.*
3 *Vtrum Monaſteria præſciptione completa poſſint petere reſtitutionem in integrum.*

ARTICVLVS I.

Quid ſit præſcriptio.

RESpondeo dicẽdo, quod præſcriptio idẽ ſignificat quod excipere iuxta quandam legem. *a* Vnde ait Couarruuias *b* quod forſan hæc ſignificatio deducta eſt exeo quod ſicut actionibus proponendis certa forma, præſcribitur, ita etiam exceptionibus præſcriberetur ideſt ſtatueretur, vt docet Alciatus, *c* nam præſcribere idem eſt quod legem ponere, ac conſtituere, hinc & verbale nomen præſcriptio, nihil aliud eſt quam exceptio, qua quis aduerſarij intentionem generaliter, alioquin veram in eo caſu de quo agitur non procedere allegat ſecundum Alciatũ, *d* qui cenſet præſcriptionem ab exceptione differre, quod exceptio generale nomen ſit conueniens cuicumque defenſioni quæ aduerſus actionem, vel intentionem obijcitur, præſcriptio verò ſit exceptio, quę etſi intentio vera fuerit, nihilominus agentem repellit, vt moratoria præſcriptio iuxta quandam legem *e* quo in loco Gloſſa exponit delatoriam exceptionem.

Differt autem præſcriptio ab vſucapione, nam vſucapio eſt acquiſitio dominij per vſum, & ſic per poſſeſsionem, præſcriptio autem vere eſt exceptio, quæ oritur ab ipſa vſucapione, ideſt ab ipſa dominij acquiſitione, ac tandem à longa poſſeſsione, vel ab ea quæ legibus definita eſt, ita Couarruuias. *f*

Sed contra hanc doctrinam inſurgit notiſsimè Parladorus *g* dicens, quod vſucapio eſt acquiſitio dominij per continuationem poſſeſsionis temporis lege definiti, tẽporalis vero præſcriptio eſt exceptio, quæ datur à iure propter lapſum temporis à lege definiti, & ſic ait quod vt conſtat ex dictis diffinitionibus non ita cohærent vſucapio, & præſcriptio temporalis, vt vna ex altera pendeat, cum diuerſa vtriuſque ſit vis & effectus, nam per vſucapionem acquiritur dominium, per præſcriptionem autem tantum exceptio acquiritur, & ſic in excipiendo tãtum habet effectum. Sed certè ego nõ video hoc argumentum conuincere, ita vt ex eo probetur præſcriptionem, vt exceptionem ab vſucapione non originari: licet enim diuerſa ſit vtriuſque vis non tollit vnum ab altero originari, diuerſa enim eſt vis rationalitatis, & riſibilitatis: riſibilitatem tamen à rationalitate originari compertum eſt.

a L. qui agnitis ff. de excep.
b Couar. in reg. poſſeſſor. 1. par. in initio. nu. 1.
c Alciat. li. 4. diſp. cap. vlt.
d Alciat. in l. ſiquis C. de pact.
e L. 2. C. de precib. Imper. offerẽ.
f Coua. vbi ſup.
g Parlado. li. rerũ quotidian. ca. 1. §. 1. nu. 4. & 5. & 6.

ARTICVLVS II.

Quo temporis ſpatio præſcribatur contra bona regularium.

RESpondeo dicendo, quod contra Eccleſiam inferiorẽ Eccleſia Romana, ſi præſcribatur â principali, vel ab alia Eccleſia quoad immobilia corporalia, & incorporalia iure habentibus continuam cauſam, vel non habentibus requiruntur quadraginta anni, vt in iure *a* probatur. Contra Eccleſiam vero Romanam non niſi ſpatio centum annorum fit præſcriptio, vt etiam definiunt ſacri Canones, *b* quod intelligũt Doctores *c* in ſpectantibus principaliter, & non ſecũdario ad illam. Vnde hoc priuilegio gaudent omnia immediatè pertinentia, addiſpoſitionem Papæ, vt Eccleſia Lateranenſis, & res eius & exemptio, vt tenet Ioãnes *d* Andreas & notat Panormitanus. Vnde cum diſpoſitio bonorum regulariũ nõ immediatè pertineat ad Papam loquendo ſecundum ſacros Canones, & ius commune quadraginta annis ſolum poterant præſcribi. At loquendo ſecundum priuilegia regularia aliud eſt dicendum. Nã Eugenius IIII. anno Domini 1404. 7. Kalen. Martij Pontificatus ſui anno quarto conceſsit congregationi ſancti Benedicti in regnis Portugaliæ, excerta ſcientia, & motu proprio, quod contra præfatæ congregationis monaſteria, loca perſonas, & bona aliqua non currat præſcriptio, niſi poſt lapſum ſexaginta annorum, quod quidem indultum tam in caſibus rebus & bonis præteritis, quam futuris poteſtate, & ſcientia ſimilibus extendi, & locum habere omnino voluit, quod ita habetur in libro *e* priuilegiorum dictæ congregationis impreſſo Rom

a c. De quarta de præſcrip. c. 1. eodem ti. li. 6.
b c. Quas actiones & cap. Nemo 26. q. 5.
c Gloſ. in c. Ad audientiã de præſcriptio.
d Ioan. Andr. in regu. ſcienti. li. 6. in Mercur. Panorm. in Clementi frequens de exceſ. prælat.
e In d. li. p. 38. c ſũſeq.

mæ ex Typographia Titi, & Pauli de Dianis anno Domini 1589. In quo etiam libro f refertur, quod idem Eugenius conceſsit, quod ſicut contra Romanã Eccleſiam non niſi centenaria currit præſcriptio ſecundum conſtitutiones Canonicas, & legitimas Sanctiones, ita quoque monaſterio D. Pauli extra muros vrbis ordinis S. Benedicti minoris tẽporis præſcriptio non obſiſtat. Quod ipſum conceſsit g Papa, anno Domini 157. pridie Nonas Iunij Pontificatus ſui anno quarto congregationi Sãctæ Iuſtinæ. Quod priuilegium licet particulariter prædicto monaſterio fuerit conceſſum, iamęſt factum totius ordinis, nam priuilegia vnius monaſterij toti ordini ſunt communia, & eius particularibus monaſterijs quando ipſa priuilegia alijs monaſterijs, & locis dictæ congregationis adaptari, & conuenire poſſunt, prout conceſsit Alexander VI. congregationi eidẽ ſanctæ Iuſtinæ, vt in eodẽ libro h continetur. Quod priuilegium cum ſit iam totius ordinis non eſt dubium, quodad religiones mendicantes per communicationem tranſferatur cum ipſæ gaudeant priuilegijs conceſsis, & cõcedendis omnibus religionibus, prout in primo tomo latius eſt dictum.

f Pag. 30.

g Habet. in di. li. p. 257.

h Pag. 63.

i Tom. 1. q. 51.

ARTICVLVS III.

Vtrum Monaſteria præſcriptione completa poſsint petere reſtitutionẽ in integrũ.

REſpondeo dicendo communiter teneri quod ſic vſque ad quatuor annos, vt dicitur in iure a nam monaſterium contra quod, ſine ſui negligentia præſcriptio completa eſt, ſi legitimo impedimento detentum fuit communiter dicunt Doctores ipſum poſſe petere reſtitutionẽ in integrũ vſque ad quatuor annos ſequentes, qui incipiunt à die ſcientiæ poſt ceſſationem dicti impedimenti, quia iſtud quadriennium non currit ignoranti, vt in eodem iure b dicitur ibi, ſiquis negligenter omiſerit, quia ignorans non negligit, ſecundum iura. Vnde cõſideranda eſt maxima conceſsio Ioannis XIII. in fauorem monachorum congregationis montis Oliueti, quam refert collector compendij ſocietatis, in hunc modum

a c. 1. de reſ. in in integrum li. 6.

b Dicto. 1. in verſ. ſiquis negli. omn. c. c. 2. iũct. c. qua diuer. de conceſ. præb.

d Collect. compendij ſoci. ti. pri. n. 5. 6.

Siqua læſio facta ſit per quoſuis cuiuſuis ſtatus quocunque modo, vel forma, vel in futurum fiat perſonis iuribus, & rebus, ac bonis dictæ congregationis ipſo iure non tenent, nec eſt opus reſtitutione in integrum, pro læſione huiuſmodi impetrare.

Pro quo facit illud, quod indulſit *Eugenius IIII. congregationi Sancti Benedicti in regnis Portugaliæ dicens quod ſi quando contigerit per aliquem aut per plures actus contra quæcunque decreta priuilegia, & indulta gratias, & immunitates græfatæ congregationi conceſſa, aut ipſorum aliquod à quocunque, cuiuſcunque conditionis dignitatis gradus, ſeu ſtatus exiſtat ex negligentia, vel ignorantia præſentium, & futurorum, quibus eà conceduntur aut alias quauis cauſa aliter attentari, vel obſeruari ignoranter, vel ſcienter, nullum tamen per hoc præiudicium decretis priuilegijs indultis, & gratijs & immunitatibus præfatis volumus generari, ſed illa in ſuo robore, & vigore permanere,* Ita habetur in libro e ſupradictæ congregationis ſuperius allegato de quo infra latius in quæſtione de reſtitutione in integrum.

e Pag. 38. & ſeq.

QVÆSTIO XXXVI.

De proceſsionibus in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *VTrum regulares poſsint compelli ire ad proceſsiones.*

2 *Vtrum modo ſint aliqui regulares exẽpti ad eundum ad proceſsiones.*

3 *Vtrum regulares intereſſentes ſponte funeralibus, & proceſsionibus renuntient priuilegio.*

ARTICVLVS I.

Vtrum regulares poſſint compelli ire ad proceſsiones.

REſpõdeo dicendo, quod Concilium Tridentinum a determinat dicens, Exẽpti autem omnes, tam ſeculares clerici, quam regulares quicunque etiam monachi ad publicas proceſsiones vocati accedere compellantur his tantum exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuo viuunt.

a Conc. Tr. ſeſſ. 25. de regu. c. 13.

Circa quam conſtitutionem eſt notandum primo, quod ſi non vocentur non tenentur comparere in proceſsionibus. Nec Epiſcopi ſub excommunicatione poſſunt regularibus præcipere, vt ad proceſsiones accedant, cum Epiſcopi non procedant hoc præcipiendo, vt legati ſedis Apoſtolicæ, vt patet ex ipſomet Concilio, prout aduertit Gambarus b dicens quod non poſſunt vocari ad proceſsiones regulares niſi ex magna cauſa fiant, & magna cauſa erit aduentus legati, at non poſſunt, per excommunicationem obligari, vt proceſsionaliter recipiant legatum ab ipſis Epiſcopis, ſed ab ipſo legato, cum legatus ſit eorum iudex, & in eos habeat iuriſdictionem, ſicut ſecundum ius c habent legati à latere. Verum eſt tamen, quod poſſunt regulares alijs pœnis compelli ad proceſsiones, nam quamuis monachi proprijs quibuſdam priuilegijs tuti ſunt quo minus ab Epiſcopo, vel Archiepiſcopo, ex quauis cauſa interdici excommunicari, aut ſuſpendi poſsint, nihilominus ex quo Epiſcopis, & ordinarijs eſt commiſſa authoritas, vt ipſos monachos ad proceſsiones poſsint vocare per conſequens eis commiſſa eſt authoritas, vt eos alijs remedijs poſsint compellere priuando ſcilicet eos à confeſsionibus audiendis, & à prædicatione verbi Dei in Eccleſijs parrochialibus, prout tenet Henriquez, quam opinionem licet in ſumma ſim ſecutus nũc autem ſuper ea ſuperſedendũ eſſe cenſeo, quia illuſtriſsimi Domini Cardinales, vt audiui contrarium declarant, ſecundo notandum eſt, quod nõ debent vocari regulares ad proceſsiones, niſi ex cauſa publica, & magna fiant, prout poſt alios tradit Felinus, e & iuxta hoc debet intelligi decretum Concilij Tridentini, de quo articulo ſequenti.

b Gam. li. 8. de aut. leg. a later. §. de poteſt lega. in regulares atque exẽ. á num. 76. 767.

c cap.

d Henr.

e Felin in c. delecti col. pen. ver. circa. d. offic. ordin.

ARTICVLVS II.

Vtrum modo ſint aliqui regulares exẽpti ad eundum ad proceſsiones.

REſpondeo dicendo, quod ſummus Pontifex, quoſdam regulares qui clauſuram ſeruant, vt Benedictinos, & Ciſtercienſes exemit ne inuiti compellantur ab Epiſcopo, aut ab alijs quauis dignitate fulgentibus intereſſe publicis funeralibus etiam principum, aut publicis proceſsionibus, ſeu ſupplicationibus, niſi pro cauſa publica, & ne ſuper hoc permittant eos ab alijs inquietari vt Gregorius f IX. Determinauit, & tradit Siluester compelli etiam prædicatores & Minores exemptos ad proceſsiones ex publica cauſa, quod Concilium Tridentinũ determinat. Et Pius V. in proprio motu, pro mendicantibus ſtatuit ne conuocentur, c niſi pro publica cauſa, quod tenuit Calderin. g & tenuit etiam Felinus in ſuperiori articulo relatus.

f ca. minus praua de ex ceſ. prælat. Sil. v. Epiſ. n. 9. verſic. quantũ poteſt.

g Cald. conſi. 80.

At Pius V. anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, die vigeſima prima Nouembris conceſſit, vt quouis prætextu, aut quæſito colore ad incedendum in publicis, & alijs proceſsionibus, ab ordinarijs locorum minime cogerentur monachi Diui Hieronymi in Hiſpanijs, nec tenerentur ad eas exire: mandauitque Archiepiſcopis, aliiſque locorũ ordinarijs in regnis Hiſpaniarum exiſtentibus, vt permittant prædictos fratres hoc priuilegio, & gratia pacificè vti, & frui: voluit tamen, quod cum opus fuerit, & proceſsiones publicè fiant eas intra ſua monaſteria celebrent, & faciant, non obſtantibus, quibuſuis Apoſtolicis & Synodalibus prouincialibus & generalibus Concilijs editis, & conſtitu-

ſtitutionibus, ita habetur in Compendio h ordinis D. Hieronymi. At hoc priuilegiũ per conſtitutionem Gregorij XIIII. allegatam â Nauarro in fine manualis Latini eſt reuocata, & ad terminos iuris communis, & Concilij Tridentini redacta.

h Cõpẽ. D. Hieron. tit. proceſ.

At Gregorius XIII. conceſsit poſt Concilium Tridentinum religioſis ſocietatis exemptionem ab intereſſentia in ſupplicationibus, ſeu precibus, & proceſsionibus publicis inhibuitque ordinarijs quauis dignitate fulgentibus ne dictos religioſos ad intereſſendum proceſsionibus dictis quouis modo cogere, ſeu ſuper præmiſsis inquietare, ſeu inquietari facere audeant, vel permittant. Ita habetur in Compendio i Societatis. Et in proœmio huius conceſsionis explicat Gregorius XIII. Cauſam ne ſcilicet diſtrahantur ab ſtudijs, & lectionibus quibus incũbunt, & ab alijs ſpiritualibus miniſterijs.

i Compen. ſociet. tit. proceſsio.

Circa quam conceſsionem eſt aduertendum quod quanuis Gregorius XIII. in hac conceſsione non dixerit non obſtante Concilio Tridentino, quod vt reuocatum cenſeretur eſt neceſſarium iuxta tradita â Sarmiẽto, K & à Gutierrez & Mandoſio, ſatis tamẽ colligitur ex proœmio, & ex plana mente Pontificis quia Gregorius XIII. In proœmio dictæ conceſsionis præmittit ibi, quidã forſitan moti authoritate Concilij Tridentini, &c. Et poſtea ex certa ſcientia addit derogationem etiam concilij generalis, quod æquatur ſpeciali derogationi Concilij Tridentini, iuxta in ſimili tradita à *l.* Geminiano, & confirmatur, nam hæc quæſtio, nõ eſt poteſtatis: ſed voluntatis, & in re non leui, ſed in qua interuenire ſolet magna Pontificis deliberatio: vt tradit Sarmiento, *m* & ideo cum mentionem fecerit in principio Concilij Tridentini, & cum fuerit cum deliberatione locutus cenſendum eſt prædictũ Concilium, quo ad hoc derogaſſe, alias ad nullum effectum eius indultum prodeſſet. Confirmatur etiam, nam interdum derogatio conciliorum generalium habetur pro ſpeciali. Prout tradunt Couarruuias, *n* Corduba, & Henriquez, & hunc dicunt eſſe ſtylum.

K Sarm. li. 5 ſelect. c. 14. n. 3. 6. & 11 Gutierr. in l. nemo poteſt nu. 161. delegat. 2. Mando. in cancell. reg. 16. q. 17. nu. 22.

l Gemin. in ca. 1. nu. 26. conſt. lib 6. in v. naſcitur.

m Sarm. li. 5. Select. c. 14, nu. 3. & ſeq.

n Coua. de ſponſ. 2. p. c. 8. §. 8. n. 5. Cordu. li. 4 qq. q. 9. §. 3. par. Henr. li. 7. de ind. c. 26. n. 3.

Notandum eſt autem, quod Pius quintes exemit collegia ordinum mendicantiũ ab intereſſentia à proceſsionibus ne diſtrahantur ab ſtudijs. Quod priuilegium quoad dicta collegia intelligo modo eſſe validum etiam poſt Concilium Tridentinum, tum propter communicationem priuilegij Societatis in ſuperioribus allegati. Quod priuilegium ratione collegiorum ipſius Societatis fuit indultum. Tum etiam quia Concilium determinat regulares ad proceſsiones publicas poſſe vocari. Ijs tantum exceptis qui in ſtrictiori clauſura perpetuo viuunt. Collegæ autẽ Mendicãtiũ inſtrictiori clauſura perpetuo viuunt in dictis collegijs ſub quibuſdam rigoroſis ſtatutis In quibus cum maxima difficultate diſpenſatur. Et quod dicta Bulla Pij. V. Quantum adhoc poſsit vti poſt Cõcilium Tridentinum ſatis innuit collector o priuilegiorum Ciſtercij. Nec Gregorius. XIII. In ſua reuocatoria conſtitutione ſuperius allegata; derogauit conceſſa a Pio V. collegijs Mendicantium, vt patet ex eius verbis. Ibi, *pro quorumcumq; regularium, etiam Mendicantium ordinibus, & congregationibus*, & non dicit *collegijs*. In quo innuit ſe nolle derogare hoc priuilegium collegijs Mendicantium cõceſſum, ſi enim illud vellet reuocare ipſorum collegiorum faceret mentionem ſpecialem, ſicut fecit Pius. V. in ſua pro mendicantibus conſtitutione. Notandũ eſt vltimo, quod Leo. X. in Concilio Lateranenſi ſtatuit, quod fratres requiſiti â prælatis Eccleſiarum ad proceſsiones ſolẽnes pro tempore faciendas accedere debeant ad illas, dummodo domus, ſeu loca eorundem fratrum non ſint remota vltra vnum milliare à ciuitatibus, vel oppidis vbi facienda eſt proceſsio, ita habetur in Supplemento. *p* Quæ conceſsio cum ſua limitatione non eſt à concilio reuocata.

o In cõpẽ. Ciſtertij ti. proceſsi. in fin.

pSupplemẽ. fol. 25. cõ. 71.

ARTICVLVS III.

Verum regulares intereſſentes ſponte funeralibus, & proceſsionibus renũcient priuilegio.

REſpondeo dicendo, quod regulares habentes priuilegium ne compellantur ire ad funeralia, aut proceſsiones, ſi ſpõ

te ad ea accedant (vt ob grauem neceſsitatem, aut ob honorem debitum principi defuncto) non renunciant tacite huic priuilegio, quia priuilegia ſimilia dantur fauore totius religionis. Nec hi actus qui ſine compulſione Epiſcopi ſponte fiunt cẽſentur cõtrarij priuilegijs, iuxta doctrinam cuiuſdam legis, a vbi Cynus Gloſſa, Bartolus, & omnes, relati per Menochium. Expedit autem vt publico inſtrumento corã notario proteſtetur in forma collegij ſe accedere ſaluo iure priuilegij, quia communitas poteſt renunciare priuilegio conceſſo ordini, at non ſic ſingulares perſonæ ſecundum Innocentiũ b Corneum, & Natta. Aduerte tamen, quod pauci actus etiam contrarij vnius conuentus non inducunt præiudicium priuilegio in bonum totius religionis conceſſo, ita eſt conceſſum canonicis Regularibus Lateranenſis Eccleſiæ prout refertur in c Compendio Societatis. *Dicendo, quod ſi quã do contigerit per vnum aut plures actus contra priuilegia indulta, gratias, & immunitates, prædictis canonicis conceſſa, aut ipſorum aliquod à quocumque cuiuſcumque conditionis, dignitatis gradus, & ſtatus exiſtat ex negligentia, ſeu ignorantia præſentium, & futurorum, quibus ea cõcedẽtur, aut alia q̃ auis cauſa aliter attentari, vel obſeruari ſcienter, vel ignoranter, nullũ tamen propter hoc præiudicium indultis gratijs, & immunitatibus ipſis generatur, ſed illa in ſuo vigore, & pleno robore firmitatis perpetuo permanet.*

a L.2. vbi Cynus glo. Bart. & omnes C. de excuſ. tu. Menoc. cõſil. 76. n. 70. & 74. li. 10. b Innoc. in c. cũ olim. 2 n. 7 de priui. Corn. cõſi. 16 n. 5. li. 2. Natta cõſi. 160 n. 46 c Comp. Societ. ti. priu. §. 2.

QVAESTIO XXXVII.

De proceſsionibus quoad præcedentiam, in quatuor articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 *Vtrum proceſsionibus præcedentiæ ſunt licitæ regularibus.*
2 *Quid agendum in proceſsionibus pro controuerſia ſedanda ratione præcedentiæ.*
3 *Quis locus cuicumque Eccleſiaſticorum & regularium in proceſsionibus ſit aſsignandus.*
4 *Vtrum fratres Minores obſeruantiæ debeant fratres Minores conuentuales præcedere.*

ARTICVLVS. I.

Quis locus cuicumque Eccleſiaſticorum, & regularium in proceſsionibus ſit aſsignandus.

1 QVis locus cuicumque Eccleſiaſticorum & regularium in proceſsionibus ſit aſsignandus.

Reſpondeo dicẽdo, quod clerici ſæculares religioſos omnes, & regulares debent præcedere. Ita Ioannes Montanus a Ripa, & Caſſaneus ad hoc aliquos ſacros Canones b allegantes. Probatur etiã per argumentum ab ordine literæ, quod in iure receptũ eſt ſecundum Baldum, c & Nicolaum Euerardum, & videmus titulum ne clerici, vel monachi in corpore Decretalium exiſtentem priori loco clericos, ſecũdo vero monachos apponere, & priori loco in proceſsionibus ſunt apponendi clerici poſtea autem religioſi. Et inter clericos priori loco ſunt conſtituendi canonici Eccleſiarũ Cathedralium, quia dicuntur clerici primi gradus, alij autem aliarum Eccleſiarum dicuntur clerici ſecundi gradus, vt notat Innocentius. d inter alios autem clericos Eccleſiarum inferiorum, qui ſunt dignitatum Eccleſiarum præferuntur, vt pote canonici Eccleſiarum collegiatarum rectoribus ſimplicium Eccleſiarum argumeto aliquorum decretorum: e poſtea vero rectores parrochiales deinde cæteri clerici ſeculares, deinde Canonici regulares Diui Auguſtini debent præcedere fratres Diui Benedicti congregationis Caſsinenſis alias Sanctæ Iuſtinæ de Paula nuncupatis, prout fuit tempore Pij Quarti ventilatum, & tandem obtinuerunt, vt refert Nauarrus, f vbi refert quãdam ſententiam Cardinalium deputatorum ad litem hanc definiendam: refert etiam Bullam Pij Quarti, ſuper hoc editam, quæ incipit, *Sedis Apoſtolicæ prouidentia*, & habetur in bullis, g huius Summi Pontificis. Deinde veniunt Monachi ſancti Benedicti, & poſtea alij monachi. Iuxta antiquiorem inſtitu-

a Mont. in tra de autor. mag. Cõcilij. nu. 84. Ripa. n. 2. reſponſ. ca. 2 n. 19. Caſſan. de glo. mundi. 4. pa. conſid. 51. b c. alia. & in c. legi. 16 q. 1.

c Bald. in l. conuenticulã C. de Epiſcop. & cler. Euerard. in locis legali. cap. 1.

d Innoc. in c. ſedes, de reſcri. & in c. fraternit. de ſepul. e c. licet canon. iunct. c. ſtatutum, de elec. li. 6

f Naua. in c. ſtatuimus. 19. q. 9. n. 4

g Conſt. Pij IIII. conſt. 19. pa. 434.

ſtitutionem. Poſt alios vero veniunt fratres Mendicantes, & religioſi, ordinis Prædicatorum debent præcedere, prout declarauit Pius Quintus: in quadam bulla, *b* quæ incipit: *diuina diſponente clementia*, quæ habetur inter conſtitutiones Pontificales eiuſdem-met Pontificis. Deinde fratres Minores, poſtea Eremitæ Sancti Auguſtini demum Carmelitæ. Et inter illos qui ſunt eiuſdem ordinis, & profeſsionis illi, qui ſunt maiores dignitate debent magis honorari, iuxta ea quæ in iure, *i* & inter æquales gradu, & dignitate antiquiores non ætate: ſed receptione, in Eccleſia, vel monaſterio, vt leges Canonicæ, & Ciuiles nobis inſinuant, ſic enim in iſtis conſideratur antiquitas, vt notat quædam Gloſſa. *l.* Inter omnes autem certum eſt, quod non facta diſtinctione antiquitatis, vel religionis Epiſcopi, & ſuperiores debent primum locum tenere, cum propter ſui eminentiam fratres eos appellet Papa, vt multæ decretales *m* nos docent. Et poſt illos Abbates monaſteriorum, qui etiã propter ſui excellentiam ſub generali appellatione habentium dignitates comprehenduntur, quod docuit Gloſſa, *n* ad quod etiam faciunt tradita per Lappum. *o* Inter Epiſcopos autem antiquiores in promotione præferuntur, vt ſacri Canones *p* determinant, & inter Abbates idem erit ſeruandum ſi ſunt eiuſdem ordinis, ſi vero ſint diuerſæ religionis, tunc qui ſunt antiquiores religionis præferuntur: iuxta ea quæ ſupradicta ſunt, & tradit Gondiſaluus de Villadiego. *q*

h Cõſt. Pij V. 26. p. 583

i c. ſtatuit de maior. & obediẽ. l. 2. ff. de albo ſcriben. Ko. r. de maior. & obedien. l. 2. ff. de albo ſcriben.

l Gloſ. in c. fi. de cõſu. li. 6.

m c. quãgratam de crimin. falſi. c. ſiquis ſuadẽte de pœni. n Gloſ. in c. 2. de præb. li. 6.

o Lappus al legat. 84. p. 17. diſt. § Epiſcopos.

q Villad. de leg. 1. par. q. 7. n. 9. & 10 cum ſeq.

ARTICVLVS II.

Verum in religionibus præcedentiæ ſint licitæ.

REſpondeo dicendo, quod prout conſtat ex dictis in ſuperioribus articulis in religionibus præcedentiæ ſunt licitæ. Cum enim religiones ordines etiã nuncupentur in ipſis omnia ordinata eſſe oportet. Quod inſuper probatur, nam ſicut Deus immenſus ſapientiſsimus, & iuſtiſsimus Angelis dominatur, ita Angeli hominibus, & homines animalibus, anima corpori, Cælum terræ, & ratio appetitibus. Et ſicut vt ait Diuus Gregorius *a*, & tradit Caſſaneus, in Cælorum Hierarchia adſunt Angeli, Archangeli, & alij ſpiritus, qui non ſunt æquales, ſed differunt in gradibus, & dignitatibus, & ſecundum Tirum Linium firmitas fidei eſt ſubijci maioribus, & ſecundum Dionyſium lex æterna naturæ dictat, vt inferiora ſuperioribus obediant: ita ad maiorem concordiam congregationem in terra maxime oportuit, vt eſſet diuerſitas, & maioritas, & quod ſuperiores inferioribus præcedant, & a ipſis reuereantur, prout ex iure colligunt Doctores cõmuniter quos referunt *Boerius*, *b* & Azeuedo. Hunc ordinem in domo Salomonis maxime laudauit Regina Sabba, quæ ordinem officiorum attente conſiderans in maximam admirationem deuenit, prout in libris Regũ *c* refertur, & in præcedentijs, & ſedibus vnicuique debitus honor & dignitas cuiuſcumq; oſtẽditur, prout ex multis iuris canonici, & ciuilis *d* locis colligitur, & tradunt Baldus, Tiraquellus Lara, Azeuedo, & Caſſaneus. Et ita videmus in ciuitatibus bene ordinatis, Correctores ſuperiora quamalij in actibus publicis ſedilia habere. Nec Dominus hũc ſacratum ordinem in Euangelio reprobauit, ſed præcedentias, & maioritates procurare fatuitatem iudicauit dicens. Neſcitis quid petatis. Quas præcedentias in religionibus ſtatutis ordinationibus, & conſuetudinibus approbatas videmus, in quibus particulariter diſcurrere ſuperuacaneum duxi, quia ſecundum Alciatum, e Boerium, & Caſſaneum, non ſunt firmæ fixæ, & certæ prærogatiuæ, in communitatibus, ſed ſecundum temporum varietatem, & perſonarum & regularium præcedentiæ, & maioritates cuicumque deputantur.

a ca. ad hoc vncta gloſ. 89. d. Caſſa. in catalogo gloriæ mũdi. 3. par. per totã 12. par. conſid. 1. cũ multis ſeq.

b l. hono. § gerendorũ ff. de mune. & honorib. l. quisquis in fin. & ibi gl. fin. C. de poſtulan. c. licet. 2. & ibi gloſ. 45. diſt. Boe. in tract. de ordi. graduũ 2. pãr. n. 34. & 61. Piſa. in Curia li. 2. c. 2. in pri. & ibi Azeue. n. 12. li. B ca. eſt ordo 33. q. 5. ac. 18. 9. diſt.

c 3. Reg. 10. d c. cũ olim de conſuet. glo. & Bal. in l. decern. 2. notab. C. de ſacr. ſan. Eccle. Tira. de primog. in præfa. n. 13. Lara. in l. ſiquis à liberis n. 21. ff. de lib. ag noſcend. Azeu. vbi ſ. n. 1. f. 30. & n. 13. fol. 34. Caſſane. in cõſuet. Burgũ. tit. deſin fans rub. 6. § 4. gloſ. en treguens. n. 5.

ARTICVLVS III.

Quid agendum in proceſsionibus pro controuerſia ſedanda ratione præcedentiæ.

REſpondeo dicendo, quod Concilium *a* Tridentinum determinat in hũc modũ dicens controuerſias omnes de præcedantia, quæ perſæpe cum ſcandalo oriuntur inter Eccleſiaſticas perſonas, tam ſeculares, quam regulares, in proceſsionibus publicis, tum in ijs, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & indeferenda vmbella, & alijs ſimilibus, Epiſcopus amota omni

e Alciat. li. 3 diſp. cap. 4. Boerius vbi ſup. 2. pa. c. 45. Caſſan. de glor. mũdi. 1. par. cõſid. 4.

a Conc. Tr. ſeſ. 25. de reg. c. 13.

ta omni appellatione, & non obſtantibus quibuſcumque componat.

Pro cuius decreti explicatione eſt notandum, quod quando oritur aliqua contentio ſuper præcedendo inter aliquos in prouiſo quemadmodum ſæpius contingit, vbi neque locus, neque tempus, longam deliberationem, aut cauſæ cognitionem permittit Epiſcopus in continenti debet iubere partibus ante ſe docere de iure ſuo ſine mora, neque requiritur aliqua tela iudiciaria. Et ratio huius eſt, quia agitur de re quæ non capit dilationem, ſed in breuiſsimo tempore eſt peritura. Pro quo eſt quidam textus *b* ſecundum intellectum gloſſæ, & ibi Bartolus, tenet idem Bartolus, & propter dictam cauſam adhuc non requirũtur exactæ probationes, vt voluit quædam gloſſa. Et vbi alias non poſſet ſic in breui de iure partium conſtare, vt pote quia vna religio dicit de priuilegio, vel conſuetudine debere alij præferri, non tamen tunc dicit debere Epiſcopum illam præferre alteri, quæ de iure communi eſt præferenda, eſt argumentum optimum in quadam decretali *d* in fine eiuſdem & li velit adijcere iſta verba (ſaluo, ſcilicet, iure alterius partis ſi quod in veritate ſibi cõpetit) ſatis eſſet cautũ ne pars altera in tantũ ſcandalizetur. Et vbi ſediciones magnæ, circa hoc oriuntur poſſet Epiſcopus vtroſque contendentes repellere pro illa vice, per ea quæ in ſimili notat Innocentius, *e* & tradit Gondiſaluus de Villadiego. Et hoc modo ſecundum Concilij Tridentini decretum omni appellatione remota, & non obſtantibus quibuſcumque prædictas controuerſias componere Epiſcopus poteſt. Quæ inter regulares vtinam ceſſaſſent, cum non cedant in ædificationem populi, imo in ſcandalum emergant, ita vt petra ſcandali poſsint optimo iure appellari. Vnde in regnis Portugaliæ fratres Minores noſtræ ſacræ religionis Minorum de obſeruantia humilitatem profitentes, vt vere filij humiliſsimi Patris noſtri Franciſci in publicis proceſsionibus ordinatione ſua, & antiqua conſuetudine vltimo loco incedunt, quæ humilitas eſt præclara, & à Deo dilecta virtus præſertim in regularibus, qui ſine illa parum in religione proficiunt argumento eorum quæ in ſacris Canonibus *f* notãtur: glorioſa enim res humilitas quæ ipſa quoque ſuperbia appellari ſe appetit ne vileſcat, vt ait Diuus Bernardus à quadam gloſſa *g* ſingulari relatus. Et certè vellem quod circa hoc fieret in noſtra ſacra religione Minorũ de obſeruantia conſtitutio generalis qua præciperetur, vt hæc laudabilis cõſuetudo in omnibus actibus à nobis fratribus Minoribus obſeruaretur, vt ita nõ ſimus Petra ſcandali in ſimilibus controuerſijs, ſed in reſurrectionem multorum ad imitandum humilitatis exemplum ſimul poſiti vt ſcopus, ſed quia hæc quidem ſupererogationis, & non obligationis ſunt ideo oportet adducere conceſsiones, vt omnis controuerſia & lis amoueantur.

a Glo. in l. vnica, vbi Barto. ff. de glande leg. Bart. in l. ſi prius, circa fin. ff. de noui ope. nũciat.

b glo. in d. l. vnica.

d c. cũ perſonæ de priuil. li. 6.

e Innocen. in c. in præſentia, de probat. Villadiego, de legat. 1. par. q. 7. n. 15.

f c. 1. de pœnit. d. 1.

g Glo. in c. 1. de reli. domib.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fratres minores obſeruantiæ debeant fratres Minores conuentuales præcedere.

REſpondeo dicendo, *quod Leo Decimus ſtatuit quod ne inter fratres Minores obſeruantiæ, & cõuentuales ſuper præcedentia diſſenſio, & contentio oriatur, talis inter eos ordo ſeruetur, videlicet quod in proceſsionibus & funeralibus, ac exequijs, necnon & in alijs actibus publicis in quibus fratres obſeruantes, & conuentuales conuenerint fratres conuentuales fratribus regularis obſeruantiæ locum digniorem relinquere teneantur.* Ita habetur in ordinis ſupplemento. *a Et idem Leo X. declarauit tam fratres minores obſeruantiæ, quam conuentuales, in quibuſcumque proceſsionibus, & alijs actibus publicis, in quibus eos ſimul adeſſe contigerit ſuas cruces poſſe & debere deferre, ita tamen quod ſicut ipſi fratres obſeruantiæ regularis locũ digniorem inter omnes alios fratres dicti ordinis tenere debent, ſic etiam eorum cruces in parte, ſeu loco digniori proceſsionis diferri poſsint, & debeãt,*

a Suppl. fo. 32. conceſ. 113.

ita

ita habetur in eodem libro *b* ſupplementi.

b Suppl. fo. 36. conclus. 111.

Aduertendum tamen, quod Gregorius XIII. anno Domini 1580. ordinauit, vt ſecũdum antiquitatem loci prius in ciuitatibus fundati, & non ſecundum religionis antiquitatem præcederent mendicantes, & alij religioſi, & licet fratres Minores de obſeruantia præcederent fratres conuentuales virtute Bullæ Leonis X. ſuperius allegatæ, tamen

c Capue. tit. proce. 2. to. pa. 333.

ait Capuccinus *c* in additionibus ad compendium mendicantium pẽdere ſub iudice hoc in ciuitate Neapolitana, & in his *Hiſpaniarum* partibus conſtitutionem Gregorianam non video receptam.

QVÆSTIO XXXVIII.

De procuratoribus fratrum in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *VTrum cõuentus ſine prælato poſsit cõtinuare procuratorem pro conſeruatione monaſteriorum ad obligandum monaſterij redditus.*

2 *Quomodo procurator ad cauſas ſit à cõuentu conſtituendus.*

ARTICVLVS I.

Vtrum conuentus ſine prælato poſsit conſtituere procuratorem pro conſeruatione monaſterij ad obligandum monaſterij redditus.

Eſpõdeo dicendo, quod conuentus in his quæ ſeparatim pertinent ad illũ poteſt conſtituere procuratorẽ, ſine conſenſu prælati, vt determinat *a* Innocentius receptus ab omnibus, quia & quælibet pars capituli in his, quæ ipſam ſolum attingunt poteſt conſtituere procuratorem ſecundum Innocentium, *b* imo, & quilibet monachus in his quæ pertinent ad ſe ſolum vt quia eſt ſpoliatus, vel alimenta ſibi denegantur poteſt agere per ſe, & conſtituere procuratorem ſecundum Innocentium *c* & alios, & tradit Nauarrus. Quod probatur nam conuentus eſt aliud à prælato, adeo quod prælatus non eſt proprie de capitulo, neque de conuentu ſecundum gloſſam *d* cõmuniter receptam. Probatur etiam quia conuentus cum vicario qui ſolet appellari ſupprior in monaſterijs, quæ reguntur per priores, & prior clauſtralis in monaſterijs quæ reguntur per Abbates de quo fit in ſacris Canonibus *e* mentio. Cuius officium non vacat per mortem Abbatis, vel prioris, vt determinat ius *f* legitimè poteſt conſtituere procuratorem in his quæ pertinent ad ipſum cõuentum, vt in iure *g* probatur. Nec his obſtat, quod mortuo, vel excommunicato principali prælato vicarius eius etiam ad officium moritur, vel ſuſpenditur, vt in iure *h* videmus deciſum, quia illud verum eſt de vicario generali prælati, qui à ſolo eo recipit iuriſdictionem, non tamen de prædicto priore ſupprior, vel vicario clauſtrali qui non à prælato, ſed à iure recipit iuriſdictionem. Et aduerte, quod ille cui conceditur aliquid, conceſſum videtur id quod ſine illo fieri nequit, vt eſt vulgare in iure, *i* imo quod fieri poteſt ſine illo, ſed non commodè, vt etiam innuunt iura. K Per quæ iura hoc tenet Aretinus, *l* cum ergo conuentui in his quæ pertinent ad eum concedatur facultas conſtituendi procuratorem ſiue ſyndicum, & hoc non poſsit facere ſaltem commodè quia non admitteretur à iudicibus ſine obligatione bonorum ſuorum conſequitur poſſe obligare ſe & ſua bona, vel quatenus pertinent ad illum in conſtitutione ſui procuratoris.

c Inno. in c. cũ. I. & A. ff. de reind. Nau. in ca. non dicatis 12. q. 2.

d Glo. in c. vt ij qui de ætat. & qualit. in v. eiſdem.

e c. cum ad monaſteriũ 6. prior. de ſtat. mona. f Clem. ne in agro. §. ſi quis autem v. Abbate de ſtat. monac.

g d. §. ſiquis autẽ. v. Abbate.

h c. 1. de of. vicarij li. 6.

i L. 2. ff de iuriſd omni. iudic. c. præterea de eſn. lega. K L. pen. ff. de vſufruc. legat. l. quĩcũque. §. ſi ei quẽ advẽdum ff. de inſti. act. l Aretin. in c. de teſtib. col. 3. de re ſub. cogẽd.

m c. 1. de regu. iur.

n c. cũ ſuper de of. dele.

o L. 1. ff. de procu.

a Inno. in c. edoceri. n. 6. de reſcr.

b Inno. vbi ſu. n. 3.

monſtre

monſtretur, & probetur exceptio iuxta quã dam gloſſam *p* cõmuniter receptam, & non demonſtratur prædictam regulam limitari in hoc caſu ſtandum eſt illi in eo. Vnde ſi prouincialis de facto eam reuocaret talis reuocatio ait Nauarrus, *q* quod erit tyrannica, & omni iure reſpuenda iure naturali diuino, & humano nitendo, quando quidem tollitur libertas à iure communi conceſſa.

p L. gloſ. in l. omnis de fiſiri. ff. de reg. iur. & in rub. eod. ti.

q Nau. in ad dit. ad l. 1. cõ ſi ti. de ele. conſi. 12.

Ex his colligitur, quod procurator à ſolo cõuentu creatus poteſt agere illa ad quæ eſt conſtitutus iuxta ea quæ communiter huiuſ modi procuratoribus in iure r tribuuntur.

r In titulis decretaliũ ſexti & Clementi. de procur.

Hæc tamen omnia non habent locum in ſyndico fratrum Minorũ de obſeruantia: ſyndicus enim à prouinciali conſtituitur ad hoc autoritatẽ ã ſede Apoſtolica habente, prout infra in quęſtione de ſyndico dicemus

ARTICVLVS. II.

Quomodo procurator ad cauſas ſit á cõuentu conſtituendus.

REſpõdeo dicendo, quod debet ſono cãpanæ conuocari totus conuentus, & cũ omnes ſimul conuenerint debet prior, vel præſidẽs proponere, & petere ſuffragiũ â quolibet ſuper hac re iuxta quandam *a* legem, & habito conſenſu ipſorum requiritur quod in inſtrumento procurationis exprimãtur nomina ſingulorũ, prout reſoluit Speculator *b*, quem ſequitur Rebuffus, vbi limitat niſi eſſent in cõuentu, quotquot in inſtrumẽto non poſſunt deſcribi, tunc enim in ſyndici conſtitutione ſufficeret dicere cõuentus. Ita in ſimili Ioãnes Faber *c*, quem ſequuntur Alexander, & Rebuffus, qui dicunt hoc non habere locum in alienatione rerum Eccleſiaſticarum.

a L. 2. C de decurioni.

b Specu. ti. de ſyn. Rebuf. in arb. exceſ. in v. ratione ſyndi. in lit 8. in declarat. c Faber. in §. fi. decur. Alex. cõſil. 1. in 4. volu. Rebuf. de alien. rerũ Eccleſ. n. 16

QVÆSTIO XXXIX.

De procuratore fratrum Minorũ regularis obſeruantiæ qui ſyndicus nominatur in quatuor articulos diuiſa.

Circa quam quaruntur quatuor.

1 *QVis poſſit conſtituere hunc procuratorem.*

2 *An ſyndicus fratrum Minorũ ſit procurator fratrum an Sedis Apoſtolicæ.*

3 *Quam autoritatem habeat prædictus ſyndicus.*

4 *Vtrum ſyndicus poſſit retinere eleemoſynas pecuniarias fratrum.*

ARTICVLVS I.

Quis póſſit conſtituere hunc procuratorem.

REſpondeo dicendo, *quod Innocentius IIII. cõceſſit miniſtris fratrum Minorum authoritatem quatenus in prouincijs eis commiſsis per ſe, vel per fratres ſuos quibus id duxerint committendum poſsint conſtituere, vel nominare aliquos viros idoneos Deum timentes, qui ſecundum indigentiam conuentuum ſeu domorum prædictorũ fratrũ poſſint res conceſſas fratribus huiuſmodi authoritate Apoſtolica petere, ac vendere, commutare, alienare tractare, expendere, permutare, & in fratrum vſum conuertere. Conceſsit etiam, quod liceat prædictis miniſtris præfatos viros ſic conſtitutos remouere, aliosque ad prædicta exequenda ſine difficultate aliqua ſubrogare, quoties videbitur opportunum.* Ita habetur in monumentis *a* ordinum.

a In 1. imp. fo. 29. & in 2. fo. 113. cõceſ. 247.

Aduertit Collector *b* priuilegiorum mendicantium, quod poſt declarationem Nicolai Quarti, non poſſunt fratres facere prædictam denominationem, ſed ſecundum determinationem Martini Quarti, quę eſt huiuſmodi.

b Collect. ti. proco. fratrũ ſeu ſyndici.

Martinus Quartus conceſsit generali, & prouincialibus, & cuſtodibus Vniuerſis ordinis fratrum Minorum, quod poſsint nominare aliquas perſonas, quæ non ſint de prædicto ordine

dine, quæ perſonæ ſic nominatæ habeant circa res concernentes ipſos fratres adminiſtrationem legitimam, & generalem, ac liberam. Et decreuit, quod tales perſonæ ſunt vere & legitime adminiſtratores & œconomi, ſyndici, & actores qui res prædictas, & rerum prædictarum pretium nomine Romanæ Eccleſiæ recipiunt, & per eoſdem in fratrum prædictorum vtilitatibus (prout eis licet ex regula, vel declaratione regulæ) conuertant, quando à prædictis miniſtris, vel aliis fratribus de aſſenſu eorumdem miniſtrorum fuerint requiſiti. Et generaliter conceſſit, quod prædictæ perſonæ habeant facultatem procurandi in omnibus cauſis pro rebus & locis ad eccleſiã Romanam ſpectantibus, & ipſorum fratrum vſui conceſſis. Necnõ pro immunitatibus, libertatibus, iuribus, ac priuilegijs eorumdem fratrum, & ſuorum conuentuum, ſeu domorũ. Ita habetur in monumentis d ordinum, quod & Martinus V. poſtea confirmauit. Et ſimiliter Eugenius Quartus.e

c In 1. imp. fo 46. & in 2. fo. 129. cõ ceſ. 90.

d Habetur. in monu. in 1. inter. fol. 38. & in 2. fo. 38. conceſ. 32. pro pe finem.

Aduertendum eſt circa prædictam conceſsionem, quod guardiani etiam cum toto ſuo conuentu non poſſunt prædictos procuratores, vel ſyndicos nominare quia hoc ſolum conceditur miniſtris, & cuſtodibus. Et ſimiliter eſt aduertendum, quod miniſtri ſeu cuſtodes non inſtituunt præfatos procuratores, & ſyndicos, ſed ſimpliciter nominant, & ſic nominati per illos inſtituuntur à Sũmo Pontifice pro procuratoribus & ſyndicis ſuæ ſanctitatis, & Eccleſiæ Romanæ, ad quam pertinent res conceſſæ fratribus, quando dantes non reſeruarunt ſibi dominium, & quando huiuſmodi res ſunt tales, quarum vſum licet fratribus prædictis habere, vnde ſequitur, quod reſpectu rerum in quibus dantes reſeruarunt ſibi dominium, aut quarum vſum non licet, vel aliquando non licuit fratribus habere nihil poſſunt agere procuratores, vel ſyndici.

e In 1. imp. fo. 40. & in 2. fo. 38. cõ ceſ. 42. id ſi.

Aduertendum inſuper, quod guardiani habentes ad id authoritatem à prouincialibus poſſunt ſyndicum inſtituere cum hoc à ſua ſanctitate, non prohibeatur, nam cum dicti prouinciales habeant ad huiuſmodi nominationem authoritatem à prælibato priuilegio perpetuo nemini dubium eſſe debet quod poſsint prædictam poteſtatem alijs delegare, & committere.

Aduertendum etiã, quod ſemper ſyndicus per ſcripturam conſtituitur firmatam ſigno & ſigillo prælati ipſum nominãtis, nec oportet, vt ante publicum notarium detur. Scriptura enim firmata à perſona in dignitate cõſtituta fidem facit. Imo loquendo ſecũdum rigorem ſcriptura in hoc caſu minime deſideratur, ſufficit enim, vt facultas data ſyndico teſtibus probetur. Teſtes enim ſecundũ ius eandem vim habent quam ſcriptura ſortitur. Imo ſi aliqua perſona officium ſyndicatus multis retro annis geſsit, etiam ſi de eius conſtitutione neque per ſcripturam, neque per teſtes conſtiterit, ſufficit ad probationem diuturnitas temporis, in quo prædictum geſsit munus, vt prædicta conſtitutione minime dubitetur iuxta quandam celebrem Baldi f doctrinam, & in proprijs terminis ſyndicatus, ita reſpondet Curtius, g Senior, & tenent multi alij relati per Tiraquellum.

f Bald. cõſi. 287. in primis videndũ lib. 3.

g Curtius Senior cõſi. 77. ſuper motuis Tiraq. de præſcript. 9. 1. gloſ. 4. vi trigeſimo primo.

ARTICVLVS II.

An ſyndicus fratrum Minorum ſit procurator fratrum, an ſedis Apoſtolicæ.

REſpondeo dicẽdo, quod in omnibus religionibus (excepta religione fratrum Minorum de obſeruantia) certum eſt & ab omnibus ſcitum in omnibus cõuẽtibus eſſe quoſdã œconomos, & procuratores poſſeſſiones, & bona tẽporalia adminiſtrantes quibus religioſi aluntur in clauſtro viuẽtes, ſicut in domibus principũ, & dominorũ œconomi cõſtituũtur cũ poteſtate addiſpẽſandũ in tẽporalibus, qui reddunt rationẽ villicationis ſuæ. Et conuentus prædictarũ religionũ, apud quẽ dictorũ bonorũ adminiſtratio, & proprietas in cõmuni poteſt procuratorẽ & œconomũ ad prædicta cõſtituere ne religioſi tẽporalibus & litibus, & negotiationibus implicentur, ſed Deo optimo maximo,

vt co-

vt eorum postulat status vacent. At religio fratrum Minorum, quæ in communi & in particulari est incapax bonorum, & cuius fratres nec per se, neque per interpositam personam possunt recipere denarios, vel pecuniam, non possunt suo nomine constituere syndicum, vel procuratorem, qua ratione attenta fuit sublatus eorum syndicus à Ioanne XXII. quod fuisse optime factum testatur Aluarus. *a*

a Aluarus. li. 2. c. 6.

Sed si constitutio prædicti syndici attente consideretur inueniemus ipsum non constitui ab ipsis fratribus, vt ipsorum procurator & administrator. Cum enim ipsi nec in communi neque in particulari aliquid habere possint euidenter sequitur non posse constituere æconomum qui ipsorum nomine temporalia administret. Deputatur ergo & nominatur ab ipsis authoritate Apostolica, de qua in articulo præcedenti, vt dispensat prædicta bona authoritate Sedis Apostolicæ, cuius sunt bona ipsis fratribus oblata, quare Martinus Quintus approbauit literas Martini Quarti positas in articulo superiori, & fulminauit illas inserendo de verbo ad verbum & concessit Ministris, & custodibus, ac alijs fratribus minoribus, quod literis prædictis ac omnibus in eis contentis libere & licite vti valeant tandiu & quousque per sedem Apostolicam aliud in præmissis eidem ordini vtilius fuerit ordinatum. Non obstante constitutione Ioannis XXII. quæ incipit, ad conditorem, per quã prædictis fratribus ne literis & concessione præfatis sine speciali Sedis Apostolicæ licẽtia vterentur prohibitũ fuerat, ita habetur in libro *b* monumenta ordinũ. Ex his sequitur fratres minores præfatos vtẽdo syndicis nõ deuiari à paupertate stricta, quam Domino promiserunt, imo in eorum vsu profiteri se nihil in hoc mundo habere, cum ipsi syndici, vt procuratores & administratores Sedis Apostolicæ sint deputati, administrant res quibus vtuntur ipsi fratres nomine Sedis Apostolicæ, Cuius prædictæ res sunt imo non vti syndico ad prædicta videtur nõ ita puritati regulæ nostræ cohærere, qua ratione in initio nostræ sacræ religionis cum Pater noster Franciscus adhuc viueret vsus syndici incepit, & Innocentius Quartus contemporaneus Seraphici patris ipsum prędictis fratribus concessit, vt ex eius indulto posito in primo huius quæstionis articulo patet.

b in 1. imp. fol. 38. & in 2 fo. 38. cõc. 42. prope finem.

ARTICVLVS. III.

Quam authoritatem habeat prædictus syndicus.

REspondeo dicendo, quod syndicus fratrũ Minorũ habet autoritatẽ ad recipiendum omnia quæ ipsis fratribus inter viuos & in vltima voluntate relinquũtur tã mobilia, quã immobilia, omnia enim quorum vsus potest fratribus pertinere ad sedẽ Apostolicã quo ad dominiũ, & proprietatẽ spectant cuius nomine ipse syndicus ea recipit. Qui habet etiã authoritatem ad conuertendum prædicta in alia quorum vsus ipsis fratribus est necessarius, & vtilis, quæ etiãsi bona sint immobilia possunt à prædicto syndico vendi & erit venditio valida etiamsi sit facta sine ea solemnitate qua res Ecclesiasticæ iuxta sacros Canones debent alienari, vt tenet Baldus *a* loquendo de bonis oblatis fratribus mendicantibus tempore quo non erant capaces bonorũ immobiliũ, & ea recipiebãt ad statim vendendum & in eorũ vsus cõuertendo. At modo attẽto, quod cõfirmatis præfatorũ fratrũ priuilegijs sunt capaces bonorum in communi, prout determinat Concilium *b* Tridentinum non poterunt, dicti mendicantes ea bona sine solemnitate iuris alienare, vt aduertit Nauarrus. *c* Ex quibus colligitur, quod præfata Baldi doctrina solum potest verificari in bonis immobilibus, quæ fratribus minoribus inter viuos, aut in vltima voluntate dãtur, aut relinquuntur, ea enim syndicus præfatus sine solemnitate iuris potest alienare. Potest etiam ipse syndicus omnia quibus vtuntur fratres nomine sedis Apostolicæ commutare alienare tractare expẽdere, & permutare & in vsum fratrum conuertere, etiamsi sint bona mobilia, vt patet ex concessione Innocentij IIII in primo huius quæstionis articulo relata. Quod verbum alienare cum comprehendat etiam donationem facere, clare innuit posse prædictũ nomine Sedis Apostolicæ extra ordinem aliquam in vtilitatẽ fratrum facere donationem, prout in Primo *d* Tomo late probauimus. Quæ omnia cum fiant autoritate Sedis Apostolicę non derogãt nostrę regulæ puritatẽ, nec propter eãdem causam vendendo syndicus dicta bona, & pretium eorum in vsus fratrum cõuertendo possunt argui de peccato fratres *M*inores quasi per interpositam personam pretium prædictarum

a Bald. in authen. siqua mulie. C. de sacr. san. eccles.

b Conc. Tr. sess. 25. de regul. c. 3.

c Nau. in c. non. dicatis n. 82.

d 1. to. q. 22. a. 6.

rum rerum recipiant, cum ſyndicus non ſit ipſorum fratrum ſed ſedis Apoſtolicæ interpoſita perſona.

Habet etiam ſyndicus authoritatem ad petendum in iudicio nomine Sedis Apoſtolicæ. Pro cuius dicti explicatione eſt notandum quod ſimplex regularis in religionibus bonorum capacibus non eſt perſona legitima contra quã vel pro qua nomine proprio iudiciũ fundari poſsit ſuper iuribus tẽporalibus, quorũ ipſe non eſt capax ſecundum Speculatorem, *e* æquatur enim regularis ſeruo & filio familias in hoc, contra quos vel pro quibus non poteſt fundari iudicium niſi in caſibus â iure expreſsis, vt dicitur in Iure, *f* tum quia nulla alia iura habet neque habere poteſt ipſe monachus, vt ſacri *g* canones & leges imperiales determinarunt, nam per profeſsionem omnia talia iura ante illam ad ipſum pertinentia trãſeunt in monaſterium ſecundum ius, *h* & poſt eã obuenientia acquiruntur illi & nõ ſibi & ita exercitiũ eorum non pertinet ad eum ſed ad monaſteriũ. Cuius etiam nomine non poteſt ſine eiuſdem mandato agere ſecundum Panormitanum *i* Imolam, & Felinum & omnes, etiam pro iniuria ſibi facta, imo eam remittere poteſt monaſterium etiam eo inuito ſecundum Baldum K communiter receptum, nec etiam pro reſtitutione veſtis qua ſpoliatur per quãdam gloſſam *l* cum ibi notatis, nec poteſt acceptare procurationem, nec conſtituere neque ſubſtituere procuratorem ſine licentia ſuperioris, vt dicitur in quadam clementina, *m* neque acceptare executionem teſtamenti licet conſtitui poſsit & deputari executor ante licentiam, vt in iure *n* notatur.

Dixi ſuper temporalibus quorum ipſe non eſt capax, nam poteſt ſuper iure manẽdi in monaſterio, & reſtitutione ad illud & ſuper iure competenti ſibi per profeſsionẽ electionem, vel collationem canonicam vel alio titulo, cuius eſt capax iuxta quãdam decretalem, *o* & agens ſuper iure electionis ſuæ habebit impenſas à monaſterio ſecundum Archidiaconum. *p* à monaſterio, inquam à quo eligitur & non à ſuo ſi ad aliud eligitur ſecundum Felinum, *q* qui ſecutus Imolam ait nõ poſſe agere ſuper iure electionis ad illud monaſterium ſine licẽtia ſuperioris, quod nõ eſt verũ ad literã, nã licet nõ poſsit acceptare electionẽ, vel prouiſionem ſibi factam ſine conſenſu ſuperioris, poſt acceptationẽ tamẽ factã de illius licentia poteſt agere. Siue alia noua, quod ſecundum *r* Nauarrum eſt notandum pro aliquarum *s* decretalium intellectu.

Ex quibus concluditur quod cum ſyndicus Apoſtolicus fratrũ minorum ſit conſtitutus, vt procurator Eccleliæ Romanæ quæ ſibi reſeruauit dominium, & proprietatem iurium, quorum fratres prædicti nec in cõmuni, neque in particulari ſunt capaces poteſt agere in iudicio pro talibus iuribus obtinendis non nomine conuentus quorũ ipſe incommuni eſt incapax, ſed nomine ſedis Apoſtolicæ, cuius ipſe eſt procurator, & ſyndicus prout patet ex dictis. Cũ enim noſtra religio ſit omnino incapax prædictorum iurium non poteſt (ſicut in alijs religionibus bonorum capacibus contingit) nomine ipſius aliquis procurator deputari ad præ dicta iura vendicanda. Et ideo neceſſarium fuit vt Summus Pontifex, qui prædictorũ iurium eſt vere Dominus facultatẽ ſyndico impartiret ad hoc munus exequendum ſicut cõceſsit Martinus IIII. in priuilegio in primo articulo relato in illis verbis, ibi. *Et generaliter cõceßit quod prædictæ perſonæ habeãt facultatẽ procurãdi in omnibus cauſis pro rebus & locis ad eccleſiã Romanã ſpectantibus, & ipſorũ fratrum vſui cõceßis. Necnon pro immunitatibus libertatibus iuribus ac priuilegijs prædictorum fratrum & ſuorum conuentuum ſeu domorum.*

Aduertenda autem maximè ſunt poſtrema huius conceſsionis verba: ſicut enim monaſterium capax bonorum poteſt agere pro iniuria alicui fratri particulari illata prout dictum eſt ſupra, ita etiam videtur quod ſyndicus poteſt agere pro iniuria alicui fratri minori illata, cum enim poſsit agere pro iniuria facta monaſterio & domui ipſorum fratrum videtur, quod etiam poſsit agere pro iniuria illata fratri. Hoc enim indicant prædicta vltima verba vno contextu collocata ibi, *prædictorum fratrum, & ſuorũ conuentuum & domorum*, quæ æqualiter videntur ad omnia ſupra appoſita referri. At videtur Syndicũ ad prædicta authoritatem non habere, ſed tãtũ per officiũ iudicis poſſe ipſos fratres ſatisfactionẽ prædictæ iniuriæ poſtulare, ne alius audeat ſimile crimen patrare, nõ enim ſyndicus eſt datus ab Eccleſia Romana, niſi, vt ipſi fratres à labe proprietatis liberẽtur, & ne per ſe, aut per interpoſitã perſonã circa tẽporalia ſe immergãt

c Specu. de actor. n. 48. & de reo. n. 19. DD. c. cũ dile. de reſcrip.

f Illis nulla l. vix. ff. de iud. l. ſeru. C. eod.

g c. monac. & c. ſi deſta. monac. Auth ingreſsi. C. de ſacro. ſanct. Eccl.

h ca. in præſent. de probat. d. Aut. ingreſsi.

i Pano. Imola. & Felin. & omnes inc. eũ dilecta de reſcr. K Bal. in c. præſ. q. vl. C. de trãſa.

l glo. 2 in c. nõ dicatis. n. 19. q. 17. melem. religioſ. de procurat.

n c. 2. de teſtam. li. 6.

o d. c. cũ dilect. de reſc. p Archi. in c. cũ paſtor. 2. q. 7.

q Felin. vbi ſup. n. 15.

r Nau. in d. c. nõ dicatis n. 64.

s c. quorũd. c. ſi religioſus de elect. li. 6.

& sic tantũ constitutus est pro his rebus ad ministrãdis petẽdis, & exequẽdis, in quibus ipsa sedes Apostolica habet dominiũ & proprietatẽ, & ideo potest agere pro iniuria facta monasterio aut domui præfatorum fratrũ cum Papa dominiũ præfati monasterij aut domus habeat, vt nõ potest agere pro iniuria facta fratri, cũ ipse frater sui honoris sit Dominus & capax, vnde ipse & monasteriũ talẽ iniuriã potest iure optimo sine autoritate præfati syndici remittere. Sed his respõdetur cõcedendo quod monasteriũ, & fratres possunt huiusmodi iniuriã remittere at ipsius vindictã petere in iudicio nõ possunt, & eam syndicis petere cõceditur, cum ad eos pertineat nõ solũ conseruare ea quæ in dominiũ Papæ sunt trãslata, sed etiã ipsos fratres indẽnes conseruare, prout patet ex Bulla Pauli IIII. infra articulo sequenti allegãda. Notãdũ est vltimo, quod licet syndicus possit petere nomine Ecclesiæ Romanæ quodcũque ius ad ordinẽ pertinens nõ tamẽ ipse potest cõueniri in iudicio, vt reus pro aliquo religioso fratri minori qui magnis debitis pecuniarij se innodauit, etiã si nomine sui cõuentus talia debita cõtraxerit cũ Papa nõ constituerit se dominũ totius iuris ordinis minorũ, vt tanquã Dominus sentiret commoda, & incommoda, & posset eius syndicus, ad talia obligari, sed vt subleuaret summã paupertatem quã ipsi fratres numero multi nõ poterant cõmode obseruare, sicut in eorũ regula cõtinetur, si remedio syndici eis nõ succurreretur, prout in superioribus dictum est, bene tamen verum est, quod potest se syndicus obligare in aliquo cõtractu facto in vtilitatẽ cõuentus, & eius obligatio extra & in iudicio valebit. Caueãt tamẽ fratres minores cum sint lapides sanctuarij D.P.N. Francisci ne dispergantur per plateas solicitãtes lites in tribunalibus, ac si essent merẽ seculares: ita vt intelligãt omnes lites pro iuribus fratribus præfatis pertinẽtibus moueri: imo debẽt aduertere syndico, vt quidquid petierit nõ nomine ipsorũ fratrum, sed nomine sedis apostolicę in iudicio petatur. Ex quibus nõ possũt nõ cõdemnare vsum aliquorũ fratrum, qui ita innodãtur solicitudine in petẽdo monasterijs debita in tribunalibus, tã ecclesiasticis, quã secularibus, sicut alij seculares inuoluũtur, nõ considerantes maximè alienũ esse â sua professione & statu in his negotijs implicari, vt patet ex quadã clementina dicẽte, cũq; dicti ordinis professores pro nulla re tẽporali possint iniudicio experiri prædictis fratribꝰ nõ licet, neq, cõpetit, quin potius (cõsiderata sui status puritate) debẽt sibi scire interdictũ quo huiusmodi executionibus & dispositionibꝰ se exponãt. Nec valet dicere, quod syndicꝰ adquẽ actio & solicitatio spectat nõ vult, se his opponere negotijs, nã respõdeo quod si nolit sufficit, quod cõstituat procuratorem qui suo nomine solicitet iudices & causas definire faciat. Sed huic responsioni respõdẽt mihi aliqui fratres dicẽtes, quod procurator cõstitutus à syndico subornatus nõ agens de iure suo, nõ ita postulabit neq; solicitũ se exhibebit sicut oportet, & ita sibi cõpetens ius negligẽtia procuratoris perdetur. At hæc dicẽtes sui status & professionis sunt obliti, cui omne litigiũ in iudicio est prohibitũ, & puritati tuæ regulæ satis dissonũ, cõsiderare enim debẽt, quod si syndicus, & eius procurator in hęc procurãdo fuerint ignaui, propter quod ius ad ipsorũ vsum & sustẽtationẽ naufragiũ patitur, Deus qui pascit aues cœli ipsos, vt filios charissimos sua prouidẽtia sustẽtabit. Et si Deo sic disponẽte aliqua penuria fuerint oppressi meminerint se esse fratres altissimã paupertatẽ professi, cuius altissimę paupertatis filia legitima penuria in temporalibus nuncupatur.

Aduertẽdũ tamẽ, quod semper loquorde nimia solicitudine fratrũ super hoc, nõ tamẽ cõdẽno religiosam, & honestã supplicationẽ exparte fratrũ visitãdo ipsos iudices humiliter eorum officiũ implorando & eorum paupertatem allegando.

ARTICVLVS IIII.

Verum syndicus possit retinere eleemosynas pecuniarias fratrum.

REspondeo dicendo, quod Martinus V. confirmauit constitutiones, quæ vulgariter appellãtur Martinianæ, quas quidã legatus à latere præfati Põtificis ordinauerat in quibus quoad procuratores fratrũ habetur sequens statutum.

Statuimus & ordinamus iuxta declarationẽ Nicolai III. & Clemẽtis V. & Martini IIII. & V. quod quilibet conuentus seu locus habeat suum procuratorem œconomum syndicum, & actorem, cui omnis eleemosyna pecuniaria, & alia quæ ad pecuniam reduci

t Clem exiuit de paradyso deuerbo. significi.

duci poſſunt integraliter dignentur, qui eaſdem diſpenſare debeat legaliter & fideliter pro reparatione cõuentuũ, & locorũ, ac alias quoq; neceſsitates fratrũ pro tempore occurrentes. Et in fra in omnibus quæ vltra hoc magis videntur arctare fratres ſiue ex declaratione Clementis, ſiue quacunque alia declaratione Summorum Pontificum vel aliorũ quorumcunque apoſtolica à nobis autoritate cõmiſſa miſericorditer diſpenſamus, non aſtringentes eos: propterea qui voluerunt prædictas declarationes ſeruare, quin ſuo voto ſatisfacientes ſeruire valeant, & tenere.

Ita habetur in monumentis *a* ordinũ. Confirmatio autem huiuſmodi ſtatuti & conſtitutionis in eodem libro *b* continetur. Circa quam eſt notãdum aliquos affirmare hãc Martini Quinti cõceſsionem à familia Ciſmontana noſtræ ſacræ religionis nõ eſſe receptam, & per conſequens huius familiæ fratres ea minime vti poſſe ad habendũ ſyndicum ad prædicta, & ſic debere ſeruari diſpoſitũ à Nicolao III. & à Clemente V. in ſuis decretalibus, vt in multis capitulis & ordinationibus generalibus noſtræ ſacræ religionis expreſſe præcipitur. Alij diuerſa via gradientes dicunt iã à familia Ciſmontana eſſe receptã, cum in omnibus prouincijs ſyndicus ad recipiẽdum pecunias ſit deputatus, cuius cõſuetudinis teſtis eſt doctiſſimus *d* Corduba, & in ordinationibus generalibus *e* Toletanis, declaratur non eſſe contra regulã prædictorũ fratrum vti ſyndico etiam ad deponendum pecunias ſecundum Martini V. conſtitutionem.

Sed reſtat reſoluere. Vtrũ vti ſyndico ad recipiendũ pecunias ſit ſecundũ prædictã regulam, an vero per viam diſpẽſationis ſit in religione introductum. Speculum fratrũ minorum & autor compẽdij dicunt eſſe diſpenſationem. *g* Corduba ſentit eſſe diſpẽſationem & relaxationẽ reſpectu trium. Mihi in hac parte videtur dicẽdũ quod quãdo deponitur pecunia apud ſyndicũ ad prouidendũ neceſsitatibus præſentibus & eminẽtibus cõuentus, aut alicuius fratris particularis ſine diſpenſatione & regulæ relaxatione agitur. Pecunia enim prædicta in nomine dantis apponitur, qui prædictis neceſsitatibus prouidet ſecundũ declarationẽ Nicolai III. & ſyndicus apponitur & conſtituitur à Papa, vtquæ dã generalis perſona quæ nomine dãtis prædictã pecuniã conſumat, inquo exonerat ipſum dantẽ ab inquiſitione alicuius perſonæ. Cui talis pecunia ſuo nomine cõſeruanda tradatur, dãtes enim eleemoſynã facientes dictis fratribus nolunt perſonã quærere dicẽtes eos ſatisfacere eleemoſynã largiẽdo, & nõ intelligentes regulã prædictorũ fratrũ ad eos inquiſitionem prædictæ perſonæ remittũt. Et hoc voluerũt dicere ordinationes generales *b* Toletanæ. Hoc autẽ vt dictũ eſt ſine aliqua diſpẽſatione ad prædictã regulã fit cũ prædictus ſyndicus in nomine dãtis prædictã pecuniã teneat & recipiat, & conſumat, vnde fallitur Corduba *i* dicẽdo quod pecunia apud ſyndicũ depoſita non eſt dantis, ſed ſedis apoſtolicæ, cuius eſt ipſe ſyndicus, & per conſequens, quod dans eam minime poterit repetere, nam cõtrariũ eſt dicendũ quod, ſcilicet, ſyndicus eã nomine dantis accepit & ipſius dãtis vſque ad conſumptionẽ perſeuerat quoad dominiũ & proprietatẽ qui antequã conſumetur poterit eã toties quoties voluerit repetere. Verũ eſt tamẽ quod opinio Cordubæ hodie admittẽda eſt ſiquidẽ in conſtitutionibus generalibus noſtræ ſacræ religionis factis in capitulo generali facto Romæ anno Dñi milleſimo ſexageſimo, dicitur in hunc modũ. *Declaratur iuxta ſancita per Dños P P. Martinũ V. & Piũ IIII. quod dominiũ pecuniæ licito modo oblatæ pro fratrũ neceſsitatibus ad ſedẽ apoſtolicã ſpectat*, circa quã declaratione aduertẽdũ, quod in ea eſt error impreſſorum, vbi enim dicitur Pius IIII: debet dici Paulus IIII. Cuius conſtitutionẽ ſtatim referam quia non extat in libris ordinis.

Paulus Papa IIII. ad perpetuam rei memoriã.

Ex clementi Sedis Apoſtolicæ prouiſione necnon perſonarum Deo deuotarũ profectu ſub regulari caſtimonia Domino militantiũ pia deuotione prouenire dignoſcitur, & Romanus Põtifex quandoq; per prædeceſſores ſuos Romanos Põtifices, pro religionis conſeruatione, & augmento, ac perſonarum earumdẽ quiete & commodo, conceſſa,

a in 1. impr. fol. 233. tra. 3.
b f. 38. & in 2. imp. f. 36. conceſ. 41.
c exijt. de verb. ſigni. clem. exiu. eod. tit.
d Cordu. ſuper. reg. fra min. c. 4. q. 16.
e ord. Tol. ti. de ſynd.
ſpecul. fol. 8. auctor cõpendij mendicã. tit. procurator.
g Cord. ſup reg. c. 4. q. 16. in 4. puncto.
hord. Tole. ti. de ſynd.
i Cord. vbi ſup. q. 16. in 4. quæct.

approbet,& innouet,approbata,& innouata Apoſtolica authoritate cõmuniat,vt ea firmiora perſiſtant, quo ſæpius fuerint eiuſdẽ ſedis autoritate circũſulta. Sane pro parte dilectiſilij Clemẽtis de Monelia Miniſtri Generalis fratrũ minorũ regularis obſeruantiæ nobis nuper exhibita petitio cõtinebat, Quod quum inter operarios qui ad excolendam vineam Domini Sabbaoth (Dei gratia) ordo ipſe magnos probitatis, & doctrinæ, ac animarũ ſalutis fructus ſemper olim attulerit, & quotidie afferre conetur,ac exinde pro ſuis ſanctis ſtudijs honeſtiſq; laboribus, pro que ſalute animarũ ab apoſtolica ſede cuius continue pacẽ & dignitatẽ ordo idẽ fortiter tutatus eſt,tã ſpiritualia quã tẽporalia ſubſidia ornamẽtaq; ac ceperit & accipiat, quibus & ſancta ſua officia,ac vitã ſuã regularem, facilius atq; expeditius exequi,& trãſigere poſſint,& cæteræ religioſæ perſonæ ordiniſq; alij exẽplo ipſorũ prõptiores, alacrioreſq; ad ſua officia perſoluenda reddantur. Quumq; etiam ex ipſius ſedis prouiſione ac benigna dignatione prouenire dignoſcatur: vt Romanus Põtifex quandoq; prædeceſſorũ ſuorum Romanorũ Pontificũ geſta innouet,ac innouationẽ,& reuocationem reſtauret,& apoſtolica autoritate innouata, & reſtaurata muniat,& fulciat, ac in priſtinum ſtatum reponat & reducat,& propterea nõnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri nonnullas gratias conceſſiones,indulgentias,peccatorum remiſſiones,abſolutiones, & plenarias libertates, prærogatiuas, fauores,immunitates,exẽptiones, declarationes,facultates,ac omnia, & ſingula priuilegia & indulta tam ſpiritualia quã tẽporalia,& per ſolã ſignaturã, aut per oracula viuæ vocis,vel alias etiã contra apoſtatas,tã pro foro conſciẽtiæ quã pro foro fori,tam prædictis fratrũ minorũ,quã ſanctæ Claræ, ac tertio de pœnitẽtia nuncupato ordinibus illorumq; ſuperioribus fratribus monialibus,& ſororibus, ac vtriuſque ſexus perſonis,& monaſterijs,domibus eccleſijs,& locis quibuſcunq; dictorũ ordinum,nunc & pro tempore exiſtentibus in genere,vel in ſpecie etiã per modum cõmunicationis ſiue extenſionis priuilegiorũ inter ſe,ac etiã cũ illis quibuſcunq; ordinibus mẽdicantibus,& nõ mẽdicantibus & fœlicis recordationis Gregorius IX. Bonifacius VIII. Alexãder IIII. Nicolaus III. Clemẽs V. Eugenius etiã IIII. Leo X. Clemens VII. Paulus ſimiliter III. Iulius etiã III. ac alij Romani Põtifices prædeceſſores noſtri,& ſedes apoſtolica tã ſuper exemptionibus etiã ab ordinariorũ locorũ & legatorũ etiã delatere,ac hæreticæ prauitatis inquiſitorũ,iuriſdictione,viſitatione,& correctione,quã etiã ab omni impoſitione,collecta,decima,ſubſidio, quarta & quinta ſuneraliũ & legatorũ partibus pedagijs & gabellis ac alio quocunque grauamine per ſedem eandem pro tempore impoſitis,cõceſſerint. Ac piæ memoriæ Martinus Quartus etiam prædeceſſor noſter,qui conſiderans quod fratres Ordinis Minorum Regularis Obſeruantiæ, huiuſmodi, pro nulla re temporali,

iuxta

iuxta eorumdem profeſſionem, & regularia inſtituta poſſunt in iudicio experiri, vt excluſis quibuſcumque ſolicitudinibus liberius, & quietius diuinis poſſent vacare obſequijs, & offerentium donantium, & concedentium, aut in vltima voluntate relinquentium ordini fratrum minorum, vel illius fratribus prædictis aliquid propter Deum, pia intentio non fraudaretur. Ac hæredum & executorum negligentijs obuiari poſſet. Ac vt ipſi fratres ſecundum modos licitos, & congruos, ipſi ordini relictis ſibi in teſtamentis non fraudarentur, inter alia quæ diſpoſuit, quod Generales & Prouinciales miniſtri, ac cuſtodes vniuerſi pro tempore ipſius ordinis fratrum minorum poſſent nominare ſpeciales perſonas, quæ non eſſent de dicto ordine, pro locorum indigentia ſingulorũ quas perſonas taliter per ipſos nominatas pro tempore, in ijs adminiſtrationem legitimam, & generalem & liberam genere, & ipſos veros, & legitimos adminiſtratores œconomos, ſyndicos, & actores eſſe, & de plenitudine poteſtatis conſtituendo, autoritate Apoſtolica decreuit. Quibus ipſas, & rerum prædictarum precium, & prædictas eleemoſynas nomine Romanæ Eccleſiæ (ad quam, rerum mobilium, & immobilium, quibus fratres vti poſſunt, ius, proprietas, & dominium nullo medio ſpectat) reciperent per eoſdem in fratrũ ipſorum vtilitates, prout eis licet ex regula vel declaratione regulæ, conuertenda, ſicut & quando generalibus & Prouincialibus miniſtris & cuſtodibus prædictis & eorum ſingulis pro tempore, in Prouincia vel cuſtodia ſiue decreta, vel ab eiſdem fratribus de aſſenſu eorum, extitiſſent requiſiti, ac eædem perſonæ petendi exigendi, recipiendi, alienandi prædicta tranſigendi quoque & paciſcendi, conueniendi, cõpromittendi, remittendi, refutandi quitationem faciendi, agendi defendendi, ac in animas eorum de calumnia & veritate dicẽda iurandi, & cuiuſlibet alterius generis iuramentum præſtandi, cũ illis & cõtra illos qui huiuſmodi res mobiles vel immobiles, aut preciũ earum vel relictas eleemoſynas fratribus in teſtamentis, aut alias eis donatas & conceſſas occuparent, aut violenter auferrent, ſiue contra voluntatem fratrum quomodolibet retinerent. Et generaliter in omnibus cauſis pro rebus & locis huiuſmodi ad ipſam Eccleſiam ſpectantibus ipſorum fratrum vſui conceſſis, necnon pro immunitatibus libertatibus iuribus & priuilegijs, ac indulgentijs eorundem ſine cuiuſlibet ſatiſdationis & cautionis onere, plenam generalem & liberam habeant authoritatem perfecta authoritate Apoſtolica in iudicio & extra illud, poteſtatem concedimus. Reuocandi quoque perſonas eaſdem & earum quamlibet, ac alias ſubrogandi vel nominandi per ſupradictum modum nominationis quoties opportunum fuerit quæ eamdem in prædictis vel ſimilem habeant poteſtatem plenam & liberã etiam generali, ac prouincialibus miniſtris, ac cuſtodibus. Huiuſmodi, & eorum ſingulis, vt præfertur eadem au-

thorit ate, facultatem etiam concedimus. Nec propter præmiſſa fratres minores huiuſmodi cõtra regulam ſancti Franciſci quam profeßi ſunt & profitentur in futurum, ſiue contra ſtatuta regularia ſui ordinis huiuſmodi in aliquo facere nec feciſſe, imo cum illius obſeruatione quo ad hoc, & pura, & ſana cõſciẽtia, ſine alicuius ſcrupulo vixiſſe eatenus, & in poſterum viuere, & ſic per quoſcumque iudices, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & authoritate iudicari & diffiniri debere. Irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus, & inſuper, vt pro tẽpore deputatos confeſſores fratres ordinis Minorũ obſer. huiuſmodi omniũ quarumcũque diœceſum vtriuſque ſexus fideliũ ad eos protẽpore recurrentiũ confeßiones audire, eoſque etiã in caſibus & cenſuris quibus eis per priuilegia Sedis Apoſtolicæ etiã Minimorum per modũ cõmunicationis extenſionii quorũcunque ordinũ etiã hactenus conceßũ eſt, poſſe abſoluere, & ſinguli ordines etiã Minimorũ (quorũ priuilegia eidem ordini Minorum ſunt communicata, & extenſa (abſoluere conſuerunt, abſoluendi, ac pœnitentiam ſalutarem iniungendi, & omni tempore præterquam in die Reſurrectionis Dominicæ Sacramentum Euchariſtiæ tam illis, quam aliis quibuſuis perſonis miniſtrandi Apoſtolica author. prędicta, indulgemus, ac de nouo concedimus in omnibus, & per omnia. Ita quod ordinis ſuperiores fratres Moniales ſorores, perſonæ monaſteria, domus Eccleſiæ & loca prædicta illis tam in genere quam in ſpecie conceßis, vt præfertur, vti, poterunt, & gaudere poſſint & debeant. Ac abipſis inquiſitoribus impoſitionibus grauaminibus oneribus decimis quarta, & quinta etiã funeralium & aliorũ, quorumcumque eis legatorum & oblatorum, ac conceßorum pro tempore, necnon pedagijs & gabellis, ac omnibus & ſingulis aliis ſupradictis, libera penitus, immunia & exempta autoritate Apoſtolica, & tenore prædictis etiã concedimus & indulgemus & ſtatuimus & ordinamus, Et nihilominus venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Rothomagenſi, & Epiſcopo Conchenſi, ac dilecto filio curiæ cauſarum camerę Apoſtolicæ auditori per præſentes literas committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo vel vnus eorum per ſe vel per alium ſeu alios faciant authoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta quæcumque plenum effectum ſortiri, illiſque omnes quos concernunt pacifice frui, & gaudere. Non permittentes quemquam deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoſlibet, & rebelles, etiam per quaſcumque (de quibus eis videbitur) cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, ac opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita, cõpeſcendo: Ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceßibus etiam

itera-

Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Dum considera-mus assiduos labores, & vigilias quos dilecti filij Syndici, & procuratores domorum & monasteriorum fratrum Minorum Sancti Francisci regularis obseruantiæ, & Monialium Sanctæ Claræ conceptionis & Annunciationis ordinum & sororum tertiæ regulæ Sancti Francisci sustinere non cessat, merito nos obligant, vt animarum suarum saluti consulamus ipsosque á quibusuis molestijs & iniurijs sibi, pro tempore illatis quantum, cum Deo possumus releuamus id circo vni Syndico, & procuratori huiusmodi cum illius vxore, & liberis præsenti & futuro singulæ domui & monasterio prædictis pro tempore seruientibus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus ipsi & eorum quilibet omnibus, & singulis indulgentijs & peccatorum remissionibus fauoribus & gratijs quibus fratres ordinis obseruantiæ prædictorum vtũtur potiuntur & gaudent, seu vti potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum vti potiri & gaudere possint, & valeant, & insuper quibusuis causis & rebus, ipsos syndicum, & procuratorem concernentibus, ciuilibus, criminalibus, & mixtis non nisi coram iudicibus conseruatoribus domorum illarum, quarum ipse Syndicus, & procurator fuerit de iustitia respondere teneatur authoritate Apostolica concedimus, & indulgemus inhibendo, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna vniuersis, & singulis iudicibus commissarijs Ecclesiasticis & sæcularibus quacumque authoritate fungentibus, nec de causis contra dictos Syndicos, & procuratores motis & mouendis directe, vel indirecte, quouis quæsito colore sub prætextu se intromittere quomodolibet de cætero audeant, vel præsumere decernant, vel præsumant decernere quoscumque processus contradictos Syndicos & procuratores, per alios quam dictos conseruatores in causis dumtaxat contra eos motis, & mouendis habendos, & sententias faciendas nullos, & inualidos nullius que roboris, vel momẽti fuisse & esse, ac irritum, & inane si secus super his á quocunq; quauis authoritate scienter vel ignoranter contigeritat tentari non obstantibus præmissis ac cõstitutionibus ordinationibus Apostolicis nec nõ ordinũ prædictorũ iuramẽto, aut cõfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus cæterisque contrarijs quibuscumque: volumus autem, quod præsentium transumptis manu publici notarij suscriptis (& sigillo alicuius Episcopi, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ

eadem

eadem prorſus fides, tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ſi præſentes originales literæ eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris die XVI. Aprilis M.D.XXVI. Pontificatus noſtri anno tertio.

Hoc priuilegium non adplenum refertur in compendio *a* mendicantium.

aComp ēd. mēd ti. pro curator ſeu Synd. §. 13.

Circa quam magnam conceſsionem eſt notandum nihil debere dubitari de voluntate Domini Papæ, cum ex prædicto breui ſatis conſtet, de poteſtate tamen ad hoc ordinandum inquirere debemus, ad quod primo dicimus ſatis etiam nobis de poteſtate conſtare cum videamus Summum Pontificem, prædictas perſonas à poteſtate laica exemiſſe, & vt hoc euidentius rationibus iuridicis pateat. Primo notandum eſt ſatis eſſe aliquid eſſe vno tantum nomine ſpirituale, imo & ſpirituali annexum, quod non ſubſit poteſtati Laicæ, ſed ſoli Eccleſiaſticæ, vnde ſtatutum Baſilij de non alienandis prædijs ruſticis, vel vrbanis miniſterijs, & ornamentis Eccleſiarum, illa reprobatum fuit potiſsima ratione, quod authoritate non fuit Romani Pontificis roboratum, prout Innocentius *b* III. determinat. Cauſa etiam iuris patronatus coram iudice Eccleſiaſtico definitur, quia eſt quid ſpiritualibus annexum vt Alexander Tertius *c* determinauit. Et ita nimirum ſi Summus Pontifex Laicis prædictam exemptionem concedat, licet enim ſint laici, quodam modo tamen ſpiritualibus ſunt annexi, cum ſint à ſua Sanctitate deputati pro ſeruitio fratrum, & nomine ipſius ſint conſtituti, tamquā procuratores rerum & iurium Eccleſiæ Romanæ, quorum ipſi fratres habent vſum fructum, & ſicut, quæ religioſis adhærent res religioſa ſunt, vt dicitur in iure *d*, & ex tali cohærentia ſuam deſumunt naturam argumento cuiuſdam decretalis *e*, ideo nimirum ſi Syndici fratrum *M*inorum religioſis adhærentes naturam religioſorum ſortiantur, & immediatè ſuæ ſanctitati ſubdantur quo ad omnia, ſicut ipſi religioſi ſubduntur, & non poſsint conueniri pro criminalibus, & ciuilibus, niſi à conſeruatore

bc. Eccleſia de conſt.

cca. quanto de iud.

dL. quæ religioſiſſ de reiuindicat. cc. ſuper eo de parroch.

a ſua Sanctitate deputato. Et confirmatur ex his quæ tradit Nauarrus *f* concedens, quod attento iure diuino ſolo, etiamſi clerici cum conueniuntur, vt homines vel ciues, hoc eſt ſuper his, quæ ſunt eis communia cum alijs hominibus etiam non Chriſtianis poſsint conueniri, coram iudice laico ſed quod iure humano inducta ſit hæc diuerſitas, per quam non omnes Chriſtiani, ſed ſoli clerici, & monachi ſunt exempti à poteſtate laica, & quo ad ea, quæ illis ſunt communia cum eis, qui non ſunt Chriſtiani puta temporalia, & id quidem ob multas, & iuſtas cauſas ob quas merito eximi potuerunt etiam à ſolo *S*ummo Pontifice perpendenti id conuenire regimini & ſaluti animarum fidelium ob varios reſpectus. Hæc Nauarrus. Ex qua Nauarri doctrina colligitur, quod Pontifex propter iuſtos reſpectus poteſt in prædictis caſibus eximere à poteſtate laica, aliquos Laicos, & conſequenter potuit eximere Syndicos fratrum Minorum cum ad id faciendum iuſti ſatis adſint reſpectus, quorum præcipuus eſt ipſos Syndicos in adminiſtratione Syndicatus vicem Summi Pontificis gerere, eiusque eſſe æconomos, & procuratores. Et ſic videmus Pontificio diplomate familiares Sancti offici in prædictis caſibus à poteſtate ſeculari eſſe exemptos, tum quia huic ſancto tribunali inſeruiunt, tum quia ipſi ſunt ſerui *D*omini Papæ cuius nomine, & authoritate hoc ſanctum tribunal eſt ordinatum, & conſtitutum. Denique confirmatur noſtra ſententia, nam licet poteſtas Eccleſiaſtica ſuprema ſit ſpiritualis data à Chriſto Domino ad regendum, & dirigendum homines ad finem ſupernaturalem ſupremum, indirecte ſiue in ordine ad ſupernaturalia habet ampliſsimam poteſtatem ſupra omnem temporalem, qua vti poteſt quando, & quantum neceſſe eſt ad finem ſupernaturalem, vt oſtendit doctiſsimus Franciſcus à Victoria *g*, & prædictæ conceſsiones ad finem ſupernaturalem videntur ordinari, cum in fauorem religionis ſint factę quæ ſine Syndico non poteſt conſeruari, vt ex ſuperioribus latè patet.

fNaua. inc. nouiinde iu dic. not. §n. 29.

gVictor. de poteſ. eccl. q. 5. verſ 8. propoſitio.

Denique hoc in terminis tenēt multi Doctores dicentes, quod vernaculi familiares, cōmenſales ſerui, & domeſtici clericorum gaudent priuilegio fori etiam ſi ſint Laici,

& debent conueniri, coram iudice Eccleſiaſtico ſecundum Gloſſam & Doctores relatos à Maranta *h*, & tradunt Baldus Barbatia Felinus, Tiberius Decianus, optime Calcaneus, pro quo facit quoddam Decretum *i*, & tradunt etiam Folerius *k* Crotus & Angelus. Quod ipſi extẽderũt, vt procederet etiam ſi præfati ſeruieſſent infideles, & quales dicantur vernaculi ſcribunt Lucas *l* de Pena Gregorius Lopez Auendañus Ferdinandus Bonier Auguſtinus Beroius Mandoſius & *M*aſcardus. At Capicius *m* reſtringit hoc priuilegium ad vernaculos Epiſcoporum, & dicit communem opinionem Ioannes de Monte ſperelo *n*, inter conſilia Calcanei Abbas Iulius, & Farinacius.

Quod confirmatur, nam illi qui adminiſtant bona Eccleſiaſtica, & bona perſonarum Eccleſiaſticarum habitando in ſuis domibus, & hæreditatibus ſunt exempti, ab aliquibus tributis, vt colligitur ex iure, & tradunt Lucas *o* de Pena Bartolus Mauricius Dueñas Gregorius Lopez Rolandus a Valle Platea, & Tiberius Decianus: *Ex* quibus remanet ſatis perſpicuum, quam cõformis ſit iuri communi conceſsio Clemẽtis VII. pro *S*yndicis data vt ipſi in ciuilibus, & Criminalibus ſint à poteſtate ſeculari exempti.

h Maran. de ordin. iudi. 4. pa. dif. n. 2. Hipolit. cõſi. 67. n. 60. Bald. & doct. inl. 2. C. de epi. & cle. Barbac. inc. 2. & ibi Feli. n. 2 de for. cõp. de cian. cõſ. 70 ic. ecle. ſeruos. 12 q. 2.

k Foler. in conſ. de per ſo. cle. n. 13, fo. 41. Cro. cõſ. 363. n. 19. li. 3. Angel. in l. vlt. de ſepulch. violat. & in l. 1 ff. adle. iuli, mai.

i Luc. de pe na in Ru. c. de domeſt. in fin. li. 12. Gre. in li. 6, tit. 33. par. 7. Auen. v. viuir Bonier. in l. 1. v. fami. C. de p. & cle. Be. q. 35. per totũ Man. in re. Cãce. q. 10 Maſcar. de prob. 2. to. con. 755.

m Cap. deciſ. 12. n. 1 & 2.

n Sper. cõſi. 72. Abbas in c. 2. nu. 6 de for. cõp, Cla. in prac. q. 35. verſic. Nũquid v. familiares. Farinatius ẽ crim. tit. de inquiſi. q. 8 n. 46. de or. arch.

o Luc. de pena inl. 2 verſic. hæc facit C. de nauib. nõ excuſ. li. 11. Bart. in l. 1. C. de epiſc. & cleric. Maur. in l. vn. C. quoloco mul. mũd. ſub debit. l. 10. pa. 46. Duen. in reg. 100. amp. 2. Greg. in l. 51. v. que morã cõ el los tit. 6. par. 1. Rol. con. 61. n. 4. vol. 4, Platea in l. ſenatorũ n. 3. C. de dign. l. 12 Decianus vbi. ſu. tit. 1. l. 4. c. 9. n. 18.

QVÆSTIO. XLI.

De procuratoribus quo ad perſonas potentes hoc munus exequi in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Quæ ſit differentia inter Syndicũ & procuratorem.*

2 *Vtrum religioſi poſsint eſſe procuratores ſine ſui prælati licentia.*

3 *Vtrum procurator conſtitutus ad petendũ debita expiret per profeßionem in religione.*

ARTICVLVS. I.

Quæ ſit differentia inter Syndicum & procuratorem.

REſpondeo dicendo, quod procurator large, & ſecundum Canones dicitur omnis adminiſtrator, vt patet ex iure *a*, ſed ſecundum Leges *b*, & Canones proprie procurator eſt, qui aliena negotia mãdato ſibi à domino facto gerẽda gratuite ſuſcipit plura vel vnũ & dicitur mãdato â domino, ad excludẽdũ tutorẽ, vel curatorẽ collegia & prælatos eccleſiæ qui procuratorem non poſſunt conſtituere ſed actorem, vel Syndicum, qui inſtituitur ab vniuerſitate, vel à non vero domino, vnde Syndicus fratrum Minorum proprius debet nominari, & appellari procurator, ipſe enim non inſtituitur à conuentu, & ab vniuerſitate, neque â patribus generalibus, aut Prouincialibus ipſius vniuerſitatis, & congregationis ab ipſis enim nominantur, ſed inſtituitur à vero domino, qui eſt Papa prout dictum in articulo primo quæſtionis præcedentis. Ipſe enim eſt dominus omniũ quorum vſum habet religio fratrum Minorum. Verum eſt tamen, quod ea parte qua eſt defenſor fratrum, & eorum immunitates, & priuilegia facit via iuridica, vt actor obſeruari Syndicus optimo iure num cupatur, & ſic dicit Archadius *b* defenſores quoque ciuitatum quos Græci *Syndicos* appellant, &c. Dixi gratuite quia ſi interuenit merces locator eſt operum, & ex eo quod Syndicus fratrum Minorum habet magna priuilegia apoſtolica, & regalia non poſſumus ipſum ratione ipſorum priuilegiorum locatorem appellare. Hæc enim non illi conceduntur tamquã precium laboris, ſed vt quædam remuneratio gratuita ipſi â Summo Pontifice, & à Regibus factatã quam à patribus huius fraternitatis.

a c. Saluator 1. q. 3.

b l. 3 §. neg. de neg. geſ.

b l. ſi. defenſores ff. de mun. & honorib.

ARTICVLVS II.

Vtrum religioſi poſsint eſſe procuratores ſine ſui prælati licentia.

REſpondeo dicendo, quod videtur ipſos religioſos poſſe fieri procuratores ſine ſui prælati licentia. Cum filius fami-

familias in poteſtate patris exiſtens non ſolum ad negotia ſed etiam ad iudicia abſque patris aſſenſu poſsit fieri procurator prout Bonifacius a Octauus determinauit,

Ac Clemens b V. ordinauit contrarium in religioſis dicens, religioſus procurator etiam ſi per alium religioſum ſui vel alterius monaſterij fuerit conſtitutus, ſicut non poteſt ſine ſui ſuperioris licentia procurationis officium ſuſcipere, niſi pro ſuo in eademque lite conſorte, ita non poteſt alium procuratorem conſtituere ſeu ſubſtituere, etiam ſi per conſtituentem hoc ſibi expreſſe fuerit cõmiſſum. Ex qua decretali colligitur quod regularis non poteſt eſſe procurator, niſi in caſu ſui monaſterij iubente prælato. Quod in fratribus minoribus regularis obſeruantiæ etiam iubẽte prælato locum non habet cum ipſi, prout ſacri c canones determinãt, non poſsint aliquẽ in iudicio conuenire, neque ſuo nomine, neq; alieno. Vnde fratres minores nomine ſyndici Apoſtolici non poſſunt aliquid petere in iudicio, propter incapacitatem enim eorum cõparendi in iudicio ſyndicus â ſede Apoſtolica conſtituitur.

a c. qui generaliter §. 1. de procurat. lib 6.

b Clem. rell. de procur.

c ca. e xiji d verb. ſignif. Clemẽs exiuit cod. titu.

ARTICVLVS III

Vtrum procurator conſtitutus ad petẽdum debita expiret per profeſſionẽ in religione.

REſpondeo dicendo, quod ſi aliquis ſit conſtitutus procurator, & habet mandatum ab aliquo creditore, ad conueniendum debitorem eo ipſo, quod monaſterium ingreditur & profitetur mandatum expirat. Primo quia cum ſit factus religioſus ſicut nõ poteſt officium procurationis ſuſcipere, ita ipſum retinere prohibetur. Tum etiam quia &ſi monachus quoad animam & ſalutem meliorem conditionem ſuam fecerit, vt dicitur in iure, *a* & ſequenter ei recte ſolui videatur iuxta quandam *b* legẽ. Cum tamen in monaſterium ingreditur in Abbatis poteſtatem tranſit, vt notat quædam gloſſa, *c* & conſequenter quoad creditorem redditur deterior exactio, efficitur nãq; in exigendo creditoris deterior cõditio, & hoc ſpectãdũeſt. Vnde merito lex reuocat mãdatũ deſoluendo ex præſumpta voluntate creditoris, vt eſt quidam textus *b* vbi Iaſon, Aretinus, Bartolus. Cumanus, & Imola. Et Angelus ſubijcit non aduerſari huic ſententiæ quandam legẽ determinantẽ per religionem procuratorũ poſſe mutari, quia vt poſt Angelum ait Beneuetus eloquitur de mutatione facti nõ iuris cum ipſo iure mutatio ſit perfecta per dictum ingreſſum religionis.

a l. Deo nobis C. de ſacroſanct. eccleſ

b l. cum quita. §. ſi titi. ff. de verbo. oblig.

c gloſ. in lex cauſ. §. Papinianus. ff. de mino.

d l. cũ qui ff. de ſoluẽd vbi Iaſ. Aretin. &c.

e Beneuetus de adiect. 5. dar. n. 121.

QVÆSTIO XLII.

De protectoribus ordinum in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Quam authoritatem habeat protector in ordine minorum.*

2 *Vtrum protector habeat iuriſdictionem in moniales ordinis.*

ARTICVLVS I.

Quam authoritatem habeat protector in ordine minorum.

a reg. B. F. c.

REſpondeo dicendo, quod in a regula Seraphici patris noſtri Franciſci habetur in hunc modum. *At per obedientiam iniũgo miniſtris, vt petant à Domino Papa vnum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem qui ſit gubernator corrector & protector huius fraternitatis, vt ſemper ſint ſubditi & ſubiecti Eccleſiæ Romanæ, &c.* Quod miniſterium (vt aſſerunt) fœlicis recordationis Dominus Papa Gregorius IX. in minori adhuc officio conſtitutus primus ad ipſum poſtulatus aſſumpſit. Quod liberaliſsimæ charitatis, non vendicatione ordinariæ poteſtatis curam egit, quia (vt Hugo *b* ait in expoſitione regulæ fratrum minorũ) vt pater pijſsimus filios gubernans neceſſariaeis

b ſuper regl fr. mino. ca 12. habetur in monum. ordin. tract. 2. fo. 76. p. 2

ſuggerendo procurando, paterniſque ſiquã do deficerent correctionibus & increpationibus corrigens ab aduerſarijs viriliter protegebat, nihil in his omnibus inpræiudiciũ ordinis vel obedientiæ ordinis prorſus attentans, ſed erant ei fratres filiali potius charitate quam exacta per eum neceſsitate ſubiecti, *Qui ad Pontificatus apicem aſcendens diſtricte inhibuit ne Cardinalis protector ordinis fratrum minorum ſe intromittat in rebus pertinẽtibus ad officia & gubernationẽ, ſeu correctionẽ fratrũ dicti ordinis, niſi quãdo prædicti fratres, aut aliqui ipſorũ aliquid cõmitterẽt cõtra tres articulos in regula prædictorũ fratrũ contentos, videlicet, quando deuiarent ab vnitate fidei vel ab obedientia Romanæ Eccleſiæ, aut ab obſeruantia ſuæ regulæ. Ita quod dictus ordo, & fratres eiuſdem ordinis in nullo ſint ſubiecti protectori huiuſmodi, niſi duntaxat in caſu, quo ipſorum fratrum communitas, vel generale capitulum (quod abſit) à prædictis articulis, vel eorum aliquo deuiarent. Decreuit etiam irritum, & inane quicquid ſecus factum fuerit. Statuit inſuper quod prædicti fratres recurrentes ad protectorem tamquam ad prælatum pro licentijs, vel alijs conſimilibus puniãtur grauiter, & actibus legitimis & officijs ordinis ſint ſuſpenſi ipſo facto.* Ita habetur in monumentis *c* ordinum.

c in 2. impr. fol. 137. con ceſ. 304.

Et Sixtus IIII. approbauit literas ſupraſcriptas Gregorij IX. inſerendo illas de verbo ad verbum, & robur perpetuæ firmitatis obtinere decreuit. Ac etiam declarauit, quod neque adhuc in præfatis tribus caſibus habeat authoritatem præfatus protector, quando non vniuerſi, ſed ſolum aliqui prędicti ordinis profeſſores in quouis numero a fidei vnitate ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientia deuiarent, vel regulam præfatam non obſeruarent, Ita habetur in eodem libro *d* Quas conceſsiones & declarationes Iulius Secundus approbauit & cõfirmauit, vt in ſupplemento *e* continetur, *inſuper excommunicationem ipſo facto infligens contra non obedientes protectori impertinentibus ad ſuum officium in prædictis declarationibus expreſsum & limitatum*, prout aduertit Cordubaſ in additionibus ad compẽdium mendicantium:

d in 2. imp. fo. 138. con ceſ. 304. e fo. 88. con ceſs. 253. & 255.

f Cor. in ad dit. adcõpẽ. ti. protect.

ARTICVLVS II.

Vtrum protector habeat iuriſdictionem in moniales ordinis.

REſpondeo dicẽdo, quod Vrbanus IIII ſtatuit quod moniales Sanctæ Claræ ſint ſubditæ Cardinali qui pro tempore fuerit protector fratrum minorum, & illi teneantur firmiter obedire. Ita habetur in monumentis. *a* At Iulius Secundus conceſſit, vt prouinciales fratrum minorum habeãt eãdem poteſtatem & facultatem circa moniales Sanctæ Claræ, illorum curę ſcõmiſſas. Quam Vrbanus Quartus in regula prædictarum monialium cõmiſit protectori dicti ordinis ita habetur in *b* ſupplemento, de quo iã in *c* primo tomo late diximus

a in 1. impr. fo. 291. tra. 3. & in 2. fo. 319. tract. 2.

b fo. 72. con ceſ. 220, c 1. tomo q. 20.

QVÆSTIO XLIII.

De prouincia, & prouincialibus in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *VTrum erigi poſsit prouincia ſine authoritate Papæ.*

2 *Quam authoritatem iure communi habeant prouinciales.*

ARTICVLVS I.

Vtrum poſsit erigi prouincia, aut erigi ſine authoritate Papæ.

REſpondeo dicendo, quod quintus generalis ordinis minorum deobſeruãtia fuit vir magnæ virtutis frater Haymõ

Anli

Anglicus maximus Theologus & totius ſpeculum bonitatis electus in capitulo generali anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo nono celebrato præſente Domino Papa Gregorio IX. & vota eligentium recipiente, quam idem Dominus Papa confirmauit, ibi etiam preſente Domino Papa, & mandante facta eſt diuiſio prouinciarũ ordinis & terminus limitatus, prout refertur in monumentis ordinum a. Et anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo primo Domino Gregorio Decimo in vice Petri electo in eius præſentia induſtria D. Bonauenturæ, tunc generalis ordinis numerus prouinciarum ordinis fuit taxatus duabus augmentatis. Prout in eodem b libro continetur c in quo etiam refertur, quomodo anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo octauo Dominus Papa Nicolaus Quartus inſtituit, quod omnium cuſtodum vnius prouinciæ voces haberent pro vna ſola: ſtatuit etiam, quod numerus prouinciarum olim ſub Domino Gregorio Papa in capitulo generali eo præſenti taxatus cum augmento duarum prouinciarum ſtetimmutabiliter: ne alius ſine licentia ſedis Apoſtolicæ, & ordinis protectoris poſsit aliter mutare, nec illum numerum minuere vel augere. Et ita breui quodam, prout refertur in prædicto d libro ſtatuit & ordinauit ac diſtricte inhibuit ne in ordine fratrum minorum fiat diuiſio alicuius prouinciæ, vel nouarum prouinciarum multiplicatio abſque Romani Pontificis licentia ſpeciali per eius patentes literas concedenda faciente plenam & expreſſam de huiuſmodi ſtatuto & ordinatione, ac inhibitione mentionem: decreuitque irritum & inane ſi ſecus in hac parte contigerit attentari.

Quod autem iuſtiſsime fuerit facta prouinciarum diuiſio conſtat ex his, quæ in ſimili ordinauit Pelagius e Papa dicens, omnibus Epiſcopis. Scitote certam eſſe prouinciam, quæ habet decem, aut vndecim ciuitates & vnum Regem, & totidem minores poteſtates ſubſe, & vnum Metropolitanum aliquoſque ſuffraganeos decem, aut vndecim Epiſcopos iudices, ad quorum iudiciũ omnes cauſæ Epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum ac ciuitatum referantur, vt ab his omnibus iuſte & conſona voce decernantur: niſi ad maiorem authoritatem fuerit ab ijs, qui iudicandi ſunt appellatum. Vnde non oportet, vt degradetur vel dehonoretur vna quæque prouincia, ſed apud ſemet ipſam habeat iudices ſacerdotes, & Epiſcopos ſingulos, videlicet ſecundum ordines ſuos, & quicunque cauſam habuerit à ſuis iudicibus iudicetur, & non ab alienis id eſt à ſuæ iuſtis iudicibus prouinciæ, & non ab extraneis: niſi (vt iam eſt prælibatum) à iudicandis fuerit appellatum. Hæc Pelagius Papa, ex cuius canonis, & decreti argumento ſatis colligitur quam optime fuerit in religionibus prouinciarum diuiſio facta, & ſuis limitibus vnaquæque terminata, ne vnaquæque prouincia degradetur, vel dehonoretur ſi à patribus aliarum prouinciarum, earum cauſæ deciderentur,

Quod à ſolo Papa poſsit fieri prouinciarum erectio & diuiſio dictum eſt late in primo tomo. f

a in.2 tract. fol.226.p.2

b in.2 tract. fol.228.

c in.2.tract. fol.229.p.2

din.1.impr. fol.53.& id 2.fol.139.cõce.303.

ec.ſcitot.6. q.3.

f 1:to. q.23.

ARTICVLVS II.

Quam authoritatem iure cõmuni habeant prouinciales.

RESPONDEO dicendo, quod habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuos ſubditos iuxta quandam gloſſam a receptam, & ab aliquibus putatam ſingularem quam commendat Cardinalis dicẽs eam ſeruari de conſuetudine, & quod ipſe fecit eam frequenter obſeruare, & per illam gloſſam ait Abbas, b quod huiuſmodi prælati exempti, qui habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem poſsint exercere in ſuos ſubditos ea, quæ Epiſcopi in ſuos, & ita tenet Nauarrus, c quod quoad priuilegia multo maiorem authoritatem habent præfati prælati, prout late diximus in d primo tomo, & in ſecundo, & in hoc tertio etiam aliqua dicemus.

(?)

a Clem.1.v⁹ proprijdere bus eccl.nõ alie. ibi Cardin.n.4.

b Abb.in.c.1.de reb.eccleſ.nõ ali.r

c Nau.lib.5 conſi.tit.de priu.cõſ.23. di.to:q.20.

QVÆ-

QVÆSTIO. XLIIII.
De purgatorio in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *Vid ſit purgatorium.*
2 *Vtrum prælati religionum habeant aliquod priuilegium pro liberatione animæ à purgatorio.*

ARTICVLVS. I.
Vtrum ſit purgatorium.

REſpondeo dicendo, quod purgatorium eſſe poſt hanc vitam docet fides Catholica, nâ licet ſub hoc nomine purgatorij id in ſacra ſcriptura expreſſe non habeatur: at vero in ſententia ſub alijs verbis rectè intellectis id ſignificantibus ibidem continetur, & licet plurimæ authoritates ad hoc comprobandum adducantur præcipuè duę affe-
a Tobiæ. 4. runtur. Prima eſt Tobiæ *a* quæ ait panem tuum & vinum tuum ſuperſepulturam iuſti conſtitue, fruſtra autem talis oblatio fieret, niſi ad pœnarum expiationem. Secunda illud Machabęorum. *b* Iudas Machabeus
b 2 Mach. 12 duodecim millia dragmãs argenti miſit Hieroſolymã offerri pro peccatis mortuorum &c. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt â peccatis ſoluantur. Quæ authoritas manifeſtè probat eſſe purgatorium, & certum eſt de fide, hũc Machabęorum librum eſſe canonicum, prout defi-
c Conc. ſ. 4. d Caſtro ad uerſ. her. v. purgatoriũ Cord. l. c. 6. & de indul. q. 1. nitur in Concilio Tridentino, & ita hãc partem contra Hæreticos latè defendunt Caſtro *d* & Corduba,

ARTICVLVS II.
Vtrum prælati religionum habeant aliquod priuilegium pro liberatione animæ â purgatorio.

a habe. apud Paraſſelum fo. 136. REſpondeo dicẽdo, quod patres ordinis minorum habent priuilegium quod dãa Clemente *a* VII. conceſſum viuę vocis oraculo, cuius tenor ſequitur.

Nos Laurentius Epiſcopus Albenſis Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ſanctorum quatuor Coronatorum, & maior pœnitentiarius vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes literas noſtras inſpecturis fidem facimus, & atteſtamur. Qualiter ſanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus noſter Dominus Clemens Diuina prouidentia Papa Septimus, ad humiles preces noſtras dilectis nobis in Chriſto venerabilibus religioſis, correctori domus Sanctiſſimæ Trinitatis de vrbe ordinis Minimorũ Sancti Franciſci de Paula, ac alijs fratribus Domus Sanctiſſimæ Trinitatis dumtaxat, generali vero, ac zeloſo necnon prouincialibus, & localibus correctoribus, & alijs ſuperioribus ordinis etiam pro tempore exiſtentibus, ac vnius cuiuſlibet ipſorum ſecundum religionis ingreſſum antiquiori ſocio, vbicumque ſe transferre ex merito obedientiæ contigerit, vt ſingulis ſecundis & quartis feriis cuiuſlibet hebdomadæ totius anni, Miſſas pro animabus defunctorum celebrare volentes eaſdem indulgentias pro animabus defunctorum huiuſmodi conſequantur, ac ſi in Eccleſia Sancti Sebaſtiani, Laurentij, & Scalæ Cœli, & Gregorij, & Potentianæ extra & infra muros almæ vrbis celebraſſent, ac parimodo miſſæ huiuſmodi animabus defunctorum pro quibus eas celebrandas duxerint ſuffragentur perinde, ac ſi inpræfatis, & alijs quibuſcunq; etiam qualitercũq; priuilegiatis eccleſijs infra & extra muros vrbis, celebraſſet facto nobis de ſuper viuæ vocis oraculo, cõceſſit, pariter, & indulſit præſentibus perpetuis futuris

tem

temporibus duraturis, & in cõtrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. In quorum omnium fidem literas nostras fieri, nostrique sigilli oblongi iussimus appensione cõmuniri. Datum Romæ in ædibus nostris anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto, die vero decima mensis Iulij Pont. S. D. N. anno Primo.

Quam concessionem aliqui non intelligentes affirmabant per communicationem non solum prælatos locales ordinum mendicantium, sed etiam seniores domus secũdum religionis ingressum missam dictis diebus celebrantes hoc suffragium proanimabus purgatorij posse lucrari non intelligentes, quod seniores secundũ religionis ingressum in dicta religione sunt quidam consultores electi in capitulo, in ipsius enim religionis regula *b* præcipitur, vt vnicuique prælato assignentur in capitulo tres cõsulto res qui dicũtur seniores cum quibus tractet ea, quæ ad regimen cõmissæ administrationis spectant. Quod in alijs religionibus nõ video obseruare, & ita in alijs religionibus in quibus huiusmodi vsus non est admissus solum prælati in dictis diebus pro animabus celebrantes hanc possunt consequi indulgẽtiam. Cum concessum prælatis vnius religionis alijs prælatis alterius religionis per viam communicationis concedatur. Alia priuilegia proanimabus purgatorij vide in secundo tomo. *c*

b Regu. mi. nimorum c. 10. nu. 17. & correctoriũ c. 9. nu. 8

c 2. to. q. 96

QVÆSTIO. XLV.

De quadragesimæ Ieiunio in quatuor articulos diuisa.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 *Vtrum ieiunium quadragesimæ obliget arctius religiosos quam seculares.*

2 *Vtrum supradicta sint abrogata, & quomodo non abrogata intelligantur.*

3 *Vtrum si natiuitatis Domini venerit in feria sexta aut Sabbato possint religiosi carnes manducare.*

4 *Vtrum si die Sabbati Natiuitas veneritpossint religiosi contra præceptum aut consuetudinem vesci animalium intestina & extremitates.*

ARTICVLVS. I.

Vtrum ieiunium quadragesimæ obliget arctius religiosos quam seculares.

RESpondeo dicendo, quod quadragesima habet septem septimanas, cui addit Thelesphorus Pontifex septimam hebdomadam, & vocatum est hoc tempus quinquagesima, vt ait D. Ambrosius. *a*

a ac. quadragesima 4. dist. hc. statuim. 4. dis.

Et hic Telesphorus *b* vrbis Romanæ Archiepiscopus omnibus Episcopis, scripsit dicens, statuimus vt septem hebdomadas plenas ante Sanctum Pascha omnes clerici id est in sortem Domini vocati à carne ieiunent, quia sicut discreta debet esse vita clericorum à laicorum cõuersatione, ita & in ieiunio debet esse discretio. Has ergo septem hebdomadas omnes clerici à carne & delicijs ieiunij ieiuuent, & hymnis, & vigilijs atque orationibus inhęrere die noctuque studeant. Quæ omnia quoad tempus prædictum quadragesimæ maximè cõmendat declarat & astringit Beatus Gregorius *c* Augustino Anglorum Episcopo scribens in hunc modum.

b ceadenique dist. 4.

Denique sacerdotes & diaconi & reliquĩ omnes quos dignitas Ecclesiastici gradus exornat â quinquagesima propositum ieiunandi suscipiant, quo & aliquid ad pensum sanctę institutionis adijciant, & eorum quę in laicali ordine consistunt obseruantiam si cut loco ita & religione præcellant.

De ipsa vero die Dominica hæsitamus quid nam dicendum sit, cum omnes laici & seculares illa die plus solito cæteris diebus, accuratius cibos carniũ appetant: & nisi noua quadam auiditate vsque ad medias noctes se ingurgitent, & non aliter se huius sacri temporis obseruationem suscipere putant, quod vtique non rationi, sed voluptati imo cuidam mentis cæcitati adscribendum est: vnde nec à tali consuetudine auerti possunt, & ideo cum venia suo ingeniore linquendi sunt, ne forte peiores exiliant si â tali consuetudine prohibeantur. Vt enim ait Salomon qui multum emungit elicit sanguinem

guinem. Et poſt pauca ait idem Gregorius. Par autem eſt vt nos qui his diebus â carnibus animalium abſtinemus, ab omnibus quo que, quæ ſementinam trahunt originem carnis ieiunemus â lacte, videlicet caſeo, & ouis.

Et idem Gregorius poſt pauca dicit. Cæterum piſcium eſus, ita Chriſtiano relinquitur, vt hoc ei infirmitatis ſolatium non luxuriæ pariat incendium. Denique qui à carne abſtinent, neque ſumptuoſiora marinarum belluarum conuiuia præparent. Vinumquo que, ita bibere permittitur, vt ebrietatem omnino fugiamus, alioquin reſtat, vt omnia quæ corporibus libent, ſimiliter faciamus. Hæc Gregorius.

ARTICVLVS II, Vtrum ſupradicta ſint abrogata, & quomodo non abrogata ſint intelligenda.

nc. denique in fin. d. 4.

RESpondeo dicendo, quod Gratianus á Compilator grauiſsimus decretorum poſtquam ſupradicta ſanctorum patrũ recitauit decreta ait in hunc modum. Hæc & ſi legibus conſtituta ſint, tamen quia communi vſu approbata non ſunt: non obſeruãtes tranſgreſsionis reos non arguunt, alioquin his non obedientes proprio priuarentur honore, cum illi qui ſacris neſciunt obedire canonibus penitus officio iubeantur carere ſuſcepto, niſi forte quis dicat, hæc non decernendo eſſe ſtatuta, ſed exhortando conſcripta, decretum vero neceſsitatem facit, exhortatio autem liberam voluntatem excitat.

b non licet de conſecr. diſt. 4.

Pro cuius rei explicatione notandum eſt quod Martinus *b* Papa in quodam Concilio determinauit, quod non liceat quinta feria fratres nouiſsimæ ſeptimanæ ieiunium ſoluere, & omnem exhonorare quadrageſimam, ſed ſyncere abſtinentes totam quadrageſimam perexigere. Et rurſus pro explicatione notat Speculator, *c* quod quadrageſima incipiebat â Dominica prima poſt Cineres & durabat, vſque ad quintam feriam in Cæna Domini excluſiue, eo enim die Chriſtus Dominus Paſcha celebrauit. Quod Martinus Papa reuocauit, & in Concilio *d* Laodicenſi dicitur. Non oportet in quadrageſima quinta feria vltimæ hebdomadæ ieiunium diſſolui, & totam quadrageſimam inhonorari, ſed per totos dies ieiunare, & eſus abſtinentiæ conuenientibus, id eſt, aridioribus vti. Vnde quadraginta dies ieiunij Domino conſecrarentur, ſicut ipſe ſuo Ieiunio conſecrauit ordinatum eſt, vt ieiuniũ quadrageſimæ à feria quarta Cinerum ſumeret initium, & in Sabbatho Sancto ſuum curſum cõſummaret, & ita dies quadraginta complerentur, quibus diebus omnes fideles tenentur ieiunare, & ab eſcis carnis & à carne originem trahentibus abſtinere. Dies enim Dominici quadrageſimæ in numerum quadraginta dierum prædictorum qui bus clauditur quadrageſima minime ingrediuntur, prout in Concilio e Agathenſi eſt ordinatum,

e ea placuit de conſecr. diſt. 3.

Notandum eſt etiam pro explicatione, quod ſacerdotes & clerici & vocati in ſortẽ Dñi non tenentur modo ſub mortali â carnibus abſtinere illis duobus diebus primis poſt quinquageſimã feria, ſcilicet, ſecunda & tertia. Ait enim Auguſt. *f* in lib. de verare ligione, ſicut enim moribus vtẽtiũ in cõtrariũ nonnullæ leges hodie abrogatæ ſunt, ita moribus vtentium ipſæ leges cõfirmantur. Vnde illud Theleſphori Papę qui decreuit vt clerici generaliter à quinquageſima ieiunandi propoſitum ſuſciperent, & â carnibus & delicijs abſtinerent, quia moribus vtentium approbatum non eſt, aliter agentes tranſgreſſionis reos non arguit. Verum eſt tamen, quod apud religionis decretum Theleſphori, eſt receptum ſaltem in communitate, in refectorio enim illis duobus diebus à nullo religioſo carnes manducantur. Quod ita ſtrictè obſeruatur, vt ego putem ratione ſcandali eas in refectorio manducare eſſe peccatum graue, ſi id fiat in religionibus, vbi talis, & tam laudabilis viget conſuetudo ſicut in noſtra fratrum Minorum de obſeruantia religione inuiolabiliter obſeruatur, licet enim clericis impoſitum fuerit â Theleſphoro prędictũ decretũ, ad uertendum tamen, quod fuit etiam impoſitum à Diuo Gregorio fruentibus dignitate Eccleſiaſtica. Cuius modi ſunt omnes regulares, prout tradit g Syluеſter & alij quos allegat & ſequitur.

f cap. in iſtis diſt. 4.

Marcus Antonius
Cucus.
(?)

g Sylu. eccl. 1. n. 6. Cuq' lib. 3. mai. in ſtit. tit. 8. de perſon enc. n. 10.

ARTI-

ARTICVLVS III.

Vtrum si Natiuitas Domini venerit in feria sexta, aut Sabbato possint religiosi carnes manducare,

RESpondeo dicendo, quod comedere carnes sexta feria sine causa infirmitatis est peccatum mortale vt sancti *a* Patres determinauerunt. Quod tamen fallit nisi sit dies Natiuitatis Domini, quia tũc licite ab omnibus comeduntur, nisi ab his qui voto aut regulari obseruantia ad non comedendum tenerentur, vt in quadam decretali *b* definitur. Et ait Syluester, quod multo magis quãdo Natiuitas Domini est in die Sabbati qui vult dicere, quod ex quo determinatum est vt fideles possint comedere carnes in die veneris quãdo in ea Natiuitas Domini venerit â fortiori idem dicendum erit quando venerit in Sabbato, cum abstinentia à carnibus in Sabbato non sit ita stricta, sicut in die veneris. *I*eiunium enim veneris est propter Passionem Christi Domini: Ieiunium autem Sabbati & abstinentia est propter sepulturam, prout ait Innocentius Papa dicens, ac sicut in sexta feria propter passionem Domini ieiunamus sic sabbatum prætermittere non debemus quoniam intra tristitiam & lętitiam illius temporis videtur inclusum. Et quamuis ieiunij obligatio fuerit sublata quoad istos dies, adhuc vis, & obligationis vinculum maneat quoad esum carnium, vt sexta feria & Sabbato prohibeamur sub sceleris grauissimi pæna carnibus vesci, quod de sexta feria plane fatentur glossa *e* Archidiaconus & Cardinalis, de Sabbato vero illud obseruandum est, obtentum esse quod cuiuscunque prouinciæ consuetudo seruanda sit, sicut summus Ecclesiæ Pontifex admonet, & est optima *D*, Augustini: responsio in epistola ad Casulanum presbyterum, vnde Galli carnibus vescuntur sabbatis â natali Domini vsque ad purificationem teste Paludano *h* Castellani Hispani omnibus Sabbatis vescimur nisi præceptum ieiunij immineat animantium extremitatibus & intestinis ac visceribus.

ac. de esu carnium de cõsecra. d. 4.

cc. fi. de obser. ieiunij. e Sylu. tit. ieiun. nu. 26.

de. sabbato de conscer.

e glo. Arch. & Cardi. iud. ca. de esu carnium f c. consiliũ de obserna. ieiun. g c. de illa i 2 cũs. h Palu. in 4 d. 15. q. 4. column. 5.

Ex quibus omnibus colligitur, quod obseruantia abstinentiæ à carnibus magis rigorosa est in sexta feria quam in Sabbato, cum in sexta feria non varietur, in Sabbato autem videamus abstinentiam variari, imo demõstrat doctrissimus Couarruuias *i* apud Græcos & in orientali *E*cclesia olim ieiunium Sabbati etiam in quadragesima prohibitum fuisse, & â præcepto ieiunij exceptum, vnde cum sacri canones fidelibus concedant, vt non abstineant à carnibus in feria sexta quando tali die Natiuitas Domini nostri aduenerit, â fortiori id etiam fidelibus debemus iudicare esse concessum quando in Sabbato dicta celeberrima concurrerit festiuitas, quod vt quid indubitatum sensit Syluester in loco superius allegato

i Couar. li. 4 var. resol. c. 20. n. 6.

Nec obstat quod aliqui contra hanc opinionem opponere conati sunt, scilicet, quod priuilegium suprad ctum datum fuit fidelibus quando in sexta feria festum Natiuitatis Domini venire contigerit, & ad Sabbatum minime debere extendi cum priuilegia sint stricti iuris, & per consequens strictè interpretanda: nam dispensatio contra ius commune strictissime interpretanda est, vt dicitur in iure *K* & tradunt Innocentius Ioannes Andreas, Butrius & alij quos refert, & sequitur Iason, nam respondetur. Primo, quod late interpretatur cum ipsum priuilegium habet expressam rationẽ, quæ in alio casu fortius militat, prout tradunt *l* Decius, & Minandus, & ratio huius dispensationis in sexta feria apponitur in dicta decretali, scilicet, propter tantæ festiuitatis celebritatem, quæ ratio à fortiori viget in sabbato. Et late etiam interpretatur quando est gratiosa, prout idem Decius *m* & Minandus resoluũt. Constat autem hanc dispensasationem esse gratiosam, cum nulli ex ea prę iudicium sequatur. Pariter etiam late interpretatur, cum est in corpore iuris inclusa iuxta Decium, *n* & Felinum. Hoc autem priuilegium & dispensationem in corpore iuris inclusum esse videmus, & ideo late interpretandum esse iudico, & sic ad Sabbatum extendendum, in qua re aliquantulum sum immoratus, quia vidi quosdam doctissimos viros, in anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo nono, in quo Natiuitas Domini in Sabbato occurrit de hac re dubitasse asserentes in Academia Complutensi

Kc. 2. de filijs presbyte. lib. 6. innocen. n. 18 inc. dudũ de elec. Andrę Butrius Pano. & Imol. in c. de multa de præb. Iaso. in li. si ita scriptũ n. 8. ff. de lib. & post li. & inl. re cõiunc. n. 178 de leg. 3.

l Deci. inc. at si clerici. §. de adult. de iud. n. 88 Minand. in const. in aliquibus 3. notab. n. 62.

m Deci. vbi sup. n. 91. 95 97. Minau. vbi su. n. 62 n Deci. vbi su. Fel. in 2. postulas. n. 9. & plurib. seqq. de rescript.

plutenſi de hac re ſimiliter fuiſſe dubitatum & aliquibus illius celeberrimæ vniuerſitatis viris doctis contrarium viſum fuiſſe verum. De quo ego maxime dubito, exiſtimo enim nullum virum doctum contrariæ ſententiæ ex propoſito aſſenſum præbuiſſe.

Circa ſupra dictam decretalem, in quantum dicit, quod hi qui voto vel regulari obſeruantia ad non comedendum carnes tenentur obligantur in die veneris, & ſi tali die contigerit Natiuitatem Domini occurrere & non poſſunt veſci carnibus, nota primo ſecundum Syluestrum, o quod prælatus in religione potens diſpenſare in eſucarnium poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito in feria ſexta ſi ſit natale, vt carnes poſsit comedere, quia cum inſint duæ prohibitiones, ſcilicet, eccleſiæ & religionis, ſublata prima per eccleſiam ſtat ſolum ſecunda ſuper quam poteſt prælatus. Nec obſtat quod Eccleſia cum iſtis non diſpenſat, quia verum eſt quantum ad obligationem voti, & religionis non quoad obligationem Eccleſiæ: vnde ſi cum taliiam fieret diſpenſatio in voto iam poterit comedere carnes ſi deinde natale veniat in feria ſexta. Hæc Syluester. Quæ doctrina videtur dubia, ex *Abbate* *p* ſuper allegatam Decretalem dicente. *Ex hoc inforo ad notabile dictū, quod vbi conſtitutio diſponit id quod ius commune & aliquid vltra ſublato iure communi non tollitur conſtitutio ſicut hic non tollitur votum concurrens cum iure communi & diſponens aliquid vltra.* Quia videtur in iure, quod in hoc caſu reuocat Summus Pontifex ius cōmune diſponens, quod ſexta feria ſit abſtinentia à carnibus ſeruanda reſpectu omniū fideliū, at non reuocat ius commune prædictum quando eſt coniunctum voto, aut regulari obſeruantię. Et ſic religioſi non ſolum ratione voti, & regularis obſeruantiæ tenentur ſexta feria contingente, tunc Natiuitate Dominica abſtinere à carnibus, ſed etiam iure communi, & quoad ipſos tale ius nō eſt reuocatū. Vnde infertur, quod licet prælati poſsint diſpenſare in voto & regulari obſeruantia, quia tamen nō poſſunt diſpenſare in iure communi prohibente ſexta feria carnes manducare non poſſunt diſpenſare cum religioſis prædictis vt in die Natiuitatis Domini adueniente in ſexta feria vt carnes manducent, cum ius commune quo ad dictos religioſos per Honorium III. *q* non ſit reuocatum.

Secundo nota, quod illi qui vouerunt nū quā comedere carnes, nō poſſunt in die Natiuitatis quocūque die aduenerit eas mādu care, etiam ſi in feria ſexta talis dies aduenerit, ex quo enim nullum diem excepit generaliter & indiſtincte intelligi debet, prout probat Abbas. *r* Quod idē dicendūeſt de eo qui vouit nō comedere carnes ſexta feria, tenetur etiam in die Natiuitatis ab eis abſtinere quia ex quo vouit generaliter in ſexta feria abſtinere tenetur abſtinere in qualibet ſexta feria, & hāc opinionē videtur approbare Ioannes Andreas: Sed alij dicunt tale votum in feria ſexta non comedendi carnes debere ad eſum illicitum referri, & ſic non eſſe ad natiuitatem Domini transferendum, cum tali die etiam in ſexta feria eſus carnium ſit licitus, niſi vouens habuiſſet animum hunc diem includendi, at contraria opinio eſt vera & in eam videntur inclinari omnes ſcribentes.

Tertio notandum eſt, quod qui vouit nō comedere ouā in ſexta feria, ſi ſit dies Natalis Domini non poteſt ſecundum aliquos comedere carnes, quia abſtinentia ouorum includit abſtinentiam carnium, non è conuerſo vnde qui vouit abſtinere ab ouis etiam videtur vouere abſtinere à carnibus, At Syluester *ſ* diſtinguendum putat, dicens quod ſi habitualiter intendebat ſe eo caſu velle priuare carnibus, vt quia ſi hoc memoriæ veniſſet hoc deliberaſſet, & vouiſſet nō poteſt comedere carnes, ſi vero non intendebat ſe priuare carnibus, poteſt eas comedere, quia tantum obligatur, quantum intendebat. Si vero non ſcit diſcernere, vtrum intenderit, annō intenderit eas comedere non propter dictam rationem, quæ potius eſt ad oppoſitum quia priuans ſe minus dilecto, non priuat ſe magis dilecto, ſed ideo quia in dubijs tenenda eſt via ſecurior, vt admonent canones, *m* ſed quia hoc non eſt neceſſariū, ſed ſufficit eligere tutam, ideo cōtra faciens nō eſſet iudicandus de mortali niſi forte ratione erroneæ conſcientiæ. Hæc Syluester.

Mihi in hac parte videtur dicēdū, quod in dubio hic nō poteſt comedere carnes ſi abſtinētia ouorū fuit promiſſa ab eo qui ratione alicu-

o Syl. tit. i c. iun. n. 27.

p Abb. ind. c. fi. de obſ. iciun. infi.

qd. c. fi. de obſer. iciu.

r Abb. ind. c. vlt. n. 3.

ſ Sylu. tit. ie iun. n. 7.

m te. iuuen. de ſponſalib.

alicũius priuilegij, aut conſuetudinis poterat ea licitè manducare: nam certè hic promittendo abſtinentiam ab ouis nihil aliud videtur vouere quam priuare ſe ab eſu illius rei, quæ ſibi licita erat, & non vouit non comedere carnes, quia id ſibi illicitum erat, & voluit per conſequens remanere in obligatione ſola, qua ſecundum ius canonicum tenebatur carnes non manducare: vnde in die Natiuitatis ſexta feria occurrente non poterit comedere oua, poterit tamen carnes manducare, ſi autem abſtinentia ouorũ fuit promiſſa ab eo cui illicitum erat in ſexta feria illa manducare in hoc caſu videtur dicendum, quod cum illa promiſsio fuerit facta Deo in macerationem carnis, & vt illa abſtinentia ab ouis eſſet opus magis acceptũ addendo ipſi vltra obligationem iuris obligationem aliam voti, vt magis paſsionẽ Chriſti Domini recoleret ſexta feria, in qua fuit Dominus Crucifixus, & mortuus non poterit talis vouens carnes manducare, cum comedendo carnes à fine intento recedere videatur. Nec illud dictum Silueſtrime vrget cum ait, quod qui priuat ſe minus dilecto, non videtur ſe priuare magis dilecto, illud enim abſolutè loquendo verũ eſt, at ratione alicuius circunſtantiæ poteſt contingere, vt priuans ſe minus dilecto, videatur ſe etiam priuare magis dilecto, ſi priuatio minus dilecti includit in ſe priuationem magis dilecti, aut quia priuatio minus dilecti ordinatur ex quadam morali conſequentia ad priuationem magis dilecti, priuatio autem comedendi oua propter Deum in ſexta feria facta ab eo qui ipſa non poterat comedere videtur per moralem conſequentiam includere abſtinentiam etiam à carnibus, nam ſi in memoriam paſsionis Domini abſtinentiam vouerat ouorum, quæ alias de iure edere minime poterat, per moralem conſequentiam videtur etiam carnis abſtinentiam vouere: ſi enim talis conſequentia moralis in hoc caſu negaretur minime iſte vouens Paſsionem Chriſti prout intendebat recoleret.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum religionibus, in quibus ex voto, aut ex præcepto, aut ex obſeruantia regulari eſt illicitum veſci animalium extremitatibus, & inteſtinis in die ſabbati poſsint regulares ea comedere quando Natiuitas Domini in ſabbato ceciderit.

RESpondeo dicendo, quod Papa Honorius Tertius Pragenſi Epiſcopo reſcribens ſic ait. Explicari per Sedem Apoſtolicam poſtulaſti, & infra reſpondemus, quod illi qui neque voto, neque regulari obſeruantia ſunt aſtricti in ſexta feria ſi feſtum Natiuitatis Dominicæ die ipſo venire contigerit carnibus propter feſti excellentiam veſci poſſunt ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ generalis. Nec tamen hi reprehendẽdi ſunt, qui ob deuotionẽ voluerint abſtinere. Qua decretali ſuppoſita, & ratione eius perpenſa videtur aſſerendum regularibus quibus ex voto præcepto, aut obſeruantia regulari imponitur, vt non poſsint comedere in ſabbato inteſtina, & extremitates animalium propter honorem Virginis Mariæ, ijs in die ſabbati occurrente Natiuitate Domini veſci minime licere.

a c. explicari de obſer. ieiun.

Pro cuius rei explicatione, & probatione eſt notandum fuiſſe, & in canone Apoſtolorum ab initio Eccleſiæ, & legis Euangelicæ præceptum ieiunium quartæ, & ſextæ feriæ, cuiuſcumque hebdomadæ, & poſtea ſabbati ieiunium additum eſt, ſaltem apud Eccleſiã occidentalem, vt cõſtat ex D. Auguſtino, *b* & D. Hieronymo. Quod & inſinuat Innocentius Primus, & Gregorius Papa Septimus. Et quamuis ieiunij obligatio in his diebus fuerit ſublata, adhũc vinculum manet, quoad eſum carnium, vt ſexta feria, & ſabbato prohibeamur ſub ſceleris grauiſsimi pœna carnibus veſci, quod de ſexta feria planè fatetur gloſſa *c* Archidiaconus, & Cardinalis, de ſabbato vero illud eſt obſeruandum obtentum eſſe, quod cuiuſcumque prouinciæ conſuetudo ſeruanda ſit ſicut ſummus Eccleſiæ princeps admonet: in Hiſpanijs vero extremitatibus animalium veſci conſuetudine immemoriali. Eritque hac in re ſeruanda conſuetudo loci non originis illius, qui veſcitur, aut abſtinere tenetur à carnibus, ſed vbi is commoratur etiam abſque domicilio iter faciens, quod clare conſtat ex quodam decreto *f* & tenent Bonifacius, *g* & Cardinalis aduerſus Paludanum, quem Ioannes *Maior* optimo iure reprehendit, & ita ſentit Panormitanus & Chri-

b Auguſ. in epiſ. ad Hiero. 19. Hiero. ad Luciniũ. c. ſabbato de conſecra. d. 3. ca. quia dies ſabbati. de conſec. d. c Gl. Archidia. & Car. in ca. deeſu car. de conſecra. d. 3. d c. conſiliũ de obſer. ieiun. f ca. de illa. 12. diſt. g Bonifa. & Card. in clemen. 2. q. 5. de cele. miſ. Maior. in 4 diſt. 15. q. 5. Porcius in §. ſed & quod prin. n. 26. inſ. de iur. nat. Coua. li. 4. variar. ca. 20. n. 8.

& Chriſtophorus Porcius, prout tradit Couarruuias. Ex quibus concludo, quod in regnis in quibus omnibus conſuetudine prohibetur comedere in ſabbato dictas animaliũ extremitates inteſtina, & viſcera, ſicut in feria ſexta prohibetur carnes manducare non poſſunt regulares in ſabbato veſci extremitatibus inteſtinis, & viſceribus occurrente in eodem ſabbato feſto Natiuitatis Domini ſi ipſi regulares per votum præceptum, aut obſeruantiam regularem veſci in ſabbatis ſupradictis prohibentur. Cum eadem ratio militet in ſabbato reſpectu horum alimentorum ſicut militat in ſexta feria reſpectu carnium, non enim volunt Summi Pontifices, vt in aliquo propter hanc celebritatem, licet maximam regularis obſeruantia relaxetur, in prouincijs vero vbi eſt conſuetudo edendi in ſabbato ſupradicta inteſtina, extremitates, & viſcera maior dubitatio eſt, in feria ſexta duobus vinculis aſtringuntur aliqui regulares à carnibus abſtinere. Primum eſt cõmune præceptũ Eccleſiaſticũ, quo abſtinentia à carnibus demandatur. Secundũ eſt votũ præceptũ, aut obſeruantia regularis, & ideo nimirum ſi Papa concurrentibus his duobus præceptis nolit diſpenſare, vt occurrente Natiuitate Domini in ſexta feria ſupra dicti regulares carnibus veſci poſsint, at in ſabbato ſuppoſita tali conſuetudine vnicum tantũ eſt præceptum ſcilicet, votũ, aut obſeruantia regularis, & ſic videtur, q̃ occurrente Natiuitate Dñi in ſabbato poſsint præfati regulares veſci inteſtinis viſceribus, & extremitatibus animalium. Cum occurrente præfata feſtiuitate in ſabbato, in quo neceſſario à carnibus eſt abſtinendum carnes comedere permittatur, prout *Syluester h* annotauit.

a Syla. v. ieiun. n. 17.

At his reſponderi poteſt, quod licet reſpectu prædictorum regularium vnicum tantum ſit vinculum, ſcilicet, obſeruantia regularis qua particulariter aſtringuntur abſtinere in ſabbatis à prædictis inteſtinis, &c. Hoc tamen vinculum eſt quo ſummus Pontifex attractus edere carnes in ſexta feria occurrente Natiuitate Domini non conceſsit inſinuans ſe nolle in aliquo obſeruantiam regularem relaxare, quod vinculum obſeruantiæ regularis militat in ſabbatis, in quibus nullo modo veſci præfatis inteſtinis ſtatuto, & obligatione particulari permittitur, & ita in ordine D. Benedicti occurrente Natiuitate Domini in ſabbato, nec etiam edere inteſtina & extremitates animalium, & viſcera faſ eſt apud viros doctos, & timoratos quorum quam plurimos in hac illuſtri religione huius opinionis eſſe cognoui in præfato ſabbato etiam in die Natiuitatis Domini à præfatis cibis abſtinentes.

QVÆSTIO XLVI.

De quarta funeralium in quatuor articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 *VTrum quarta funeralis debeatur à regularibus de his, quæ ipſis legantur, & non conuertuntur in eorum vſus.*
2 *Mendicãtes præſcripſeruut quartã contra parrochialẽ Eccleſiã, quæritur an talis præſcriptio perdictos actus contrarios fuerit ſublata.*
3 *Cui parochiæ debeatur quarta funeralis an vbi moritur defunctus exiſtens extra ſuum domicilium, an vbi habet domicilium.*
4 *Vtrum circa quartam poſsit fieri conuentio inter mendicantes & Eccleſiam parochialem.*

De hac quæſtione iam multa diximus in primo tomo. a 1. to. q. 39

ARTICVLVS I.

Vtrum quarta funeralis debeatur à regularibus de his, quæ ipſis legantur, & non conuertuntur in eorum vſus.

REſpondeo dicendo, quod Ioannes XXII. Pontificatus ſui anno primo priuilegium conceſsit magiſtro prioribus, & fratribus vniuerſis ordinis Prædicatorum, in hac forma, videlicet. *Concedimus quoque vobis, vt de illis quæ in ornamentis vel pro eis, aut libris fabrica luminaribus anniuerſario ſeptimo vigeſimo & trigeſimo, ſiue alijs ad perpetuum cultum Diuinum, ſeu pro pitantijs, aut victum ad ſuſtentationem veſtram, vel indumentis, necnon pro annuis cenſibus redi-*

redimendis, ad quorum ſolutionē aliquæ domus veſtri ordinis obligatæ noſcuntur, vel de domibus prædijs hortis & locis emendis legantur dummodo præmiſſa non conuertātur in alios vſus ſed in illos dūtaxat pro quibus relinquūtur, aut alia etiā, quæ in hac cōceſſione, vel indulgentia cōtinētur nulli canonicā aliquā portionē teneantur exhibere, & nequis à vobis, vel vltimarum voluntatū executoribus, ſeu decedentium hæredibus de præmiſſis, aut de his quæ vobis in vltimis voluntatibus abſolutè legantur, vel alias pro veſtris neceſſitatibus offeruntur aliquid exigere aut extorquere præſumant diſtrictius inhibemus. Hæc Ioannes XXII. Sed poſt hoc priuilegiū idem Papa Ioannes XXII. an nō ſecūdo ſui pōtificatus, clementinā *dudum* §. *Verum* de ſepulturis obſeruari mandauit in qua ipſam quartā parrochiæ ſolui mādaue rat Clemens V. in Concilio Vienenſi caſſan do priuilegia gratias, & cōſuetudines, & ſtatuta & pacta in contrariū. Quæritur modo an de his quæ legantur ad vſus de quibus in priuilegio continetur debeatur portio cano nica parochialibus Eccleſijs à quibus corpora aſſumūtur, & ſepeliūtur in Eccleſia Prę dicatorū conſiderato, q dudū à Papa Boniſacio orta fuit decretalis arctans fratres Prædicatores & minores quæ incipit, *Super cathedram*, &c. innouata poſtea per Clementem *a* Quintum.

a Clem. dudum §. cæterum de ſepul. vſque ibi illius prorſus exiſtens firmitatis.

Pro reſolutione huius difficultatis eſt notandum, quod conſtitutionum quædā ſunt declaratoriæ iuris veteris & tunc ſtatim ligant ſiue princeps in illis vtatur verbo declarationis, vt patet ex iure *b* ſiue non, vt pa tet ex quadam decretali, *c* ſimiliter conſtitu tio priuilegium indulgens ſtatim ſuum operatur effectum argumento ali quarū decreta liū. *d* Quæ vera ſunt in priuilegio ſimpliciter dato, ſed ū priuilegium ſimpliciter emanat per viam conſtitutionis, tunc imitatur naturam conſtitutionis, & eo caſu talis conſtitutio operatur effectum quo caſu ligat conſtitutio, cæterum ſi conſtitutio ſit noui iuris promulgatoria, tunc à die promulgationis ligat poſt duos menſes, niſi in ipſa conſtitutione aliud tempus adijciatur de quo planè per quandam gloſſam, & iam actum eſt in primo tomo. Licet ergo conſtitutio dicti §. *Cæterum* emanauerit ante conceſſum dictum priuilegium, quoniam emanauit à Bonifacio, & eius reuocatio facta fuit à Benedicto, & tandem Clemens Quintus illam innouauit, vt patet ex Concilio *f* Vienenſi, & priuilegium indultum fratribus Prædicatoribus emanauerit poſtea à Papa Ioanne XXII. tamen illius conſtitutionis vigor cœpit poſt datam dicti priuilegij. Procuius rei explicatione, ſecundum notandum eſt, quod Ioānes XXij. per præfatam datā anno ſecundo ſui Pontificatus, ex qua data publicatio dictæ clementinæ fuit inducta, vt dicit gloſſa *g* fuit nō ſolum dictæ clementinæ publicator ſed etiam eius obſeruantiæ mandator, vt pātet in proœmio clementinarum in fine vbi Ioannes XXij. ſcribens vniuerſitati Doctorum, & Scholarium mandat, vt de cætero in iudicijs & ſcholis vtantur, & ſic illa cōſtitutio *ſuper cathedram* authoritatem habet apoſtolicā tā à Clemente Quinto, quam à Ioanne XXij. A Clemente V. habet authoritatem, quia per ipſum fuit innouata: à Ioanne XXij. vero habet authoritatem, quia obſeruari eam præcepit. His ſic præſuppoſitis reſtat videre vtrum prædictum priuilegium Apoſtolicum Ioannis XXII. eximat prædictos fratres, vt ad dictam canonicam portionē non teneantur, pro cuius rei explicatione accipiat lector ſequētes cōcluſiones

e Gloſſ. in proœmio. clem. in qq. re.n.to.q.

f Cle. dudū §. cæterū.

g Gloſſ. in proœmio clem.

Prima concluſio qnando præcedit priuilegium, & poſtea lex generalis emanat à principe contraria ipſi priuilegio, tunc quando que in lege generali noua, non fit mētio ſpecialis de priuilegio, nec etiam in lege noua additur clauſula generalis derogans priuilegio, tunc priuilegium non tollitur propter nouam ſequentem legem, vt in quadam decretali *h* iuncta ſua gloſia probatur. Hinc eſt quod ſpecialia priuilegia non tolluntur per ſequētē legē generalē, vt in quadā *i* lege probatur vbi lex ſuperueniens generalis non tollit priuilegium contrarium eo caſu quo lex tolleret conſuetudinē contrariam vbi eſt caſus notabilis. Si autem in lege noua fieret expreſſa mentio de priuilegio, vel in noua lege eſſet clauſula generalis derogatoria, *quibuſcumque priuilegijs non obſtantibus, &c.* Tunc conſtat talem legem tollere

b c. conſtitutionem cap. quia circa dec lect.

c ca. gratiæ de reſcrip. d c. dignum de celeleb. miſ. ca. 1. de baptiſm.

h c. 1. de reſcrip. vbi per glo.

i l. 1. §. ſi qua vero de inſ. codicil.

priuilegia præcedentia contraria nouæ legi. Et ita debent intelligi decretales K de hoc verba facientes.

k c.1.in fin. de constitu. li.6. ca.fin. de rescrip. c.2.de consuetu.

Secunda conclusio, quandoque emanat, primo lex, & tandem impetratur priuilegium contrarium legi, tunc oportet in priuilegio de lege contraria fieri mentionem, & in omni materia si per verba derogatoria prolata licet generaliter ab eo qui potest, appareat eius voluntas, quod generaliter omnibus derogare voluit illi stabitur argumento eorum, quæ in iure *l* notantur & tradunt Innocentius, & Archidiaconus. Vnde colligitur, quod cum ex forma dicti priuilegij concessi per Ioannem XXII. aperte appareat de intentione Papæ priuilegium ipsum concedentis ordini *Prædicatorũ*, quod voluerit derogare dictæ Clementinæ *dudum* §. *cæterum*. Cuius notitiam habebat, & habere præsumebatur, & sic ex certa scientia illi derogauit, cui derogare potuit argumento eorum, quæ in iure *m* notantur.

l c.nonnulli de rescript. ca. ex Parte de capel. monac. Innocen. in c. quæ in Ecclesiarum de constit. Archi. in c. 1. de regu. iur. li.6.

m ca. innotuit de ele.

Tertia conclusio, quandoque lex emanat noua, & antequam publicetur per conditorem legis, & effectum sortiatur emanat sequens priuilegium à successore principis contrarium legi à prædicto prædecessore factæ, & per hunc successorem principis lex prædecessoris publicatur, & per hunc successorem seruari mandatur: & hic est casus noster quoniam Papa Clemens V. innouauerat constitutionem *super cathedram*, per quam innouationem illa clementina pro canone habita est, & ex tunc robur habuit argumento eorum, quæ in iure *n* notantur, sed Clemens non publicauerat, & mortuo Clemente Ioannes XXII. dictum priuilegium concessit fratribus Prædicatoribus, & demum dictam Clementinam publicauit, & ob seruari mandauit, & sic videtur quod Clemens reuocauerit dictum priuilegiũ, cũ in his, quæ possunt de iure reuocari posterior dispositio specialis reuocet priorẽ dispositionẽ specialẽ. At si consideremus autorẽ dictæ Clementinæ, ideſt, Clementẽ V. tũc priuilegiũ est posterius, quia emanauit à Papa Ioãne XXII. eius successore, si autẽ consideremus tẽpus publicationis, & tẽpus quo clemẽtina sumit effectũ, qui consurgit ex publicatione, & tẽpus quo mandatur seruari clementina, tunc priuilegium est prius quoniã emanauit primo anno Pontificatus Ioannis XXII. publicatio autem Clementinæ, & eius vigor, & effectus, & mandatum super eius obseruantia emanarunt secundo anno Pontificatus Ioannis XXII. si ergo priuilegium habet se, vt prius, ergo sublatum censetur per illam Clemẽtinam, quæ tollit priuilegia præcedentia, si autem habet, vt posterius non tollitur tunc per legem, quæ eius priuilegiũ præcedit. Videtur ergo, quod dictum priuilegium non sit sublatum, habebat enim Papa Ioannes notitiam Clementinæ dudum, antequam priuilegium concederet, cui Clementinę videtur derogasse per sequens priuilegium cum non sit sublatum. Non enim intelligitur Papa Ioannes reuocare dictum priuilegium per publicationem prædictam, quia in publicatione, & mandato super Clementinæ obseruatione non est derogatum priuilegijs præcedentibus per eundem Papam Ioannem concessis. Aut ergo consideramus illam Clementinam habito respectu ad eius autorẽ, scilicet, ad Clementem, & tunc constat dictum priuilegium Ioannis manere in suo robore, quia Clemẽs Papa reuocat priuilegia concessa per se, & suos prædecessores, non autem reuocat priuilegia successorum, quæ & si vellet reuocare non posset argumento eorũ, quæ in iure *o* notantur. Aut consideramus, quæ post modum fecit Papa Ioannes XXII. qui publicari mandauit, & obseruari præcepit Clementinã, & adhuc non est sublatum priuilegium quia id nõ continetur in publicatione, neq; in illo mandato, præterea illa publicatio dat vigorem Clementinæ, quoad eius obseruationẽ, & ad idẽ operatur mandatũ Papæ, vt scilicet, tollantur priuilegia cõtraria indulta per Clementẽ, vel prædecessores, nõ autẽ, vt tollantur priuilegia cõcessa post Clementẽ, cuiusmodi est priuilegium Ioannis XXII. ita doctissimè Petrus de Vvaldis. *p*

n c.in summa. 33.d.& 25.q.1.cap. nulli.

o ca. fin. de rescri. li.6. c.innotuit de elect.

p Vvald.de canon. paroch.c.5.in 2.q.2 n.3.

ARTICVLVS. II.

Mendicantes præscripserunt quartam contra parochialem Ecclesiam, & sic eam non tenentur soluere, iuxta determinationem Concilij Tridentini, & consuetudine sic præscripta soluerunt duabus vicibus canonicam parochialem Ecclesiæ, an illa præscriptio sit sublata.

REspondeo dicendo, quod de hac materia agitur in quadam decretali *a* iuncta sua Glossa finali, quæ dicit quod quando priuilegium datur ad non faciendum non perditur vnico actu, neque bino actu

a c.cum accessisset de consti.

actu contrario, ſed requiritur diſcurſus quadraginta annorum, vt dicitur in iure, *b* & ita eſt in noſtro propoſito, quia cum per conſuetudinem inductam per mẽdicantes denõ ſoluendo quartam exurgat ex iuris diſpoſitione priuilegium ad non ſoluendam quartã & ſic ad non faciendum, tale priuilegium non tollitur per vnicum actum, neq; per binum actum, ſcilicet, ſoluendo quartam, niſi talis ſolutio ſit facta per ſpatium quadraginta annorum iuxta iura ſuperius citata.

b c. accedentibus cap. de terra de priuil.

ARTICVLVS III.

An quarta debeatur de funeralibus Eccleſiæ parrochiali ſi tempore peſtis, aut belli aliquis aufugit à ciuitate, vel à villa animo redeundi ſi ibi moritur, an ſuæ Eccleſiæ parochiali debeatur.

RESpondeo dicendo, quod in iure *a* canonico dicitur, quod decedens qui ſibi ſepulturã non eligit, nec habet ſepulchrum maiorum de bet ſepeliri apud Eccleſiam parochialem ratione cuius quæritur, quæ dicatur Eccleſia parochialis ſi quis ad tempus tranſtulit ſe ad certum locum, vel cauſa recreationis ad villam, vt exerceat ruralia, vel vt peſtem euitet, iuxta quandam decretalem, *b* & ſummarium ibi poſitum, & contingit iſtum foris degere. Ioannes Andreas dixit, quod ſiquis de diœceſi propter hoſtilitatem belli defert ſe ad ciuitatem, & ibi habitat animo redeundi finito bello ſi ibi decedat non eccleſia vbi mortuus eſt, & habitat, ſed Eccleſia villæ vbi habet domicilium habebit quartam de funeralibus. Antonius de Butrio, in quadam quæſtione viſus eſt idem ſenſiſſe dum ait, quod ſi tempore peſtis ciues Florentini transferunt ſe Bononiam, & ibi habitant, & finaliter ibi morantur, Eccleſia, quæ eſt *Florentiæ* habebit quartam, quia illa eſt parrochialis, ex quo habebant propoſitum redeundi finita mortalitate, & ibi dicit, quod ita de facto fuit cõſultum Bononiæ, de quo videndus eſt Abbas *c* quatuor caſus conſiderans, ita *d* Hieronymus Preuidelli de peſte, & eius priuilegijs qui tractatus in diuerſorum doctorum apponitur tractatibus.

a toto tit. extra & in. 6. de ſepul.

b c. is qui de ſepul. li. 6.

c Abbas in c. de his ex. de ſepul.

d Preuidelli de peſte, & eius priuil. de vltim. volunt. §. in multis partibus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum inter mendicantes ex vna parte & parochiales Eccleſias ex altera poſsint fieri conuentiones, quæ repugnent conſtitutioni Clementinæ dudum §. cæterum, puto, quod nulla quarta ſoluatur, vel ſoluatur minus quarta, vel ſoluatur quarta de quibuſdam obuentionibus, & non de omnibus de quibus ibidem loquitur.

RESpondeo dicendo, quod tenent cõuẽtiones, & compoſitiones prædictę, quia illa clementina, licet reuocet conuentiones factas ante illam, non tamen impedit fieri nouas conuentiones etiam contra diſpoſitionẽ eius. Præterea illa clementina emanuit in fauorem, & priuilegiũ Eccleſiarum parrochialium, ſed conſtat, quod de his, quæ inducta ſunt in fauorem alicuius poteſt quis renuntiare illi, cuius fauore illud inducitur, vt eſt vulgarum in iure. *a* Quod comprobatur: nam decimæ ſunt per legem determinatæ ſuper quibus nihilominus poteſt fieri cõpenſatio, vt patet ex iure. *b* Quod ex dictis in primo tomo *c* ſatis probatur.

a L. ſiquis in cõſcribẽdo. C. de pact. c. ad apoſtolicam de regul.

b c. ſtatuim. de tranſact.

c. ex multiplici. de decim.

c. 1. to. q. 69. ar. 3.

ARTICVLVS V.

Sit aliquod monaſterium exemptũ quo ad legẽ diœceſanã, & iuriſdictionis & immediate ſubiectum Papæ, tale tamen monaſteriũ habet parochianos, & populum non exẽptũ, quæritur an tale monaſterium teneatur ad canonicam Epiſcopalem.

RESpondeo dicendo, quod Innocentius ait, quod licet monaſterium â lege diœceſani ſit exemptum, tamen ſi nõ habet exẽplum populũ debet facere omnia, quæ pertinent ad legem diœceſani ad quæ ratione populi aliæ Eccleſiæ tenentur in quantũ lex diœceſani populũ tangit, vel mẽbra nõ exempta, argumento cuiuſdam *c* decretalis. Quidã tamẽ dicunt, q; ſi ſunt aliqua quæ populũ nõ reſpiciũt quoad illa lege diœceſana nõ tenebuntur, ſicut in his, quæ eis donãtur intuitu pietatis, vel religionis nullã quartam per legẽ habebit Epiſcopus argũmẽto eorũ quæ

a Innoc. in c. 1. in Gloſ. magna in v. item. nota de ſtat. monach.

c c. exore in fin. de priu.

quæ in quodam decreto *d* notantur, quia nihil niſi ratione populi recipere poteſt ſecũdum eius, idem etiam dicunt, quod in nullis alijs ad legem Diæceſanam pertinentibus tenentur Epiſcopo, niſi in his quæ aliæ Eccleſiæ alias exemptæ ratione populi tenentur,

d c. cũ pro utilitate 16. q. 1. e c. illuminо 18. q. 2.

Dicebat etiam Innocentius, *f* quod quãdo monaſterium habet Eccleſiã, quæ eſt de membris ſuis pleno iure exempta à poteſtate diæceſani, tunc Abbas in illa Eccleſia inſtituet rectorem, quem examinare non pertinet ad Epiſcopum, ſed ad Abbatẽ, quia talis rector nõ inſtituitur ab Epiſcopo, ſed ab Abbate, ſed tunc ſi populus illius Eccleſiæ non ſit exemptus rector Eccleſiæ inſtitutus per Abbatem recipit curam ab Epiſcopo & reddet ei rationem populi, & ibit ad Concilium Epiſcopale, & recipiet ibi ſtatuta Synodi, & reſpondebit de quarta decimarum oblationum, & mortuariorum & huiuſmodi, quæ ſibi à populo obuenerint, & præſtabit ſibi reuerentiam obſequium & honorem ratione populi, & alia quæ alij rectores præſtant Epiſcopo argumento eorũ, quę in iure *g* notantur, vbi dicit Innocentius, quod Abbas exemptus qui habet populum non exemptum per populum cogitur ire ad Synodum.

f Innocen. in c. veniẽ. de ver. ſig. li. 6.

g cap. exor. de priu. ca. quod ſuper his de mai. & obe.

Dicebat etiam Innocentius, *h* quod quãdo monaſterium eſt exẽptũ, & habet populum nõ exemptũ, quod tunc quoad laicos videlicet parochianos illius Eccleſiæ nulla iura Epiſcopus perdet, dabit enim pœnitentias publicas chriſmabit, &c. Epiſcopalia iura tã quoad legẽ diæceſanam, quã quoad legẽ iuriſdictionis ſpectantia exercebit iuxta ſacros canones *i* his, & alijs hanc partem ſequitur Petrus de Vvaldis. K

h Innocen. in c. recipimus de pri.

Ex dictis infertur, *ꝙ* ſi Epiſcopus habeat Eccleſiã parochialẽ, & curatã pleno iure ſibi ſubiectã quoad legẽ diæceſanã, & iuriſdictionis habentem parochianos, ſi modo Papa illa concedat monaſterio exempto cum parochianos iniungẽdo, *ꝙ* cura animarũ dictæ Eccleſiæ Abbati dicti monaſterij immineat, ipſamq; curam per capellanũ exerceat & quod inſtitutio, & deſtitutio dicti capellani ad Abbatẽ dictũ pertineat & quod ipſi & eius capellanus ratione dictæ curæ nõ ſit in aliquo diæceſano ſubiectus, quod hoc caſu non debebitur quarta canonica Epiſcopo cum dicta Eccleſia ſit omnino exempta, ita tenet expreſſe *i* Innocentius.

i c. olim de priuil. ca. in noſtra de ſepul. K Vvald. de cano. Epiſcopal. q. 10. l Innoc. in c. fi. de offi. Archidi. in glo. iu. ver. monaſterio in verſ. niſi in monaſterijs idem in c. 1. de ſtat. monac.

QVÆSTIO XLVII.

De reformatione religionum, in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *VTrum ſine licentia generalis poſsit fieri reformatio.*

2 *Vtrum in religionibus ſint ſæpius celebranda capitula generalia ad reformationem*

3 *De reformatione diſcalciatorum noſtræ ſacræ religionis de obſeruantia.*

ARTICVLVS. I.

Vtrum ſine licentia generalis poſsit aliqua fieri reformatio.

REſpondeo dicendo, quod in ordine Minorum non poteſt fieri reformatio ſine licentia generalis, & prouincialium reformatorum, ita quod dictæ reformationes miniſtro generali, & prouincialibus reformatis per omnia iuxta regulã ſubijciantur, vt habetur in ſupplemento *a* de quo in ſuperioribus *b* ſatis dictum eſt.

a Sup. ſo. 30 conceſ. 101. b 2. to. q.

ARTICVLVS II.

Vtrum generalis in religionibus teneatur, ſæpius celebrare capitula generalia vt ordo reformetur.

REſpondeo dicendo, ex his quæ ſacri canones de congregationibus prouincialibus in diæceſibus agendis propoſiti articuli quæſtionem eſſe reſoluendam. Pro quo ſciendum eſt concilia fieri neceſſario debere ab Epiſcopis, cum id in ſacris canonibus ſæpè ſæpius præcipiatur, Eccleſia enim in omni tempore, & illius ætate à tempore Apoſtolorum hoc ordinauit, in *a* canonibus enim Apoſtolorum in hũc modum diſponitur, bis in anno Epiſcoporum concilia celebrentur, vt interſe inuicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Eccleſiaſticas contentiones amoueant, ſemel quarta ſeptimana Pentecoſtes, ſecundo vero duodecima die Hyperbi ſexti.

a canon. 36 alias 38.

Concilium etiam Nicenum *b* ſequendo hunc canonem, & præceptum Apoſtolicum, id ipſum diſpoſuit dicens habeatur ſe-

b cap. 5.

tur ſemel Concilium antedies quadrageſimæ, vt omnibus (ſi quæ ſunt) ſimultatibus computatis mundum ieiunium, & ſolemne poſsit offerre, ſecundum vero agatur circa tempus autumni.

c Cap. 20. Et Concilium *c* Antiochenum id ipſum ordinauit dicens ſufficere nobis viſum eſt bis in anno per ſingulas prouincias Epiſcoporum Concilium fieri. In Concilio autem Calcedonenſi reprehenduntur Epiſcopi, qui præfata concilia ceſſarunt celebrare in hunc modum. *d* Peruenit ad noſtras aures, quod in prouincijs conſtituta Epiſcoporum concilia non celebrarentur. Hoc ex eo probatur, quod multa quæ correctione opus habent Eccleſiaſticæ rei negliguntur, ſtatuit ergo hæc ſancta Synodus ſecundum regulã patrum bis in anno in vnum conuenire per ſingulas prouincias Epiſcopos, vbi ſingula, quæ emerſerant corrigantur. Quod ipſum *e* Leo Papa, in quadam Epiſtola præcepit. Et in Concilio, quod celebratum eſt tempore Regum Caroli, & Pipini hoc ipſum fuit decretum. Et in Concilio de Aquiſgran *f* tempore Ludouici Pij hoc ipſum fuit confirmatum. Et in ſeptima Synodo, quæ fuit ſecunda Nicena *g* iterum conſtitutum, & mandatum. Et in octaua Synodo generali celebrata per trecentos ſeptuaginta tres Epiſcopos anno octuageſimo ſexageſimo octauo tẽpore Adriani Secundi id ipſum videmus præceptum. Quod & Summus Pontifex Ormiſda in quadam Epiſtola, quam ſcribit ad Epiſcopos Hiſpaniæ obſeruari mandauit.

d Act. 19. c.

e Epiſt. 82.

f Cap. 22.

g 18. diſt. c. quoniam.

h Epiſ. 2. Athanaſius *h* Conſtantinopolitanus in quadam Epiſtola dolens, quod in his celebrandis bis in anno Concilijs tepiditas iam ceperat inualeſcere promittit, ſi pax pro munere Dei fuerit ſecuta hoc eſſe corrigendum. Quod in Synodo Aureliana Tertia, *i* eſt correctum in hunc modum. Vnuſquiſque *M*etropolitanus in prouincia ſua cum prouincialibus ſuis ſingulis annis Synodale habeat opportuno tẽpore cõcilium. Quod ſi illum infirmitas, aut neceſsitas certa tenuerit, vt ad alium conſtitutũ locum adeſſe non poſsit ad ſuam ciuitatem ſuos vocet fratres. Quod ſi intrabiẽniũ diuinitus tranquillitate cõceſſa admonitis cõprouincialibus à Metropolitano Synodus indicta non fuerit Metropolitanus ipſe propter euacuationis tarditate anno integro Miſſas facere non præſumat. Quod in Concilio Toletano XI. *l* tempore Papæ Vitalini fuit confirmatum. Et licet D. Gregorius bis in anno ea voluerit celebrari, vt ex quadam eius Epiſtola *m* ſcripta Epiſcopo Calagurritano patet, in alia tamẽ Epiſtola *n* ſemel in anno ea fieri præcepit. Quod, & Concilĩũ *o* Lateranenſe tempore Innocentij Papæ ſtabiliuit.

i Cap. 1.

l cap. 15.

m Li. 3. Epiſt. epiſto. 9 in d. 12.

n Li. 13. Epiſt. in d. 7. Epiſt. 31.

o cap. 6.

Concilium *p* autem Lateranenſe ſub Leone X. viſa fragilitate humana ea concilia ſingulis triennijs fieri mandauit, ad illaque etiam exemptos accedere debere decreuit, priuilegio atque conſuetudine quacumque contraria non obſtantibus, circa hoc autem negligentes pœnas in eiſdẽ canonibus (ait) ſe nouerint incurſuros. Quod & Cõcilium *q* Tridentinum confirmauit, cum autem generales ordinum, vt Metropolitani iudicentur non eſt dubium, quod prouinciales, aut Abbates habẽtes iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem tenentur ad capitulũ conuocare iuxta ſui inſtituti decreta. Quæ de triennio in triẽnium in maiori parte religionum fieri debere eſt ſtatutũ, *r* & ſicut Synodi prouinciales Epiſcoporum pro morũ correctione, ac controuerſiarũ deciſione, & determinatione, ac mandatorũ *D*ei obſeruatione celebrari præcipiuntur, vt ſic deprauata corrigãtur, & decreta facere negligẽtes canonicis pœnis ſubiaceant, ita capitula generalia (cũ prouinciales cũ ſuo generali ſint vocati in partẽ ſolicitudinis apoſtolicæ) ſunt prẽcipuè cõgreganda, vt de reformatione religionis agatur, & obſeruãtiarũ regulariũ omnimoda cura habeatur, & de morũ correctione, necnõ de controuerſiarũ deciſione & determinatione ſententia diffinitiua à patribus proponatur, hæc enim facere negligentes Generales, & Prouinciales in præfatis capitulis, ego non poſsum à peccato mortali liberare, cum aliqui nolint Metropolitanũ, & Epiſcopos ab hac graui macula excuſare ſi de his iuxta munus Apoſtolicũ ipſis impoſitũ nõ agãt quærentes tantũ quę ſua ſunt & non quæ Ieſu Chriſti ſicut proh dolor ſolet enenire in capitulis generalibus & prouincialibus regularium in quibus omne tẽpus in electionibus & in prouiſionibus prælatorũ & officialiũ cõſumuntur, & parũ in his quæ pertinent ad morũ reformationẽ relinquitur, vt & hæc præcipue efficerẽtur, capitula generalia, necnon & prouincialia celebrari conſueuerunt, & præcepto Apoſtolico ad id tenentur regulares, prout, ex ſequenti articulo latius patebit.

p Seſ. 10. cap. 10.

q Seſ. 24. de refor. c. 2.

r Habetur in 1. tom.

ARTICVLVS III.

Quæ vtilitas ex repetitione capitulorum generalium conſequatur.

REſpondeo dicendo, quod vt ante oculos noſtros pateat quanta ſit vtilitas ex repetitione capitulorũ generaliũ in religionibus, ſi attente cõſiderẽtur concilia in ſuperiori articulo adducta omnibus erit manifeſta. Quod etiam exadducendis latius, & clarius apparebit. Rationes enim, quæ militant, vt concilia prouincialia ad minus de triẽnio in triẽniũ ab Epiſcopis cum ſuo Metropolitano celebrentur nos vrgent, vt in religionibus capitula generalia, ad minus de triẽnio in triennium fiant, nam prima ratio, quare Metropolitanus, & Epiſcopi aſtringuntur præfata concilia prouincialia congregare eſt, quia præceptũ, quod ad id exequendum imponitur in ſacris decretis, & canonibus tam iteratis vicibus repetitur, vt ſuperiori articulo ſatis patet: nam vt ait Iob *a* ſemel loquitur Deus, & ſecundo idipſum non repetit, at tamen quando idipſum repetit cõfirmat dictum, & innuit minimè mutari debere, vt in libro *b* Geneſis in illa Pharaonis viſione fuit ſatis manifeſtatum, dicitur enim ibi. Quod autem audiſti ſecundo ad eandem rem pertinens, omnium firmitatis indicium eſt, eo quod fiat fermo, & velocius impleatur. Quod & notat D. *c* Gregorius dicens, quidquid eloquio diuino repetitur robuſtius cõfirmatur, & de præceptis Dei non eſt nobis licitum perquirere rationem, noſtrum enim eſt ſimpliciter Deo obedire ne videamur filij Adami & Euæ, qui dæmoni quærenti, cur præcepit vobis Deus libenter acquieuerunt, & inde eis contigit, vt cũ in honore eſſent non intellexerunt & comparati ſunt iumentis, & ſimiles facti ſunt illis, & ſic ait Diuus *d* Bonauentura in breui loquio, dæmon interrogauit de cauſa mandati, vt rationem dubiam redderet. Et Diuus *e* Bernardus ait. Perfecta vero obedientia eſt maxime in incipiente indiſcreta, hoc non diſcernere, quod vel quare præcipitur, ſed ad hoc tantum, niſi vt fideliter, & humiliter fiat, quod à maioribus præcipitur, itaque de præceptis Dei non eſt licitum rationẽ petere, nec vlla circa ea eſt admittenda replicatio, velle enim de illis rationem inueſtigare & petere eſt de arbore vetita manducare & Dei ſcientiam vſurpare, & plus quam oportet ſapere. Vera itidem obedientia non ſolum conſiſtit in voluntate adimplente præceptum, ſed in intellectu firmiter credendo nihil melius opportunius, & vtillius quam diuinum adimplere mandatum, vult enim Deus, vt eius præcepta ſine gloſſa impleantur, *f* dicens non addetis ad Verbum, quod vobis loquor nec auferetis ab eo. Quod etiã alibi greperit Dominus dicens. Quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino, nec addas quidquam, nec minuas, quæ conſiderans *h* Propheta meditans in lege Domini die, ac nocte in hæc verba prorumpens affirmat. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. Si igitur præceptis *D*ei ſimpliciter, & de plano eſt obediendum, intelligendo in ipſis ad implendis maximum nobis cõmodum, & vtilitatem contineri, à fortiori id tenemur firmius credere ſi præcepta non ſemel, ſed ſæpe ſæpius nobis à Deo intimantur, ſicut præceptum de congregandis concilijs prouincialibus ab initio naſcentis Eccleſiæ nobis ſæpe ſæpius eſt repetitum, quod credendum eſt à Deo fuiſſe datum. Hæc autem ratio militat etiam in celebrandis de triẽnio in triẽniũ capitulis generalibus in religionibus, cum id præcipiatur à Chriſti Domini Vicario ſibi perſuadente non poſſe religionis obſeruantiam conſeruari, nec labefactatam reparari: niſi præfata capitula reiterentur, prout in noſtra religione minorum de obſeruantia *L*eo Decimus ordinauit in bulla enim vnionis ſtatuit, vt miniſter generalis, primo triennio ſui officij celebrare teneatur vnum capitulum generale in partibus, in quibus in ſuo ſexennio nõ erit commiſſarius generalis, ſcilicet, in partibus vnde ipſe fuerit aſſumptus, ad quod conuenĩant vocales illarum partium à quibus aſſumptus fuerit. Et qui ſimiliter aliud capitulum in partibus in quibus aſſumptus non fuerit perſe, vel per ſuum commiſſarium (ad quod omnes vocales illarum partium accedere teneantur) celebrare debeat. Aut ſuper hoc fiat, quod Generalis Miniſter cum capitulo Generali iudicauerit faciendum, ita refertur in ordinis *i* Supplemento. Et in ordine Ciſtercienſi de triennio in triennium Capitulum Generale, & intermedium celebrari præcipit Eugenius Quartus. K Quod & in alijs religionibus obſeruari videmus, licet enim

a Iob. 33.

b Geneſ.

c l. 35. mor. c. 8.

d Bonauen. 3 par. c. 2.

e In Epiſt. ad Fratres Demon Dei.

f Deut. 4. g Deu. 12.

h Pſal.

i Snpp. f. 39 conceſ. 96. K Priuil. 7. n. 2. & prin. 8. n. 2. & pri ui. 17. n. 2.

enim metropolitani cum Epiſcopis Prouincialibus non celebrent præfata concilia prouincialia, quos nolo condemnare tanquam mortaliter peccantes, licet patenter præceptum Apoſtolicum, & conciliare non adimpleant, quia tot grauiſsimos patres, ita cenſurare durum exiſtimo. Attamen in religionibus non poſſum non condemnare patres capitula generalia, pro reformatione morum fieri conſtituta præter mittentes, cum religiones authoritate Apoſtolica inhærentes præfatis canonicis decretis, ea de triennio in triennium celebrare conſueuerint, in quibus ſi de moribus componendis, & de obſeruantia collapſa reſtauranda non curatur, perinde eſt, ac ſi non celebrentur cũ præcipuum, ad quod fuerunt inſtituta prætermittatur, & per cõſequens præceptum ea celebrandi reuera non impleatur.

Secunda ratio, quare concilia prouincialia ſæpius celebrari mandatum eſt, vt videatur quomodo Epiſcopi in ſuo munere exercẽdo ſe gerant, & villicationis ſuæ reddant rationem, prout in Concilio Tridentino *l* ſatis innuitur, & defectus emendentur, prout in iure *m* innuitur, & ſic præcipitur, vt defectus in concilijs prouincialibus proponantur, & ſtricte ſyndicentur in ratiocinijs præſtandis. Quæ ratio etiam militat in regularibus, ad hoc enim capitula generalia fiunt, vt generales, & prouinciales, & alij prælati viſitentur, & eorum defectus publicè puniantur, vt ſucceſſoribus ſint in exemplum, & metu pœnæ ſaltem à ſimilibus patrandis ſe abſtineant.

l Seſſ 13. de refor. c. 5.
m c. quapropter. 18. diſt. Conc. Trid. ſeſſ. 5. c. 2. & ſeſſ. 24. de refo. c. 18. & ſeſſ. 25. de refor. c. 14. & 22.

Tertia ratio quare de triennio in triẽniũ ſaltem debent celebrari concilia prouincialia eſt, quia aliqua decreta conciliorum vniuerſalium, & conſtitutionum pontificalium obliuione, aut alia cauſa tranſgredi poſſunt, & tranſgreſſa ſunt, & ſic poteſt contraea allegari moribus vtentium non eſſe comprobata, & iam per non vſum non obligari, quod certè in maximum detrimentum Eccleſiæ vniuerſalis cedit, vt omnibus eſt compertum. Eccleſia enim cum obſeruatione prædictorum decretorum, & conſtitutionum progreditur, quaſi aurora conſurgens, à quibus eneruatis, & per non vſum ſublatis, poſſumus de ea illud Hieremiæ *n* dicere, quo modo obſcuratum eſt aurum, & mutatus eſt color optimus, & ipſa Eccleſia, vt gemibunda deplorat hanc maximam calamitatem dicens. Quis mihi det, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies, quibus Deus cuſtodiebat me, quãdo ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, ad lumen eius ambulabam in tenebris ſicut fuit in diebus adoleſcentiæ meæ, quando ſecreto Deus erat in tabernaculo meo, quando erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei, quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi cibos olei, quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. Videbant me iuuenes, & abſcondebantur, & ſenes aſſurgentes ſtabant, principes ceſſabant loqui, & digitum ſuperponebant ori meo, vocem ſuam cohibebant duces, & linguæ eorum gutturi ſuo adhærebant. Hæc Iob nomine Eccleſiæ nobis ſcripta reliquit, qui vltra nomine ipſius ſuam præuidens calamitatem progreditur dicens. Ecce clamabo vim patiens, & nemo audit, vociferabor, & non eſt qui iudicet, ſemitam meam circunſepſit, & tranſire non poſſum, & in calle meo tenebras poſuit, ſpoliauit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo, diſtraxit me vndique & pereo, & quaſi auulſæ arboris abſtulit ſpem meam, iratus eſt contra me furor eius & ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum, ſimul venerunt latrones eius, & fecerunt ſibi viã per me, & abſconderunt in gyro tabernaculum meum. fratres meos longe fecit à me, & noti mei, quaſi alieni receſſerunt à me, dereliquerunt me propinqui mei, & qui me non nouerunt obliti ſunt mei, inquilini domus meæ, & ancillæ meæ ſicut alienum habuerunt me, & quaſi peregrinus fui in oculis eorum, ſeruum meum vocaui, & nõ reſpondi, ore proprio deprecabar illum. Halitum meum exhorruit vxor mea & orabam filios vteri mei, ſtulti, quoq; decipiebãt me, & cum ab eis receſsiſſem detrahebant mihi, abominati ſunt me quondam conſilia rij mei, & quẽ maximè diligebam aduerſatus eſt me, pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum, & derelicta ſunt tantum modo labia circa dentes meos: miſeremini mei ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me, quare perſequimini me, ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini. Hi in ſpiritu ſunt Eccleſiæ ſecundum Sanctos Patres, in his temporibus clamores, quæ ipſius Dei imprecatur auxilium, vt ad ætatem adoleſcentiæ ſuæ

Iob. 29.

n Hieremi. thren. 4.

eam reducere dignetur, & ipſius manus diſſolutæ confortentur, & neruis decretorum, & canonum apoſtolicorum, quibus procedens ſpiritu Domini ſuper aquas ferebatur vegetetur, ne cum veritate poſsit deflere dicens, adhæſit os meum pelli meæ, & derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos. Quæ reſtitutio per concilia generalia, & prouincialia ab initio ipſius Eccleſiæ ſæpe, & frequenter celebrata fieri cõſueuit.

Hæc autem ratio etiam in religionibus militat in quibus ad ipſarum reformationẽ & ad recuperandum antiquum nitorem capitula celebrantur, ſi enim in ipſis non fiant ad minus de triennio in triennium capitula generalia, conſtitutiones editæ, & factæ in alijs capitulis pro obſeruatione regulari frãgi poſsint, & ſic eorum non vſu allegato obliuioni traderentur, & regularis obſeruãtia non ſolum non reciperet augmentum ſed etiam, vſque ad profundum exinaniretur, ſicut ſi religiones perluſtramus videbimus aliquas ſpiritu exinanitas, & vſque ad profundum emerſas, quia licet capitula ipſa generalia continuarentur, & de triennio in triennium fiant, in ipſis tamen fere omnia quæ tractantur ad electiones prælatorum & officialium reducuntur, & de obſeruantia proprij inſtituti, & regulæ parum, aut nihil agitur, cum illud, quod principaliter in his ventilari & conſuli oportet ſit morum reformatio, & inſtituti proprij omnimoda obſeruatio. Quibus cum deficiat iſte ſubſtantialis cibus aliquas, fame perire proprijs oculis videmus, & propinquantes morti ſuum mortis periculum deplorant, prout infra oſtendemus.

Quarta ratio, quare præfata concilia debent celebrari eſt, quia hæreſes pullularunt ex eo quod non celebrantur. Principalis enim cauſa, quare in Alemania Anglia Scotia, Flandria, & Gallia hæc maxima peſtis ſerpit, fuit, quia metropolitani ab his concilijs ineundis ceſſauere, prout deplorat Anaſtaſ. *p* Conſtãtinopolitanus loquens de ipſis, dicẽs ſi aſsiduè ea celebrẽtur reformationẽ Eccleſiæ cauſabũt, & hæreſes extirpabũtur, ipſa autẽ cõtinuo celebrata naſcentes hæreſes ſtatim, & breuiter extirpabunt, quæ ſi per aliquod tempus diſsimulantur ſumptis viribus difficilé deſtruantur, & ſic in ſpiritu dicit diuina ſcriptura, capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, ſignificans iſta geniminia viperarum ſtatim in ſuo ortu debere in concilijs prouincialibus capi, ne vineam Domini Sabaoth iam ætate prouecta demoliantur. Vide quid circa hoc nobis ſcriptum reliquerit Diuus Iſidorus. *q* Canones generalium conciliorũ temporibus Conſtantini cœperunt: in præcedentibus namque annis perſecutione feruente docendarum plebium minimẽ dabatur facultas, inde Chriſtianitas in diuerſas partes ſciſſa eſt, quia non erat Epiſcopis licentia conueniendi in vnum, niſi tempore prædicti Imperatoris. Aduertite etiam quid ſcripſerit D. Hieronymus ad Ruſticum *r* Eccleſia habet ſenatum presbyterorum. Et infra, Roboam filius Salomonis, ideo perdidit regnum, quia audire noluit presbyteros ſuos ſenatum quoque Romani habebant, cuius conſilio cuncta agebant, & nos habemus ſenatum noſtrum cætum presbyterorum. At nemo poteſt negare D. Hieronymum per cætum presbyterorum ſenatum Epiſcoporũ intelligere. Quod ex phraſi huius ſancti Doctoris, & patrum ſui temporis ſatis cõijcitur. Quod & ipſum innuit Diuus Paulus *ſ* dicens. Attendite vobis, & vniuerſo gregi in quo Spiritus Sanctus vos poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, quo in loco de Epiſcopis in vnum congregatis videtur Apoſtolus verba facere, qui in locum ſenatus apoſtolici ſucceſſerunt. Quæ omnia confirmãtur ex his, quæ proprijs oculis conſpicimus. Nulla enim prouincia in tẽporalibus ſine ſenatus quotidiano conſilio potuit gubernari, à quo deſtituta ſtatim perijt. Ex qua experientia clarè patet etiam Eccleſiam Dei ſimile in ſpiritualibus naufragium paſſuram, ſi ab ijs Epiſcoporum ſenatibus deſtituatur, & concilia prouincialia continuo minime celebrentur.

Hæc autem ratio, etiam militat in religionibus in quibus ſi deficiant capitula generalia, in quibus de regula, quam regulares ſunt profeſsi non agatur hęreſes, vt ita dicam contra regulam inſurgerent, ſicut quotidie à fratribus, ſe ipſos amantibus cernimus pullulare, pro quibus ſedandis neceſsarium eſt, vt patres obſeruantiæ regularis zelatores in vnum congregentur, vt de intellectu proprij inſtituti agatur, & ſecundũ mentem legiſlatoris explicetur, & ad vnguem declaratũ ſeruetur, & fiat perpetua, & inuiolabilis conſtitutio, qua caueatur, vt ſi-

p Epiſt. 2.

q Iſido. li. 7. etymol. ca. 18.

r 16. q. 1.

ſ Act. 20.

vt ſicut pro confeſſarijs lectio moralis Theologię in conuentibus perpetuatur, ita etiam aliquod tempus ad tractandum de intellectu proprij inſtituti cuiuſcumque religionis reſeruetur, vt omnes ſciant quomodo paupertas ſit ſeruanda, & caſtitas & obedientia promiſſa ſit præ oculis habenda.

Quinta ratio, quare neceſſarium omnino eſt præfata concilia prouincialia celebrari, eſt quia ceſſantibus Epiſcopis ab ipſa tam neceſſaria celebratione propter hoc conſequenter ceſſat correctio morum, imo & delinquentium, & laici mittentes facem in meſſem alienam de reformatione Eccleſiæ agunt opus alienum, ab eis ſibi aſſumentes affirmantes ipſos in ſubſidium poſſe ſe in rebus Eccleſiaſticis intromittere, cum Eccleſiaſtici ad quos ſolicitudo hæc efficiendi ſpectat negligentiores, vt par eſt ſe in omnibus oſtendant, ita vt iam prædicatores in publicis concionibus eorum nimiam negligentiam redarguentes auxilium ſeculare implorare ad reformationem Eccleſiaſticæ diſciplinæ videantur, in fauoré ſuæ ſententiæ illam Chriſti t Domini autoritatem adducentes ſcilicet Epiſcopos eſſe ſal terræ, quod ſi ſal euanuerit in quo ſalietur? ad nihil valet vltra, niſi vt mittatur & conculcetur ab hominibus. Quam in hunc modum intelligunt, ſcilicet, quod Epiſcopi ſunt ſal terræ cum in ſimul congregati Eccleſiam à putredine reſeruent, etſi Epiſcopi euanuerint de officio ſalis nihil curantes in quo ipſi ſalientur, cum hominem non habeant, vt ab ipſo ſalem recipere poſſint, certe ad nihilum valent vltra, niſi vt mittantur foras, & cõculcentur ab hominibus: non gerentibus enim ſe Epiſcopis, ſicut decet, & ſe, & ſuas oues minime corrigentibus, quid reſtat, niſi vt laici in ipſorum correctione ſe intromittant, ipſoſque parui pendant, & eorum authoritatem pedibus conculcent contra id quod Sancti Patres ſcriptum ipſis, & omnibus reliquerunt, ille enim famoſus Sanctus Oſius Cordubenſis in hiſtorijs Eccleſiaſticis, & in concilijs celeberrimus, prout refert Anaſtaſius magnus in Epiſtola, quam ſcribit ad ſolitariam vitam agentes Imperatorem alloquens ait. Ne te immiſceas Eccleſijs, nec nobis in hoc genere præcipe, ſed ea potius à nobis diſce, tibi Deus imperium commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ concrediđit, &c. ſi iſtud eſt officium Epiſcoporum, quid commune habet cũ eo imperator? & infra. Quis enim non merito dicet eam ipſam abominationem deſolationis eſſe, quæ à Daniele Propheta dicta eſt ſtantem in loco Sancto? Contraid etiam, quod nobis præcipit Diuus Paulus dicens ſeniorem te ne increpaueris in quo loco prohibet ſeculares, ne verba increpationis in presbyteros, per ſeniores ſignificatos prorumpant. Denique neceſſarium eſt, vt Epiſcopi ſe ipſos, & clerum corrigant ne eiecti, tanquam ſi non eſſent Eccleſiaſtici foras in manus incidant ſæcularium, & ab ipſis de corrigendis eorum moribus agatur: obligati enim ſuæ proprię ſalutis nihil aliud auidius cupiunt, quam ſuper illos habere poteſtatem, & eorum vitam componere, quam & linguis doloſis velut carbonibus deſolatorijs maculare, & deſtruere ſæpe ſæpius conantur, & pedibus calcare eos paruipendendo non deſinunt. Quod apud Deuteronomium * videmus figuratum iuxta id quod nobis ſcriptum reliquit Auguſtinus: dicitur enim ibi. Quando habitauerint fratres ſimul, & vnus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Iſrael, ſi autem noluerit accipere vxorem fratris ſui, quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetque, non vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Iſrael, nec me inconiugem ſumere, ſtatimq; accerſiri eum facient, & interrogabunt, ſi reſponderit, nolo eam vxorem accipere, accedet mulier ad eum coram ſenioribus, & tollet calciamentum de pedibus eius ſpuetque in faciem illius, & dicet, ſic fiet homini, qui non ædificat domum fratris ſui, & vocabitur nomen illius in Iſrael domus diſcalciati. Auguſtinus enim contra Fauſtum hanc figuram hoc modo interpretatur. In mandatis veteris teſtamenti pro crimine obijcitur, quod vxorem fratris ad hoc frater iuſſus eſt ducere, vt non ſibi, ſed illi ſobolem ſuſcitaret eiuſque vocaret nomine, quod inde naſceretur, quid aliud in figura præmõſtrat niſi quia vnuſquiſque euangelij prædicator, ita debet in Eccleſia laborare, vt defuncto fratri id eſt Chriſto ſuſcitet ſemen, qui pro nobis mortuus eſt, & quod ſuſcitatũ fuerit eius nomen accipiat, & infra. At vero qui

t Matt.

n Deut. 25.

Auguſt. cõtra Fau. lib. 32.

qui electus ab Ecclesia ministerium euangelizandi renuit ab ipsa Ecclesia merito digneque contemnitur. Hoc est enim quod in eius faciem iubetur expuere, non sanè, sine signo huius opprobrij, vt calceamẽto pedis vnius exuatur ne sit in eorum sorte, de quibus Apostolus *y* ipse ait. Et calciati pedes in præparatione Euangelij pacis, & de quibus commemorat Propheta, *z* quam speciosi pedes eorũ, qui annũtiant pacẽ, qui annũtiant bona. Qui enim sic Euãgelicã fidẽ tenet, vt & ipsi prosit, & Ecclesiæ prodesse nõ renuat bene intelligitur vtroq; pede calciatus. Qui autẽ sibi putat quia credit satis esse consultum: curam vero lucrandorum refugit aliorum discalciati illius non figuratum significauit, sed in se impletum portabit opprobriũ. Hęc Augustinus. Ex quibus colligitur, qua solicitudine tenẽtur Episcopi (quorũ propriũ munus est Euangeliũ prædicare) filios spiritualiter generare semen Christo Domino fratri suo mortuo suscitando, sicut *D.* Paulus *a* se fecisse commemorat increpando illos, quos genuerat non carnaliter, sed spiritualiter. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis: tanquam si diceret defuncto fratri vos genui, Christiani vocabimini non Paulini. Quod munus si adimplere Episcopi noluerint bono exẽplo non quasi aerem verberantes, & corpus suum & suarum ouium castigantes, & à sua deprauata libertate in seruitutem redigentes, sed totam suam substantiam in terram effundentes, & suis proprijs temporalibus satisfacientes, quærendo vnusquisque eorum, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, maioricatus fundando, & familias suas magnificando, thesaurum non incellis congregando, vbi neq; fur, nec tinea demolitur, sed in terra in qua fures effudiunt opprobrium vnius pedis discalciati consequentur, imo audebunt in faciem cum ignominia eorũ Ecclesiasticæ authoritati resistere, & continget eis illud, quod impio Onam euenisse tradit diuina Scriptura, *b* qui sciens non nasci sibi filios introiẽs ad vxorem fratris sui semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur, idcirco percussit eum Dominus eo quod rem detestabilem faceret, ab ipsis enim authoritas permittente Deo licet non auferatur, gladius tamen eorum ita hebetabitur, vt non sint potentes in opere, & sermone. Huc pertinet illud, quod Simon de Cassia dicit explicans illud *M*arci, *c* quando Herodes reprehensus fuit à Ioanne, quod acceperit vxorem fratris sui, ait enim, & quod Herodi non licet, nec licet Ecclesiastico viro iustitiam secularem vxorem, iam factam fratris secularis accipere, nec principi seculari licet iurisdictionem Ecclesiastici principis in aliquo vendicare, quod si proprijs huiusmodi principes contentarentur vxoribus non tot stragibus Christiani populi quaterentur. Ne autem huiusmodi strages in Ecclesia eueniant necessarium est vt Archiepiscopi, cum suis prouincialibus Episcopis in vnum de triennio intriennium congregentur, vt in his congregationibus modus præfigatur, quo vitia castigentur, & Ecclesia, ab his malis expurgetur, & reformatio Ecclesiasticæ disciplinæ desiderata succedat, ait enim D. Augustinus condiendis, & extinguendis putoribus Apostolicũ sale misit Christus in mundum, quod si sal euanuerit in quo salietur? nõ igitur Episcopi viam vanitatis ingrediantur, & nec terrenis, & temporalibus implicentur currus, & equites parando dicentes authoritati Ecclesiæ his temporibus hoc esse necessarium propter quod percutiet eos dominus eo, quod rem detestabilem faciunt erubescentes opere prædicare euangelium, in quo, nõ incurribus, & equitibus virtus Dei est, & semper erit. Ne tandem, præfata percussio à secularibus infligatur concilia prouincialia, ab Episcopis sunt sæpe reiteranda.

Hæc autem ratio maxime militat in religionibus, in quibus, quia prælati non semper curant de his, quæ sunt Christi congregando capitula generalia, in quibus de obseruantia proprij instituti agatur, nec de perseuerantia in virtute, & profectu spirituali tractatur, nec consulitur, quomodo extirpentur vitia & ambitiones, nec praui religiosi, & tyrannici prælati castigantur, vt metu pœnæ à delictis, & à transgressionibus proprij instituti alij se abstineant, aliqui religiosi prætextu reformationis ad tribunalia Ecclesiastica, necnon secularia recurrunt in maleuolis cartulis verenda patrum falso reuelando, hi sunt murmuratores queruli, secundum desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superbiam mirantes personas quæstus gratia, semetipsos pascentes, nubes sine aqua quæ à ventis circunferuntur, arbores autumnales infructuosæ bis mortuæ *d* eradicatæ, fluctus feri maris, despuman-

y Ad Eph. 1
z Isa. 25.
a 1. Cor. 4.
1. Cor. 1.
b Gene. 38.
c Marc. 6.
d Iudæ c. 1.

pumantes ſuas confuſiones, ſydera errantia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum, quos vt tales debent præfata tribunalia recipere, non vt bonos religioſos qui videntes ſuas religiones viduas, & à viris ſuis derelictas intra clauſtra ingemiſcunt deſiderantes eas à ſeruitute corruptionis liberari e in libertatem gloriæ filiorum Dei, probi enim regulares adoptionem filiorum Dei expectant, & redemptionem corporis ſuæ religionis intra ſe gementes, & non foris extra clauſtra vociferantes ſuã religionem dehoneſtantes, ſpiritus enim Sanctus poſtulat pro ipſis gemitibus ineuarrabilibus. Et cum præfati mali religioſi in tenebris ambulent, & lucem odiant ad præfata tribunalia recurrunt intelligentes ea cauſas regulares ignorare, & ſic ea facillimo negotio poſſe fallere, quæ zelo imperandi in monachos magis, quam eos reformandi munus non ſuum libenter aſſumunt, & neſcientes, ſe & ſuam familiam in his, quæ pertinẽt ad ſuum ſtatum gubernare volentes reformare religiones ipſas pedibus conculcant non curantes de ſpirituali generatione filiorum, ſed adulterantes munus ab eis liberter aſſumptum deſiderant vocari ab hominibus Rabbi, primas cathedras prætendunt, & apud principes ſæculares famam ſuæ reformationis cum maxima regulariũ, apud ſæculares deformatione augmẽtare præcipuè intendunt, & loco reformationis deformationem introducunt. Nec hoc eſt mirum cũ ea quæ ſunt monaſticæ vitę neſciant, & artem reformandi regulares intra clauſtra vbi docetur, & ſcitur minime addicerint, propter quod canones ſacri ordinauerunt, ne homines diſparis religionis poſsint eſſe religioſorum prælati, prout in ſecundo tomo f late probatum eſt. Propter quod ſummis precibus contendo, & obſecro dominos meos prælatos regulares, vt ſint verè ſal quo ſale putores ſuarum religionum extinguantur, & membra ſana confortentur calamum g caſſatum non conterant, & lignum fumigans non extinguant, in veritate iudicium educant, nec ſint triſtes neque turbulenti, fiant fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſuas pes à turbine vmbraculum ab æſtu, auferant lachrimam ab omni facie, & opprobrium religionis ſuæ auferant de vniuerſa terra, iudicent in iuſtitia pauperes, & arguant in æquitate pro manſuetis religionum filijs, & quando neceſſarium fuerit percũtiant rebelles, & corrigi nolentes virga oris ſui & ſpiritu labiorum ſuorum interficiant impios, conſiderantes ipſos ad reſtaurationem religionis debere procurare vt ſuper eos requieſcat ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis & quod debent eſſe repleti ſpiritu timoris domini, in quibus donis magis de oleo miſericordiæ, quam de vino fortitudinis, & timoris continetur, cum dona conſilij intellectus ſcientiæ, & pietatis ad miſericordiæ manſuetudinem ſpectent, & miſericordia iuſtitiam debeat exaltare, Hæc enim omnia ad medendum infirmis, & ad laſſata membra confortanda ſunt permaxime neceſſaria, & vt talia Chriſtum Dominum Redemptorem, & verum mundi medicum & reformatorem ea fore habiturum nobis vaticinatus fuit Propheta Iſaias. Ea igitur ſuauitate, & zelo deprecor, vt ſuas religiones regant, vt ex ſuo regimine ad recurrẽdũ ad extranea tribunalia occaſio â fratribus inquietis minime ſumatur, qui quæſito colore redimendæ vexationis, ad ea properãt vt eorum vulneribus particularibus procedentibus ex proprio more medicina pro libito adhibeatur, non vt bono communi conſulatur anhelantes tales viſitatores conſequi, ita neſcientes ea, quæ ad regimen regularium ſpectant, vt eorum auribus poſſint pruriri, & commodum ſibi proprium reportare, qui pro putoribus extinguendis religionem magis putridam relinquunt, & loco reformationis relaxationes introducunt, & pro pace propaganda inimicitias ſectationes, & iurgia plena odio in religionibus relinquunt, & cum eorum officium ſit procurare optimos prouidere in prælatos loco horum in alios ſe beneuolos oſtendũt qui patres religionum ab eis conſtituti ipſas funditus euertunt. Nullus enim poteſt (vt iam dixi, & iterum dico) religionem reformare, niſi ille qui experientia infirmitates religioſorum cognoſcendo figmentum eorum adeptus eſt. Vide quid dicat Diuus Paulus de Chriſto generis humani reformatore, & quidem cum eſſet filius Dei didicit ex his quæ paſſus eſt obedientiam & conſummatus factus eſt omnibus obtẽperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ, Notanda enim ſunt illa verba cum eſſet filius Dei, per quæ ſignificatur Chriſtum Dominum eſſe Sanctum, immaculatum ſegregatum à

pec-

c Ad Ro. 8

f 2. to. q.

g Iſa. 42.

Iſai. 25.

Iſa. 15.

Ad Heb. 5.

peccatoribus excelsiorem cælis factum in quo reconditi sunt thesauri scientiæ, & sapientiæ Dei, qui vt hominibus esset Pontifex ordinatum est à Deo, vt disceret ex his quæ passus est obedientiam, vt eandem obedientiam hominibus posset imponere suis infirmitatibus proportionatam, & vt proportionata, & eorum imbecillitati accómodata ab eis libenter acceptaretur, vt ita generi humano esset sal, & consummatus factus esset omnibus obtemperatibus sibi causa salutis æternæ, si igitur vt filius Dei, in quo sunt talia recondita, vt nobis obediẽtiam imponere posit, & nobis obtemperantibus obedientia esset causa salutis æternæ fuit necessariũ, vt ex his quę passus disceret obedientiam, quam imponere debebat hoc sic Deo disponente, qui disponit omnia suauiter nescio certè quomodo religiosis possit imponere obedientiam, quæ ipsis sit causa salutis æternæ, & reformationis prætensæ ille qui totus in peccatis natus, & cum publicanis, & peccatoribus conuersatur, & in quo non sunt reconditi thesauri scientiæ, & sapientiæ Dei, cuius cogitationes sunt timidæ, & incertæ prouidentiæ propter corporis corruptionem, quod aggrauat animam, cuius terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem, & qui nunquam ex his quæ passus est didicit obedientiam, imo comedit quotidie splendidè, & nutritur in croceis, & huius mundi stercora amplexatus est, in Curijs Regum vitam, & redditus magnos consumens, vt dignitates in sæculo nanciscatur? Principes igitur Ecclesiasticos, & seculares conrestor, & per viscera misericordiæ Dei nostri apud eos ego minimus expostulo ne sint prurientes auribus, & ne ad fabulas horum malorum religiosorum se conuertant imo ad veritatem suum conuertant auditũ. Veritas est autem quod hi quærunt tantum quæ sua sunt, & vt singularis ferus suam volunt religionem depascere, singularis enim ferus illi censendi sunt, qui sibi solis & non bono communi consuluut. Et si necessarium fuerit eos audire visitatores eiusdem religionis patres bonos, & expertos constituant, qui sciant discernere inter lepram, & lepram, quorum sit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & intra claustra regularia sine strepitu res, & seditiones component, & non alterius classis etiam doctos, & illustres in prudentia viros, qui desiderantes se videri sapientes, & religionis obseruantiæ zelatores vani facti sunt, & eorum voces foris in Curijs regum sonari, & audiri cupiunt, quibus auditis eorum fama euolet, vt ita hominibus placeant contra id quod coadiutor maximus reformationis mundi de se dixit, si adhuc hominibus placerem Christi seruus non essem, videant, quid Deus optimus maximus de Christo Redemptore nostro, quem misit reformare mundum, ait per Isaiam. *Ecce* seruus meus suscepit eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea dedit spiritum meum super eum iudicium gentibus proferat, clamabit neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Et si dixerint mihi, quod fratres de religione si ad visitandum, & reformandum assumantur facile personas accipient cum in religione omnes sint consortes, & alter alterius onera portet. Respondeo id aliquando posse contingere, sed huic malo, remedio prouideri potest, vt scilicet tales viri eligantur ad hoc ministerium peragendum, qui prudentia scientia sanctitate in regimine sint: ita probati, vt de eis secundum humanum iudicium nihil sinistrum possit suspicari. Et si inuenti fuerint personas hominum accipere hoc erit rarum cum procedat ex malitia cuius peccata non sunt ita ordinaria, sicut ea, quæ ex fragilitate, & ignorantia originem trahunt, quibus illi, qui existentes in seculo ad visitandas & reformandas religiones assumuntur inuoluuntur, hi enim ex fragilitate humana, vt suis prætensionibus indulgeant, & ex ignorantia cum de regimine regularium parum, aut nihil sciant putant malum bonum & bonum malum, & dextera eorum est dextera iniquitatis, ipsos autem Ecclesiasticos qui à singulari fero has vineas Domini Sabaoth deuastante ad reformationem religiosorum inuitantur, obsecro, vt attendant ad id quod ipsis, & nobis spiritus Sanctus scriptum apud Isaiam reliquit. Ait enim apprehendit vir fratrem suum domesticum patris sui dicens, vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua. Respondebitque in illa die dicens, non sum medicus, & in domo mea non est panis neque vestimentum, nolite me constituere principem populi. Hoc enim diuino oraculo edocti, si ipsis dicatur quod habent scientiam prudentiam, & authoritatem, vt possint si opus fuerit in virga ferrea reformare

Sap. 9.

Isa. 32.

Ad Galat. 1

Isai. 42.

Isai. 4.

mare religionem,& vt poſsint euellere deſtruere diſperdere, & diſsipare patres religionum qui præſunt in auſteritate ſub quorũ poteſtate omnes ſubijciuntur,& de lapidibus filios Iſrael ſuſcitare, & ipſos loco aliorum plantare,vt ita obſeruantia regularis reformetur,& deleatur iniquitas & finem accipiat peccatum reſpondeant talia dicentibus non ſumus medici, & in domo noſtra non eſt panis neque veſtimentum, non habemus vitæ monaſticæ experientiam, vt poſsimus monachos curare, nec ſtudia noſtra ad huiuſmodi regimen directa ſunt propter quod in domo noſtra,huius regularisregiminis maxima eſt paupertas, ideo nolite nos conſtituere huius reformationis principes,non hoc pertinet ad officium noſtrum: & adeo nolumus nos in huiuſmodi quęſtio
2 Parali.ca. 26. nibus immiſcere ne â domino ſicut Ozias caſtigemur eo quod munus ſacerdotij voluit vſurpare,inuitate & conſtituitite eos,qui ad id habent ſufficientem ſcientiam experientia quotidiana acquiſitam, ſi enim domui noſtræ præeſſe neſcimus, & ad præſidendum eis cum quibus quotidie conuerſamur,quorum mores cognoſcimus, quorum inclinationes penetramus, quorum finem in ſuis actionibus quotidie,& aſsiduè contemplamur apud nos metipſos eſſe inſufficientes iudicamus quomodo religionis diligentiam in reformatione habebimus? Cũ ſimus reſpectu huius reformationis, & præſtantiſsimi regiminis, ſicut ablactati à lacte auulſi ab vberibus. Denique vt huic diſcurſui finem præbeam vnum certiſsimum ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui noſcit corda hominum audeo affirmare, quod quando religio per Eccleſiaſticos reformatur potius deformatur, cum in ea ſectationes, odia contentiones diſcordiæ,& inæqualitas iuſtitiæ cum maxima perturbatione relinquatur, & loco benedictionis maledictio ſuum ſatis plorandum effectum ſortiatur. Ne igitur hoc malum contingat frequentia capitulorum generalium in religionibus eſt per quam maximè neceſſaria, vt de obſeruantia regulari agatur, & omnia in his ita componantur, ita vt regula cuiuſcumque inſtituti propoſſe obſeruetur omnia ad hunc finem media apponendo, ſi enim in præfatis capitulis ambitioni præcipue opera datur,& religioſi rebus temporalibus implicantur, & vnuſquiſq; ſuũ propriũ commodum prætendit parum, aut nihil de bono communi agendo repetitio capitulorum ad parum vtilis eſt, & religioſis inquietis non adhibetur modus, quo aures tribunalium ſecularium,& principium ab eis non concitentur, & ſuas confuſiones non euomant, imo ab actis in capitulis in vnum inuitantur,vt apud prætata tribunalia, & principes inſoleſcant. Et ſic proh dolor, videmus religionis obſeruantiam labefactatam quia in præfatis capitulis non de ea, ſed de conſecutione officiorum,& promotione ad dignitates, & de exemptione aliquorum, & de præcedentia multorum totum tempus celebrationis eorũ conſumitur, ſi enim in eis generales, & patres ordinis haberent cor vnum,& animam vnam,& in ſimul congregati de ſolo bono communi agerent nõ ſinentes ſingularem ferum religionem depaſcere,ipſi totis viribus reſiſtendo non eſſet obſcurum aurum religionis, nec eſſet mutatus eius color optimus, neque lapides ſanctuarij diſperſi eſſent in capite omnium platearum extra clauſtra vagantes, nec filij Sion inclyti amicti auro primo religionis eſſent reputati, vt vaſa teſtea, opus manuum figuli in circuitu ambulantes,quærentes fauores principum Eccleſiaſticorum & ſecularium,& ſuorum fratrum monachorum, vt officia in ordine adipiſcantur, nec qui veſcebantur in ſæculo voluptuoſè interirent in via, nunquam perfectionem attingentes, pro qua quærenda tanquam in viam ad eam conſequendam intrauerunt, & Deo ſe per profeſsionem dedicauerunt, neque qui in mundo nutriebantur in croceis habentes magnos redditus, opulentos maioratus atque maximas diuitias, & dignitates ad eam peruenirent miſeriam, vt de ipſis iure optimo poſsit dici quod amplexati ſunt ſtercora id eſt omnia huius mundi caduca, quæ vt ſtercora reputare debuerant, vt Chriſtum Dominum lucrifacerent. Nec ad eum deuenirent regulares ſtatum, vt non ſolum interiora animæ, ſed & facies eorum ſuper carbones ſit denigrata, ita vt non ſint cogniti in plateis eorum habitum, & conuerſionem ſatis à ſuo inſtituto diſsimilia contemplantes, ita vt etiam nomine religioſorum minimè ſint nuncupandi.

Dices, innumeræ ſunt in præfatis capitulis ordinationes, & conſtitutiones factæ ad reformationem religionum præ-

cipuê

cipue tendentes, & nihilominus eandem in eis cernimus tepiditatem, neque videmus collapſam obſeruantiam reſtaurari? Ad quod reſpondeo id vtique minime poſſe in aliquibus religionibus negari, ſed hoc euenit ex defectu cuiuſdam ordinationis principalis propter cuius carentiam omnes aliæ ſuum deſideratum minime conſequuntur effectum. Ordinatio autem deficiens eſt quæ præcipiat, vt omnes aliæ ſub grauibus pœnis temporalibus executioni mandentur, quæ executio non poteſt irrefragabiliter fieri, vt ſit vtilis ad ſalutem æternam, niſi generalium commiſſarij cum patribus ordinum, & prouinciarum ſuauiter ſe habeant eos non vt contrarios, ſed vt amicos conuerſando & tractando, eorum auxilium humiliter implorando, ſi enim ad hæc eorum fauor deficiat licet multiplicent mandata, & fulminent cenſuras, & regant tranſgreſſores in virga ferrea in vanum profecto laborant intendentes, hoc modo religionem ædificare, & ipſam reformare, ſuauiter enim
Ad Galat. 2 hæc omnia executioni debent mandari, debent enim ipſi inſtruere ſubditos in ſpiritu lenitatis conſiderantes ſe ipſos ne, &
2 Ad Tim. 1. ipſi tententur, non enim dedit Deus illis ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis, nec ſubditi acceperunt ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed ac-
Ad Rom. 8 ceperunt ſpiritum adoptionis filiorum in quo clamant Abba pater.

Et ſi dixerint mihi præfati commiſſarij parum confidere in dictis patribus, quos relaxate & latè viuere ipſi exiſtimant, & per conſequens eorum fauorem proficere ad hoc minime debere; Ad hoc reſpondeo quod eos in ſpiritu lenitatis ſecreto cum charitate, & benignitate inſtruant, vt ſic ſuauiter conuicti Deum præ oculis habentes ad ſuam puram, & ſanam perducant volũtatem, quod ſi efficere non potuerint & non inuenerit alios patres in prouincijs boni communis zelatores, & vt tales ab omnibus probatos, qui eis in præfata reformatione fauorem beneuolum impartiantur, parum aut nihil eorum diligentia, & ſolicitudo in reformando proficiet, nam minores exempla maiorum ſequuntur, & ſicut impoſsibile eſt pedes moueri, niſi à capite ſpiritus vitales mittantur: ita impoſsibile eſt, vt minores reformentur ſine eo quod reformatio à maioribus deſcendat ſicut vnguentum in capite quod deſcendit Pſal.
à barba Aaron, vſque ad orã veſtimenti eius Chriſtus enim generis humani reſtaurator poſtquã pro patribus Synagogæ alios principes cõſtituit (iuxta vaticinium Dauidis) Pſal.
qui mundum ſua doctrina, & exemplo poterant tanquã ipſius coadiutores mundũ reformare dixit prædicando, ſuper cathedrã Mat. 23.
Moyſis ſederunt principes, & Phariſæi, omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſeruate, & facite, ſecundum vero opera eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt.

Ex quo loco colligitur toto cælo aberrare præfatos commiſſarios, qui nullis conſtitutis religioſis reformatis zeloſis prudentibus & ſpiritum Dei habentibus, qui in reformatione poſsint eis, vt ſtrenui cooperatores aſsiſtere relinquentes patres ordinum & prouincialium in ſuo (vt dicunt) principatu ipſam reformationem introducere conantur, dicendo quod ſecundum opera eorum minime ſuos greſſus dirigant, cum dicant, & non faciant. Ad reſtaurationem ergo huiuſmodi peragendam, & plantationẽ nouam & obſeruantem inducendam velint nolint præfati patres auxilium à præfatis patribus, aut ab alijs in eorum locum ſubrogatis debent neceſſario mendicare. Quando enim dominus præcepit Moyſi, vt educeret filios Iſrael de poteſtate Pharaonis dixit illi. Vade, congrega ſeniores Iſrael, & dices ad eos, dominus Deus patrũ noſtrorũ apparuit mihi Deus Abrahã, & Deus Iſaac & Deus Iacob dicens, viſitans viſitaui vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Ægypto, & dixi, vt educam vos de afflictione AEgypti ad terrã fluentẽ lacte, & melle. Et audient vocem tuam, ingredieriſque tu & ſeniores Iſrael ad Regem AEgypti: bene poterat Deus in ſuo brachio excelſo, ſine adiutorio, & adminiculo ſeniorum Iſrael educere illũ populũ de AEgypto, ſed noluit quia ſi ſeniores tali egreſſui non cooperarentur, & libenter conſentirent, præfatum exitum non ea ſuauitate diſponeret, qua omnia ſuauiter diſponit, vnde allocutus Moyſem præcepit ei, vt ſeniores congregaret, & ad ſuam adduceret ſententiam, ita vt ad Regẽ Ægypti cum eo libenter accederent, & ingrederẽtur. Si igitur Deus in cuius poteſtate omnia ſunt poſita & potuit, ſine adminiculo ſeniorũ ſuũ intentum Regi intimare, & ad effectũ vſq; perducere noluit id vtiq; ſine præfato adminiculo opere cõſummare, quomodo Exod. 3.

do præfati cõmissarij quibus non est infinita data potestas, nec sunt alter Moyses in virtute fortitudine & sanctitate sine cooperatione seniorum prouincias sibi cõmissas poterunt in pristinum religionis perducere statum? Non est hoc secundum viam ordinariam factibile, consilium igitur Ietri sequantur associantes sibi de prouincijs religiosos viros potentes sapientes, & timentes Deum in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & ab omni ambitione & affectione & partialitate sint alieni, qui possint stare in medio omniũ dicendo, pax vobis: quos si nõ inuenerint sustineãt sapienter, & patienter Deo optimo maximo negotium reformationis commendantes, vt ipse conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad sapientiam iustorum, vt sic possint parare domino plebem perfectam, vt ex infra dicendis patebit. Quanto magis, quod nunquam Deus religiones ita viduas relinquit, vt â sapientissimis prudentissimis, & admodum religiosis viris & in causis regularibus versatis omnino destituantur. Zelo zelatus erat Elias quia dereliquerũt pactũ domini filij Israel, & altaria sua destruxerunt, & solus ipse sit derelictus. Cui dominus ait derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal.

Genes. 18.

3. Reg. 19.

Sexta ratio quare concilia prouincialia sunt sæpe sæpius celebranda est, quia Ecclesia Dei semper prouisa fuit de ministris qui voluntatem Dei declararent: & interpretarentur, vnde Augustinus considerãs suo tempore bonorũ Episcoporũ penuriã intelligens aliquos fideles sibi persuasuros esse ab illis patribus sanctissimis destitutam, quibus in sua prima ætate fruebatur, ipsos fideles consolatur dicens, ergo illorũ absceſſu deserta est ecclesia, absit, pro patribus tuis nati sunt tibi filij, patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati tibi sunt, cõstituti sunt Episcopi qui sunt in toto mũdo, vnde nati sunt? ipsa Ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, ipsa illos constituit in sedibus patrum, nõ ergo te putes desertam, quia non vides Petrum & Paulum quia nõ vides illos per quos nata es, de prole tibi creuit paternitas, & cũ hi patres volũtatẽ Dei populo exponant, ideo Deus optimus maximus præcipit dicẽs, cõgregate illi sanctos eius qui ordinant testamẽtũ eius super sacrificia, Sanctos autẽ Episcopos vocat: licet enim aliqui sanctitatẽ nõ sectãtur officiũ & munus sanctorũ præseferũt, & aliqui eorũ inter sanctos merito cõmunerãtur nunquã enim Deus, ita destituit suã Ecclesiã, vt non sint aliqui, imo & plurimi Episcopi, de quibus vere & proprie possit illi dici pro patribus tuis nati sunt tibi filij in sanctitate illos patres imitãtes. Quos spiritus Sanctus præcipit in vnũ merito cõgregari vtcõtra spiritualia nequitiæ & aduersus insidias tenebrarum possint se vt murus fortissimus opponere, & vt exercitus validissimi prælia domini suscipere, sicut enim cũ Regina infirmitate grauissima detinetur, medici meliores in simul cõgregãtur, qui de eius infirmitate scrutẽtur, & medicamenta accõmodata adhibeãt, ita cũ Ecclesiã Dei multiplici infirmitate detineatur à malis humoribus peccatorũ & â prauis dogmatibus hæreticorũ & eorũ qui se ipsos amant causata, ita vt â plãta pedis vsq; ad caput non sit in ea sanitas & principes eius sint infideles, diligẽtes munera & sequãtur retributiones, ne cessariũ est vt medici spirituales cõgregentur in vnũ qui sunt Episcopi, omnes enim sunt administratores spiritus, in ministeriũ missi propter eos, qui hæreditatẽ capiũt salutis, vt cõgregati in vnũ libros sacros & sanctiones sanctorũ patrũ perscrutãtes tantæ infirmitati medicinã adhibeant cõgruentẽ qui enim in hac Ecclesia militanti cadit resurgat, & qui conuersus est reuertetur, dominus enim est Sion, & Rex eius in ea est, & resina est in Galaad, & medici sũt in ea, vnde sapiẽtissime illa Sãcta Iudith in illa maxima Betuliæ tribulatione cõuocauit seniores dicẽdo. Nũc fratres quoniã vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pẽdet anima illorũ, ad eloquiũ vestrũ corda eorũ erigite, vt memores sint quia tentati sunt patres mei vt probarẽtur, si vere colerẽt Deũ. Concilia igitur prouincialia sunt sæpe congregãda, vt tribulationibus Ecclesiæ possit subueniri: nã ait ille doctissimus F. Franciscus à Victoria & ab eo tẽpore quo propter nouas opiniones doctorũ Põtifices cæperũt timere cõcilia Ecclesia manet sine concilijs & manebit cũ magna calamitate & pernicie religionis. Et hæretici nihil aliud fortius impedire satagunt, quam concilia congregari, nec Ecclesia terribilis, vt castrorũ acies ordinata illis opponetur: non enim negant hæretici bonum esse ieiunium, sed tẽpus & modũ ieiunãdi pro libito cuiuscũq;

Sup. Psal. 4.

Psal. 4.

Isaiæ.

Ad Heb. 1.

Hierem. 8.

Iudith.

in relect. de potest. Pap. & concilij.

relinquũt, non enim Ieiunium timent, ſed ieiunium Eccleſiæ vniuerſalis maxime abhorrent, ipſum vt aciem quandam fortiſsimorum militum conſiderant. Non condẽnant hæretici orationes priuatas, at orationẽ publicam nomine Eccleſiæ in vnum congregatæ deteſtantur, nolunt horas canonicas, & officia diuina in eccleſijs, & choris decantari, cum orationes nomine eccleſiæ publice oblatæ contra eos, vt fortiſsimus exercitus aſsiſtat, propter quod religioſos maximo odio proſequuntur, cum habitent congregati in vnum & ſint contra eos, vt ſagitæ quædam acutæ cum carbonibus de ſolatorijs, abhorrent ſuper omnia altiſsimũ miſſæ ſacrificium, vt quoddam potentiſsimum holocauſtum ab Eccleſia vniuerſali oblatum, quo dæmones fugantur, & hæreticorum in ſua feritate confidentium machinæ conteruntur. Nos autem lacte Eccleſiæ ſolidiſsimo nutriti orationes priuatas minime condemnamus, imo laudamus & commendamus ad vlterius progredientes velut milites huius Eccleſiæ militantis orationes publicas amplexamur, quibus quaſi cum quodam validiſsimo exercitu, pro fide certamus, & priuatis & publicis orationibus vſi ſunt Apoſtoli & diſcipuli Domini, qui nobis fuerunt prædicatores & rectores, vt ex actibus Apoſtolorum ſatis patet, vtraque enim oratio priuata, & publica quandam habent Deo placentem cõnexionem, propter quod Eccleſia non ſolum approbat & confirmat religiones officium diuinum incõmunitate recitantes ſed etiam alias ipſum priuatim perſoluentes, cum præfatæ religiones pro diuerſis miniſterijs conſtituatur, ſunt enim religiones quidam ad præliandum prælia domini exercitus ordinati, in quibus exercitibus diſtincta miniſteria reperiũtur, in quibus non minus ſeruiunt vigiles in ſpeculis, quã milites in prælio pugnantes, & illi qui ad inuentiones pro victoria conſequenda docent, quam illi qui irruunt ad ſpoliandum, & ſic omnes religiones ſecundum ſua particularia inſtituta, & miniſteria ſunt tanquam quidam domini exercitus colluctantes non ſolum contra carnem, & ſanguinẽ ſed etiam cõtra exercitus turbæ infernalis vt non timeamus, neque cor noſtrum formidet à duabus caudis titionum fumigantium, & vnicuiq; religioni in ſuis miniſterijs exercitatæ merces â Domino cõſtituta eſt: æqua enim pars erat deſcẽdentis ad prælium & remanentis ad ſarcinas, prout in libro primo regum continetur. Hæc adducta ſunt vt videamus, quo odio proſequantur dæmones & hæretici Eccleſiam in vnũ congregatam deſiderantes & procurantes ſingulare certamen iuxta illud, quod figuratiuè in Goliath contigit, qui exprobrans exercitum Domini noluit cum ipſo pugnare, ſed dixit, eligite vobis vnum & deſcendat ad ſingulare certamen, ſiquis venerit pugnare mecum & percuſſerit me erimus vobis ſerui, ſi autẽ ego præualuero, & percuſſero eum, vos ſerui eritis, & ſeruietis nobis, bene enim intelligunt dæmon & hæretici eius mẽbra in illo Goliath repræſentari exercitum domini in vnum ad præliandũ ordinatum inuincibilem eſſe, & in expugnabilem, & ſic non verẽtur ſingulare ingredi certamen, quod eis nunquam concedi debet, nã ſi illud acceptauit Dauid ex eo proceſsit quia Chriſtum Dominũ figurabat, qui ſolus contra dæmonem potuit pugnare, & contra eum ſolus victoriã reportare, ſicut Iſaias fuerat vaticinatus cuius vaticinium apud Diuum Matthæum adimpletum fuiſſe cernimus. Vnde ſecundum Rupertum Abbatem, & ante eum Diuus Ambroſius prælium Abrahæ, contra quatuor Reges cum trecentis decem & octo vernaculi domus ſuæ fuit figura prælij quod habuit Eccleſia in Concilio Nicæno contra Arrium, & alios Hæreſiarchas cum trecentis decẽ & octo Epiſcopis domus ſuæ cum quibus ſicut alter Abraham mirabilem fuit conſecuta victoriam, & Diuus Gregorius perſuadens, vt concilia prouincialia ſæpe fiãt, ait, ſi hæc obſeruaueritis ſcitote, quia ſcriptum eſt vbi fuerint duo, aut tres congregati in nomine meo ibi in medio eorum ſum, ſi ergo dignatus adeſſe duobus, vel tribus congregatis, quanto magis non deerit vbi plures conueniunt ſacerdotes: qua vera perſuaſione ſuffulti poſſunt hi domini exercitus audacter exprobrare hæreticos & poteſtates tenebrarum dicentes congregamini populi, & vincimini, & audite vniuerſæ procul terræ, cõfortamini, & vincimini, accingite vos & vincimini, inite conſilium & diſsipabitur. loquimini verbũ & nõ fiet, quia nobiſcũ Deus. Videſ igitur rationem quare concilia prouincialia ſæpe ſunt reiteranda. Quæ ratio etiam militat in religionibus, vt enim reformẽtur manus

Lib. 1. reg. c. 3.

1. Reg. 17.

Iſa. 64. Matt. 4.

Ruper. gen. 14. Ambro. li. 1. de fide in prolog.

Act. 1. & 3. & 10. & 12.

Iſai. 8.

Iſai. 7.

domini eſt neceſſaria, vnde oportet in ipſis capitula, aut congregationes fieri generales, vt contra diabolum, & eius coadiutores poſsit prælium iniri, & eorum deſtrui caſtra, ex congregatione enim patrum religionum tanquam à validiſsimis huius ſacræ militiæ ducibus multæ declarationes, & animaduerſiones procedẽt quibus multi abuſus, & conſuetudines paruæ, & contra inſtituta regularia corruptelæ exterminabuntur, quæ minimè euenient, ſi commiſſarij miſsi à generalibus per ſe ſolos aliqua præcipiant, & ſine conſilio patrum, & eius aſſenſu ad ſingulare certamen aggrediantur imo ſic ad ſingulare certamen contra relaxationes maximas ſe conſtituentes cum illud acceptent, quod Dauid figura Chriſti Domini potuit, & debuit acceptare de temeritate à patribus generalibus arguentur, & à Goliath in certamine ſuccumbent, & proſtrati cadentes non gloria, ſed confuſio, & irriſio erunt populo Dei dicenti, quia hi cœperunt ædificare, & non potuerunt conſummare, imo, incidẽt in Scyllã volentes vitare Charybdim, & timentes pruinam, qua ſibi commiſſas prouincias vexari cernebant nitentes eam ſuo conſilio ſingulari enitare, proprijs oculis poſtea videbunt, ita irruere ſuper eas ruinem, vt recte dici de eis poſsit vſque ad fundamenta eſſe exinanitas. Capitula igitur generalia ſunt à generalibus celebranda, vt conſilio & conſenſu patrum modus reformandi, præſcribatur, & ipſis cõmiſſarijs tradatur, & ſuauiter iuxta ſupradicta executioni mandetur. Dicent aliqui magnos, & exceſsiuos ſumptus in præfatis capitulis generalibus agendis fieri, qua propter non tam frequenter ſunt celebranda, cui obiectioni reſpondeo reformationem ab ipſis capitulis incipere debere, cum iudicium incipiant à domo Dei. Hoc enim inter alia in capitulis generalibus eſt præcipuè deſiderandum, vt tantum patres præciſe in ipſis capitulis generalibus neceſſarij inuenian tur, & non alijs ad eadeunda licentia concedatur, vt ſic ſumptus minuantur, vltra quod bono regimini id ſatis eſt conſentaneum, illi enim qui extrauagantes in capitulis inueniuntur ad nihil aliud deſeruiunt niſi vt factiones ambientinm foueant, nullis conuenticulis parcant mendacia fabricant, & diſcordias inter fratres diſſeminant de quibus verificatur illud, pericula in falſis fratribus, hi ſunt quædam ſydera in capitulis errantia: hi ſunt, qui à quocumque vento circunferuntur, qui ſegregant ſemetipſos animales ſpiritum non habentes, & qui inclinant ex hoc in illud fœces ſuarum prætenſionum, ex quibus omnes capitulares, vt peccatores bibant, & cum ſint in capitulis otioſi tota die, & in his & alijs ſimilibus occupantur, vt ſuis prætenſionibus indulgeant. Et in noſtra Minorum de obſeruantia religione hi exceſsiui ſumptus magis debent euitari cum altiſsimam promiſerimus paupertatem. Et ſic in ea attenta temporum qualitate ſummopere deſidero, vt capitula generalia ſecundum bullam Leonis X. vniones nõ celebrentur, ita vt deſexẽnio in ſexennium patres vtriuſque familiæ in vnum non congregentur, ſed quantum ad electionem generalis patres vtriuſque familiæ conueniant ſibi ipſis ad inuicem vices cõmittendo, ita vt ſi in familia vltramontana, familiæ capitulum generale celebretur, in eo tantum fratres illius familiæ congregentur, & generalis ab eo eligatur, & ordinationes pro ea ibi conſtituantur, & in alia familia ciſmontana congregatio generalis fiat, in qua commiſſarius generalis eligatur. Dixi quantum ad electionem generalis: nam vtraque familia ſuos debet eligere definitores, & ſecundum loca & tempora ſuas accomõdatas facere ordinationes, ita vt compromiſsio ſolum reſpectu generalis intelligatur. Hoc enim modo ſumptus facti per mare, & per terram euitantur in quibus faciendis attenta noſtra regula Minorum maximum animarum periculum verſatur, cum ſecundum eam fratres neque per ſe, neque per interpoſitam perſonam poſsint recipere denarios, vel pecuniam ſine quibus in maxima quantitate tantum, & tam arduum iter peragere minime poſſunt. Euitantur etiam vexationes fratrum per totum orbem, qui ex vtraque familia in vnum confluunt, & ab occidentalibus, & orientalibus Indijs etiam aduentant non ſine magnis periculis in mari, & periculis in terra, & periculis in conſcientia propter tanti itineris diuturnitatem, in quibus varijs calamitatibus oppreſsi eorum, quæ ad ſuum inſtitutũ pertinent aliquando obliuiſcũtur. Quibus omnibus malis ex parte ſuccurretur ſi reuocatio præfatæ Bullæ vnionis, quan-

Ioan. 9.

2 Cor. 11.

quantum ad celebrationem capituli à Sede Apoſtolica obtineretur, & ſanctitas Domini Papæ ſua Bulla præfatum compromiſsi ordinem dignaretur approbare, quod petentibus principibus Chriſtianis facile, vt credo obtineretur.

ARTICVLVS IIII.

De reformatione diſcalciatorum noſtræ ſacræ religionis Minorum de obſeruantia.

REſpondeo dicēdo, quod nō eſt meū intētum in hoc articulo agere de origine huius reformationis in his Hiſpaniarum partibus, cum hanc in his libris non aſſumpſerim prouinciam, ſed de bullis quibus hæ prouinciæ in ſuis reformationibus conſeruantur, de quo eſt bulla Clementis VII. quæ incipit, *in ſuprema militantis Eccleſiæ ſpecula, &c.* Data Romæ anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo, vbi inter alia mandatur aſsignari eis quædam loca particularia, & de cuſtode eorū eiuſque officio. Quæ bulla poſtea fuit cōfirmata & declarata à Gregor. XIII. in conſtitutione, *cum illius vicem*, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, ſed de tenore alterius eiuſdē Pontificis conceſsionis, Datæ Romæ anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octauo, quæ incipit, *ad hoc nos Deus*, in præſentiarū faciā mentionem. In ea enim confirmauit & declarauit regulam, & regimen fratrum diſcalciatorum prouinciæ Sancti Ioſephi in Regnis Hiſpaniarum ordinis P. N. Franciſci de obſeruantia. Ac ſub pæna excōmunicationis latæ ſententiæ inhibuit ſuperioribus ac prælatis ipſorum fratrum de obſeruantia, ne eos circa eorum viuendi modum moleſtare, aut in eis aliquid innouare præſumant. Quæ Sancti Ioſephi prouincia cum extenderetur per omnē fere Hiſpaniam, & alio vno prouinciali pedeſtrer ambulante viſitari quotānis non poſſet ad inſtantiam Regis Hiſpaniarum Philippi II. (qui religionis Chriſtianæ maximus fuit propugnator, & defenſor, & religionum zeloſiſsimus reformator, cuius vita & mors poſteris exemplum viuendi, & moriendi reliquerunt) fuit diuiſa authoritate Sanctiſsimi D. N. Clementis Octaui, anno Domini Milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto, die decima Martij. Ita vt pars illius, quæ in Regno Toletano conſiſtit nomen prouinciæ S. Ioſephi retineret. Altera vero pars quæ in Regno Legionenſi ſedem habet prouinciæ Sancti Pauli ſibi nomen vendicaret, de ea in hæc verba prorumpens, *ſub nomine Sancti Pauli erigimus & inſtituimus, eamque ſic erectam, & inſtitutam inter prouincias ordinis Minorum regularis obſeruantiæ apponere, eiq; aggregare, & annumerare, poſitāque & aggregatam, & annumeratā eſſe & fore omnibuſque conceſsionibus indultis, gratijs, & literis Apoſtolicis prouinciæ Sancti Ioſephi conceſsis, & pro tempore concedendis etiam per frui & gaudere debere perinde, ac ſi eidem prouinciæ de nouo erectæ ſpecialiter conceſsa eſſent, & eiſdem conſtitutionibus, quibus eadem prouincia S. Ioſephi vtitur & gubernatur, & pro tempore vtetur & gubernabitur perpetuo vti, & gubernari debere, & ad talia ſtatuta pro tempore in ordine facta & pro tempore facienda, nec prouincia Sancti Ioſephi nec de nouo erecta huiuſmodi vllatenus teneri, cum ſtrictiores obſeruantiæ fratrum diſcalciatorum conſtitutiones exiſtant, paupertatem altiſsimo domino promiſſam longe magis concernentes.* Hæc S. D. N. Clemens VIII. in dicta Bulla.

Circa quā conceſsionē dubitatur an prouincia S. Pauli de nouo erecta virtute dictæ bullæ obſeruare teneatur conſtitutiones factas & faciendas à prouincia Sancti Ioſephi. Et proparte affirmatiua videntur facere verba dictæ bullæ ſuperius allegatæ ibi, *perpetuo vti, & gaudere debere.* Hoc enim verbum debere licet ſecundum propriam ſignificationem nō ſem-

per

per obligationem inducant, & neceſsitatē cum poſsit debitum honeſtatis & congruē tiæ denotare. Argumento cuiuſdam decreta lis *a* diſponentis filium nondum adultū cuius voluntas decerni nō poteſt pater cui vult matrimonio tradere poteſt, & poſtquā filius peruenerit ad perfectā ætatem omnino debet hoc adimplere, ſuperquā decretalē Gloſſa, *b* ait, debet inquā adimplere debito honeſtatis & nō neceſsitatis: ad quem ſenſum vniuerſi iuris interpretes hanc interpretātur decretalem, & ſic ex traditis ab ipſis colligitur, quod verbum debet exſua prima ſignificatione non ſemper obligat ad mortale. Attamen id legibus Eccleſiaſticis ex accōmodatione vſus Eccleſiaſtici verbo præceptiuo ad mortale obliganti æquipollet iuxta quam ſignificationem neceſsitatem importat, ſicut aſſerunt quædā Gloſſæ *c* quod & annotauit Bartolus communiter receptus. Vnde attenta ſignificatione huiusverbi debere, videtur quod patres prouinciæ D. Pauli, ſub pœna peccati mortalis tenentur ſuam prouinciam gubernare ſecundum ordinationes factas & faciendas in prouincia Sancti Ioſephi.

a c.1. deſpōſ impuber.

b Gloſ. v. debet.

c Gieſſ. in clem. attendentes deſta. regul. & in ca. propoſuit de appellat. Bart. in l. a. C. de pig. & in l. ſæpe ff. de offic. præſid.

At contrarium attenta dicta bulla exiſtimo aſſerendū, primo quia ordinationes prouinciæ S. Ioſephi accōmodantur regna, & locis, in quibus eſt fundata, quæ prouinciæ S. Pauli minimè erunt accōmodæ, quæ verbi gratia eſt fundata in pauperiori regno, & in partibus frigidiſsimis, cuiuſmodi non eſt Regnum Toletanum, in quo prouincia S. Ioſephi ſita eſt. Nec valet dicere, quod quādo hæ duæ prouinciæ erant indiuiſæ, & erat vna eiſdem ordinationibus vtraque gubernabatur, & ideo nimirum ſi modo diuiſę eiſdē poſsint cōmode gubernari. Nā reſpōdeo, quod quādo erant vna tantū prouincia fratres à terra frigida in aliam magis beneuolā & ſuis neceſsitatibus accōmodā mutabantur, & cum hoc ſuis infirmitatibus, & neceſsitatibus remediū parabatur, modo autem hæc tranſmutatio non poteſt fieri cum vnaquæq; prouincia ſuis limitibus terminetur, & ſuo principali gaudeat, vnde oportet vt prædictis neceſsitatibus ſuccurratur vnā quāq; ſuis conſtitutionibus gaudere ſecundū loca tēpora & frigidas regiones, & quod conſtitutiones in vna quaque fiāt prædictis rationabilibus neceſsitatibus, & vtilitati prouinciarum accommodæ, debent enim ordinationes & cōſtitutiones, vt obligent, & obſeruentur eſſe iuſtæ, rationabiles & vtiles in bonum cōmune & non in bonū priuatum tendētes, vt ait D. Thomas cōmuniter receptus, & eſt cōmunis canoniſtarū, Quod confirmatur ex his quæ à Sāctis Patribus videmus ordinata, in diuiſione Epiſcopatuum, vt vnaquæq; diœceſis ſuis legibus & iudicibus gubernaretur, & iudicaretur prout in ſuperioribus *f* ſatis dictum eſt.

d D. Tho 1. 2. q. 96. a. 4. e Canoniſt. in ca. erit autem lex 4. diſt.

f Supe. hoc. tom. q.

Secundo hæc noſtra pars probatur ex illa tritiſsima iuris regula dicēte illud quod omnes tangit ab omnibus debere approbari, à qua regula cū ſit iuris naturalis conformis non eſt recedendum niſi aliud contrarium ex hac bulla euidenter colligatur determinatū à ſede Apoſtolica, quæ ad contrarium in hoc caſu ordinandum habet authoritatem, ſed non videmus in ea expreſſe cōſtitutum quod prouincia S. Pauli debeat conſtitutionibus & ordinationibus prouinciæ S. Ioſephi gubernari, ergo id minime concedere debemus, ſed quod prius cōſtitutiones factæ, & faciendæ à prouincia S. Ioſephi debent à prouincia S. Pauli acceptari tractatu præmiſſo in capitulo dictę prouinciæ an ſint accōmodæ regioni in qua dicta prouincia eſt fundata, & modo viuendi fratrum in ea vtiles, & bono cōmuni eiuſdē prouinciæ neceſſariæ & rationabiles. Nec obſtat quod ex prouincia D. Pauli duo fratres nomine totius prouinciæ ad capitulum D. Ioſephi prouinciæ mittantur cū cōmiſſione, vt dictar ordinationes recipiant, aut repudient, vt cōuentione facta inter ipſas prouincias eſt cōſtitutū, nam reſpondeo quod in dicta bulla non eſt præceptū, vt dicti fratres ad id peragendū mittātur, ſed ita fuit per viā pacti inter ipſas prouincias conuētū videntes magna incōuenientia, quæ prouinciæ S. Pauli ſequebantur ex obſeruatione, aut ex obligatione obſeruandi ordinationes factas & faciēdas in prouincia S. Ioſephi, quas dicta prouincia S. Pauli non ſolū ignorabat, ſed nec ſomniauerat: imo cō tradicere ratione boni regiminis tenebatur. Præterea miſsio horū duorū fratrum mala ex dictis ordinationibus reſultantia nō ſufficiēter poterant impedire, ſicut enim magis vident duo oculi quam vnus: ita magis prænident totius prouinciæ vocales, & patres in ſimul congregati, quam duo fratres, qui licet ſint docti, & experti in regularibus inſtitutis, non tot poſſunt moraliter loquendo prænidere quot tota

prouincia ſimul præuidebit, præcipue cum illi duo fratres poſsint faciliter falli à perſuaſionibus fratrum prouinciæ S. Ioſephi, in qua cõparant, vt aſſentiãt vel diſſentiant, & in qua actualiter de bono prouinciæ S. Ioſephi tractatur, & non de commodo alterius prouinciæ cuius cõmodũ & vtilitatẽ licet etiam prætendatur, media tamen ad eius cõſecutionem non apponent, cũ de eius neceſsitatibus non ſint ita certi ſicut eſt certa ipſa prouincia S. Pauli, quod ex dicto communi Hiſpaniæ dicente, *que mas ſabe el necio en ſu caſa que el cuerdo en la agena*, confirmatur his, & alijs quæ infra dicemus ſemper mihi viſum eſt quod noluit S.D.N. Clemens VIII. in verbis ſuperius adductis prouinciã *D.* Pauli obligare ad obſeruantiã ordinationum factarũ & faciendarũ in dicta prouincia D. Ioſephi, non enim credendũ eſt, quod eri gẽdo prouinciã S. Pauli de nouo eã ſeruam & ſubiectã prouinciæ alteri relinqueret: nũquam enim ſummus Põtifex erigendo vnũ de nouo Epiſcopatum, alteri à quo diuiditur ſubiectum relinquit, vt ex iure g patet. g c. ſcite 6. q. 3. Nec obſtat ſi dicatur hoc fuiſſe factũ ad cõſeruationem prouinciæ S. Pauli, vt ſemper reformata permaneret. Reſpõdeo quod ſanctitas Domini Papæ non habuit reuelationẽ à Deo optimo maximo, quod reformatio deberet ſemper aſsiſtere magis in prouincia S. Ioſephi, quam in prouincia S. Pauli, neq; quod in prouincia S. Ioſephi, magis deberet aſsiſtere ſpiritus Sanctus in ordinationibus cõdendis, quam in prouincia Sancti Pauli, vt prouinciam D. Ioſephi liberam ſemper, prouinciam vero D. Pauli ancillam ſemper fore definiret, & vt prouincia Sancti Pauli tanquam minor, prouinciæ Sancti Ioſephi tanquã maiori deſeruiret. Ex quibus concludo quod in verbis ſupra appoſitis voluit S.D.N. Clemens VIII. cõcedere prouinciæ Sancti Pauli facultatem ad fruendum & gaudendũ ordinationibus prouinciæ Sancti Ioſephi, ita quod eis poſſet gubernari tanquam altiſsimæ paupertati in regula promiſſæ magis concernentibus. Et quod pater generalis obſeruantiæ & cæteri prælati volentes ipſa vti & frui ordinationibus dictæ prouinciæ nõ poſsint eã cõpellere ad cõſtitutionũ generaliũ obſeruationẽ, vt ſic ſemper hoc clypeo ſe defendens à reformatione deſiderata minime deficeret.

Ad huius autem intellectus explicationem, & probationem notandum eſt primo quod Sanctus Dominus Noſter Papa Clemens Octauus anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, vigeſima quinta die Martij Pontificatus ſui anno primo conceſsit bullam prouinciæ Sancti Ioſephi, in qua dictam prouinciam ab aliquibus, quæ à dicto patre generali, commiſſario generali & alijs obſeruantiæ prælatis poterant & ſolebant præcipi exemit, ita vt reſpectu eorum mandatis ordinationibus & conſtitutionibus obſeruãtiæ minime ſubiecta remaneret, quo priuilegio vult Clemens VIII. vt in verbis ſuperius allegatis prouinciam *S.* Pauli poſse frui & gaudere ſi libuerit. Cum enim hoc ſit priuilegium, & conceſsio ſecundum ius & ſecundum ea quæ in noſtris quæſtionibus regularibus latè diximus poteſt dicta Sancti Pauli prouincia eo vti, poteſt etiam in totum vel proparte renunciare ſecundũ quod tali prouinciæ cõmodum, & neceſſarium videatur. Quod conſtat ex verbis ſuperius relatis ibi, omnibus conceſsionibus indultis gratijs & literis apoſtolicis prouinciæ Sancti Ioſephi conceſsis & pro tempore concedendis etiam frui & gaudere debere. Quæ verba ſatis innuũt, quod perinde priuilegia, & gratiæ prouinciæ Sancti Ioſephi ſunt communicata prouinciæ Sancti Pauli, ac ſi ipſi immediatè eſſent conceſſa quod clarius indicant ſequentia verba, ibi. *proinde, ac ſi eidem prouinciæ de nouo erectæ ſpecialiter conceſſa eſſent.* Quod adeo verum eſt, vt ſi modo prouincia Sancti Ioſephi his conceſsionibus, & priuilegijs renunciaret, non propterea prouinciæ Diui Pauli aliquod præiudicium ex dicta renunciatione accreſceret quominus libere prędictis priuilegijs frui & gaudere poſsit, cum ratione dictę communicationis ſiam ſint facta proprię argumento eorum, quę in noſtris quęſtionibus canonicis & regularibus ſatis reſoluo. Exquibus infertur, quod etiam ſi prouincia Sancti Ioſephi per non vſum prędicta perdat indulta, non propterea prouincia Sancti Pauli perdet ea cum non vſus alterius prouinciæ (qui eſt quid facti) non poſsit nocere alteri prouinciæ: non enim vſus & non vſus, ſed ius tantum communicatur.

In quæſt. regul. 1. tomo q. 9. art. 2.

1. tom. qq. q. art. 19. p. 509

Et idem

Et idem omnino dicendum eſt de indultis & gratijs, quæ poſt Gregorium XIII. cõceſsit Clemens VIII. prouinciæ Sancti Ioſephi his enim prouincia S. Pauli poterit frui & gaudere ſi voluerit, & ad eorum obſeruationem & receptionem non aſtringetur, ſi enim ad ea obſeruãda obligaretur naturam priuilegiorum amitteret, ſed naturã conſtitutionum vtiq; ſortirentur, & à Clemente VIII. non conceſsiones indulta, & gratiæ, ſed conſtitutiones vocarentur. Deniq; exhis clarũ eſt, quod poteſt dicta prouincia *D.* Pauli gaudere ſi vellet dictis conceſsionibus & ad eas obſeruandas minime poteſt obligari.

Ex quibus infertur, quod cũ S. D. N. Clemẽs VIII. eodẽ tenore verborũ & ſermonis cõtextu indicta bulla ordinauerit vt prouincia S. Pauli frui & gaudere debeat ordinationibus factis & faciendis in prouincia S. Ioſephi, vt patet ex eius verbis ibi. *Et eiſdem conſtitutionibus quibus eadem prouincia S. Ioſephi vtitur & gubernatur & pro tempore vtetur & gubernabitur perpetuo vti & gubernari debere*, quod ſicut ad obſeruantiam & receptionem gratiarum & indultorum apoſtolicorum minime aſtringitur, ita etiam ad receptionem ordinationum prouinciæ S. Ioſephi, prouincia S. Pauli minime coarctetur, cũ eiſdem prorſus verbis (vt ex cõtextu dictæ bullæ patet) dictæ prouinciæ Sancti Pauli cõmunicetur vt debeat frui & gaudere cõſtitutionibus prouinciæ S. Ioſephi, ſicut conceditur, vt debeat frui & gaudere priuilegijs gratijs & indultis eidẽ prouincię conceſsis & cõcedendis. Vnde verbũ ſicut debere poſitum indicta bulla ſicut reſpectu priuilegiorũ nõ denotat neceſsitatẽ, ita etiã reſpectu ordinationũ aliquam neceſsitatẽ prouinciæ S. Pauli minime inculcat, ſed tãtum denotat & inſinuat ipſam prouinciã iuſte debere, vti & frui dictis gratijs & ordinationibus. Nec alienũ eſt à ſacris canonibus & â legibus imperialibus hoc verbũ debere reſolui in hãc ſcilicet iuſtè debere, vt præſupponit doctiſsimus Nauar. k in quo dã conſilio. Quod autẽ indicta bulla ſolum concedatur dictæ prouinciæ, vt poſsit & debeat iuſtè gaudere & frui dictis ordinationibus prouinciæ S. Ioſephi, tãquã magis ac cõmodis diſcalciatorũ ſtatui non vt ad hoc poſsit obligari, ſed tãtũ adhoc, vt nõ teneatur ad alia ordinis ſtatuta, ſicut non tenetur prouincia S. Ioſephi, patet ex verbis ſtatim appoſitis in dicta bulla ibi. *Et ad alia ſtatuta quæcũq; in ordine facta & protẽpore faciẽda, nec prouincia S. Ioſephi, nec de nouo erecta huiuſmodi vllatenus teneri, cũ ſtrictioris obſeruantiæ fratrũ diſcalciatorũ cõſtitutiones exiſtant paupertatem altiſsimo domino promiſſam longe magis concernentes.*

Neceſsupradictis obſtant alia verba eiuſdẽ Bullæ ibi. *Et ipſæ ambæ prouinciæ ſuis proprijs tantũ & non alijs conſtitutionibus regi, & gubernari perpetuo teneri.* Quod verbũ teneri neceſsitatis obligationem importat, & ſic videtur ſignificare, quod dictæ prouinciæ ſuas proprias tenentur cõſtitutiones obſeruare, & per cõſequẽs quod prouincia S. Pauli tenetur ad ſtatuta prouinciæ S. Ioſephi, cũ facta ſint per dictã bullam ipſi propria. Nã huic obiectioni reſpondetur intentionẽ ſummi Pontificis eſſe, vt contextus verborũ bullæ ſatis indicat vt hæ duæ prouinciæ ſuis regantur cõſtitutionibus & ordinationibus ab ipſis capitulariter factis & approbatis, & quod non teneantur ſtatutis ordinis, ſed ad obſeruationem tantum propriarũ conſtitutionũ obligentur. Et ex hoc nõ infertur quod prouincia D. Pauli teneatur obſeruare conſtitutiones prouinciæ S. Ioſephi: ſunt enim tantum ipſi propriæ ſi voluerit his vti, vt ſe protegat â prælatis obſeruantiæ, non autẽ ſunt ipſi propriæ, vt velit nolit eas obſeruare teneatur prout iã in ſuperioribus remanet explicatum: tenebitur igitur per dicta verba prouincia D. Pauli ad ſtatuta in ipſa prouincia facta, quæ velit nolit tenebitur obſeruare, & adhoc poteſt à patribus prælatis obſeruantiæ optimo iure perdicta verba cõpelli. imo ex dictis verbis ibi. *Ipſæ ambæ prouinciæ ſuis proprijs tantum & non alijs conſtitutionibus & gubernationibus ergo, &c.* collegit ſuper hoc dubio conſultus, doctiſsimus, & acutiſsimus Doctor Gabriel Henriquez Iuris conſultus primarius in hac alma Salmanticenſi Academia, has duas prouincias ſuis proprijs teneri, & obligari vti cõſtitutionibus, & non vnã cõſtitutionibus

k Nau. li. 1. conſi. tit. de elect. conſi. concl. 26.

alterius. Cui ego addo ex præfatis verbis ibi, *perpetuo teneri*, colligi veritatem noſtræ opinionis, cum loquendo Summus Pōtifex de proprijs vniuſcuiuſque prouinciæ ordinationibus, dicat quod ad eas ſeruādas tenentur, loquendo autem de ordinationibus prouinciæ Sancti Ioſephi non dicit quod prouincia D. Pauli tenetur eas obſeruare & ipſis gubernari, ſed vtitur verbo *debere*, & non verbo *teneri*, quaſi velit dicere prouinciam Sancti Pauli ad propria ſtatuta obligari ſicut obligat verbum *teneri*, quod abſolute neceſsitatis debitum importat, ad ſtatuta vero prouinciæ Sancti Ioſephi obligari ſicut obligat verbum debere, quod nō ita debitū neceſsitatis denotat ſicut verbum teneri importat, vt in ſuperioribus eſt ſatis explicatum.

Inſuper quod verbum debere in dicto breui appoſitum licentiam tātum ad iuſte poſſe vti priuilegis & ordinationibus prouinciæ Sancti Ioſephi denotat: patet, nam cum S. D. N. Clemens VIII. in bulla conceſſa prouinciæ Sancti Ioſephi conceſſerit eidem prouinciæ priuilegium vt nō poſſit viſitari niſi per generalem, aut per fratres diſcalciatos attendens quod dicta prouincia huic priuilegio poterat renunciare conſentiendo, vt per fratres de obſeruantia viſitaretur, & quod in magnum ipſarū prouinciarum detrimentū poterat euenire ad mittendo cōmiſſarios, & viſitatores de obſeruantia, vt ipſi patres diſcalciati affirmāt ideo S.P.N. in bulla erectionis prouinciæ Sancti Pauli, hoc non per modum priuilegij cui poteſt renunciari concedit, ſed per modū legis & conſtitutionis ſtatuit dicēs.

Mandamus quod eadē prouincia Sancti Ioſephi, & Sancti Pauli de nouo erecta, niſi per fratres alicuius ex eiſdem ſex prouincijs quo pedites incedūt vno dumtaxat ſocio more fratrū diſcalciatorū propter eorū humilitatē & regularē paupertatē per miniſtrum tātū generalē in cōmiſſarios pro tempore deputādos viſitari nullatenus poſſint nec alios quā huiuſmodi cōmiſſarios in prouincia S. Ioſephi, & in alia de nouo erecta miniſtrū & alios fratres ea rū admittere teneātur, neque debeāt.

Hæc dicta bulla: cōſiderādū autē eſt illud verbū, mandamus quod legē & conſtitutionem fieri denotat, & obligat ad mortale in re graui cuiuſmodi eſt præceptū, quod proponit obſeruandū cū in eadē bulla ſtatim excommunicatio latæ ſententiæ, ac priuatio, quorūcūq; officiorū & dignitatū cōtra illos quitali cōſtitutioni cōtrauenerint ſtatuatur, quæ omnia obligationē ſubreatu peccati mortalis euidenter deſignāt, iuxta tradita à Nauarro, I & à Cordubа reſoluta.

Cōſiderādaſunt etiāilla verba, *Nec debeāt* quibus ſtatim addita fuerūt verba, *nec teneā tur*, quibus ipſe ſummus Pōtifex ſignificare voluit nō ſolum velle per hanc ſuā bullā eximere fratres harū duarū prouinciarū ab obligatione recipiendi viſitatores non diſcalciatos, ſicut conceſſerat idē ſummus Pōtifex in alia bulla cōceſſa prouinciæ S. Ioſephi. Quod tantū per modū priuilegij dictæ prouinciæ erat conceſſum cui ipſa poterat ſi vellet renunciare, ſed etiā voluiſſe harū duarum prouinciarū patres obligare ad non recipiendū alios viſitatores præter præfatos diſcalciatos, & ſic verbū appoſitum in dicta bulla ſcilicet, *non debeāt* cū adiūgatur verbo, *nec teneātur*, idē ſignificat quodnō iuſte poſsint, ita vt ſi aliter faciāt, aut fieri permittāt hi adquos receptio cōmiſſariorū & viſitatorū ſpectat mortaliter peccabunt & pœnis in dicta bulla appoſitis ſubdātur nec ipſis permittitur huic priuilegio renūciare cū nō vt priuilegiū, ſed vt cōſtitutio præceptiua & prohibitiua ipſis proponatur. Nec poſsūt dictæ prouinciæ viſitari à patribus recollectis prouinciarū obſeruantiæ. Licet hi pedeſtres incedāt & diſcalciati ambulent & paupertatem ſectētur, cū indicta bulla dicatur, vt nō viſitētur niſi per fratres alicuius ex eiſdē ſex prouincijs, quæ in dicto breui referūtur de quarum numero prouinciç obſeruantiæ in quibus recollectiones exiſtūt minimè ſunt. Vnde infertur quod vt patres Recollecti poſsint prędictas prouincias authoritate patrum generalis, aut cōmiſſarij generalis viſitari non ſufficit, quod patres prædictarum prouinciarū id petant, cū ipſi nō poſsint prædicto decreto renūciare, ſed oportet vt à ſede apoſtolica, aut à ſedis Apoſtolicæ authoritatē habente diſpenſatio obtineatur. Et huic ſententiæ ſubſcripſerunt doctiſsimi Salmanticenſis Academiæ Doctores Gabriel Hēriquez Iuris conſultorū

I Nauarr. in man. c. 13. n. 56. & 57. Cord. li. 6.

pri-

primarius, Doctor Leon, & Doctor Gallegos in Iure Ciuili, & Canonico prædictæ Academiæ professores dignissimi proprietarij.

QVÆSTIO XLVIII.
De religione quoad suum esse, & differentiam in quatuor articulos diuisa.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 *Quid & in quo consistat perfectio religionis.*
2 *Quot sint in Ecclesia regulæ approbatæ religionum.*
3 *Vtrum ad solum Papã pertineat has & alias confirmare religiones.*
4 *Vtrum sint excommunicati fundantes sine licentia Sedis Apostolicæ statum cum votis simplicibus.*

ARTICVLVS. I.
Quid & in quo consistat perfectio religionis.

RESpondeo dicẽdo, quod religio à qua religiosus appellatur, vt ait D. Thomas *a* dicta est secundũ Ciceronẽ, vt refert Isidorus à re eligendo, id est iterato vel frequenter eligẽdo ea quæ sunt Diuini cultus, quæ in corde frequenter reuoluẽda sunt, vel à reeligẽdo Deum quẽ negligenter amiseramus secundum Augustinum, *b* vel secundũ eundẽ Augustinum *c* â religando nos Deo. Quæ dupliciter consideratur, primo, scilicet, vt est virtus, quæ alio nomine appellatur latria, cuius proprium est Deo cultum exhibere debitum, secundo pro vniuersitate vel collegio hominũ colentium Deũ, & de hac in præsenti est nobis sermo. Et hunc religionis statum Dominus instituit cũ tribus votis subst ãtialibus paupertatis, scilicet, obedientiæ & castitatis, vt probant Canisius *d* Nazianzenus Chrisostomus, Ambrosius, Origenes Damascenus, & inspirauit hominibus religionum institutoribus varios gradus religiosæ vitæ, qui distinguntur quasi specie. Primum ex operibus, quæ tamquã in finem proximum ordinantur, perfectio enim vitæ Christianæ in charitatis actibus seu operibus circa Deum & proximum cũ tribus votis est actio quasi generica, differẽtia vero religionum sumitur ex diuersitate operum charitatis tanquam ex obiecto, & fine proximo, vt ait D. *e* Thomas, sed cõtra citat Nestorium Abbatem apud Cassianum *f* & distinguit religionẽ intres gradus seu species iuxta triplicem rationem vitæ actiuæ contemplatiuæ & mixtæ, sed Augustinus *g* solum expressit actiuam, & contẽplatiuam sub quibus tamen intelligitur mixta ex vtraque iuxta latẽ tradita à D. *h* Thoma, & â Belarmino. Secundo distingũtur ex obseruantijs iuxta tradita ab eodem D. *i* Thoma, vt arbores distinguntur primo & principaliter ex fructibus, secundo ex folijs quibus fructus proteguntur à malis sic religio ordinatur, primo ad fructus charitatis & contẽplationis erga Deũ & charitatis erga se ipsum & proximos, & hoc etiã tenet D. K Thomas. Secũdario distinguntur religiones per obseruantias, vt idem tenet D. *l* Thomas, vt circa modum paupertatis, aut obedientiæ, & circa corporis castigationem in victu & vestitu per ieiunia, opera manualia nuditatem clausurã, vt Carthusiani eam seruant quasi reus in carcere, aut potius, vt sponsa in turri custoditur.

Quidam primatum perfectionis tribuere videntur vitæ solitariæ, in qua anachoritæ vacant contemplationi cum austeritate & seueris pœnitentijs & mortificatione carnis, finis enim solitariæ vitæ est contemplatio Dei & diuinorum, vt ait Calsianus, *m* & Anachoretæ, vt Paulus, & Antonius se totos dederunt contemplationi alij contẽplationem vitæ beatæ, prout asserit Bellarminus, cum D. Hieronymo, Augustino Bernardo, & D. *n* Benedicto. Et Cassianus *o* hãc præferre videtur alijs vitis & hoc etiã tenet D. Tho. *q* Augustinus & alij relati à Nau. vbi aliqua de laude clausuræ adducit, vnde religio Carthusiensis præfertur alijs ob contemplationis etiam cum seruit silentium, chorus, asperitas vitæ in clausura abstinentia carnium etiam in morbo, cilicium perpetuum de quibus D. *r* Bernardus, & retinent ferè sine mutatione antiquum rigorem disciplinæ & excedit in obedientia, vt probat Carthusianus, *s* & est tutior, & remota â periculis proximorum, hinc ab alijs religionibus conceditur petita licentia præ

a D. Tho. 2. 2. q. 81. ar. 1.
b Augu. lib. 10. de ciuit. Dei.
c Augus. de vera religi.
d Canisius. li. 2. moral. c. 12. Hiero. contra Iouini, & in epist. de seru. virgin. Nazian. in exhort. ad vir. gin. Chriso. homi. 17. ad popul. Ambros. li. 1. de virgi. Orig. in Matt. 10. & l. 7. cõtra Celsum Damasc. in epiphan.
e D. Tho. 2. 2. q. 188 art. 2. & ar. 4. in argum.
f Collat. 14. c. 4.
g Augus. li. 19. de ciuit. c. 19. & sermo. 27. de verbis Dñi.
h D. Tho. opus. 18. de perfect. vit. spirit. c. 6. & 7. Belar. min. li. 2. de monac. c. 3.
i D. Th. 2. 2 q. 188. art. 1.
k D. Tho. d. opusc. c. 67. 12. & 14.
l D. Th. vbi sup.
m Cassianus colla. 19.
n Bellar. l. 2. demona. c. 39.
o Benedict. in reg. c. 1.
p Cassianus. collat. 14. c.
q D. Tho. opusc. 18. c. 13. & 14. & 2. 2. q. 188. a. 8. & q. 189. ar. 8. Angu. de morib. Eccles. c. 31. Nauar in c. statuimus. n. 32.
r Bernar. li. ad fratr. de mon. Dei post prin.
s Carthusi. opus. de perfect. man. ar. 21.

Anton. 3. p.t.16.c 1.§ 6. & 2. p. hiſto.tit.15. cap.22.§.2. Andr.in c. ſane dereg. Caſſ.2.4 p. catalog glo rijmundicõ ſider.42. & 62.Naua.c. 27.nu. 106. & in c.ſtatu imus. n. 31. & 32.

v c. non eſt nobis iuſta. glo.ibi dere gul.

x D.Tho.2. 2.q.188. ar. 8. Baſil.reg. 7.exſuſe diſ put.

y Damian. co. 9.olim. grad. 4. de obediẽt. ad mediũ Caſ ſan.colla.9. c.6. & c. 4.

z Benedi.in ſuis reg.c.1.

a Gandabe. quod l.2.q. 14.

b Augu.to. 4.l.8 5.q.36

c D.Tho.3. p.q.40.a.2. vbi Suarez. dub.58 § 3.

d Sylu.ti. religio.4.§.1. verſi.3.

e Bonauẽt. ſup.reg. minorũ c.2.q. 9.& quæ.in reg q.12.& 13.to.1.

f Cord.in introduc.reg. q 2. propo. 2 Angel. v. religioſus. 28. 3.pa ſpecul.fra. mino.fol.71.

g Syl.v. religio.4.§.1.v. 3.Ang.vbi. hD Tho.2. 2.q 188.ar.6 Coloſ.3.& 1.

tia prælati licet non obtẽta tranſire ad Carthuſienſes (de quo infra dicemus) quod ad perfectam tutioremque vitam fieri dicunt D. t Antoninus, Ioannes Andræas Petrus Sutor Carthuſian, Caſſaneus, & Nauarrus.

Alij præferunt ordinem Ciſtercienſem ob eaſdẽ ferè cauſas. Et hanc opinionem per quandam decretalẽ u Alexandri Tertiæ tenet gloſſa ibi, & hinc non licet trãſitus ad ordinem Carthuſienſem ex cõceſsione Eugenij Quarti, de quo infra diſputabitur. At prædicti nõ bene callent, cum vita in ſocietate & cœnobijs degentium ſit tutior & fragilitati humanæ accõmodatior, vt tenet D. Thomas, x & D. Baſilius id ipſum innuit agens de periculis ſolitarij, & quod debet eſſe iam perfectus ſecundum y Damianum Ioannem Climacum, & Calsianum qui refert quod Ioannes Abbas poſt triginta annos abijt in Eremum, ſed tandem redijt in communem perfectioremque vitam B. z Benedictus inter quatuor gradus monachorum in ſecundo ponit Anachoretas, præterea Henriquus de a Gandauo ait ſtatum ſolitarij non eſſe proprie ſtatum religionis quia ad ſtatum religioſi pertinet, vt ſit ſub obedientia prælati, qui vi coactiua dirigat in regulam perfectionis, ſed quod vita incœnobijs, & ſocietate habet ſtatum religioſi.

Alij perfectionem huius vitæ cõſtituunt in ſeuera & rigida auſteritate, qua frænatur cupiditas, ait enim Aug. b quod nutrimentũ charitatis eſt diminutio cupiditatis, & citãt in ſuum patrocinium D. c Thomam, ſuperquem de hoc agit Suarez, tradit etiam laborioſus d Sylueſter, ſic Minoritæ præferũt ſuum ordinẽ alijs omnibus ordinibus prout tenet D. e Bonauentura, & quia extenditur ad proximos, prout tradit Corduba, f & tenet Angelus, & Ioannes de Pecano Archiepiſcopus, prout refertur inſpeculo fratrum minorum, & deinde inferunt licere tranſitum ab alijs ad Minoritas, & generaliter ad ordinem qui habet maiorem vitæ ſeueritatem, hanc dicunt communem Canoniſtarum g Sylueſter, & Angelus.

At reuera ſententia & cõmunis Theologorũ affirmat perfectionẽ vitæ nõ ſumi ex aſperitatibus. Et hæc eſt ſentẽtia D. h Thomæ, Nauarri Gregorij Lopez, & innuit Ioãnes XXII. quia auſteritas nõ eſt finis, neq; medium neceſſarium, ſed ex ſecundarijs eſt multis perutile vt potio & medicina amara eſt apta quibuſdam morbis.

Alij ſupremum perfectionis gradum tribuũt euidam vitæ actiuę, vt tenent Docto resiuriſperiti Albericus K Iaſon, Lucas de Pena, Hoſtienſis Neuizanus, Caſſaneus. Quare quidam ex eis cõmendant officium iudicis & aduocati, quo ſeruiunt proximis in bonum commune. Nec dicunt, obſtat quod ſolicitudo erga fratres impedit contẽplationem Dei, & ſuauem actum diligendi nam reſpondet Diuus l Thomas, quod hoc quod eſt proximorum curam gerere eſt inſignis actus exterior charitatis. A this reſpondetur, quod contemplatiua præſtat purè actiuæ vitæ, vt probant patres ſuper illud Lucę m Maria optimam partem elegit & probat Diuus n Thomas rationibus ſumptis ex Ariſtotele in ſuis ethicis quas dilatat D. Antoninus.

At addit Hẽriquus de Gandauo, quod illa actiua, quę ad communem proximorum ſalutem procurandam extenditur, & in homine perfecto ſupponit contemplatiuam quæ eſt mixta præfertur contemplatiuæ & actiuæ, quam mixtam Chriſtus & Apoſtoli ſunt profeſsi, Chriſtus enim Dominus profeſſus eſt vitam mixtam, vt ex Euangelio probat D. o Thomas, & Iſidorus, & hanc etiam profeſsi ſunt Apoſtoli, vt notat D. p Baſilius, & diffuſe diſputat D. Auguſtinus, & hanc mixtam præferri alijs vitis probant D. q Bonauentura, & Bernardus, vt Aioth, qui vtraque manu pugnabat: & ſic hæc eſt cõmunis Theologorũ opinio vt poſt D. r Thomam probant Doctores, & probat poſt D. Bonauenturam, Corduba ſuper regulam fratrum minorũ. Hęc dicta ſint in communi. Ex conſulto autem nolo reſoluere, quę perfectior ſit religio in particulari, ſolũ enim ſufficit dicere in cõmuni, quod illa eſt perfectior, quę magis accedit ad vitam actiuam & contemplatiuam ideſt ad mixtam, vt patet ex dictis: reſoluere autem diſputando hãc vel illam particularem eſſe perfectiorem, quæſtio eſt quę in aliquorum animis quorum religiones pro ſuo velle, non ita alijs præponuntur aliquid pęnæ poteſt incutere. Vnuſquiſque autem religioſus primę vocationis ſuæ religione contentus ſtudeat perfectus euadere in charitate, in qua perfectio ſubſtãtialiter conſiſtit, prout tradit D. ſ Thomas, & Ioannes XXII. t definit, cum charitas ſit vinculum perfectionis, vt ait Apoſtolus u dicens etiã quod finis prȩcepti ſit charitas, ſtudeat etiã perſi

verb. ſigni. K Alber. in l. per diuer ſos. C. mandat. & idem vbi Iaſ. col. 3.nu. l. 1. ff. deiuſt. & iure. Pen. inl. 2. C. de dignita. col. 2. Hoſtienſ. in proæ. ſum. col. 4. Caſſa. glor. vita. 4. p. cath. mũd cõſi. 1.

l D. Thom. opu. 19. c. 13 m Luc. 10. n D. Th. 2. 2 q. 18. ar. 1. Ariſt. 10. eth. c. 7. Ant. 4. p. ti. 10. c. 4. §. 4.

o D. Tho. 3. p. q. 40. a. 1. ad 2. Iſidor. li. 1. de diffe rẽtia. c. 29.

p Baſil. reg. 7. Augu. 19. de ciui. c. 19

q Bonauen. li. 4. phare. c. de acti. & contẽpl. to. 1. Bernar. de vita ſolit. ad fratr. de mõte Dei. co. 3.

r D. Tho. 2. 2. q. 188. ar. 6. & opuſc. 19. cõtra impugn. relig. c. 1. ad fi. dd. in 4. diſ. 38. Bonauẽ. in vita Chriſt. c. 46. & ſup regul. q. 18. Cordu. in regu. mino. in introd. q. 1.

ſ D. Tho. 2. 2. q. 188. ar. 6 ad 3, Naua. in c. ſtatui. 2. q. 184. ar. 7. ad 1. & q. 187. ar. 2. & q. 188. ar. 6 & 7. ti. in extra. ad conditorẽ v ad Coloſ. 3. & 1. ad Timot. 1. n. 34. Greg. Lop. in l. 6. glo. 3. tit. 7. par. 1. i extra. quorundã & extraua. ad cõditorem de

perfici in obſeruatione votorum & cõſilio rum euangelicorum, quæ ad chariratem ordinantur ſubtrahendo, quæ impediunt frequentem Dei cultum & progreſſum charitatis, vt charitas tutius conſeruetur, prout aiunt D. x Thomas, Soto, Nauarro, & Sarmiento, ita vt exiſtens in natura corrupta viuat, ac ſi eſſet in ſtatu innocentiæ, & ac ſi eſſet in gratia confirmatus. Nec ſupradictis obſtat, quod multi patres videtur cõſtituere ſtatum perfectionis in obſeruatione cõſiliorũ, vt patet extraditis â Martinez y de Cantalapiedra. Nam reſpondetur cum D. Thoma z ſequente Caiſanum, & cum Bañez, quod ipſi nõ conſtituũt ſtatum perfectionis in conſiliorum obſeruatione, ſed cõſtituunt viam tutiſsimam ad perfectionem ipſorum conſiliorum obſeruatione, quia per conſilia tutius conſeruatur charitas, & exercetur frequentior actus illius.

x D. Th. d. q. 184. ar. 3. & q. 186. ar. 4. Sot. li. 7. de iuſt. q. 5. ar. 1. & 2. q. 4. ar. 1. Nau in c. non dicatis n. 12. & 21. Sarmiẽ. 1. p. de reddit eccleſ. 1. p. c. 1. n. 5. & 6. y Martinez l. 8. Hyp. c. 2.

z D. Th. vbi ſup. Bañez. 2. 2. q. 24. ar ti. 6. dubi. 5. fund. 3.

Studeat inſuper religioſus ſemperque ante oculos habeat proprium finem ſui propoſiti, finis enim in practicis eſt principiũ vt ait Ariſtoteles, *a* & tradit D. Thomas, & ſæpẽ D. Gregorius ſuper illud Iob, *b* *ſuper quo baſes eius, ideſt*, intentio finis, vnde Ariſtoteles cœpit ethicas â fine & fœlicitate, quia vt ait in politicis omnia eligimus alterius boni cauſa præter fœlicitatẽ, quæ eſt finis, vt Sagittarius dirigit aciem in finẽ & ſcopum. Et cuiuſque regularis diſciplinæ conſiliorumque obſeruatio eſt decens via ad addiſcendã aſſequendamque perfectionem charitatis & Chriſti imitationem Quare in communi cõcludẽdo dico, quod maior perfectio religionis ſumitur ex meliori fine & proximo, quando medijs aptioribus & efficacioribus ordinatur ad charitatem Dei, & proximi, non autem ex aſperitate vitæ & alijs obſeruantijs ſumitur abſolute præcipua perfectio, ſed in quantum ipſa aſperitas vitæ & obſeruantiæ regularis ad charitatem Dei & proximi ordinantur non poteſt ergo ex ſola vitæ auſteritate perfectio menſurari, ſed omnia conſideranda ſunt, præſertim finis mediaque omnia quatenus tali fini ſunt magis acõmodata, ita vt non vnum tãtum, aut alterum medium per ſe conſideretur, & cum alio conferatur, ſed vniuerſa mediorum & viuendi ratio. Nam interdum, quod de corporali auſteritate remittitur alijs laboribus compenſatur, & præſertim omnium ſpiritualium affectuum diligenti, ac continua moderatione, & omnium humanorum & bonorũ abdicatione, ac denique vnica voluntatis renunciatione quæ ad perfectionem obtinendam maxime confert, vt ex multis probat doctiſsimus Suarez. *c*

a Ariſtot. 2. phyſi ca. 8. D. Th. 1. p. q. 82. ar. 1. Grego. 28. moral c. 13.

b Iob. 38.

Vnum tamen volo in præſentiarum adducere ad quod debent maxime attendere religioſi, ipſos eſſe in ſtatu peccati mortalis non tendendo ad perfectionem, dicit enim implicitè Diuus *d* Thomas, & ſuper eum explicite Caietanus, quod religioſus non habens animum tendendi ad perfectionem (qua quis in hac vita fertur in Deum ſemper, niſi quantum neceſsitas præſentis vitæ requirit, quæ eſt poſsibilis in via, nõ tamen eſt communis omnibus habentibus charitatem, quæ perfectio eſt ſecundum regulam ſuam) eſt in ſtatu peccati mortalis, licet non ex eo ſolum, quod actu non tẽdat in eam. Quæ concluſio ſecundum Nauarrum *e* eſt terribilis multis religioſis, qui neque actu ſeu actualiter, nec virtute ſeu virtualiter habent animum ſe in dies magis in charitate perficiendi, neque curãt pluſquam boni clerici ſeculares, vel laici ad eam tendere. Pro huius autẽ terribilis dicti explicatione nota, quod perfectio Chriſtianæ charitatis eſt triplex, prima qua totum cor hominis actualiter ſemper fertur in Deũ, & hæc perfectio eſt charitatis patriæ, quæ nõ eſt poſsibilis in hac vita, in qua impoſsibile eſt propter humanæ vitæ fragilitatem & infirmitatem ſemper actu de Deo cogitare, reliuſque diuinis eiſdemque frui prætermiſsis alijs. Secunda qua quis fertur in Deum ſemper niſi quantum neceſsitas præſentis vitæ requirit, quæ eſt poſsibilis in via, non tamen eſt cõmunis omnibus habentibus charitatem, Tertia eſt qua quis habitualiter totum cor ſuum ponit in Deo, ita ſcilicet, vt nihil cogitet, & velit, quod Diuinæ dilectioni ſit contrarium, quæ perfectio eſt communis omnibus charitatem habentibus, nemo enim poteſt eſſe bonus ſine illa, & cum ea quilibet eſt talis, quia illa excludit peccatum mortale, & excluditur ab ea, vt in ſacris *f* canonibus dicitur & tradit D. Thomas.

c Suarez in 3. p. 2. to. q. 41. diſp 28. ſect. 1.

d D. Tho. 2. 2. q. 184. ar. 5. ad 3. vbi Caiet

e Nau. in c. quia portio 12. q. 1. n. 10

f c. tui renũciatur. 32. q. 1. & c. charitas. 2. de pœnit. d. 2. D. Tho. 2. 2. q. 24. ar. 12.

(.?.)

ARTI-

ARTICVLVS II.

Quot ſint in Eccleſia regulæ approbatæ religionum.

REſpondeo dicendo, quod D. a Antoninus, ait quod quatuor ſunt regulę ab Eccleſia approbatæ ſub quarum aliqua militant omnes religioſi Eccleſię Catholicæ. Prima eſt Diui Baſilij, ſecunda Diui Benedicti, tertia D. Auguſtini. Quarta D. Franciſci. Et prout tradit Nicolaus b Boerius regula Diui Auguſtini fuit tertia, quod ex quodam decreto c videtur comprobari, in quo Papa approbatas regulas enumerans primo loco conſtituit regulam D. Baſilij, ſecundo vero D. Benedicti, tertio D. Auguſtini, à quo habuiſſe initiũ dicũt regulares canonici eorũ regulam & idem dicit Felinus, d & idem Nicolaus Boerius. Vnum autem eſt certiſsimum quod ordo Sancti Baſilij eſt primus & antiquior, vt ait idem Boerius ſecundum Cardinalem e Alexandrinum, qui fuiſſe videtur tempore Simachi Papę, vt ex quodam eius decreto f patet. Et idem author ait, quod forte in eo decreto non loquitur Papa de Beato Baſilio, ſed de patricio Baſilio qui vices gerabat Odoacris Regis, de quo fit in quadam decretali g mentio. Carthuſienſes tamen quorum caput eſt in Delphinatu non militant ſub aliqua iſtarum regularum, ſed habent ſua ſtatuta pro regula, & habentur ſecundum D. Antoninum Florentium in magna veneratione ab Eccleſia de quibus in extrauaganti h Martini Quarti incipiente, *viam ambitioſæ* habetur, Et ſic non vna tantum, ſed plures ſunt religiones Deo famulantes, vt in quadam dicitur clementina, i & in alia decretali, & notat Ioãnes Andreas. Et ſub regula Diui Auguſtini, vt inquit Antoninus militãt omnes canonici regulares, & fratres Prędicatores, quod ipſum ait Ioannes K Andreas, militant etiam multæ aliæ religiones, prout in quadam copioſa tabula, quæ communiter à patribus Auguſtinienſibus circunfertur, continetur.

Sub regula autem D. Baſilij, quę fuit prima militant omnes monachi orientalis Eccleſię, atque etiam occidentalis Fratres vero Carmelitę aliquando ſub ea fuerunt de qua aliqua tradit Baldus. His autem nouiſsimis temporibus fuit quinta quędam regula inſtituta pro religione Societatis Ieſu ſub quibuſdam inſtitutionibus, de qua in primo tomo fecimus mentionem.

a D. Ant. 3. p. tit. 16. c. 1 §. 5.

b Boerius in tract. de vit. Eremi. n. 2. c. periculoſum. 18. q. 2.

d Felin. in rubri. de maior & obedien. Boerius in tract. de auctor. magn. Concilij & in Parlame. regni. in l. magna. add. 2 Cardin. in c. & Epiſcopos 17. diſt. f c. bene quidem 96. diſt. g c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de cõſtitut.

h extrauag. viam ambitioſæ de reg. i Clem. 1. de ele & ca. vn. de relig. domib. libr. 6. Ioan. And. in c. ſane de regul. K And. vbi ſup.

l Bald. in authent. ſiqua mulier C. de Epiſc. & cler. & conſ. 120 in fin. & clarius conſil. 80. incipit ſupra infra. ſcrip. vol. 2.

ARTICVLVS III.

Virum ad ſolum Papam pertineat has, & alias confirmare religiones.

REſpondeo dicendo, quod ad Papã pertinet cõfirmare nouum religiones inſtitutũ, & Pontifex aut Conciliũ errare non poteſt approbando religionem in qua fit vera profeſsio cum tribus votis eſſentialibus paupertatis obedientiæ, & caſtitatis, prout reſoluunt Cano a Bañez, Hieronymus Plati Vvaldenſis Clitoueus, Bellarminus. Et Valentia affirmat oppoſitum eſſe errorem, quia vt Eccleſia non poteſt errare circa bonos mores, & legem de moribus, ita non poteſt errare eccleſia, neque Papa in confirmatione religionum, cum ad bonos mores pertineat cõfirmare conſtitutiones & regulam propriam religionis, quæ proponitur, toti per orbem Eccleſiæ, vt iuxta eam perfectionis regulam fideles vitam ſuam informent, eſſet autem contra officium paſtoris, ſi malam religionem probet & veneno pro ſalutari cibo paſcatoues, vt nec errat Pontifex in canonizatione ſanctorum, quorum vitam & mores proponit imitandos toti Eccleſiæ. Et hoc etiam tenet D. Thomas b id probans ex quodam decreto c dicente. Nullifas ſit ſine ſtatus ſui periculo, vel diuinas conſtitutiones, vel apoſtolicæ ſedis decreta temerare, quia nos qui potiſsimi ſacerdotis adminiſtramus officia, talis trãſgreſsionum culpa reſpiciet, ſi in cauſis Dei deſides fuerimus inuenti. Hæc Hilarius Papa in dicto decreto.

Quidam ſignificant Epiſcopum qui ſuæ dœceſis confirmat ſtatuta poſſe confirmare regulam nouę religionis cũ proprijs ſtatutis: nam, & Beatus Baſilius Epiſcopus in Oriente, & Græcia inſtituit monaſticum ordinem. Et Beatus Ambroſius cum propria regula fecit monaſterium Mediolanenſe, vt refert Auguſtinus. d Diuus Ambroſius e poſtquã baptizauit ipſum Auguſtinum, ait, induimus nouum hominem, Cucula, & Cingulo coriaceo. Prętera idem Auguſtinus, ait ſe Hipone feciſſe monaſ-

a Cano. li. 5. de locis c. 5. adfi. Bañez. 2. 2. q. 1. art. 10. dubi. 8. f lat. li. 1. de relig. ſtat. c. 2. V vald. li. 5. de ſacra. c. 9. Clitoue. li. de votis monaſt. Bellarm. li. 4. de mõna. 4. Valen. li. 8. Analiſis. de fide c. 3.

b D. Th. in opuſ. cõtra impugnat. c c. nullifas. 25. q. 1.

d Aug. li. 5. confeſ. c. 6. e Amb. 3. p. ſerm. 94.

naſterium monachorum antequam eſſet Epiſcopus, ſed cum *B*arbarorũ incurſione diſsipatum eſſet, quidam ex eis monachis venerũt in Italiam, & per Pontificem coadunati, & ad regulam Diui Auguſtini reformati ſunt per Innocentium Quartũ anno Domini milleſimo ducẽteſimo quadrageſimo tertio, vt referũt *f* Antoninus & Sabellius quãuis g Nauarrus, neget hunc eſſe ordinem Diui Auguſtini. Hinc dictus eſt ordo Eremitarum Diui Auguſtini, de quo *h* Genebrardus & Hieronymus Plati.

f Anton. 3. hiſtor ti. 24 c. 14 Sabel. 2. ænead. 9 g Nau in c. ſtat. n. 9. de reg. Augu. to 19 ſerm 52. ad fratr. in Eremo. h Geneb. li. 4 chronic. Plat. li. 2. de ſta reg c. 22 ic. vn. devo li. 6.

At ſane cauſa religionis pertinet ad Papam cum proponatur toti Eccleſiæ quaſi lex & regula perfectionis, vt eſt communis Theologorum. Nec hoc *D.* Thomas negauit, vixit enim poſt *B*onifacium *i* Octauum, qui id definiuit Papæ reſeruari: etenim religionis inſtitutor, vt Apoſtolos fecit religioſos, ita eis dedit apoſtolicam authoritatem qua inſtituerent formam nouæ religionis ſalua ſubſtantia illius in tribus votis eſſentialibus, & ſolus Pontifex, qui in Apoſtolicam ſedem ſuccedit inſtituit, quæ forma & ſolemnitas ſufficiat ad profeſsionem habentem â Chriſto Domino vim ſoluẽdi matrimonium ratum, vt authoritate diuinitus data inſtituit formam ſacramentalium, quibus Deus vim eximiam concedit. Ad illud autem Beati Baſilij reſpondeo, quod Nazianzenus in oratione in laudem Baſilij ait ritum monachorum ad ordinem, & formam religioni propriam redegiſſe. Quare *B*aſilius non tam inſtituit, quam reformauit religionẽ: nam in quadam epiſtola K meminit monachorum, qui diſperſi erant per Ægyptum ſub Antonio, vt refert Athanaſius in vita Antonij, & per Palæſtinam ſub Hilarione, vt ait etiam Hieronymus, in eius vita, & in Meſopotamia. De regula autem D. Baſilij videſynodum octauam Gelaſij *l* Papæ & Innocentium *m* Secundum

K Epiſt. 63. l c. diſtinui-mus 18. q 2. m c. perni cioſum. 16. q. 2. n Poſsid. c. 5 o Augu. de cõ. vit. cler. p Concil. Aquiſgr. c. 112. Anto. 2 par. hiſt. ti. 15 c. 16. §. 7 Vollater. li. 21. poſt pri. Turrecr. in c. dolo. 12. q 1. Nau. in c. ſtatui. n. 9.

Adalium autem D. Auguſtini reſpondetur, prout refert Poſsid. *n* in vita eius, quod non inſtituit nouum ordinem, ſed reformauit ordinẽ clericorum, vt colligitur ex eodem D. Auguſtino, *o* vt etiã referunt Concilium *p* Aquiſgranenſe D. Antoninus, Volaterra. Turrecremata & Nauarrus.

Et multo minus hi, qui non erant Epiſcopi, vt *B*eatus Antonius, qui non fuit monachorum author, aut Eremitarum, ſed incitator, & ſic Athanaſius in vita Antonij (quã ab illo deſcriptam agnoſcunt patres apud Bellarminum q (refert Antonium iuuenem à ſene iam diu monacho petiſſe fieri monachum, ſed Diuus Hieronymus in vita Pauli ait Antonium, dici authorem vitæ Eremiticæ) vt vocat Athanaſius, non quod omnes præceſſerit, ſed quia omnium ſtudia ab ipſo ſunt incitata.

q Bellar. li. 2 de monach c. 4.

Bruno Doctor Colonienſis cum ſex ſocijs iuit in Eremum Gratianopolitanum, & dedit initium ordini Carthuſienſi anno milleſimo octuageſimo quarto elapſis decem annis poſt ordinem ciſtercienſem, vt tradunt Genebrardus r Sigibertus, Polydorus, Volaterra, Antoninus, idque reuelatum eſt Hugoni, eius diœceſis Epiſcopo horum ordines tacito ſcientis Pontificis conſenſu approbati ſunt.

r Geneb. li. 4. c. 351. Sigib. Chron. Platin. li. 2. c 22. Polyd deinuent. l. 7. c 3. Vola. li. 21. Anto. 3. p. hiſto fa cijcul. re p. ſc. nimia de reli. domib

Denique, quia quidam cum periculo prauæ doctrinæ religiones inchoabãt Innocentius *ſ* Tertius in Concilio Lateranenſi, cauit ſub excommunicatione latæ ſententiæ nequis ſine expreſſa Pontificis approbatione religionem inſtitueret.

Et non errat Pontifex imprudentia dum nouam religionem approbat præmiſſa diligenti regulæ & inſtituti examine, quia approbatio, & promulgatio religionis proponitur à ſolo Põtifice ſoli eccleſiæ tãquã regula perfectionis addiſcendæ, vt lex ad bonos mores pertinens. Nec obſtat, quod aliquæ religiones approbatæ ſunt extinctæ à ſede Apoſtolica. Nã reſpondetur, quod interdũ procedente tempore, quædã religiones quæ deficiunt à primæuo inſtituto extinguntur tãquã inutiles, vt Templariorũ, & Humiliatorum: nã lex vetus veniente meliore Chriſti religione abrogata eſt, vt patet ex D. *t* Paulo, cum prius fuiſſet vtilis & ſancta.

t ad Heb. 7.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ſint excommunicati fundantes ſine licentia ſedis Apoſtolicæ ſtatum cum votis ſimplicibus.

REſpondeo dicẽdo, quod licet Bonifacius *a* Octauus ſub excommunicatione latæ ſentẽtiæ prohibuerit ne quis religionem nouam inſtitueret ſine expreſſa ſedis Apoſtolicæ approbatione, hæc tamẽ cenſura non comprehendit eos, qui ſtatum cũ votis ſimplicibus inſtituerint: nã ſtatus beata

ac. nimia de re ig. dom.

beatarum cum votis simplicibus non est religio, sed modus viuendi honestus. Et sic tenet *b* Siluester post Innocentium, quod Episcopus potest aliquem acceptare ad professionem, licet non intret monasterium nec profiteatur certam regulam, sed stet in domo sua sub obedientia Episcopi cui præfigatur ab Episcopo certus modus viuendi. Quod argumento cuiusdam *c* decreti comprobat, & ita tenet post alios Syluester, *d* Nauarro, & Soto huiusmodi statum non esse religionem, sed esse quendam modum honestum viuendi, qui in lege partitarum est approbatus vbi Gregorius Lopez, de hoc etiam tractat.

b Syl.tit.religio.3.n.14.

ec.si vir.27.q.2.

d Syl.relig.1.n.1.Naua.de orat.not.7.n.24 & in c.cum dicatis de regon.15.& Sosi 7.de iust.q.5.ar.7. Gre. in l.17.tit.1.p.7.vbi Gre in gl.12.& 12.

At per vota etiam simplicia in Societate Iesu fiunt vere religiosi, prout in primo tomo *e* late defendimus. De distinctione autem voti solemnis, & simplicis infra in hoc tomo agemus.

e 1.to. q.1. art.6.

QVÆSTIO XLIX.

De religione quo ad eius species & membra, in quatuor articulos diuisa.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 *Vtrum sint aliqui ordines mendicantes.*
2 *Vtrum societas Iesu sit ordo mendicans.*
3 *Vtrum regulares canonici Ecclesiarum Cathedralium eiusdem sint ordinis & rationis cum reliquis canonicis regularibus.*
4 *Vtrum Eremitæ sint vere religiosi.*

ARTICVLVS I.

Vtrum sint aliqui ordines mendicãtes.

REspõdeo dicendo, quod religionis nomen, ait Cicero à relegendo libros diuini cultus esse deductum. Lactantius vero à religando nos Deo Augustinus à reeligendo Deũ, quẽ dimsimus religionis nomen deduxerunt. Nec desunt qui à relinquendo deduci illud opinentur, quasi Deo dicata separata ab humanis esse debeant, sed Lactantiana deductio mihi magis consona, & linguæ Latinæ, & significato videtur. Quod etiam placuit Ioanni *a* Trullo nam religiosa Deo addicta vocamus, & religiosos Deo deditos, & religatos vsu frequenti dicimus. Quæ religionis etymologia à Cardinale Caietano *b* probatur, & hanc amplectitur Soto *c* dicens religionis nomine communi vulgarique significatu vniuersos comprehendi mortales, ac præcipuè Christianos, quatenus Deum virtutum officij secundum legis præcepta colunt, at vero per Antonomasiam illis tribuitur, qui vltra præceptorũ cultum, consiliorũ statũ compescunt siue religio à religando dicatur nempe, quod præter præceptorum nexum arctiori se vinculo religant, siue à relegendo dicti sint, quippe qui omnia quæ ad cultum Dei pertinent tractẽt, cum his conuenit Ioãnes Climacus à Dionysio Carthusiano *d* deitatus dicens monachus est qui solũ quæ Dei sunt agit cogitat loquitur, Christo vnitus omni tempore loco & negotio. Et sic religio si definiatur definitione quidditatiua est status pœnitentiæ exercitium, & schola perfectionis, prout ait *e* D. Thomas, hac enim methodo facilius ad charitatem Dei, & proximi peruenitur. Inter alias autem religiones illæ ad charitatem Dei, & proximi maximè accedunt, quæ inter mendicantes cõnumerantur, quæ ex iure *f* communi quatuor tantum sunt ordo, scilicet, Prædicatorum, & ordo D. Augustini Eremitarum, & ordo D. Francisci, & ordo Carmelitarum, de quibus in primo tomo late diximus in quo etiam proposuimus ordinẽ Societatis Iesu esse ordinem mendicantem, de quo in articulo sequenti latius disputabitur.

a Trullusde perfet. stat. cano.regul. c.2.n.3.

b Caie.2.2. q.81.ar.1.

c Sot.li.7.de iust.q.2.a.1.

d Carth.de refor.claust c.ar.3.

e D.Tho.1. 2.q.187.2.1

f c.1.de vit. li.6.

ARTICVLVS II.

Vtrum Societas Iesu sit ordo mendicans.

REspõdeo dicẽdo in Societate quosdã scholares nũcupari, qui licet nõ sint solẽniter professi, nihilominus tria substãtialia vota emittunt, nec à societate citra incursum apostasiæ recedere possunt, licet Præpositus generalis illos expellere valeat. Qui scholares licet nihil in particulari possideant, tamẽ eorum collegia, inquibus ipsi ad discendas literas & docendas existunt bona immobilia annuos census, pluraque alia incõmuni retineant, ex quo non possunt dici mendicantes iuxta quandam *a* decretalem, sicut de Carthusiensibus, qui in communi multa possident in particulari nihil habent, quod non sint mendicantes consuluit

a c.exijt.§. porro.de verbo sign.l.6.

b Abb.cõs. 27.col.2.li. 2.

luit *b* Abbas, & huiusmodi nouitij non sunt proprie de corpore societatis. neque immutabiliter religiosi, sed ex alia parte videtur mendicantes debere nuncupari: nam licet sint nouitij, inspecto tamen fine ad quem intra probationis tempora instituuntur possunt etiã quodam modo mẽdicantes nuncupari, cum vniuscuiusque rei finis sit præstantissimus, & considerandus: nã cum vnum quodque alicuius gratia fiat vt inquit Aristoteles, *c* cum ipsi ordinentur ad profitendum ordinem professorum mendicantiũ, mendicantes per consequẽs debent nuncupari. Animi enim destinatio, quæ ex actu inchoato, licet non cõsummato deprehenditur habetur interdũ pro opere perfecto & consummato licet casu fortuito, aut alio impedimento non perueniat ad effectum argumento cuiusdam *d* legis.

c Aristo. 2. phy si. c. 26.

dl. si nõ fuerit. §. quid ergo ff. de auro. & argẽ. legat.

Quod etiam loquens de nouitio scribit Petrus de *e* Ancharrano. Præterea licet ipsi habeant bona immobilia & redditus annuos possunt nihilominus mendicantes dici eo respectu, quod ipsi mendicare cogentur si defacto bona aliqua, aut redditus non haberẽt, prout probat Rebufus. *f* Præterea si rectè quis intucatur ipsi scholares, vt ex serie constitutionum Societatis apparet nihil possident in communi, aut in particulari, nam præpositus generalis est gubernator collegiorum & reddituum annuorum distributor, quos pro scholariũ victu & vestitu, alijsque necessarijs & pro collegij sustentatione expendit, nihil tamen pro se, aut societate retinendo, & sic huiusmodi scholares nihil certi habent nisi id quod à præposito generali ex benignitate quodã modo suscipiunt. Hæc & alia pro vtraque parte adducit Horatius Mandosius.

e Ancharra. cons. 69. cõtra donationem. nu. 8.

f Rebuf. super cõcord de regul. ad præl. nominat. faciendas in v. mẽdicantibus. v. sicut illi qui infundatione.

Loquendo autem de Societate professorum sine dubio dicendum est huiusmodi sõcietatem esse mendicantem & priuilegia mendicantiũ religionibus concessa ad ipsos quoque spectare, inspectis eius constitutionibus etiam per sedẽ Apostolicam confirmatis, quæ confirmatio ad effectum, de quo agimus fuit necessaria, cum religiones, quæ non sunt mendicantes ex propria regula, sed tantum ex eius cõstitutionibus non veniant appellatione mendicantiũ, nisi illæ constitutiones sint per Papã confirmatæ, vt post Ioannem Andræam scribit Ancharranus *h* dum ostendit fratres seruorum Sanctæ Mariæ, non esse ordinis mendicantium. His autem constitutionibus cauetur professos huiusmodi Societatis nõ posse aliqua bona immobilia seu redditus annuos in particulari seu in cõmuni possidere, nec aliqua annua relicta etiam ad vtilitatẽ seu pro sacramenti luminaribus percipere, nec aliquid pro concessionibus, seu aliorum sacramentorum ministerio, etiam sub nomine eleemosynæ exigere, nec ad culam in qua solent Christi fideles eleemosynas conijcere in eorũ Ecclesijs, seu alibi retinere, adeo, vt huiusmodi Societas non solum in paupertate, sed in extrema necessitate in Domino tantum confidens, qui volucres cœli pascit constituta videatur, & hoc vt huiusmodi religiosi ab omni auaritiæ cõtagione remotissimi & Deo liberius inseruiant, & ad proximi ædificationem aptiores se reddant.

g Mand. de priu. 2. adin star glo. 9. ã n. 9.

h Ancha. in c. 1. no. 4. de relig. domi. li. 6. & cõsi. 321. præmitẽda in fin.

Vnde ex hoc concludendum est Societatem hanc prorsus mendicantem esse inspecta mendicantiũ definitione, quæ est vtij mendicantes dicãtur quibus regula, vel cõstitutio interdicit possessiones siue redditus ad propriã sustentationẽ, & incerta mẽdicitas solet eis præbere victum per publicum quæstũ iuxta ea, quæ in Iure *i* traduntur vbi glossa Archidiaconus, & Ioannes Andræas tradit etiam Petrus Rebufus. Si ergo Societas mẽdicans existit, consequens est, vt ipsa gaudeat priuilegijs mendicantibus concessis non cõmunicatione solum, sed ex propria natura, vt in simili religione dixit K Archidiaconus, vnde etiam pariter ipsa Societas ligabitur constitutionibus apostolicis de mendicantibus loquentibus vt qui sentit commodum, etiam incommodum sentire debeat, & hoc voluit dicere *l* glossa.

i c. 1. §. cõfirmatos de relig. dom. li. 6. glo. in ca. quorumdã. v. mendicãtium vbi Archid. & Andræas de electio. li. 5. Rebu. super cõcor. ti. de regia ad præla ti nomin. faciẽd. §. 1. v. mendicãtes K Archi. in c. diaconi. 3. d. 93.

Et licet prædicti scholares non sint mendicantes, non ex hoc possent facere, quod dicta Societas non sit mẽdicans, sicut, & nouitij, qui non sunt in commutabiliter religiosi & corpus religionis non constituunt, nec dicuntur propria membra religionis non possunt operari, quod aliqua religio non dicatur mendicans, ex hoc solum, quod ipsi proprium retinentes in ea existant, cum quibus nouitijs ipsi scholares videtur habere aliquam similitudinem, licet enim non possint à Societate ad eorum libitum recedere sicut nouitij, nihilominus exeunt ad libitum præpositi generalis, & sic non videtur esse propria & incommuta

l glo. in ca. vni. de exc. prælar.

bilis

bilia eius membra ſicut ſunt profeſsi qui dicuntur mẽbra inſeparabilia, vt inquit Aretinus, *m* quia illud eſt proprium & incommutabile membrum, quod à ſuo corpore non ſeparatur iuxta tradita in iure *n* & notata à Bellamera & Soccino. Et quod ipſi ſcholares Societatem non conſtituant patet ex quibuſdam literis apoſtolicis Iulij Secundi, in quibus nonnullæ Societatis conſtitutiones inſeruntur, vbi inter cætera dicitur, quod Societas habeat collegia inquibus ſcholares velut in quodam ſeminatio exiſtant, & ſic diuerſa eſt Societas ab huius modi ſeminario. Quod etiam clarius liquet ex alijs literis Pauli Tertij, vbi dicitur, quod ſcholares huiuſmodi peracto ſtudiorum ſuorum curſu, & qui in literis aliquid profecerint in Societatem admitti poſsint, ex quibus verbis neceſſario ſupponitur, quod antea nõ erant de Societate, neque Societatem conſtituebant. Hæc dictæ ſint, vt clarius pateant ea, quæ de hac ſacra religione in primo tomo *o* diximus.

m Areti. in tract. de teſtam. glo. ij. v. itẽ relinquit eccleſi. n. 2.

n ca. non liceat. de præſcrip. c. non decet ácapite. d. 2. Bulla me. cõſi. 20 co. 1. Soccinus con. 7. nu. c. quæſitorũ inp ri. li. 1.

o 1. to. q. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum regulares canonici cathedralium eccleſiarum eiuſdem ſint ordinis & rationis cum reliquis canonicis regularibus.

REſpondeo dicẽdo, prout aſſerit Ioãnes *a* Trullus, quod non defuerunt olim ac hodie de ſunt qui in hanc leuem opinionẽ protrudantur, vt ſibi ſuadeãt canonicos regulares eccleſiarum cathedraliũ nõ eſſe eiuſdẽ religionis, & ordinis cũ reliquis canonicis regularibus monaſteriorũ, collegiatarũ inſignium Eccleſiarum. Ad quam opinionem refellendam duo idẽ autor facit fundamenta. Quorum primum eſt quamuis eccleſia cathedralis canonicorum raro, aut nunquam monaſterium aut cænobium appelletur, quia tamen regularis eſt veriſsime monaſterium eſt, atque cænobiũ & conuentus ſi quidem vulgare eſt ſub nomine eccleſiæ monaſterium etiam intelligi atque comprehendi. Hinc eſt, quod D. Auguſtinus in ſua regula octo in locis regulariũ canonicorum domum & monaſterium nuncupauerit, quæ tamẽ eccleſia cathedralis erat.

a Trullus l. 1. de. conuẽ. & differ. ca. no. re. c. o.

Secundum fundamentum, vbi eſt idem religionis habitus eſſentialis eademque ſolemnis profeſsio ibi idem eſt ordo & ratio. Hac enim ratione ac diſcrimine vniuerſæ religiones à ſe inuicem diſcrepant, & ſecernuntur. Quibus prædictis fundamentis reſoluit præfatus author dubitationẽ in articulo propoſitam per ſequentem concluſionem.

Sit cõcluſio, Omnes Canonici regulares tam eccleſiarum cathedralium ſiue monaſteriorum eiuſdem ordinis, & religionis ſunt, vbi enim idẽ eſt habitus, & profeſsionis ratio ibi eſt eadem iuris diſpoſitio, ſed vniuerſi Canonici regulares eamdem profeſsionem emittunt eumdemque habitum gerunt, nempe togam lineam, igitur omnes Canonici regulares, canonici etiam cathedrales ſunt cum reliquis eiuſdẽ ordinis, & religionis, nemo enim profecto vir cordatus non leuiculam rationem exiſtimaturus eſt, quod hac ſola exigui momenti conſideratione quia, ſcilicet, Eccleſia alioquin regularis cathedralis eſt monaſterium eſſe iam deſinat, ipſiuſque Canonici à verorũ regularium canonicorũ prædicamento, & conſortio excludantur, ad hoc ſane ferendum iudicium Eccleſiæ cathedralis ratio impertinens eſt. Præterea hoc conſtat ex his, quæ tradit *b* Florentinus in Eccleſia cathedrali Oxomenſi in regno Caſtellæ ſub dedicata Epiſcopo inſtituti fuerunt canonici regulares, é quorũ numero & canonicus & ſupprior erat Beatus Dominicus, erat autem profeſſus ſecundum regulam B. Auguſtini, quam poſtea ſuis fratribus prædicatoribus profitendam tradidit.

b Floren. 3. p. hiſt. ti. 20 ca. 4.

Probatur etiam, nam in quadam decreta li ſic habetur, innotuit nobis, quod Vigorenſi Eccleſia deſtituta paſtore, prior & conuentus eiuſdem Magiſtrum M. Archidiaconum Euoracenſem in Epiſcopum elegerunt, & inferius in alia decretali *d* ſic dicitur: cũ Vitonenſis eccleſia paſtore vacaret Archidiaconus cum ſuis fautoribus Salubrienſem diaconum, prior vero & complices eius præcentorem Linconenſem, in Epiſcopum elegerunt, &c. vbi gloſſa *e* Vitonenſem eccleſiam & conuentum & priorem habere aſtruit: ergo Canonici illarum Eccleſiarum cathedraſium regulares erant id quod & Ioannes Andræas aſſerit.

ec. innotuit de elect.

d c. cũ Vitonenſes. eod tit.

e gl. v. Vitonenſem.

Idip-

Id ipſum probatur ex alia decretali: *f* ibi G. qui in tua & Toloſana Eccleſia & Archidiaconus conſtitutus, & in vtraque eccleſia regulariter profeſſus, ergo Cathedrales canonici eccleſiarum *M*etropolitanarũ Burdegalenſis & Toloſanæ regulares Canonici erant. Quo in loco ait gloſſa canonicum regularem fieri poſſe *A*rchidiaconum.

fc. præterea de præben.

Præterea id conſtat ex alijs *g* decretalibus, vbi cũ gloſſa legimus canonicos Bethleemiticos, & Nazarethenſes emittere ſolitos profeſsionem ſecundum regulam Dui *A*uguſtini, dareque conſueuiſſe habitum lineum qui proprius eſt habitus canonicorum Regularium, vbi textus locum illum canonicam vocat, & pro verbo profiteri gloſſa vtitur verbo monachari, ſedhas eccleſias prædictas cathedrales eſſe compertum eſt ex regiſtro Innocentij Tertij, ergo canonici cathedralis Eccleſiæ ſunt etiam cum cęteris regulares, ſunt, & alia quam plurima iuris canonici loca, quæ rei propoſitæ ſtabiliendæ non parum conducunt, ad eam tamen computandam faſtidioſam prolixitatem prætermittimus, ſiquis vero ea de re plura noſſe cupit perlegat Auguſtinum *h* Ticinenſem in ſui canonici ordinis propugnaculo qui rem copioſè, & luculenter perſtringit.

ge. cum ſuper ele&. de conſe. ca. ſi cutnobis de reg.

h Ticinẽſis par. 3. c. 5.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Eremitæ ſint verè religioſi.

REſpondeo dicendo, quod multiplex eſt Eremitarum genus. Primi dicuntur Serbitæ diſcurrentes hinc inde, quidicunt ſe Chriſtum ſequi in eo, quod Chriſtus circuibat ciuitates & Caſtella, ſecundi dicũ tur Anachoretæ Hèbraicè, Græcè vero *Eremitæ* ſolitarie viuentes, quos Græci etiam vocant *Heſicaſtas* ab eo, quod procul ab hominibus ſoli receſſerunt in deſertis viuere nuncupãtur, de quibus agitur in *a* iure tradunt Philippus Francus, & gloſſaquę dã allegat nouellã conſtitutionem demonachis vbi pro eiſdẽ anachoritæ, & heſicaſtæ ponuntur, qui etiam dicunt ſe Chriſtum imitari in eo, quod ſolus agebat in deſertis ſecundum illud Matthęi *b* ductus eſt Ieſus in deſertum, & in montem aſcendit ſolus orare, & de his in quodam dicitur decreto *c* qui verè & pure ſolitariam vitã eligunt digni ſunt conuenienti honore, & ipſi ſub ſunt epiſcopo ſecũdũ gloſſã de *d* quãdã & tenet Cardinalis Alexandrinus, & tradit Nicolaus Boerius. Tertij dicuntur cœnobitæ, id eſt in congregatione viuentes: hi videntur orti ſub Eliſeo, qui conſtituit Cuneum Prophetarum, id eſt religioſorum. Et iſti cœnobitæ habebant diuerſos modos viuendi, & ad diuerſa deputantur, vel ad actiuam, vel ad contemplatiuam, vel mixtam vitam ſecundum regulas, & conſtitutiones eorum, quas profitentur, de quo per Beatum Antoninum Ioannem Andream, ſicut diuerſificantur religiones ſecundum diuerſitatem operũ ad quę ordinantur quia vna ordinatur ad peregrinos hoſpitandos, vt ordo Cruciferorum Beati Antonij Vienenſis aut Arelatenſis, alia ad captiuos viſitandos vel redimendos, vt ordo de Trinitate, ſeu Beatæ Mariæ de Mercede, vna ad actus contemplatiuos, alia ad actiuos alia vero ad mixtos. Et ipſi in Ægypto diuiſi ſunt per decurias, atque centurias ſecundũ Diuũ Hieronymum, ita vt nouẽ hominibus præſideret decimus. Et ſub his cœnobitis comprehenſi ſunt omnes monachi quorum *B*eatus *B*enedictus dicitur primus in eccleſia occidentali, & Beatus Baſilius in orientali, quamuis, & prius etiam multi Sancti patres præfuerint magnis congregationibus, vt Beatus Antonius Pachomius Iſidorus & alij. Ex quibus ſecundum Beatum Antoninum *e* Florentinum fuit vnus de Sancto Victore Magiſter & deuotiſsimus. Vnde concludo ſecundum veram & communem interpretationem iurium & Doctorum ſupra allegatorum ſtatum Eremitarum, ſeu vitam Eremiticam, tam primorum quam ſecundorum, & vltimorum, ſcilicet, Seruitarum, Anachoretarum, & cœnobitarum religioſorum de iure eſſe approbatum, & ipſos inter perſonas eccleſiaſticas, & religioſas numerari, vt tenet Abbas *f* Siculus, & ſentit Nicolaus Alexandrinus, & ſic gaudere debere priuilegijs religioſorum quandiu in eccleſia & ſeruitio Dei habitum geſtant religioſum, prout Nicolaus Boerius *h* tradit.

(?)

ac vn. de ex ceſ. præl. li. 6. & ibi Frãc. in vlt. nota. Auth. de manach. i §. cogit ãdum & in glo. v. heſicaſtus.

b Matth. 4. c. 16. q. 1. ca. quiver. c. fi. d. 15.

dglo. ind. c. quiver. e Card. in. ca. ſi autẽ 12. q. 4. Boerius de ſtat. & vit. erem. n. 3.

eFlor. 3. p. tit. 30. c. 10. §. 4

f Siculus. in clem. cupiẽtes de pæni. Alex. in. c. ſi quis nuptijs 3 odiſt.

g Boer. vbi ſup. nu. 22 & 23.

QVÆSTIO L.

De religione quoad obligationem religioſorum in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *VTrum regulares profitentes ſeruare regulam obligentur ad omnia contenta in regula.*

2 *Vtrum regulares promittentes regulam peccent ſemper mortaliter regulam frangendo in minimis.*

ARTICVLVS I,

Vtrum regulares profitentes ſeruare regulam obligentur ad omnia contenta in regula.

REſpondeo dicendo, quod dum quidam regulares ita profitentur ſeruare regulam, & conſtitutiones, quantum ad verba, & vt patet exterius, tenentur ex præcepto ſingula, quæ continentur in regula ſeruare, vt patet per D. *a* Thomam dicentem, quod talis videtur ex voto ſe obligare ad ſingulacõtenta in regula, ſed tamen in rei veritate ex intentione inſtituentis regulam, aut profeſſionem ad prædicta omnia non tenetur ſi intendat profiteri, vt conſuetum erat in talior dine, & ſecundum intentionem legis, & non aliter in ſua mente explicando. Quod patet primo, quia ibidẽ ſanctus Doctor ſubinfert, quod ex hoc ſequeretur religionis ſtatũ eſſe in laqueũ peccati mortalis, quod vix aut nunquam poſſet declinari, quaſi dicat quod hoc nullus author regulæ probare intendit. Quod autem ſubiungit, Sancti ergo ordinum inſtitutores hoc facere volentes ordinauerunt talis profeſsionis formam in qua periculum eſſe non poſsit: non intelligitur de omnibus, ſed de quibuſdam vt patet per eundem D. Thomam *b* dicentem quodis, qui profitetur regulam non vouet ſeruare omnia, quæ ſunt in regula, ſcilicet, omnia ex inſtitutoris intẽtione, ſed vocat vitã regularem, quæ eſſentialiter cõſiſtit in tribus votis: & D. Thomam ſequitur expreſſe Abbas. *c* Et hanc eandem opinionem tenet expreſſe idem *d* Abbas, *Nec obſtat, dicit ſidicatur q̃ veniens contra regulam veniat contra votũ cũ ſolẽniter, in aliquibus religionibus regulã ſeruare promittatur, nãvt dicit D. Thomas quem ſequitur Archidiaconus profeſsio non refertur ad omnia contenta in regula ſed ad tria ſubſtantialia regulæ ſuper quibus eſſentialiter eſt fundata omnis regula religioſorum de quibus in cap. cum ad monaſterium in fine, de ſtatu regularium. Omnia vero illa contenta in regula tendunt ad finem illorum trium. Vnde promittens ſeruare regulam intelligitur promittere, vt ducat vitam regularem, quæ quidem eſt eſſentialiter fundata ſuper illis tribus. Hæc Abbas.*

Vnde, & in quibuſdam religionibus cautius aliqui profitentur non quidem regulã, ſed viuere ſecundum regulam, id eſt tẽdere ad formationem ſuorum morum ſecundum regulã ſicut ſecundũ quoddã exẽplar, quod collitur percõtemptum, in quibuſdam autẽ adhuc cautius promittendo obedientiam ſecundum regulam, ita quod profeſsioni non contrariatur, niſi quod eſt contra præceptũ regulæ. Hæc D. e Thomas, Et hoc patet manifeſte per determinationem *f* eccleſiæ vbi de fratribus Minoribus, qui profitentur regulam ſeruare determinatur, quod ex profeſsione ſuæ regulæ non tenentur ſub præcepto ad omnia quæ ſunt regulæ, ſed ad ea, quæ in ea ſunt de præcepto, quod probatur ibi ex intentione authoris, id eſt Beati Franciſci qui decernit quod quoad quædam ex vi verbi tranſgreſsio eſt mortalis, & quoad quædam alia non.

Ex dictis patet, quod regula Beati Baſilij & D. Benedicti, & D. Auguſtini, & Diui Franciſci, ex viſu a etiam ſiquis ea profitetur non obligant ſub mortali niſi ad ſex, primo ad obedientiam præcipientis prælati, & ſecundo adnõ habendũ proprium, tertio adnõ contrahendum matrimonium, in quibus tribus vita regularis, quam quis profitetur conſiſtit, quarta ad ſeruanda præcepta regulæ, quinto ad non agendum ex contemptu, qui tamen ex conſuetudine ſola

a quolibet 1. 2. q. 11. ar 4.

b D. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 9 ad 1.

c Abb. inca. Deus quidem. & hon. cler. n. 3.

d Abb. inca. nã cõcupiſcẽtiã decõſ.

e D. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 9. ad 1.

f clem. exiuit de verb. ſign. li. 6.

sola trãsgrediendi non inducitur secundum D. Thomam, sexto ad non contemnendam perfectionem, quæ est suæ professionis finis & necessario requisita ad finem, vt habitus virtutum & aliquando actus. Quæ omnia deduci possunt secundum prædicta ex quolibet modo profitendi, & consequenter prædictæ regulæ ex vi sua præter tria vota substantialia obligant solum ad alia tria, ex vi tamen aliena obligant ad multa alia scilicet, ad præcepta legis Dei, vel legis naturalis, vel humanæ in quantum recapitulant dictas leges. Quomodo autem in regulis vel constitutionibus prædictorum ordinum aliquid sit præceptum vel non sit, & de intellectu regularum ipsarum hic non ago, cõ vna quæque religio circa hoc iam sua expositione gaudeat.

g D. Thom. vbi sup. ad. 3

ARTICVLVS II.

Vtrum regulares promittentes regulã pecent semper mortaliter regulam frangendo in minimis.

REspondeo dicendo, q̃ dũ quidam regulares ita profitentur, voueo seruare regulam non intendunt se obligare sub peccato mortali ad singula leuiora, nam & promissio iurata de releui etiam totali non obligat sub peccato mortali, prout tenet D. a Antoninus, Syluester Soto Nauarrus Alcocer, & recẽtiores Salmanticæ Academiæ contra Caietanum & alios dicentes esse mortale. Item votum de releui etiam totali non obligat sub peccato mortali, prout tenet Nauarrus. *b*

a Anto. 2. p. ti. 10. c. 2. §. 3. col. 3. & tit. 16 c. 2 §. 4. Syl. iura. 2. §. 7. v. 7. iur. 4. §. 1 So to li. 7. deiu sti q 2. ar. 1. & lib. 8. q. 1. ar. 7. dub. 1. & q. 2 ar. 3. & libel. de ab vsu iura. c. 6 Alcocer in sum. c. 15. b Na. 1. c. 23 n. 49. & 62. inst. & c. 12 num. 10.

QVÆSTIO LI.

De religione quoad eius priuilegia in duodecim articulos diuisa,

Circa quam quæruntur duodecim

1 *AN indultis priuilegijs concessis intelligantur indulta concedenda.*
2 *Vtrum concessis alicui religioni priuilegijs concessis alijs religionibus & quibus illæ vtuntur censeantur indulta quæ vsu sunt acquisita.*
3 *Vtrum concessis alicui priuilegijs quatenus sũt in vsu.*
4 *Apud mendicantes teneatur se certiorare vtrũ sint in vsu, & vtrum sufficiat, quod possint vti.*
5 *Quo pacto priuilegia in religionibus amittantur.*
6 *Vtrum priuilegio prohibitiuo aut irritanti possit renunciari.*
7 *Vtrum priuilegio non faciendi ex consuetudine quæsito per vnum actum contrarium amittatur.*
8 *Vtrum priuilegia concessa religioni censeantur concessa eiusdem religionis prælato.*
9 *Vtrum priuilegia concessa præposito proprietario cõmendatario concessa censeantur.*
10 *Vtrum priuilegium concessum collegio, & conuentui censeatur concessum personis singularibus.*
11 *Vtrum priuilegium concessum singularibus personis religionis censeatur concessum prælatis eiusdem religionis.*
12 *Vtrum priuilegia concessa religiosis professis ad nouitios extendantur.*

Multa de priuilegijs regularium dicta sũt in primo tomo & his tomis quam plurima præclara tanguntur, nunc autẽ de religionibus in particulari differẽs de earũ priuilegijs aliqua dicere & addere operæpretium esse duxi.

ARTICVLVS I.

An quando aliquod indultum concedit omnia priuilegia quomodolibet concessa alijs ordinibus in eodem priuilegio concedenda indulgeantur.

REspondeo dicendo, q̃ innumera sunt priuilegia religionibus cõcessa & quibus Sanctitas Domini Papæ vult eas exornare, attamen priuilegia earum quibus quomodolibet fruuntur licèt alicui religioni in particulari concedantur tantum debent intelligi de cõcessis, ad cõcedẽda autẽ extendi minime debent, prædicta enim verba sonãt in

præteritum, in futurum autem protrahi nõ poſſunt, prout tradit expreſſè Rippa, *a* Et confirmatur, nam legans omnia bona ſua non cenſetur futura legaſſe, vt in quadam lege *b* dicitur. Et facit: nam ſi Papa voluiſſet futura priuilegia concedere vtique id expreſsiſſet exemplo Imperatoris c Iuſtiniani: quia ergo id non expreſsit certè non præſumitur concedere concedenda ſed tantum conceſſa. Quod etiam tenet *Baldus d* poſt Guillermum de Cuno, Abbas, Antonius Corſetus, Mattheus de Afflictis, quibus in locis, communiter concludunt conceſsionem priuilegiorum non trahi ad priuilegia futura. *Et* in hoc maximè differunt conceſsiones priuilegiorum à legibus: lex enim & ſtatutum loquens per verba præteriti temporis extenditur ad futurum argumento cuiuſdam legis *e* vbi tradit Bartolus.

Nec obſtat, quod in dicta conceſsione dictio, *vniuerſis*, *omnia*, proponatur, quæ nullum videtur excipere iuxta quãdã legem & *f* Carolus Ruinus *g* oſtendit, dictionem omnia vniuerſalem non ſolum quoad modũ verum etiam quoad tempus, vt futura complectatur, quod etiam conſuluit Marcus Antonius, Natta. *h* Hoc enim verũm eſt quando dictio vniuerſalis, ad omnia indeterminatè refertur, vt ſi dicas per omnia ſunt exæquata legata fidei commiſsis, vt in quadam lege *i* dicitur, non autem ſi determinatè, vt in caſu noſtro vbi dictio, omnia modificatur per illud, quod additur, ſcilicet, conceſſa, vt tenet Bartolus K & clarius, Rippa, & moderni poſt Soccinum. Vnde Summi Pontifices volentes in ſuis Bullis indulgere religioni alicui conceſſa & concedenda alijs religionibus id vtique exprimunt.

ea quibus ipſæ religiones vtuntur hoc eſt illa, quæ vſu & conſuetudine acquiſerunt.

REſpondeo dicendo primo, quod vt cumque ſit, illa intelligũtur ex hac cõceſsione dictæ religioni conceſſa, & communicata, quæ conceſsionis tempore erant in vſu; cum enim ex non vſu priuilegium amittatur, ſequitur quod Papa concedens dictæ religioni aliarum religionum priuilegia voluit de his intelligere, quæ erant in vſu, non autem de his, quæ non erant in vſu, & quæ cum eſſent per non vſum amiſſa non poterant amplius dici priuilegia, neque de his tamquam de non ente aliqua fieri diſpoſitio cũ nullius ſint qualitatis, prout tenet *a* Baldus. Quod cõfirmatur, quia Papa in conceſsione de qua agimus voluit adæquare hanc religionem quantum ad priuilegia alijs religionibus, putà mendicantium, vnde non debet eſſe exceſſus in adæquatione argumento cuiuſdam legis *b* cum ibi notatis, qui ſanè eſſet ſi dictæ religioni ea priuilegia eſſent conceſſa, quæ ex non vſu mendicantes, verbi gratia amiſiſſent & quibus illi amplius vti non poterant.

Secundo dico, quod per dictam clauſulam acquiruntur dictæ religioni etiam priuilegia, quæ alijs religionibus non fuerunt conceſſa à Sede Apoſtolica, ſed conſuetudine acquiſita. Quod aliquibus decretis *c* videtur probari & tenet Petrus de Vvaldis Barbatia, & Thomas Grammaticus. Et hoc probatur: nam conſuetudo & priuilegium æquiparantur iuxta quandam decretalem *d* iuncta ſua gloſſa. Ex quo alias in quadam cauſa Aurienſis diæceſis decimarum coram Nouato, tunc Rotæ auditore inter *A*bbatem & conuentum Sanctæ *M*ariæ de Oſſera ordinis Ciſtercienſis & monaſterium Sancti *S*tephani ordinis Sancti Benedicti reſolutum fuit monaſterium & conuentum de Oſſera non teneri ad aliquam ſolutionem decimarum pro eius prędijs ſub parrochiali eccleſia dicto monaſterio ſancti Stephani perpetuo vnita exiſtẽtibus, & quæ vel proprijs expẽſis colebat vel altari colẽdas tradebat, ſed decimas colonorum ad ipſum monaſterium de Oſſera ſpectare nõ tam ex priuilegio Sixti IIII. de quo forſan

ARTICVLVS II.

Quando alicui religioni conceduntur priuilegia conceſſa alijs religionibus & additur ac quibus illæ vtuntur petiuntur, & gaudent, quæritur an hæc clauſula præcedentia amplectatur: ita vt in hoc caſu videatur dictæ religioni conceſſa alijs religionibus cõcedi & etiam

r Ripp. inl. 2. col. 1. v. ſecũdo declar. ff. de le. 1. bl. ſi ita ff. d aur. & ar. legat.

cl. Omnib. C. de Epiſc. & cler.

d Bal. in d. l. omnibus ab basin c. ſup. ſpecul. nu. 5 decleri. vel. monac. Corſetus inſi n. v. meus col. 1 Afflict. in c. vni. verb. portus. n. 6. cumplurib. ſeq. queſint regalia.

e l. Arriani C. de hæred. vbi Bart. idẽ Bart. in l. 5. ita n. 2. ff. de aur. & arge. legat. fl. Iulian. ff. de leg. 1.

f Ruin. conſil. 61. li. c n. 25. li. 5.

g Natta conſil. 525. fuit. lat. ſentent. n. 26.

h l. 1. dele. r. K. Bart. in l. quia circade priu. Rippa & moderni poſt Soccin. in d. l. 1.

a Bald. in ea, ſignificante an fin. v. nã accidẽtiade appell. & in l. omniũ co. 2. v. nã imp. eſtẽ. de teſt. & in li. data operaco. 11. v. itẽ. nora. C. quiaccuſ. nõ poſſunt bl. 1. ff. de legat. 1.

c 9. q. 3. c. 8. conqueſtus § primores iuncta ſua glo. v. cõſu. ca. quia per ambitiones in prin. iũct. glo. v. antiq. 64. d. Vval. in tracta. de cano. Epiſc. & par. p. 2c. 2. n. 28. Barbar. conſi. 8 col. 8. libr. 5 Gramm. cõ ſil. 98. nu. 2. & ſeq.

d c. nouit. iũcta glo. v. cõſuet de iud.

forſan aliqua erat hæſitatio, quam ex conſuetudine non ſoluendi & à colonis percipiendi, quæ vim priuilegij habet vt ipſe Nouatus in eius manuſcriptis deciſionibus annotauit & refert Horatius Mandoſius.e

eMando.de priu. ad inſtar.glo.16. n.61. fc. Cuman. deele&. Bal d.inl.binos v. ſed pona mus C.d ad uoc.diuerſi. iud. ggloſ.&alij in l.2& Bal. in Rubr.C. quæ ſit lõg. cõſ.Men.de arb.t.l. 2. c. caſu 83.Rochusde Curte deconſuetud.ſe.3. hl.rin fi.ff. de aq.pluu. arc. ini.to.q.11. ca.8. xFel.cõſi.33 vtrũreg.n.3

Aduertendum tamen, quod conſuetudo, vt ex ea priuilegiũ acquiratur debet eſſe prę ſcripta: quia illa proprie dicitur conſuetudo, prout dicitur in iure *f* & tradit Baldus. Quæ autem dicatur conſuetudo præſcripta ſcribunt gloſſa g Baldus & poſt alios Menochius, & late Rochus de Curte. Quodautem conſuetudo immemorialis habeat vim priuilegij, eſt quidam textus *b* quod nos ſuperius diximus in primo *i* tomo.

Aduertendum etiam, quod tantum priuilegia cõſuetudine acquiſita quibus mendicantes eo tẽpore vtebãtur videntur cõceſſa non autem, quæ poſtea conſuetudine acquiſierunt, vel forſan in futurum acquirent, quod ex illo verbo, *vtuntur*, poſito in dicta clauſula colligitur, quod de eius natura ad futurum non porrigitur, vt in ſimili caſu ſcribit Felinus, & niſi forſan alicui religioni eſſent communicata mendicantium priuilegia tempore communicationis conſuetudine acquiſita & in poſterum acquirenda, vel generalius omnium mendicantium priuilegia tam præſentia quam futura quibus & priuilegia conſuetudine quæſita verborum generalitate comprehenderentur. Quod quomodo ſit intelligendum ſequenti articulo dicetur.

ARTICVLVS III.

Dato quod dictæ religioni concedantur priuilegia quibus mendicantes vtũtur potiuntur & gaudent, quæritur, vtrum ſufficiat quod ipſi mendicantes tempore poſſint vti dictis priuilegijs, an neceſſarium ſit quod actu his vtantur.

a Bald. in l. Pe. ff. demi liteſt. Iaſon idl. diuortio §. interdum nv. 15. ff. ſol. mat. & in l. inter cętera §. ſed & ſipa rauerit ff. legat. i Guili. intracta. de ſucceſ. reg. dub. 3. n. 5.

REſpondeo dicẽdo, quod ſufficit, quod eo tempore his priuilegijs vti potuerint primo quia quod mendicantes eo tempore priuilegijs vti potuerint eſt potentia multum propinqua actui, & potentia propinqua actui habetur pro actu, vt inquiunt Baldus a Iaſon & Guliel. à Monferrat. Secundo, quia ſi requirerẽtur priuilegia tempore conceſsionis fuiſſe in vſu actu & potentia, procul dubio conceſsio facta dictę religioni nihil operaretur, vix enim in eodem inſtanti, quo facta fuit conceſsio aliquod mendicantium priuilegium actu, & potentia eſſet in vſu, & ſic conceſsio huiuſmodi reddereturilluſoria: priuilegiũ autem, ita interpretari debet ne reddatur illuſoriũ, & ſufficit vt aliquid operetur, vt eſt notũin iure *b* & tradunt Baldus & Petrus de Vvaldis. Et non eſt abſurdum, vtſuadẽte ratione illa verba, *quibus vtuntur, & potiuntur*, exponamus, id eſt quibus vti poſſunt ſicut & alias verba duodecim tabularum, ibi, *ſiqua pluuia nocet* veteres *c* interpretati ſunt, ideſt nocere poterit. Quod & refert Iuriſconſultus Pomponius, ipſequoque exponens verbum *videbitur*, id eſt videri poterit. Quod etiam ſcribit Oldradus *d* & tradit Ruinus.

bc.in his de priu.c.ſi. Papa eod.ti.li. 6.Ba.cõ.130 poſt.prin.Valde ca.cp. & parr.c.6. n.34. cl.Labeoff. ſtabula. dOld. cõſi. 118. quoniã ad inueſtig. n.12.Ruin. cõſi.8 viſo. ſtatu li.5.

Ex quibus infertur quomodo ſit intelligendum illud quod in fine articuli præcedentis reſoluimus, quod tantum priuilegia conſuetudine acquiſita quibus mendicantes eo tempore vtebantur videntur prædictæ religioni conceſſa propter dictum verbum, *vtuntur*, quod adfuturum non porrigitur: illud enim debet iuxta prædicta explicari, ita quod dicta religio poſsit frui priuilegijs conſuetudine acquiſitis quibusactu vtuntur vel poſſunt vti cum ſit ipſis iam acquiſita, non autem his, quæ poſtea poſſunt conſuetudine acquirere, his enim non poſſunt vti potentia propinqua, ſed potentia ſatis remota.

ARTICVLVS IIII.

Cum dictæ religioni concedantur priuilegia mendicantium quatenus ſunt in vſu, Quæritur an prouilegium præſumatur eſse in vſu & an dicta religio volens vti aliquo priuilegio mendicantium teneatur ſe certiorare: an illud apud mendicantes in eo tempore eſset in vſu nec ne.

REſpondeo dicendo primo, quod autaparet, quod priuilegiũ eo tẽpore quo religio vult vti illo ſit etiãapudmẽdicãtes in vſu & eo caſu præſumi debere etiãeo tempore quo conceſsio facta fuit illud pri-

uilegium in vſu fuiſſe præſumendum eſt enim actum fieri legitime iuxta ea quæ in *a* iure notantur, ſicut eſt præſumptio, quod qui originale priuilegium apud ſe hodie retinet etiam apud ſe habuerit iuxta *b* Aretinum & Carolum Ruinum, & ita poterit eſſe præſumptio, quod qui hodie priuilegijs vtitur etiam retroactis temporibus vſus fuerit.

a L. merito ff. pro ſocio b Are. conſil. 15. reuerendiſsime in fin. Rui. conſi. 13. ad fin. li. 4.

Dico ſecundo, quod aut non apparet, quod nunc ſit in vſu priuilegium, quo dicta religio vult vti, & tunc aut apparet quod ante conceſsionem factam religioni fuerit aliquando in vſu & præſumitur etiam fuiſſe in vſu tempore conceſsionis, cum de præterito in futurum præſumatur iuxta tradita in iure, *c* cum enim priuilegium tunc dicatur non eſſe in vſu quando priuilegiatus propter eiuſdem priuilegij amiſſionem illo amplius vti non poteſt proculdubio huiuſmodi amiſsio priuilegij præſumi non debet, nam qui priuationem, vel perditionem allegat, illam probare debet iuxta quamdam legem, *d* & hoc etiam ſentit ſi quiſpiam rectè intueatur licet alio tendat Panormitanus *e* dicens quod religioſi etiam hodie gaudent priuilegio de quo in illo textu ſi caſus vtendi eueniret. Ex quo neceſſario ſequitur & præſupponi tur, quod priuilegium, quod ſimul fuit in vſu etiam hodie præſumi eſſe in vſu ſaltem potentia, cum ſi hodie non eſſet in vſu non poſſent religioſi illotamquã ſemel amiſſo gaudere amplius cum priuilegium ſemel amiſſum amplius non reuiuiſcat,

c l. ex perſona C. de probat.

d L. ſi creditor. C. de pigno. act.

e Panor. in c. in his de priui. n. 3.

Dico tertio, aut apparet, quod dictum priuilegium nunquam fuerit in vſu & eo caſu neque etiam tempore conceſsionis præſumetur eſſe in vſu, nec aliter illodicta religio gaudere poterit niſi id tempore conceſsionis ſupradictæ in vſu fuiſſe probetur, priuilegia enim cum ſint facultatis & non neceſsitatis illis vti, vel non vti eſt in libera poteſtate priuilegiati, vnde poteſt eſſe, quod quis habeat priuilegium & eo vti nolit argumento cuiuſdam legis. *f* Neque ex eo ſolum, quod oſtendatur priuilegium oſtenditur vſus priuilegij, quia vſus eſt quid facti, vt inquit Petrus Rauena, *g* de quo per Rochum de Curte poſt alios quos ibi citat. Et in terminis priuilegiorum ad inſtar, quod vſus priuilegij non præſumatur, ſed probari debeat

f l. ſi. iu. lex. ff. de minori.

g Rauenade cõſuetu. ſeſ. n. 49.

h Roch. de cõſuet. 1. p. n. 19.

tenet Stephanus *i* Bertrandus, Quod tamen non procederet, quando priuilegium ad petitionem principis conceſſiſſet, quo caſu priuilegium poſſet præſumi fuiſſe in vſu, & per prædicta præſumeretur etiam nunc eſſe in vſu, adeo quod alleganti priuilegium non eſſe in vſu onus probandi incumberet, vt alias Rotam tenuiſſe teſtatur Cardinalis Creſcen. in deciſionibus, quæ manu ſcriptæ circunferuntur, prout refert Mandoſius, *k* aut enim inquit ipſe tenemus, quod priuilegium ſtatim ligat etiam ignorantes iuxta notata per Bartolum. *l* & omnes aut quod requiratur ſcientia, vt per Cardinalem, *m* vel diſtinguamus, vt per Decium *n* ſtatim, ex quo priuilegiato ſcienti fuit conceſſum â principio, vel vt & conditio priuilegij tacita quatenus ipſe cui conceditur vti velit fuit impleta, quia apparet ex quo ipſe petit, quod vti vult aduerſario dicente priuilegia non eſſe in vſu incumbit onus probandi.

i Bertrand cõſil. 199. illud generale n. 2. & ſe. volu. 1. inantiquis. & cõ ſil. 130. n. 3. volu. 2. etiã in antiquis.

k Mand. de priui. ad inſtar glo. 5. n. 58.

l Bart. & omnes in l. omnes populi ff. deiuſt. & iur.

m Cardi. in proæm. Clemen. V. vniuerſitatis.

n Decius in c. 2. de conſti. in fi.

o Mando. vbi ſu.

Neque contra hoc vrget ratio allata à Mandoſio dicente, quod aliud eſt acceptare priuilegium, aliud vero priuilegio vti & poteſt eſſe, quod petens & ſciens priuilegium præſumatur illud acceptare animo etiam vtendi, & quod non præſumatur vſum fuiſſe: nam reſpondetur, quod ex quo illud petijt animo vtendi præſumitur vſum fuiſſe, ad quid enim petijt animo vtendi niſi ad vtendum.

ARTICVLVS V.

Quo pacto priuilegia in religionibus amittantur.

REſpondeo dicendo, quod titulus in articulo propoſitus iam in primo tomo *a* fuit tactus, ſed quia non fuit ad plenum reſolutus ideo in præſentiarum de eo iterum diſputare propoſui dicendo primo, quod priuilegium quo datur facultas aliquid faciendi ex non vſu per decennium amittitur argumento eorum, quæ notat Bartolus *b* Cynus Salicetus & Iaſon, & tradit poſt alios Natta, & Petrus Rebufus. Quod fallit primo in eccleſia quę priuilegiũ nõ amittit, niſi ceſſaret illo vti ſpatio quadraginta

a 1. to. q. 8.

b l. 1. vbi Bart. to. ff. denun din. Cynus Salic. & Iaſ. in l. falſo. in prin. C. de diuerſi. reſcrip. Natta, cõſi. 6. 16. n. 37. Rebu. in praxi. bene fi. ti. de dif. inter priui. & reſcript. n. 40.

o omnes in c. accedē tibus de priu. Boſius de princip. & eius pri. n. 319.

ginta annorum, vt notant omnes, & tradit Egidius Boſsius. Quod etiam pariter habet locum in monaſterijs, cum monaſteria & Eccleſiæ æqui parentur, vt tradunt communiter Doctores, *d* & monaſteria gaudeant priuilegijs Eccleſiarum, vt tenet Abbas e communiter receptus.

d D D inc. 1. de reſt. in integ. lib. 6 e Abb. in c. 2. in 2. not. deconſue. Soſſ. in c. Abba. ſan. & Silua. in v. donec de verb. ſign. Reb. intra ſta. nomin. n. 11. nu. 21. Ferret. intra & v. de iuſt. & iniuſ. Bello n. 206. gl. Artilicinus ff. de ſeruit. gloſ. ind. c. abbate. v. necibi dē vbi etiā Abbas de uer ſign. h. l. pure. §. ſic. ff. de do. exce. glo in de cum acceſſit. v. cō tinuenerint deconſt. i ſuo. q. & Rot. cōſ. 436. n. 4 Alexan. cō. 216 co. 1. lib. 1. Mand. de priu. ad inſtar. glo. 15 n. 20.

Secundo fallit, quando non venit caſus non vtendi priuilegio, hoc enim caſu priuilegium per non vſum non admitti tur, vt tenet quædam *f* gloſſa communiter recepta, quam poſt alios ſequitur Rebuffus & Iulius Ferrat.

Tertio fallit quando aliquis ex aliquole gitimo impedimento ſua culpa non cauſato priuilegio vti non potuit, & hoc eſt notum apud omnes. *g*

g Innocen. inca. cū acceſſi de priuil. vbi dd. Anch. in c. cū plantare n. 8. de pri. Bald. d. cō. ſi. 337. li. 4. Ia in l. fi. ff. deconſtitu. prin cip.

Quarto fallit quando priuilegia tendunt ad exceptionem, veluti, ſi alicui concedatur, quod ſuper aliqua re conficienda moleſtia non poſsit inferri, ſemper enim priuilegiatus ope exceptionis poterit moleſtiam inferentem repellere ex vi iſtius priuilegij, quamquam illo priuilegio per decennium vſus non fuerit iuxta quemdam textum *h* & gloſſam communiter receptam. Vnde ſi Eccleſia, aut monaſterium non fuerit vſum huiuſmodi priuilegio per tempus quo contra ipſa præſcriptio currit, de quo ſupra in quæſtione de præſcriptionibus diximus nihilominus poſſunt per exceptionem molestiam inferentem repellere.

Quinto fallit in priuilegio remunerationis cauſa conceſſo, quia etiam illud habetur tam contractus, & eſt irreuocabile, prout tradunt Romanus, & Alexander, Quod adeo verum eſt, quod neque per ingratitudinem huiuſmodi priuilegium reuocari poſſit iuxta tradita à Mandoſio, niſi ſit conceſſum ad beneplacitum principis, vt tradit Capaccius *m* poſt Andræam de Iſerna quē ibi citat.

Dico ſecundo, quod priuilegium non faciendi ex contrario vſu ſeu actu contrario ipſi priuilegio amittitur, & priuilegiatus priuilegio huiuſmodi, ex iſto vnico actu cōtrario renunciaſſe videtur, vt colligitur ex iure *n* & tradit Ioānes Andreas & poſt alios Egidius Boſsius.

QVOD primo fallit in priuilegio quod habet effectum ſucceſsiuum & reiterabile, velut in priuilegio eximente aliquem à ſolutione annua priuilegium non amittitur, neque illi niſi quantum ad illum actum cenſetur renuntiatum, vt tenet *o* Baldus, & Alexander, requiritur ergo continuatio actuum contrariorum per triginta vel quadraginta annos, vt tenent *p* Bartolus, Lucas de Pena & allegati à Mandoſio dicente hanc eſſe magis communem opinionem.

o Bald. d. c. plerūq. n. 6. de reſcri. & in l. ſenatores. 2. lect. ff. de ſenat. Alex. conſ. 330. 8. vo. § p Barto. & alij in l. fin. ff. deconſt. Man. de priuil. ad inſt. glo. 15. n. 22.

Secundo fallit, quando actus priuilegio contrarius fit per eum qui priuilegio expreſſe renunciare non poteſt, tunc enim ex ſolo actu contrario niſi lapſus temporis ad præſcribendum concurrat priuilegium non amittitur, Velut ſi per vnum monachum, aut per vnum priorem fieret actus contrarius priuilegio religioni conceſſo, prout tenet *q* Innocentius Ancharranus & Baldus, & Iaſon. Hi enim tali priuilegio renunciare non poſſunt.

ARTICVLVS VI.

Verum priuilegio prohibitiuo aut decretum irritans continenti per actus cōtrarios poſſit renunciari.

REſpondeo dicendo, quod priuilegio prohibitiuo in quo adeſt decretum irritans nullo temporis ſpatio per actus contrarios renunciari poteſt, prout tenet Archidiaconus *a* Ioannes Andræas Geminianus, & alij & eſt deciſio Rotæ & tenet Iaſon. Quod tamen non procederet quando priuilegium totum concerneret ſolum fauorem priuilegiati, hoc enim caſu priuilegiatus non obſtante decreto irriranti poſſet priuilegio per actus contrarios renunciare, vt poſt alios tradit Mandoſius. *b* Vnde priuilegia quibus religionibus prohibetur aliquam inferri moleſtiam continentia quod irritum ſit, & inane quidquid aliud ſuper eo fuerit attentatum poſſunt per contrarios actus ab ipſis religionibus renunciare dummodo talis renunciatio fiat ab his quibus renunciandi cō mittitur poteſtas, de quo in primo tomo *c* aliqua diximus.

a Arch. Andræ Gemi. inc. cūdebe nef. depte. l. 6 Rotæ de ci. 262. in antiqu. Iaſ. in l. fi. ff. decō ſtit. princi. b Mand. de priu. ad inſt. gloſ. 15. n. 3.

c i. to. q. 8.

(i)

ARTICVLVS VII.

Vtrum priuilegio non faciendi ex consuetudine quæsito per vnum actum contrarium amittatur,

Respondeo dicendo, quòd priuilegium consuetudine à religione quæsitu per vnum actum contrarium non amittitur vt notatur per scribentes. *a* Verũ est tamen quod Imola *b* aliter tenet & eius opinionem in puncto iuris esse veriorem, scribit Decius, quod etiam videtur sentire Petrus de Vvaldis, qui loquens de quodam priuilegio ex consuetudine mendicantibus quæsito nullam constituit differentiam inter priuilegium ex gratia principis, & priuilegium ex consuetudine quæsitum, & licet ipse ibidem teneat eidem priuilegio vnico actu cõtrario renunciatum non intelligi nisi lapsus concurrat quadraginta annorum, id non est, quia ipse sentia priuilegium cõsuetudine quæsitum non admitti ex vnico actu contrario, sed quia ipse tenet illam opinionem Vincentij, quod priuilegium non faciendi non censetur renunciatum ex vnico actu contrario nisi concurrat lapsus quadraginta annorum.

At his omnibus non obstantibus videtur priori opinione ad hærendum: nam consuetudini non censetur vnico actu, imo nec bina contra factione derogatum, vt tenet quædam glossa, *c* quam sequitur Cardinalis, Abbas, & Decius alios referens, & esse communiter approbatam testatur Curtius Junior, ergo neque derogatum cẽsebitur priuilegio consuetudine quæsito. Quodtamen limitat Abbas, *d* vt non procedat, quando actus contrauentionis esset factus collegialiter, quia eo casu censetur derogatum consuetudini, ex illo vnico vt tenet Antonius *e* de Butrio, Felinus, & Marcus Antonius Natta, sed vt à multis super huiusmodi materia liberentur litibus & angustijs regulares, ne per eorum contrarios actus ipsorum priuilegia perdantur debent expresse protestari per instrumentum publicum se nolle ex hoc actu priuilegium amittere, protestatio enimin hoc casu priuilegium præseruat: ita *f* Bartolus Baldus Bosius, & Horatius Mandosius.

(?)

escribentes in c. accidẽtibus de priuil. & in ca. cũ accessissent de constit.
b Imol. ind. c. cũ accessissent. vbi decius col. vlt. Val. d. de canoni. Episco. p. 2. c. 5. § quoniam num. 28.
c glos. in l. nemo alie. § tẽporalis ff. de reg. iu. Cardi. cõs. 13. videndũ prim. in fi. Abbas con. 94 insi. Decius in d. §. tẽp. Cursius consil. 158. præsupponitur in facto infra.
d Abb. in c. proillorum nor. vlti. de præbend.
d Butrius in c. fin. col. 3. de consu. c. Felin. in ca. cum access. col. 15. in 7. limi. de cõstitut. Nat. consi. 636. n. 119. lib. 3.
f Bat. & Bal. in l. 1. C. de his qui spõt. muneri publi. sub lib. 10. Bossius tit. de priu. n. 320. Mando. de priu. ad instar. gl. 15. n. 33.

ARTICVLVS VII.

Vtrum priuilegia concessa religioni censeantur concessa eiusdem religionis prælato.

Respondeo dicendo, quod dubitatio huius quæstionis pẽdet ex resolutione alterius dubij. Vtrum scilicet appellatione capituli, & collegij veniat prælatus, aut præpositus generalis. De quo agunt *a* glossa, quædam Innocentius Federicus, & alij, quos referunt Mandosius, & procul dubio cõmuni omniũ sententia videtur receptũ, præpositum aut prælatũ collegij vel capituli appellatione non comprehendi, vt constat ex allegatis â Rebuffo. *b* Sed in nostro casu si de prælato non esset facta mẽtio priuilegia religioni concessa intelliguntur etiam concessa ipsi prælato cum simus in fauorabilibus, in quibus collegij, aut capituli appellatione venit etiam caput, vt tradit *c* Barbatia & Felinus.

Communi autem sententia adducta pro ratione dubitandi in his tantum prælatis locum habet qui de collegio electi in prælatos desinunt esse de corpore, prout sunt canonici, qui effecti prælati desinunt esse canonici, non autem de his prælatis, qui de corpore electi, non desinunt esse de corpore vt sunt monachi aut religiosi, qui in Abbates, aut præpositos electi non desinunt esse monachi, aut religiosi iuxta doctrinam Bartoli, *d* quem sequitur Felinus & tenet Mandosius.

a gloss. in c. vt hi qui §. illi vero in v. eisdẽ de æt. & quali Innocen. in c. irrefragabili de don. ordin. Federicus consi. 100. n. 6. mãdos. de pri. ad instar. g. 5. n. 6.
b Rebuf. in tract. nom. q. 8. n. 33.
c Barbat. in tract. de præstan. Card. li. 1. q. 7. col. 3. Fel. in proœm decre. v. Gregor. co. 3.
d Bart. in l. quod cõst. ff. de milit. testa. Fel in dict. proœ. ver. tertio fallit. Mãd. de priu. ad instar. gl. 5. n. 8. & 9.

ARTICVLVS IX.

An priuilegia præposito vel Abbati concessa ad commendatarium quoque cui præpositura vel Abbatia esset commendata protrahantur.

Respondeo dicendo, quod, & si cõmendatarius perpetuus possit quodãmodo dici verus prælatus, & de ipso, vt de vero prælato iudicari: negari tamen nõ potest quin in aliquibus à vero differat prælato, vt inquit Ludouicus à Gomez. Vnde stante ali-

a Gom. sup. reg. Cancel sup. re. triẽna. q. 5. à n. ẽ 22. v. ex quibus facile

aliqua diuersitate inter cõmendatarium licet perpetuum & verum Abbatem non debent priuilegia Abbati seu prælato concessa ad commendatarium extendi, cum priuilegium non debeat etiam ex identitate rationis de vna persona ad aliam extendi, vt dicitur in Iure. *b* Vltra quod in isto cõmendatario quantũ ad priuilegia non concurrit eadẽ ratio, quæ in vero Abbate & prælato, quia commendatarius non profitetur ordinem, aut regulam suorum monachorum, cuius ordinis & regulæ gratia priuilegia Abbati, aut præposito concedi non est dubitandum, & sic cessante in huiusmodi commẽdatario causa finali priuilegij, debet quoque in ipso cessare priuilegium argumento eorum, quæ in Iure *c* notantur.

b c. priuile. de reg. iur. li. 6.

c L. ritia: §. vsuras ff. de leg 2.

Ex quo etiam concludi posset commendatarium, siue temporalem, seu perpetuum non solum non gaudere priuilegijs Abbati seu præposito concessis, sed neque etiam priuilegijs concessis religioni cuius appellatione ipse non comprehenditur iuxta quẽdam Bartoli *d* doctrinam,

d Barto. in l. ꝙ cõst ff. de milit. test.

ARTICVLVS X.

An priuilegium concessum religioni, & collegio censeatur concessum singularibus personis illius collegij.

Respondeo dicendo, quod priuilegium corpori concessum ad singulos non protrahitur, aliud est enim collegium societas, vel vniuersitas, aliud vero singulares personæ simul sumptæ, quæ vt diuersæ à dictis corporibus in quacumque dispositione iudicantur, vt dicitur in iure *a* & tradit post alios Rebufus. Verum tamen est quod priuilegia huiusmodi corporibus concessa ad singulos protrahuntur, quando eius generis sunt priuilegia, quæ non nisi per singulares personas exerceri possunt, velut priuilegia concessa super prędicationibus, & confessionibus sacramentorum administratione indulgentiarum acquisitionibus, aut alijs similibus, quarum exercitium ad singulas personas non etiam ad vniuersitatem pertinet de quo scribit D. Thomas *b* & Ludouicus Gomez, ne enim priuilegium frustratorium reddatur non est absurdum, vt ex præsumpta loquentis mente ea capiatur interpretatio, vt quod in vniuersitatem confertur, cuius ipsa vniuersitas est incapax ad singulos collatũ intelligatur. Quod optimè probat quædam decretalis *c* vbi non alia ratione interdicta ciuitate singuli interdicti censentur, quam quod interdictũ si huiusmodi caperetur interpretatio illusorium & ridiculum redderetur, quod etiã Summus Pontifex eo locõ fatetur, actus enim ita interpretari debet, vt valeat iuxta latè tradita ab Alciato *d*. vnde in alia decretali *e* dicitur, quod priuilegium exemptionis Ecclesiasticæ, extenditur etiam ad singulares personas ipsius collegij, quia alias esset frustratorium, si non ad eas extenderetur, sicut priuilegium loco concessum ad singulares personas ipsius collegij protrahitur, quia alias esset frustratorium, si nõ ad eas extenderetur, vt scribit Baldus. *f* Ait enim Ludouicus Romanus, *g* quod priuilegium vt quis in Ecclesia capi non possit intelligitur loco concessum, & consequẽter habet locum in quolibet ibi reperto, quod dictum refert & sequitur Ludouicus Bollo. *h*

a L. sicut, §. quod vniu. vbi omn. ff. ꝙ cuiusque vniue. l. metũ autẽ pręs. §. animadu. ff. quod me. caus. Rebuf. sup. concor. dat. infirm. man. Apostoli v. singulisque canonicis.

b Thom. in 4 dist. 25 q. 2 Gomez in reg, de idiomat. q. 2 n. 4

c c. si sẽtẽ. de sent. exco. l. 16.

d Alciat. de præsum. l. 3 præsum. 34

e c. per exẽ. de exẽp. l. 6.

f Bal. in l. fi. co. 3. postu. 7 C. de vxo. prim.

g Romã. fi. 234.

h Bol. de indulg. col. 3. versic. hoc etiã proba.

ARTICVLVS XI.

An priuilegia in singulares personas religionis collata ad eius religionis prouinciales aut generales si ipsos Papa subticuisset extendantur.

Respondeo dicendo, quod resolutio huius quæstionis videtur pendere ex resolutione alterius an, scilicet appellatione monachorum veniat Abbas. Qua in re extat receptissima, atque apud omnes probata distinctio, vt nisi aliud ex loquentis mente conijciatur in fauorabilibus, & materia proportionabili Abbas veniat appellatione monachorum, in materia tamen nõ proportionabili & odiosa secus. Quod liquet ex his quæ scribunt Glossa *a* & alij, Cardinalis & Summa Armillia. Quo fit, vt in hac quæstione postquam sumus in materia proportionabili, & de fauore agimus procul dubio respondendum sit in prouinciales & in genetalem etiam prælatum ex præscriptis concessionis verbis etiamsi is à concedente Principe non esset expressus, priuilegia collata extendi,

a Clo. & alij in c. fi. de simon. Card. in Clem. 1. in pri. 6. op pos. de reg. Armi. v. abbas ve r. li.

Quod probatur cum prouinciales & generales non deſinant eſſe religioſi, ſicut neq; Abbas Abbatia adepta deſinit eſſe monachus, neque hi patres ex dignitatis augmento deterioris conditionis eſſe debent quam ſint perſonæ ſingulares, cum dignitatis & ſupereminentiæ proprium ſit augere, non autem ſtatum priorem ab eo in quem dignitas cecidit in ipſius præiudicium auferre iuxta quandam Legem *b* & tradita ab Horatio Mandoſio, *c*

b L. ſen. vbi omnes. ff. de ſen.

c Mand. de priu. ad inſtar. gloſſ. 6 n. 29.

ARTICVLVS XII.

Vtrum priuilegia conceſſa religioſis profeſſis ad nouitios quoq; non dū profeſſos extendantur.

REſpondeo dicendo, quod pro vtraque parte multa poſſent afferri argumenta ſicut in alia ſimili quæſtione cumulat Tiraquelus; *a* nihilominus videtur dicendum, quod priuilegia religioni conceſſa, vel eius ſingulis ſingularibus perſonis ad nouitios non porrigi, quando hi neque vere, neque cum effectu religioſi dici poſſint iuxta quādam decretalem, *b* Bartolum & Tiraquelum.

a Tiraq. de vtroq. ret. tit. 1. § 1. glo. 8. n. 21. vſq. ad n. 41 bc. relig. §. fin. de ſen. excom. l. 6. Bart. in l. 2. C. ne ſacra. bapt. reite, Tira. vbiſ. ed. ca. reli. §. fin.

Nec obſtat hos nouitios non ſecus, ac profeſſos immunitatis Eccleſiaſticæ priuilegio gaudere, vt quædam definit decretalis, *c* nam id ſpecialiter indultum eſt, & fortè obreuerentiam habitus, quem nouitius geſtat, & ſic ex eo ius commune in contrarium elici poteſt argumento eorum quæ in iure *d* communiter notātur. Vnde videmus ſi ſeriem priuilegiorum conceſſorum religionibus attentè contemplemur quod volentes Summi Pontifices conceſſa profeſſis ad nouitios nondum profeſſos extendi id vtique non ſubticuerunt, ſed clare expreſſerunt. Nec ego inueni priuilegium quo ipſi nouitij communicent in generali cum profeſſis in priuilegijs, ſed tantum in quibuſdam indulgentijs: nā Sixtus IIII. conceſſit, quod nouitiæ monialium Sanctæ Claræ primæ regulæ poſſint promereri omnes indulgentias almæ vrbis viſitando ſuas Eccleſias, ita habetur in libro e monumenta ordinum. Et aduertit collector priuilegiorum ordinum mendicantium.

d L. fing. l. quod vero ff. de legib.

e Mon. or. in 2. impr. fo. 292. cō. 678.

QVÆSTIO LII.

De religione quoad poteſtatem tranſeundi in alias religiones conceſſam in triginta articulos diuila.

Circa quam quæruntur triginta.

1 *VTrum ſit conueniens de vna religione ad aliam tranſire.*

2 *Quomodo prælati ſe debent habere vt eorum religioſi ſubditi in ſua vocatione permaneant.*

3 *Vtrum ius commune concedat regularibus vt poſſint tranſire ad ſtrictiorem religionem licentia petita licet non obtenta.*

4 *In quo conſiſtat perfectio religionis ad quā iure communi tranſitus conceditur licentia petita, ſed non obtenta.*

5 *Vtrum religioſus poſſit tranſire de ſua religione in qua non ſeruatur regula ad aliam laxiorem in qua ſeruatur, propter quod eſt ſtrictior.*

6 *Quæ dicta ſunt de monachis vtrum admoniales extendantur.*

7 *Vtrum conuerſi & oblati poſſint tranſire ad ſtrictiorem religionem petita licentia licet non obtenta.*

8 *Vtrum conſtitutio Pij Quinti reuocet ius cō mune concedens fratribus, vt ad religiones alias ſtrictiores poſſint tranſire.*

9 *Quis poſſit concedere licentiam, vt religioſus tranſeat de vna religione ad aliam.*

10 *Vtrum Summus Pontifex ſine cauſa poſſit concedere religioſo, vt tranſeat de vna religione ad aliam laxiorem.*

11 *Vtrum licentia prælati ad tranſeundum ad alium ordinem ex iuſta cauſa non facta mentione de laxiori ſufficiat ad tranſeundum ad laxiorem, an debeat tantum intelligi de laxiori vel æquali.*

12 *Vtrum regularis ordinum mendicantium, qui habet licentiam ad tranſeundum in aliā religionem etiam non mendicantem ſiue arctiorem, ſiue laxiorem poſſit ſe tranferre in aliquem ordinem militarem.*

13 *Vtrum licentiatus à Papa, vt poſſit tranſire ad certum ordinem poſſit ad alium diſtinctum tranſire.*

14 *Vtrum religioſus fugitiuus ad parem religionem*

gionem pro libito, ſine diſpenſatione poſſit trã ſire non inuento aliquo ſui ordinis monaſterio.

15 *Vtrum prælati religionum mendicantium poſsint diſpenſare cum ſuis ſubditis, vt trã ſeant ad ordines monaſticos.*

16 *Vtrum ſi reformetur ordo religionis mendicantis in ſtrictiorem vitam poſsint profeſsi illius ad alios ordines tranſire.*

17 *Vtrum fratres mendicantes poſsint recipi in religione Sanctæ Mariæ de Mercede.*

18 *Vtrum prælati regulares poſsint darelicẽ tiam ſuis ſubditis, vt ad Carthuſienſes tranſeant.*

19 *Vtrum ſit licitus tranſitus à Carthuſienſibus ad Minores.*

20 *Vtrum monachus Caſsinenſis non petita licentia à ſuis ſuperioribus poſsit tutacõnſciẽtia tranſire ad Carthuſianos.*

21 *Vtrum in extrauaganti Martini V. prohibeatur tranſitus ab vno ordinum mendicantium ad alium mendicantium.*

22 *An Capucini diſcalciati ordinis Minorum poſsint recipere fratres eiuſdem ordinis de obſeruantia.*

23 *Quam diligentiam facere teneatur religioſus, qui habet facultatem tranſeundi ad aliquem ordinem mendicantium, ſi nouinnenerit mendicantes qui eum recipere velint.*

24 *Vtrum recipi poſsint ad religionem religioſi qui fecerunt votum de non tranſeundo ad aliam.*

25 *Vtrum tranſlatus ad aliam religionem, vt in ea ſit prælatus debeat profiteri in ſecundo monaſterio ante quam ſibi eius adminiſtratio deferatur.*

26 *Vtrum prædictus monachus tranſlatus poſt renunciationem prælationis monachus ſecũdi, vel primi monaſterij remaneat.*

27 *Vtrum tranſiens ad aliam religionem poſſit ſecum deferre omnia quæ detulit in religionem ſuam, vel ſaltem aliqua ſcripta, quæ ipſe tanquam prædicator indies ſibi ſcripſit.*

28 *Vtrum tranſlatus ex ordine mendicantium ad alium ordinem non mendicantium poſsit in ipſo ordine ad quem eſt translatus habere beneficium regulare & aliud officium dicti ordinis,*

29 *Vtrum religioſus translatus ad aliam religionem debeat ſedere in capitulo iuxta tempus in quo emiſit profeſsionem in primo monaſterio à quo fuit translatus, an à quo fuit profeſſus in ſecundo.*

30 *Vtrum translatus de vna prouincia ad aliam eiuſdem religionis debeat ſedere in capitulo ad ſuam vocem dandam à tempore in quo fuit in ſecunda incorporatus.*

ARTICVLVS. I.

Vtrum ſit conueniens de vna religione ad aliam tranſire.

REſpondeo dicẽdo, quod Diuus Thomas *a* dicit primo quod tranſire, de vna religione ad aliam, niſi propter magnam vtilitatem, vel neceſsitatem non eſt laudabile, tum quia ex hoc plerum que ſcandalizantur illi, quirelinquũtur, tum etiam quia facilius proficit aliquis in religione, quam conſueuit, quam in illa, quam non conſueuit cæteris paribus, vnde in collatione Patrum Abbas Neſtorius ſic ait, vnĩ cuique vtile eſt, ſecũdum propoſitum, quod elegit, ac ſummo ſtudio ac diligentia ad operis arrepti perfectionẽ peruenire feſtinet, & nequaquam alua, quam elegit ſemel profeſsione diſcedat: Et poſtea ſubdit, impoſsibile namque eſt vnum & eundem hominem ſimul vniuerſis fulciri virtutibus, quas ſiquis voluerit pariter attentare in id incidere eum neceſſe eſt, vt dum omnes ſequitur nullã integre conſequatur: diuerſæ enim religiones præeminent, ſecundum diuerſa virtutum opera. Videamus, quid dicat Diuus Bernardus *b* Circa hoc ait enim, *forte vult aliquis de calumnia cenſibus inſtitutis ad Ciſtercienſium, ſe ſe ſtringere paupertatem eligens præ illis nimirum conſuetudinibus magis regulæ puritatem, ſi me conſulit, non conſulo, ſi non ſane id Abbatis ſui vſurparit aſſenſu, quam obrem? Primo propter ſcandalum ipſorum, quos deſerit, deinde quia certa pro dubijs relinquere tutum non eſt: forſan enim hoc tenere poteſt illud non poterit. Tertio ſuſpectam habeo leuitatem, qua id*

aD. Thom. 2.2.q.89 ar. 8.

bBernar. de præcept. & obedientia.

id ſæpe quod facere volumus antequam probemus experti iam nolumus vno prope momento id ipſum cupientes tam leuiter, quam irrationabiliter quales vtique non paucos frequenter experimur, qui vna vix hora in vna voluntate durantes aura leuitatis impulſi vagi, & inſtabiles hac & illac velut ebrij mutantur, quà pro experimento iudicium, imo ſine iudicio fluctuantes & tumultuantes tot de ſe conſilia præſumunt, quot loca reuiſunt ſemper quod non habent cupientes, & quod habent faſtidentes & quomodo ego (ait aliquis) profeſſus regulam, non ſecundum regulam cum bona queam degere conſcientia, ſi quidem vouens, & non ſoluens quid niſi peierō? quaſi non multo magis habeas vnde conqueri alibi quoque cum cæperis pure iuxta regulam conuerſari, profecto etiam tunc, & qua nunc inquies conſcientia, habere ſuſtineam extra domum meam priorem, quæ me de ſeculo fugientem excepit iniciauit ad bonum ſignauit in ſalutem moleſtus fratribus inobediens ſeniori ſtabilitatis inſuper præuaricans pactum & primam irritam faciens fidem? Et paucis interpoſitis ſubdit idem Bernardus, caterum qui inquietus eſt, & ita credere non poteſt, ſed magis credens & cedens ſtimulanti conſcientiæ exijt & quærit, vbi ſoluat vota ſua, quæ ſuo in loco ſuo vtique iudicio vouerat quidem, ſed non ſoluerat ſicut non laudo, quod egreditur, ita vt egrediatur non conſulo Si tamen ad ignotum remotumque monaſterium migrauerit cur ita? tum propter Pauli ſententiam, qui beatum manifeſte pronuntiat, qui ſe ipſum non iudicat in eo quod probat, tum ex noſtri authoritate magiſtri, qui talem & ſuſcipi iubet, & retineri inuentum quoque bonum & vtilem ſuaſione allici profeſſione ligari, denique ſuadeatur (inquit) ei, vt ſtet & ne forte prioris ſui monaſterij memor remordente (vt abſolet) conſcientia incipiat denuo de rupta ſtabilitate cauſari, generalem ſuper huiuſmodi ſcrupulo conſolatoriam profert ſententiam dicens, vbique enim vno Deo ſeruitur vbi Regi militatur. Hęc D. Bernardus: ex quibus clare colligitur, quod nemo de vna religione ad aliam vt tranſeat eſt audiendus & conſulendus niſi ad hoc à ſuo Prælato conſequatur, & non extorqueatur bene placitum, cum huiuſmodi mutationes ex leuitate magis, quam ſtabilitate animi plerumque originentur.

Vnde Pius Quintus Pontifex maximus in religione educatus aliquorum monachorum inconſtantiam conſiderans, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono pridie idus Octobris Pontificatus ſui, anno quarto in conſtitutione, quæ incipit, *quæcumque ſacrarum religionum* reuocauit & aboleuit omnia, & quæcunq; priuilegia facultates diſpenſationes, & indulta præter iuris communis diſpoſitionē emanata recipiendi, vel retinendi fratres monachos canonicos & alios etiam laxiorum ordinum profeſſores, quibuſcumque ordinibus monaſterijs hoſpitalibus militijs & pijs locis etiam Sancti Antonij Vienenſis Sancti Spiritus in Saxia de vrbe Sācti Ioannis Hieroſolymitani Ieſu Chriſti Sancti Iacobi de Spatha, Sancti Lazari Hieroſolymitani, eorumque Eccleſijs membris ſuperioribus, & perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices ſuos prædeceſſores & per ſe ipſum. Qui ſummus Pontifex prout infra declarabimus non reuocauit licentiam, quam à iure communi habent regulares tranſeundi ad ſtrictiorem religionem petita prius à ſuo prælato licentia

tia, ne leuitati magis quam conſiderati animi ſtabilitati hæc mutatio, tribuatur, & vt mutatio dexteræ excelſi ab omnibus dicatur.

ARTICVLVS II,

Quomodo Prælati ſe habere debeant vt eorum religioſi ſubditi in ſua vocatione permaneant.

RESpondeo dicendo, quod ſæpe ſępius prælati regulares in authoritate imperantes non tanquam paſtores ouium, ſed tanquam luporum cuſtodes ſunt cauſa vt eorum ſubditi ab inſtituto, in quo vocati ſunt & cuius regulam ſunt profeſsi ad aliud inſtitutum prætextu maioris perfectionis tranſire procurent, qui ſi inſpiritu lenitatis eos, vt patres tractarent non vtique primum inſtitutum deſererent, vidi enim ego aliquos obſeruantiſsimos ſui inſtituti viros putantes ſe obſequium præſtare Deo duris & inſipidis verbis ſuos tractare ſubditos iuuenes ſiccitate quadam illis dicentes, vt abirent in aliam religionem, ſi vellent, qui non ſecuti Dominum Saluatorem calamos quaſſatos conterebant, & ligna fumigantia extinguebant, ita vt auſteritatē ſuę religionis deſererent, & ad aliam laxiorem reſurgerent, quorum indiſcretum zelum non ſecundum ſcientiam nunquam probaui, nec probat illos qui ſpiritu lenitatis corripiendos docuit contra quos adeſt, quædam epiſtola melliflui Bernardi, cuius tenorem in pręſentiarum proponā. Frater enim Robertus ſancti viri monachus, & ſecundum carnem propinquus in adoleſcentia ſua quorū dam perſuaſione deceptus Cluniacum ſe ſe contulerat, quem venerabilis pater poſtea quam aliquando diſſimulauit eundem fratrem ſtatuit per epiſtolā reuocare, cuius tenor, quoad noſtrū propoſitūeſt huiuſmodi

D. Bern. ad Epiſ. 107

Satis & pluſquam ſatis ſuſtinui dilectiſsime fili Roberte, & omitto, quod factum eſt non requiro cur, vel quomodo factum eſt, culpas non diſcutio non retracto cauſas, non recordor iniuriæ, ſolent enim hæc magis inſtigare quam mitigare diſcordias ſolum, quod mihi magis eſt cordi loquor, me miſerum, quod te careo quod te non video quod ſinè to viuo pro quo mori mihi viuere eſt, ſine quo viuere mori. Non igitur queror cur abieris, ſed quod iam non redieris, queror non cauſas diſceſſionis, ſed moras cauſor regreſſionis, veni tantum, & pax erit, reuertere & ſatisfactum eſt. redi inquam redi, & latus cantabo mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus eſt, fuerit certe meæ culpæ, quod diſceſſiſti delicato ſcilicet adoleſcentulo auſterus extiteram & tenerum durus nimis inhumane tractaui. Hinc enim, & præſens quondam aduerſum me (quantum memini) murmurare ſolebas, hinc & nūc (ſicut audiui) etiam abſenti derogare non ceſſas, non tibi imputetur, poſſem forſitan excuſare, & dicere quia ſic laſciui pueritiæ motus coercendi erant ac rudibus amoris aſpera illa diſciplinæ diſtrictioris initia ſcriptura Prou. 13. *atteſtante, quæ ait, percute filium tuum virga, & liberabis animam eius à* Heb. 12. *morte, & rurſum, quos enim diligit dominus curripit, flagellat autem omnē* Prou. 27. *filium quem recipit, & illud, vtiliora ſunt vbera amici, quam oſcula inimici, ſed fuerit vt dixi meæ culpæ. quod diſceſſiſti, ne dum de reatus perpetratione contenditur emendatio retardetur. At vero hinc procul dubio incipiet eſſe & tunc, ſi non parcas pœnitenti, indulgeas confitenti, quia potui quidem aliquando in aliquibus fuiſſe erga te indiſcretus, ſed non certe male uolus, quod ſi in futurum hanc ipſam indiſcretionem meam ſuſpectam habes*

bet noueris me iam non eſſe, qui fuerã quia nec te puto fore qui fuiſti, mutatui mutatum inuenies & quem antea metuebas magiſtrum Comitem amplectere ſecurus, itaque ſiue mea culpa receſſeris (vt tu putas & egonõ excuſo) ſiue tua (vt multi putant etſi ego nõ accuſo) ſiue mea ſimul & tua (quod ego magis puto) ex hoc iam ſi redire renueris ſolus profecto inexcuſabilis eris, Vis ab omni culpa liber eſſe? Reuertere, ſi tua agnoſcis ignoſce & tu mihi vbi meam agnoſco, alioquin aut tibi nimis indulges, qui tuam culpam & agnoſcis & diſſimulas, aut mihi nimis immiſericors es, cui neque ſatisfacienti ignoſcendum putas, iam ſi redire recuſas aliam quære occaſionem. Vnde falſo blãdiaris conſcientiæ tuæ quia non erit vltra quod formidare debeas de rigore diſtrictionis meæ, nec enim formidandum eſt quod futurus ſim præſenti formidoloſus cui adhuc abſenti iam toto ſum corpore proſtratus, totis aſtrictis viſceribus humilitatem exhibeo, charitatem promitto & tu times? intrepidus veni quo te vocat humilitas, pertrahit charitas ſecurus accede talibus præuentus obſidibus, fugiſti ſæuum reuertere ad manſuetum reuocet te mea lenitas cuius ſeueritas effugauit. Vide fili, quo te cupiam duci non ſpiritu ſeruitutis iterum in timore ſed ſpiritu adoptionis filiorum in quo clamare & tu nõ confundaris, Abba pater, cauſam vtique tantidoleris, mei non minus apud te, ſed blandimentis, precibus non terroribus agens. Alius forſitan aliter tentaret & vere quis alius non magis diſcuteret reatum incuteret metum, non opponeret votum & proponeret iudicium, non argueret inobedientiæ non indignaretur apoſtaſiæ, quod de tunicis ad pelliceas de oleribus ad delicias, quod denique ad diuitias de paupertate tranſieris? Sed ego noui animum tuum, qui facilius poſſet amore flecti quam timore compelli. Denique quid neceſſe eſt, pugnare non recalcitrantem valde timidum magis exterrere per ſatis erubeſcentem confundere, amplius cui ſua ratio magiſter, cui propria conſcientia virga & ingenita verecundia lex diſciplinæ eſt, quod ſi cui mirum videtur quomodo puer verecundus ſimplex timoratus auſus fuerit cõtra voluntatem fratrum magiſtri imperium, regulare decretum ſuum deſerere votum & locum, recordetur etiam quomodo, & Dauid ſanctitati ſurreptum ſit, quod ſapientiæ Salomonis illuſum, quod Sampſon fortitudine obuiatum, qui Protoplaſtum dolocaptum ex tulit de patria felicitatis, quid mirum ſi tenero ſubripuit adoleſcentulo in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis;

Hæc & multa alia charitatis & humilitatis plena & eruditione repleta ſcribit Diuus Bernardus ſenex longæuus ad quendam puerum, vt eum ad ſuum priſtinum auſteritatis reuocet inſtitutum, vt inde diſcant ſenes & Prælati in religionibus, quo ſpiritus feruore quo charitatis ardore, qua humilitatis manſuetudine & dulcedine, quo prudentiæ documento ergà teneros in religione aliquando ſe habere debent ne deficiant in via, imo ne retrocedant à via vt deducti, per ſemitas iuſtitiæ in loco paſcuæ collocati radices in perfectione emittant & aſcenſiones in corde ſuo de die in diem, in hac valle lacrymarum ponant conſiderantes, quod

quod facilius adoleſcentuli præcipue nobiles amore flectuntur, quam timore compelluntur.

ARTICVLVS III.

Vtrum ius commune concedat regularibus, vt poſſint tranſire ad ſtrictiorem religionem licentia petita licet non obtenta.

a ca. licet de regul.

REſpondeo dicendo, quod Innocentius Tertius ordinauit, vt religioſus poſsit trãſire à ſua religione in aliam ſtrictiorem licentia petita licet non obtenta ſecundum cuius decretum debet limitari conſtitutio Vrbani *b* Papę dicens, ſtatuimus, ne profeſsionis canonicæ quiſpiam poſtquam Dei vice ſupra caput ſibi hominem impoſuerit alicuius leuitatis inſtinctu, vel diſtrictioris religionis obtentu ex eodem clauſtro audeat, ſine patris & totius congregationis permiſsione recedere, diſcedentem vero nullus Abbatum, vel Epiſcoporum, nullus monachorum, ſine communi litterarum cautione ſuſcipiat. Hæc enim conſtitutio in foro exteriori debet interpretari, ſecundum prædictam Innocentij tertij decretalem: tenentur enim prælati regulares ſecundum ius commune religioſo volenti tranſire ad perfectiorem religionem, ſi conſtat de bono animo religioſi, & illam religionem, ad quam fit tranſlatio eſſe perfectiorem ſupradictam licentiam præſtare, prout concludit D. Thomas, *c* quam ſi non dederit iuſipſam concedit eorum negligentiam ſupplendo iuxta ea, quæ in eodem iure notantur. *d* Dixi in foro exteriori, nã in foro interiori, aliqui auſi ſunt affirmare non poſſe monachum attento iure communi ad ſtrictiorem religionem conuolare, ſine licentia ſui prælati petita & obtenta, quæ opinio mihi nunquam potuit placere, & ita praxis quæ eſt optima legum interpres hoc admiſit, vt nulli à viris doctis ſcrupulus iniiciatur, ſi tranſeat ad ſtrictiorem religionem licentia petita à ſuis prælatis, ſi enim in foro conſcientiæ licentiam prius obtinere eſſet neceſſariũ libertati ſpiritus nõ prouideretur, anhelantibus enim religioſis ad altiorem frugem prælati licentiam concedere ægre ferunt, & ita eam ſæpe ſæpius minime ſuppeditant: prælati autem à quibus prædicta licentia petenda ſit contro uertitur anſufficiat, vt ſint prælati conuentuales monaſteriorum, in quibus religioſi volentes ſe transferre pro tẽpore habitãt de quo agit Marcus Antonius *e* Cuqus qui veriorem ſententiam eſſe opinatur & receptã iure, quam Angelus Clauaſius ſcriptam reliquit, nempe in ordine Prædicatorum petendã eſſe, à priori prouinciali, in ordine vero minorum à miniſtro prouinciali, ſeu cuſtode: quamuis Silueſter *f* opinetur priorem conuentualem, vel guardianum alteriusque nominis præfectum monaſterio datum hanc poteſtatem facere poſſe, quod de iure cõmuni minime eſt admittendum quando quidem ingreſſus religionem non illi monaſterio tantum in quo facit profeſſionem, ſed toti aut vniuerſæ religioni, aut ſaltim prouinciæ adquiſitus cenſetur, & ita miniſter generalis, aut prouincialis ſupradictam licentiam concedendi habent poteſtatem cum ſuper totam prouinciam habeant poteſtatem.

b ca. ſtatuim. 19. q. 3.

c D. Thom. 2. 2. q. 185. ar. 8. de. 1. deſup. neg. prælat.

e Cuq. lib. 3. maior. inſt. ti. dere. nu. 139.

f 4 q. 3.

ARTICVLVS IIII.

In quo conſiſtat perfectio religionis, ad quam iure communi tranſitus conceditur petita licentia, & non obtenta.

REſpondeo dicendo, quod Canoniſtæ vt permittatur iſte tranſitus tantum ponderant, vt ſtrictior ſit religio reſpectu arctioris vitæ. Vnde ſi reſpectu finis ſecunda religio ſit vtilior & fructuoſior, ſita men non viuitur ibi ſtricte dicunt non eſſe licitum dictum tranſitum, ita Ioannes Andreas *a* & Abbas. at Theologi *b* diuerſa gradiuntur via dicentes perfectionem religionis conſiderari reſpectu finis ad quem omnes religiones ordinantur, qui eſt charitas, per quam coniungimur Deo, & vnimur vt ait Ioãnes *c* Vigeſimus ſecundus, quam opinionem ego *d* ſequutus ſum, attamen, quantum ad noſtrum propoſitum cum huiuſmodi tranſitus non fiant, niſi in foro exteriori petita licentia, & non obtenta à prælatis perfectionem religionis in maiori auſteritate conſiſtere exiſtimo: cum enim vnuſquiſque prælatus ſuam religionem eſſe perfectiorem prætendat maximæ & intricabi-

a And. & ab basinc. ſan. col. pen. de reg.

b D. Thom. 2. 2. q. 189. ar. 8.

c Extrau. ad cond. verſi. cum enim.

d Supra hoc tom. q. 49.

les lites in huiusmodi orientur si perfectio ex vberioribus fructibus,& sanctitate esset pensanda,vna quæque enim religio fructus vberiores allegaret,quorum allegatio cum sit magis facti , quam iuris processus magni fulminarentur,ita vt esset inextricabilis (vt ita dicam) decisionis. Vnde debemus occurrere ad vitam arctiorem,quæ per religionum regulas, & instituta facillime patent,vt huiusmodi transitus,veliustificẽtur aut dãnentur,& ita non sine causa quædam partitarum *d* lex in hanc opinionem canonistarum videtur inclinari ibi, *esi por ventura no se lo quisieße otorgar, bien se puede yr sin su otorgamiento à otra que sea mas fuerte.* Hoc enim verbum *mas fuerte*, asperiorem, & magis rigorosam designat religionem,& hoc putotenendum,cum doctissimo Gregorio *e* Lopez licet Nauarrus *f* Canonista Theologorum opinionem fuerit sequutus.

p L. 9. tit. 7. par. 1.

e Indi. li. 9.

f Nau. in ca. stat. n. 3.

ARTICVLVS V.

Religiosus existens in monasterio vbi non seruatur regula vult intrare ad aliam altiorem religionem vbi tamen seruatur regula, ita quod habito respectu ad præsentem modum viuendi monasterium, quod est religionis laxioris, ducit vitam strictiorem, quæritur, an hoc sit licitum.

REspondeo dicendo,hoc licitum videri ex his quę tradit notabiliter Panormitanus *a* dicens,quod ad validitatem ingressus non debemus considerare regulã antiquitus institutam,sed modum viuendi de præsenti. Vnde si secundum monasterũ habet regulam strictiorem ab antiquo , quæ tamen in præsenti in multis locis non seruatur,non est licitum transire de vno monasterio,quod habet regulam laxiorem bene ibi seruatam ad secundum monasterium,vbi regula non seruatur,oportet enim,quod secũdum monasterium existat de præsenti in maiori obseruantia , & hoc ait Baptista *b* de Calis esse verbum valde notabile, & quod multi in hoc decipiuntur aduertẽtes solum regulam vt riusque monasterij , antiquitus institutam , & non modum viuendi de præsenti coexistentem.

a c. sane de reg.

b Baptist. in sum verb. reli. 4. fo. 202. p. 2. col. 1.

Pro hoc faciunt notata per Gregorium Lopez Dicentem quod non sufficit secundam religionem habere strictiorem regulam , nisi actu ducatur ibi vita strictior, quod in iure *d* fundant Abbas & Ioannes Faber confirmatur,ratione nam transitus est permissus,vt quis ducat vitam strictiorem, si ergo in secundo monasterio non seruatur vita strictior,quam in primo , licet regula sit strictior non videtur transitus licitus, quia transiens censetur moueri magis causa dissolutionis,quam maioris religionis. Vnde in collatione patrum Abbas Ioannes de se ipso dixit,quod à vita solitaria , in qua professus fuerit transiuit ad minorem , scilicet eorum,qui viuunt in societate propter hoc quod vita eremitica cœperat declinari & laxius obseruari.

c Gre. in li. 9. tit. 7. part. 1. vers. mas, fuertes religiones. dca. licet de reg. vbi Abbas col. pen. 1. quod tradit uml. leuff. de cond. & demonst. Fab. in §. fi. plures de hæred. inst.

Nec obstat si dicatur,quod constitutiones possunt tolli per alias contrarias constitutiones,at regula cum sit approbata à Papa per constitutiones tolli non potest: nam respondetur , quod licet possint tolli satis tamen est , quod de præsenti in secundo monasterio strictius viuatur,nam propter strictiorem vitam duntaxat iura huiusmodi trã situs permittunt.

Ex his infertur clara dicisio ad id quod propositum fuit,in principio articuli quod scilicet religiosus existens in monasterio regulæ strictę, vbi tamen non seruatur regula potest intrare licentia petita non obtentain aliam religionem laxiorẽ & vbi regula seruatur,ita quod habito respectu ad præsentem modum viuendi secundũmonasterium quod est religionis laxioris ducit vitam strictiorem , & ita ait *e* Gregorius Lopez, hanc opinionem tenere Theologos secundum Ioannem *A*ndream,qui hanc opinionem admittit, si non est spes reformationis primi monasterij , vel si saltem in eadem prouincia non est aliquod monasterium eiusdem religionis,vbi seruatur regula : in hoc enim casu non esset licitus talis transitus,& hoc satis placet Abbati,& pro hac parte Gregorius Lopez, D. *f* Thomam allegat.

e Greg. vbi sup.

f D. Thom. 2. 2. q. vlt. ar. 8.

ARTICVLVS VI.

Vtrum quæ dicta ſunt de monachis ad moniales extendantur.

REſpõdeo dicẽdo, quod quæ de monachis, & religioſis hactenus dicta ſunt in monialibus locum habent, nã quæ de religioſis viris diſpoſita ſunt cenſentur etiam de monialibus conſtituta proportionabiliter ad ipſa, ita ſcribunt Cardinalis, *a* & Abbas, quos ſequutus eſt Nata: in illis ergo caſibus in quibus permiſſum eſt religioſis ad aliam religionem tranſire permiſſum eſt etiam monialibus, ita in ſpecie decidit Francus *b* de Marquez ex ſententia Abbatis, & ſic tota domus religioſa poteſt ſe trãſferre ad arctiorem religionem alterius monaſterij, vt dicitur *b* in iure, petita tamen licentia licet non obtenta iuxta terminos iuris, *d* aduertendum tamen, quod propter clauſuram, quam omnes moniales tenentur ſeruare ratione voti, vel ratione præcepti, prout in primo tomo *e* late diximus non poterunt dictæ moniales exire, ſine licentia prælatorum, & ordinarij iuxta terminos Concilij *f* Tridentini, qui tenentur ipſam præſtare iuxta ea quæ in ſuperioribus late dicta ſunt.

a Cardin. in Clẽ. 1. q. 4. de regul. Abbas in c. pe. notab. vl. de ſtat. mona. Nata conſi. 432. n. 15. li. 2.

b Marq. q. 96. p. 1. Abbas in Clc. vlt. de reg. c. reco. de ſtat. mona. d. l. 3. de regul.

e 1. to. q. 47

f Seſſ. 25. de regu.

ARTICVLVS. VII.

Vtrum conuerſi, & oblati poſſint tranſire ad ſtrictiorem religionem petita licentia licet non obtenta.

a Sup. q.

REſpondeo dicendo, quod vt ex *a* ſuperioribus, patet, magna eſt differentia inter conuerſos & oblatos, & nemini dubium eſſe debet ex his, quæ ibi diximus quod conuerſi poſſunt tranſire ad arctiorem religionem petita licentia, & non obtenta, cum ij ſint vere religioſi laici tria vota eſſentialia emittentes. At de oblatis dubitatio inſurgit: nam ſecundum aliquos oblati non poſſunt tranſire ad arctiorem religionem, & ita tenuit quædam Gloſſa, *b* quam dicit ſingularem Abbas aſtringuntur enim monaſterio ſecundum eum magis, quam monachi, quia efficiuntur, quaſi ſerui monaſterij, quod & tradit *c* Ioannes Lupus, ſed Gregorius Lopez, *d* ait quod Gloſſa illa loquitur de oblatis Eccleſiæ ſæcularis non vero de oblatis monaſteriorũ regularium: ij enim ſecũdum Archidiaconum poſſunt tranſire ad religionem arctiorem, quæ opinio ſine dubio eſt ſequenda, non enim, ita donant ſe & ſua monaſterijs, vt ſerui efficiantur, & vt non poſſint ad perfectiorem frugem anhelare.

b Glo. in c. l. conti. 27. q. 1. Abb. in c. nõ eſt notab. 3. de regul.

c Lup. deliber. Eccle. 3 p. q. fi. n. 8. & 9.

d Greg. in l. 9. ti. 7. par. 1. verb. reli. archi. in di. c. 1.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum conſtitutio Pij Quinti reuocet ius commune concedens fratribus, vt ad religiones alias ſtrictiores poſſint tranſire.

REſpondeo dicendo, quod conſtitutio præfata Pij V. non eſt vniuerſaliter, & abſolute intelligenda, de omnibus fratribus non recipiendis, ſed tantum de fugitiuis, qui ſine licentia à ſuis ſuperioribus petita iuxta terminos *a* iuris communis, ſe ad alias religiones transferre volunt ob iurgia contentiones, leuitatem & malefacta: non enim condemnat ſummus Pontifex eos, qui laudabiliter de vna religione tranſire volunt triplici de cauſa. Primum zelo perfectionis religionis, deinde propter declinationem religionis à debita perfectione, tertio propter infirmitatem, & debilitatem ob quam ad laxiorem poteſt fieri tranſitus, prout in ſequentibus dicetur. Ita Nauarrus *c* in quodam conſilio defendit, quod per hanc conſtitutionem Pij Quinti non eſt ſublatum, quod frater Carmelita cum facultate ſui ſuperioris poſſit tranſire ad ordinem Minimorum.

2 De reg. c. licet.

b Naua. in c. ſta. n. 3.

c Naua. li. 3. con. ti. de regu. con. 18.

Et eſt notandum, quod prędicta conſtitutio non procedit in eo qui tranſit aliã religionem, & in ea remanſit virtute bullæ Pij Quarti, qua poterant iudices arbitrari remedium aliquod opportunum caſu, quo is non poſſit commode reduci ad priſtinum ordinem, & ſic arbitrati ſint in eo ordine ad quem tranſierat debere remanere, quia ſuus priſtinus ordo noluit eum recipere: nam licet dicta bulla Pij Quinti reuocet omnia priuilegia, & facultates recipiendi alienos religioſos præter ordinẽ iuris, nõ tamẽ iubet omnes, qui iam erant trãſlati redire ad priſtinos ordines, ſed tantum illos qui erãt tranſlati virtute priuilegiorum: hic autem,

licet virtute priuilegij fuerit translatus remansit tamen ibi virtute sententiæ datæ à iudicibus arbitris, quibus in bulla Pij Quarti concedebatur facultas arbitrandi aliquod remedium ijs, qui comede non possint reduci ad suas priores religiones, ita Nauarrus. c Denique Pius Quintus non reuocat ea, quæ de iure communi conceduntur regularibus, vt ad aliam religionem etiam laxiorem possit fieri translatio, de quo in sequentibus articulis satis dicetur, & in superioribus aliqua dicta sunt.

c Nau. lib. 3. consi. tit. de regu. cons. 99.

ARTICVLVS IX.

Quis possit concedere licentiam vti religiosus transeat de vna religione ad aliam.

REspondeo dicendo, quod iure a communi prælatus etiam inferior potest facere facultatem ad religionem strictiorem, prout in superioribus satis dictum est, adeo quod quædam b Glossa communiter receptata tenet quod virtute dicti iuris communis potest facere facultatem, vt ad æqualem religionem fiat transitus, ad laxiorem autem religionem solus Papa facultatem facere potest, prout eademmet Glossa resoluit, quod intelligendum est de potentia faciendi, sine causa, quo ad forum exterius nam superior etiam inferior Papa potest ex causa iusta dispensare, vt religiosus transeat ad laxiorem religionem, prout tradunt Panormitanus c Siluester, & Nauarrus alios allegantes.

a cl. 3. de re regu.

b Glo. in c. cum sing. de præb. 5. prohibem. ver. canonice de præb. li. 6.

c Panor. in c. non est n. 6. & inc. sig n. 6. de reg. Sil. verb. religig. 4. 2. Naua. in ca. statui. n. 14.

Notandum autem, quod causa iusta ad prædictum transitum potest esse, vel ex parte monasterij à quo monachus iste vult recedere, aut ex parte ipsius monachi, ex parte monasterij causa est iusta recedendi strictior, & obseruatior vita monasterij ad quod fit translatio, vel quia in monasterio, à quo quis transfertur, non ita obseruetur regula præmissa, quod intelligũt d Abbas, & Siluester, nisi in illa religione staret aliud monasterium, in quo regula obseruaretur, nam ad aliud, iste se transferre debet. Ex parte vero monachi iusta causa multiplex esse potest, & cum omnes lege definitæ non sint, quippe quod ex facto pendeant dicendum est in prælati licentiantis arbitrio esse positas, sicut probarunt Innocentius e Francus, & Geminianus, Diuus Thomas, Caietanus, Antonius Francus de Marquez, & Rebusus. Sed oportet pro maiori claritate & instructione prælatorum regularium aliquas sigillatim referre, vt in facti contingentia occurrentes certo sciant propter eas prædictam facultatem facere posse, prima autem iusta iudicatur causa, quando propter malam aeris temperiem non potest quis in aliqua religione commorari, ita *Marianus f* Socinus senior, & post alios Menochius. Verum est tamen quod si in prædicta religione, sit aliquod monasterium extra dictum regnum in quo est diuersa aeris temperies complexioni monachi accommodata non potest fieri prædictus transitus, & iuxta hæc sunt intelligenda tradita à Quintiliano g Mandosio. Secunda causa erit vrgens parentum necessitas, si in ordine proprio, non sit commoditas, ad subueniendum illis per modum suæ regulæ congruentem. Hæc enim causa sufficiens est, vt religiosus ad laxiorem religionem transeat, dummodo in ea prædictæ necessitati possit succurrere, tertia causa est siquis propter suam simplicitatem non sufficienter intellexit regulam, vel constitutiones tempore professionis, & postea vult latius viuere: licitum est enim in hoc casu cum illo dispensare, prout docet Corduba, h super regulam fratrum Minorum. Voluntas enim & intentio non se obligandi in professione ad tantam vitæ arctitudinem, & perfectiorem quanta in illa religione præcipitur est sufficiens causa ad dispensandum cum illo, vt ad laxiorem ordinem se transferat. Quamuis sic voluere peccatum sit mortale, vt Corduba in eodem loco affirmat.

d Abb. in c. sane de reg. Sil. in sum. verb. relig. 1. lat. 4. n. 3.

e Inno. inc. vlt. de ten. Fran. in di. cum singu. §. vl. co pe. de præben. li. 6. vbi Gemi. D. Th. 2. 2. q. vl. ar. 8. vbi. Caie. Flor. 3. par. ti 56. cap. 4. Silu. vbi su. Mar. q. 998 1. p. Rebuf. in prax. bene. tit. trãs. monach. n. 10.

f Soc. in ca. veniens n. 23. de accu. Menoc. de iudici. arbi. centu. 5. casu 421. n. 26

g Mand. de signa. gra. f. 102. co. 2.

h Cor. ca. 2. q. 16.

Si vero quæras an difficultas, & molestia ad obseruanda præcepta regulæ, sit sufficiens causa ad dispensandum, vt ad aliam laxiorem religionem fiat transitus, respondetur, quod si difficultas sit in re ipsa, vt pote quia inconsulta prudentia non commensurauit professus asperitates religionis cum sua delicata complexione, quando emisit professionem, iusta est causa ad dispensandum. At vero si difficultas illa ortũ habeat à praeuo habitu causa iusta minime debet iudicari, si vero difficultas accidat post professionem ex infirmitate, vel ex quacumque alia

ratione

ratione non est causa iusta ad dispensandũ vt ad aliam laxiorem religionem euolet. Prælati enim religionum possunt dispensare cum prædicto indictis asperitatibus, ita doctissimus Soto, *i* quam opinionem, ego limitarem, vt non procedat in religionibus in quibus dispensati in asperitatibus earum, vt nimis onerosi habentur, & huiusmodi necessitatibus, cum tristitia, & murmuratione, & non cum alacritate à fratribus subueniretur, quorum religio magis videtur in exteriori asperitate, quam in Christiana Charitate radicari, qua propter existimo quod cum religiosis harum religionum potest dispensari, vt ad aliam laxiorem religionem se transferant, etiamsi eorum prælati possint cum illis in earum asperitatibus dispensare, & sic dixit Marcus K Antonius Cucus, quod tenuis, & delicata valitudo volentis transire erit iusta causa ad hanc dispẽsationem concedendam.

i Soto li. 2. de iust. q. 7. art. 3. ad tertium dub.

K Cucus li. 3. maior. instit. ti. de regu. n. 51.

Erit etiam persecutio in eadem religione sufficiens causa ad dispensandum, vt ille qui est persecutus ad aliam laxiorem religionem se transferat, si non dedit causam ad talem persecutionem, imo gratis odio habetur: tunc enim ad Christianam charitatẽ talis causa reduci potest, vt innuit *l* Nauarrus. Dixi, si non dedit causam ad talem persecutionem: nã si dedit causam videtur, quod cum illo non possit dispensari, quia nemo ex suo peccato debet commodum reportare, ita vir quidam doctus censuit dicendum, quod ego moderandum censeo, nisi ipse præfatæ causæ datæ iam egerit pœnitentiam & per signa exteriora contritionis manifestum, & emendatum se ostenderit, nam à hoc non obstante persecutio apud falsos fratres non cessat, ego nó video cur ipsi dispensatio debeat denegari, imo video secundum quod coniecturaliter possumus videre, & affirmare charitatem Christianã diffusam in corde eius per Spiritũ sanctum, qui datus est ei gemitibus inenarrabilibus postulare licentiam, vt dictus religiosus fugiat persecutionem, & occasionem cedendi à præfata charitate, non potest talem persecutionem patienter sustinere.

l Nau. in c. statui. n. 11.

(?.)

ARTICVLVS X.

Virum Summus Pontifex sine causa possit concedere religioso, vt transeat de vna religione ad aliam laxiorem.

REspondeo dicendo videri, quod summus Pontifex libere, & sine causa licẽtiam hanc concedere potest, sicut scribunt *a* Innocentius, & Abbas, & post alios Siluester, & Rebufus, licet enim Papa in his plenitudinem habeat potestatis, vt dicitur *b* in iure, religiones enim, quæ sub certis regulis sunt iuris positiui sunt, cũ nisi à summo Pontifice approbẽtur minime permittantur, vt in superioribus late probatum est, attamen coram Deo, & in foro conscientiæ non potest Papa, sine iusta causa dispẽsare, vt religiosus ad laxiorem religionem se conferat. Pro cuius rei explicatione est notandum, quod nulla dispensatio sine iusta causa etiam à Summo Pontifice concessa est licita in conscientia, quamuis sit circa legem pure humanam à iure diuino minime dependentem, prout asserunt D. Thomas *c* Caiet. Victoria, Soto, & Nauarrus, nam reuera *S*ummus Pontifex, sic dispẽsans peccabit, & similiter, qui eandem dispensationem procurauerunt. Si vero dispẽsatio huiusmodi sit circa legem dependentem à iure diuino (vt est dispensatio in iuramento, & in voto & in pluralitate beneficiorum, & quod laicus Monachis præficiatur in Abbatem & professus transeat ad altiorem religionem) si fiat sine causa non solum peccat Papa dispensando, & peccant ipsam dispensationẽ petentes, sed ipsa quoque dispensatio est irrita & nulla quo ad Deum, ita quod quotiescumque dispensatus illa vtatur peccabit mortaliter, vt docẽt omnes Theologi, & tenent *d* Caietanus, & Soto, etsi dispensatio sit solum in lege pure humana nullo modo dependente à diuina (vt est dispensatio in gradibus prohibitis matrimonij, & in diebus ieiunij) licet peccent dispensantes, & solicitantes sine causa, illa tamen dispensatio non erit nulla, nam factum tenebit, nec vtentes illa dispensatione mortaliter peccabunt, vt tenet doctissimus Soto, *e* & tenet Nauarrus, & Victoria, cum alijs contra Caietanum innuentem vtentes tali dispensatione peccare mor-

a Innoc. & Abbas in c. non est nobis dub. de reg. Sil. ver reli. 4. nu. 2. Rebuf. in praxi. benef. ti. de transl. monac. n. 9

b c. proposuit de cõce. præbendæ.

c D. Tho. 1. 2. q. 97. ar. 4. & 96. ar. 9 ad 3. & ibi Caie. Vict. de potesta. Papæ & conci. n. 7. Soto de inst. li. 1. q. 7. ar. 7 Doctor. in c. cum omnes de consti. Naua. in c. statu. n. 20.

d Caie. 2. 2. q. 96. ar. 5. & q. 97 ar. 4. Sot. li. 1. de iust. q. 7. ar. 3.

e Soto vbi su. Nau. ca. 23. n. 42. Victo. vbi su. n. 19.

mortaliter, peccabunt tamen venialiter licet Panormitanus, & alij Canoniſtæ aſſerãt vtentes tali diſpenſatione nullo modo peccare, ex his infertur, quod peccabunt mortaliter Papa & prælati regulares diſpenſando ſine cauſa, vt religioſi ad aliam laxiorem religionem, ſe transferant, & eorum licentia & diſpenſatio erit nulla, cum diſpenſatio in huiuſmodi ſit circa legem concernentem ius diuinum.

ARTICVLVS XI.

Vtrum licentia prælati ad tranſeundũ ad alium ordinem ex iuſta cauſa nõ facta mentione de laxiori ſufficiat ad tranſeundum ad laxiorem an debeat tantum intelligi de ſtrictiori, vel æquali.

REſpondeo dicẽdo verius videri, quod non, quia priuilegiem debet operari aliquid vltra ius commune iuxta ipſum *a* ius, ſed dato aliquo effectu, quẽ operetur non debet extẽdi ad alium in quo non inuenitur eadem ratio argumento eorum quæ *b* in iure notantur, & tradit Decius poſt alios, & ita cum licentia prædicta operetur effectum tranſeundi ad ſtrictiorẽ, vel parem religionem non videtur extendẽda quo ad tranſitum ad aliam laxiorem per ea, quæ ſcribit Diuus Thomas, & tradit *c* Nauarrus. Verum eſt tamen, quod poterit ex iuſta cauſa generalis prælatus dicti regularis dare licentiam ad tranſeundum ad laxiorem, prout in ſuperioribus dictum eſt.

a c. in his de priui.

b c. cum dilectus de cõſtit. l. quando C. de in offi. teſtam. Decius in c. 1. de reſc. n. 11.

c D. Tho. 2. 2. q. 189. ar. 8. Nau. in c. ſtatui. n. 10.

ARTICVLVS XII.

Vtrum regularis ordinum mendicantium, qui habet licentiam ad tranſeundum in aliam religionem etiã non mendicantem, ſiue arctiorem ſiue laxiorem poſſit ſe transferre in aliquem ordinem militarem.

REſpondeo dicẽdo videri, quod ſic quia ordo militaris à ſede Apoſtolica eſt approbatus, vt vera & propria religio, vt nos latius probauimus in primo tomo, *a* & reſoluit Nauarr. & ſic iſte tenebitur, perpetuo in clauſtro manere, niſi quoties & quo tempore de iuſta licentia ſuperioris ab eſſe, ab illo loco licebit ex his, quæ argumẽto ſacrorũ Canonum idemmet *b* Nauarrus concludit, verum eſt tamen, quod congregatio ſacra ſuper negotijs regularium diffiniuit virtute præfatæ licentiæ non licere clauſtralibus tranſire ad ordines militares & hoſpitalarię, prout refertur in additione, ad quoddam cuiuſdam *c* Nauarri Conſilium.

a Primo to. q. 1. ar. 6. Naua. in 2. quoniam quidquid 16. q. 2 & de reditu Eccl. q. 2. n. 55. & q. 2. monit. 27. 28.

b Nau. in c. ſtatu. nu. 12. & n. 38.

c Naua. li. 3. conſi. tit. de reg. cõſi. 58.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum licentiatus à Papa, vt poſſit tranſire ad certum ordinem poſſit ad alium magis ſtrictum tranſire.

REſpondeo dicendo, quod non, ex his quæ tradit Nau. *a* dicens quod quando Papa alicui delegat, vt det facultatem alicui religioſo ad tranſeundum ad alium certum ordinem non poteſt quidquã facere authoritate ſuæ ſanctitatis, niſi quo ad illum ordinem cum delegatio Papæ ſit ſtricti iuris, vt dicitur in iure: *b* eadem igitur ratione cum facultas ſupradicta tranſeũdi ad certum ordinem, ſit ſtricti iuris non poterit prædictus licentiatus virtute eius ad aliam ſe transferre religionem, etiamſi ſit magis perfecta & ſtrictior illa, ad quam tranſitus erat conceſſus: poterit tamen virtute alterius facultatis, ſi quę dictæ religionis priuilegio, aut iure communi conceſſa eſt, & ita in facti contingentia conſului.

a Naua. li. 3. conſi. tit. de regu. conſi. 63. n. 9.

b c. 8. & 9. de offi. deleg.

ARTICVLVS. XIIII.

Vtrum religioſus fugitiuus ad parem religionem, ſine diſpenſatione prolibito poſſit tranſire non inuento aliquo ſui ordinis monaſterio.

REſpondeo dicendo, quod ipſe ſua voluntate, non poteſt ſe transferre, quia inconſtãtis hominis eſt nõ cõſiſtere in loco & de eo illud poetæ poſſet dici: *Romæ Tibur amo ventoſus, Tibure Romam,* & huc pertinet illud Varronis, *Nũquã perueniet, qui quod videt ſectatur calles,* accedit & illud *a* Senecæ primũ argu-

a Epiſt. 2.

argumentum, compoſitæ mentis exiſtimatur, poſſe conſiſtere & ſecum morari, nam vt idem ſubiungit, non coaleſcit, *planta quæ ſæpe transfertur.* Quocirca etiamſi monachus velit tranſire ad æqualem religionem à prælato ſuo iuxta ſuperius dicta licentia petenda erit, vt poſt alios tenent Gregorius Lopez, *b* & Rebufus, in nullo tamen caſu ipſe ad æqualem religionem poteſt transferri, quando ſcilicet apoſtata vagans per mundum pœnitentia ductus velit redire, ad ſuum ordinem non tamen reperit in illa terra longinqua monaſterium ſui ordinis, neque ſtrictioris regulæ, poteſt enim in hoc caſu ingredi non ſolum æqualem, ſed etiam laxiorem religionem, & ſi ibi nullum inueniat monaſterium cuiuſcumque ordinis viuere poteſt, cum ſæcularibus bene degendo, & propoſſe ſuam regulam ſeruando. Quod probatur nam hæc eſt cauſa conuertendi Eccleſiam regularem in ſæcularem, quando ſcilicet regulares ibi poni non poſſunt, ita Gregorius Lopez, *c* quod neceſſario debet intelligi quando dictus monachus ad partes vbi ſunt monaſteria ſui ordinis, aut alia ſtrictioris obſeruantiæ non poteſt ſe conferre.

b Greg. in l. 9. 7. par. 1. verb. mas fuertes religiones in fine Rebufus in praxi. benef. tit. de transl. monach. 7.

c Greg. in l. 10. ti. 5. par. 1.

ARTICVLVS XV.

Vtrum prælati religionum mendicantium poſsint diſpenſare, cum ſuis ſubditis vt tranſeant ad ordines monaſticos.

RESpondeo dicendo, quod prælati mendicantium non poſſunt diſpenſare, cum ſuis ſubditis profeſsis in foro interiori, nec exteriori, vt ad alios quoſcumque ordinis monaſtico spoſsint tranſire & eſt excommunicatio ipſo facto non ſolum contra tranſeuntes & recipientes, ſed etiã cõtra diſpenſantes: ita expreſſe determinat Martinus Quintus in quadam extrauaganti, & ratio eſt quia voluit Summus Pontifex conſeruationem ordinum mendicantium, vt patet ex tenore eiuſdem *b* extrauagantis, & ideo, ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ licentia non poteſt talis tranſitus fieri nec etiam poteſt vllo modo fieri tranſitus ad Clericatum, vt *c* ex eadem extrauagante, & ex quadam Clementina conſtat.

a Extra. ambitioſi de religioſis domibus inter communes
b §. ac volẽtes.
c §. decernentes Clemen. 1. de gula.

Circa quam extrauagantem notandum eſt, primo quod præcipitur obſeruari in regula *d* Cancellariæ.

d Regu. cãcell. 23. de mẽd. tranſeun. ad aliã religionem e Mand. in dic. reg. 23.

Notandum eſt ſecundo, quod ſolum loquitur de religioſis profeſsis in ordinibus mendicantibus non autem de nouitijs eorundem ordinum, ita reſoluit e Quintilianus Mandoſius. Pro quo eſt aduertendum, quod nemo poſt emiſſa vota ſecundum ſocietatis conſtitutiones, ſiue profeſſus, ſiue ſcholaris, ſiue coadiutor ſit, ad alium ordinem præterquam Carthuſienſium, niſi de expreſſa licentia præpoſiti generalis, aut ſedis Apoſtolicę tranſire poteſt prout ſocietatis conceſsit Paulus Tertius, & latius confirmatur à Pio Quarto & à Pio quinto in literis ab eo editis propoſita pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, Romano Pontifice, vel ſuperioris ſocietati reſeruatæ tam in religioſos, qui præfatos recipiunt, quam in ipſos receptos recedentes etiam prætextu cuiuſcumque indulti conceſsi, aut concedendi etiam quæſito colore obſrugem melioris vitæ, aut ſtrictioris obſeruantiæ, quodque ſecus facta non teneãt: ſtatuitur etiam in eiſdem literis, quod tranſeuntes ad Carthuſienſes, intra tres menſes ad alium vero ordinem intra tempus eis à ſuperiore ſuo præfigendum dictos ordines actualiter ingredi tenentur, & ſi in illis per manere nolint, aut non poſsint abſque vlla mora ad ſocietatem regredi teneantur ſub præfatæ excommunicationis pœna, quam tam ipſi, quam illi recipientes, vel eis auxilium, vel fauorẽ præſtantes etiã incurrant, ita refert Claudius in cõpendio Societatis *f* ex quo priuilegio colligitur quod non ſolum profeſsis in Societate, ſed etiã nouitijs poſt emiſsionem trium votorũ ſimplicium prohibetur talis tranſitus ad alias religiones præterquam ad religionẽ Carthuſienſem, & ſic refutatur opinio Horatij g Mandoſij. Qui attento priuilegio Pauli IIII. conceſſo Societati in quãtum concedit ipſi priuilegia mendicantium etiã ſuper religioſis non recipiendis in alijs religionibus affirmauit prædictũ priuilegiũ ſolis profeſsis competere, cũ ſocietati cõcedatur, & ſolũ profeſsi ſint de corpore ſocietatis non autem ſcholares, qui cũ ſint nouitij ſub nomine ſocietatis minime comprehenduntur: exploditur inquã hæc opinio per priuilegiũ ſuperius allegatũ, in quo de ſcholaribus fit mentio ſpecialis, & expreſſa.

f Compen. ſocieta. tit. Apoſt. §. 9.

g Mand. de priui. adinſtar glo. 13.

Tertio eſt notandum, quod appellatione ordinum mendicantium, veniunt ordo prædicatorum ordo minorum, ordo Eremitarum D. Auguſtini, & ordo Carmelitarũ, & alij qui ex diplomate Apoſtolico inter mẽdicantes ſunt numerati, de quibus in primo tomo *b* fecimus mentionem, & tradit Quintilianus Mandoſius, & aduertendum quod olim mendicantes poſtea vero habilitati, ſeu diſpenſati, ſeu priuilegiati, vt poſsint habere proprium comprehenduntur in dicta extrauaganti: nam in pendentibus a duobus ſublato vno remanet alterum, vt dicitur in Iure *i* licet ergo ſint habilitati fratres illi ad proprium habendum non tamen ſunt liberati ab alijs iuribus loquentibus de mendicantibus, item ſicut illi qui de facto mendicant ſi nõ ſunt tales ex fundatione ſuæ regulæ, vel de iure non poſſunt dici mendicãtes, ita è conuerſo qui de facto, vel priuilegio Apoſtolico ſunt mendicantes licet non mendicent mendicantes omnino erunt & ſub diſpoſitione de mendicantibus loquente comprehendentur. Ita concludit Lapus quem ſequitur Rebufus.

Nec obſtat, quod ipſis religioſis non cõpetat definitio mendicantium cum habeãt proprium & actu non mendicent, & ſic ipſis non debeat competere definitio, nec conſequenter ipſum definitum, nam reſpõderetur, primo non eſſe mirum, quod definitiones per Canones factæ non habeant ſua requiſita cum etiam videamus conſultorum definitiones ſubuerti poſſe iuxta quandam *l* legem, ſecundo reſpondetur definitionẽ eſſe ex omni parte perfectã, nam Papa per dictam diſpenſationem, non facit quin dicti fratres in potentia ſint mendicantes, & ſecundum eorum naturam primæuam mendicantes remaneant, cum mendicari poſſint prohiberi, ita Mandoſius. *m*

h 1. tom. q. Mand. in d. regul. 23. q. 13. n. 4.

L. prius in 2. reſponſo ff. de aqua plu. arce. l. ſi domus tua ff. de ſeruti. vrba præd.

k Lapus alegat. 4. aprinciſque adverbo. ſigni. 2. dub. Rebu. ſuper conc. ſub rubric. de Regi. ad prælat. nomina. faciẽ. in verb. mẽdicau. p. 168 l L. omnis ff. de regu. urts.

m Mando. vbi ſu. q. 3.

ARTICVLVS. XVI.

An ſi reformetur ordo religionis mẽdicantis in ſtrictiorem vitam poſſint profeſſi illius ad alios ordines tranſire, vel an alio remedio ſubleuentur, vel potius iugum inſolitum ferre teneantur.

REſpondeo dicendo, circa articulum tituli quæſtionis varia eſſe placita, primum eſt, quod profeſſi dicti ordinis poſſunt tranſire ad alium ordinem parem, vel ſimilem, quia cum à principio cogi non poſsint religionem intrare profeſſionemque emittere, & ſic ad totum votum iuxta *a* ſacros Canones, ita nec ad voti augmentum argumento eorum, quæ *b* in iure notantur, & *c* in terminis tenet Hoſtienſ. & ante eũ quædã Gloſſa, cum actus agentium non debeant operari vltra eorum intentionem & profeſſionem emittentium in dicto ordine intentio fuit ſeruare regulam ſecundum morem, qui vigebat in dicta religione.

Secunda opinio eſt contraria, quæ colligitur ex eodem *d* Hoſtienſi, quod ſcilicet teneantur, in ea religione perſeuerare, melior enim ſit tunc conditio eorum. Argumẽto aliquarum *e* decretalium, imo debent gratias agere reformatori ſuæ religionis.

Tertia opinio eſt *f* Oldradi, qui concludit quod ſicut datur, annus probationis intranti religionem approbando auſteritates ordinis, ita ſupradictis debet dari annus ad præfatas nouas aſperitates probandas, & hanc opinionem videtur comprobare *g* Ancharanus, *h* Rebufus alia pro greditur via cuius opinionem nolo referre, cum hanc litem his temporibus ſummi Pontifices deciderint obligando cõuentuales Hiſpaniarum ad vitam per ipſos non promiſſam, prout fecit Paulus Quartus, & moniales obligando ad clauſuram, quam non pomiſerunt, prout fecit Pius Quintus, cuius conſtitutionem Gregorius Decimus tertius confirmauit, nec mirum, nam Papa circa regulares, multum poteſt in cibis & veſtibus modo manendi & ſimilibus, prout aiũt Ioãnes Andreas, quem ſequitur Geminianus, Philippus Francus, & Rebufus præſertim ſi dictæ auſteritates & rigores ad ea, quæ promiſerunt ſeruanda maxime conducunt. Cum obedientia regularium non ſolum conſiſtat in his, quæ directe in regula eorum præcipiuntur, ſed etiam in his quæ indirecte ad ipſam reducuntur, prout late K in primo tomo diximus, de clauſura monialium verba facientes,

de his autem conuentualibus multa ſcitu digna tradit Nauarrus.

a c. preſ. cleri. 20. q. 2 c. 2. cum glo fin. de reg b L. quæ de toto ff. de rei vend. Hoſtien. in ſem. de voto §. vtrum nu. 16. ver. quod ſi aliquis ſcho. glo. in c. integri tã 32. q. 1. in verſi. voti.

d Hoſt. vbi ſup.

e ca. exp in fi. &c. dudũ de conu. cõjug.

f Oldr. conſ. 96.

g Ancha. in ca. vnico de ſta. regul. li. 6. poſt. n. 2.

h Rebu. ſu. con. cond. rub. de reg. ad præ. no. §. 1. verſ. reformatis.

i Andr. ind. cap. vni. vbi Gemi. poſt nu. 10. Frãc. n 5. Rebuf. vbi ſu.

K 2 tom. q. 43. ar. 1.

l Nau. c. ſtatuimus nu. 17. cum ſeq.

ARTI-

ARTICVLVS XVII

Vtrum fratres mendicantes poſsint recipi in religione ſanctæ Mariæ de Mercede.

REſpondeo dicendo, quod patres iſtius ſacræ religionis aliquando recipiebãt fratres ordinum Mendicantium, ſicut ego ſciui ab ipſis acceptum religioſum quẽdam minoritam diſcalciatum, quem etiam ſciui ſtatim receptum quadam morte ſatis amara & doloribus in humaniſsimis plena à vita deceſsiſſe, qui patres adhoc priuilegiũ ſedis Apoſtolicæ habere allegabãt propter votũ redemptionis Captiuorum maxima charitate plenum, quod in profeſsione emittunt: ſed cum omnis inter perſonas regulares ſit lis abſcindenda S. D. N. Clemẽs VIII bulla quadã hanc litẽ diremit in hũc modũ.

Clemens Papa Octauus. Ad perpetuãm rei memoriam, nuper ad nos perlatum eſt, religioſos ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, prætextu cuiuſdam indulti Apoſtolici ordini antiquitus conceſsi profeſſores ordinum fratrum Minorum, de obſeruantia nuncupatorum, & alios regulæ ſtrictioris in eorum ſodalitatem, ſeu domos, aut conuẽtus recipere, quare cum id ſæpius meritas pœnas eludendi cauſa, & ex hoc multa ſcandala in populo generentur, & alia multa incommoda naſcantur, nos huiuſmodi ſcandalis obuiare, & quieti religioſorum proſpicere cupientes tenoremque dicti indulci, perinde, ac ſi de verbo ad verbum inſereretur, præſentibus pro expreſsis habentes de venerabilium fratrum noſtrorum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Sacri Tridẽtini Concilij interpretum ſententia, ne quis prælatorum, aut ſuperiorum, aut fratrum cõuentuũ, ſeu domorum dicti ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, tam in regnis Hiſpaniarum, quam alibi conſiſtentiũ, quauis illi dignitate, preeminentia prærogatiua, vel munere fungantur, quemquam ordinis fratrum Minorum de obſeruantia, aut alicuius ſtrictioris regulæ, quam ſit regula dictorũ religioſorum Beatæ Mariæ de Mercede, prætextu cuiuſuis indulti, ſeu priuilegij Apoſtolici recipere audeat, vel præſumat, etiamſi habeat priuilegiũ, id faciẽdi cauſa, quarti voti quod ipſi profeſſores ordinis B. Mariæ de Mercede huiuſmodi faciunt Apoſtolica auctoritate tenore eſſe iudicandũ alia ratione, quã reſpectu quarti voti decernẽtes, ex nũc irritũ & inane ſi ſecus ſuper his à quoquãquauis auctoritate ſciẽter, vel ignorãter contigerit attentari, non obſtantibus priuilegijs, ſeu indulto huiuſmodi, quod harum ſerie proprio motu reuocamus, & abolemus, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate aliaroboratis ſtatutis, & conſuetudinibus priuilegijs, quoque indultis, in literis Apoſtolicis, quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliter in contrarium quomodolibet conceſsis approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis etiamſi de illis illorũq; tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſsa nõ autẽ per clauſulas generales idem importantes mẽtio ſeu quæuis alia expreſsio habenda foret, illorum tenores præ-

ſentibus pro expreſsis habẽtes illis alias in ſuo rigore permanſuris, hac vice dũ taxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autẽ quod præſentiũ tranſumptis etiam impreſsis manu alicuius notarij publice ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, indignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadẽ prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi fuerint, exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris die 24. Decembris.

ARTICVLVS. XVIII.

Vtrum prælati regulares poſsint dare licentiam ſuis ſubditis, vt ad Carthuſienſes ſe transferant.

RESpondeo dicendo, quod prælati ſuperiores omnium religionum, etiam mendicantium poſſunt licentiam dare ſuis ſubditis, vt libere valeant tranſire ad ordinem Carthuſienſium, etiam ex zelo ſtrictioris vitæ quamuis nulla exiſtat alia cauſa, & ſi ipſi prælati noluerint licentiam præſtare poſſunt ſubditi petita licentia licet non obtenta ad prædictum ordinẽ Carthuſiẽſiũ impune cõuolare. Hęc eſt expreſſa determinatio *a* Martini V. & Innocentij III.

a Extra viã amb. c licet de regul.

At Diuo Bonauent. *b* & quatuor magiſtris attribuitur, quod ipſi ſenſerint hanc licentiam conceſſam à Martino Quinto fratribus mendicantibus, vt poſsint tranſire ad Carthuſiam reſpectu fratrum Minorum debere intelligi, quo ad forum exterius, non vero quoad forum conſcientiæ, tenent enim quod in foro conſcientiæ, non licet fratri Minori ex ſolo zelo ſtrictioris vitæ ad alium ordinem tranſire, primo quia religio fratrum Minorum eſt perfectior omnibus, qui intendit protectum animarum orando & prædicando, cum rigida paupertatis obſeruantia: & confirmatur, nam ordo minorũ ſtrictior eſt ipſo ordine Carthuſiẽſi, vt tenet quædam Gloſſa, *c* quam ſequitur Panormitanus, & quamuis Diuus Bonauentura, dicat eſſe alios ordines, ſecundum quid ſtrictiores ratione abſtinentiæ, tamen ſimpliciter, & abſolute ordo minorum eſt omnium ſtrictiſsimus ratione rigidiſsimæ paupertatis. Probat etiam ſuum intẽtũ ex regula fratrum Minorum, approbata ab Honorio Papa, & iure e communi confirmata, quæ *f* regula ait, nullo modo licebit eis ab iſta religione exire, iuxta mandatum Domini Papæ, quia nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro aptus eſt Regno Dei. Vnde concludunt, quod qui ad Carthuſienſem ordinẽ trãſiret retro aſpiceret, & retrocederet, quod nimirũ ſine cauſa non licet, niſi ſpecialis licentia â ſede Apoſtolica ſit conceſſa, quod ego confirmo ſequenti ratione: non cenſetur enim Papa derogare ijs, quæ alicuius religionis ſunt particularia, cũ enim hæc ſint quid facti ea ignorare præſumitur, prout dicitur in Iure. *g*

b Bona. ſup. reg. frat. mi no. c. 2. q 13

c Gloſſ. mar gina. in ca. nõ eſt de regul. vbi Panor.

e c. vnico § ſane de reli domi. li. 6. fc. 2.

g c. 2. de cõſti. li. 6.

Sed ego in hac ſum opinione, vt credam Martinũ V. in ſua extrauaganti ordinẽ Carthuſienſem abſolutè excepiſſe, ita vt exiſtimẽ mẽdicantes omnes tranſeuntes â ſuis religionibus ad Carthuſiã non ſolum in foro exteriori, à pœna eſſe liberos, ſed etiã in foro cõſcientiæ, â culpa eſſe immunes, & per conſequẽs fratres Minores tuta conſciẽtia, ad Carthuſiã poſſe tranſire. Martinus enim V. de omnibus mẽdicantibus verba fecit, Vnde cũ generaliter loquatur generaliter etiam debet intelligi, neque mihi vnquam potuit placere Gloſſa ſupra appoſita, quod ſcilicet extrauagans Martini V. ſolũ in foro exteriori indulſerit mendicãtibus, vt ad Carthuſiã poſsint euolare, non tamen in foro conſcientiæ ipſis omnibus dictam licentiã conceſſerit, nam ſi minores verbi gratia in foro conſcientiæ tali licentia minime, ſine peccato poſſunt vti, quomodo credendũ eſt de ſanctitate *D*omini Papæ licẽtiã ipſis in foro exteriori cõceſsiſſe, vt ex ea ad peccãdũ in foro interiori occaſionẽ arriperẽt?

Nec inuenio apud D. Bonauenturam prędictam Gloſſam: ſolum enim ipſe doctor Sãctus aſſerit virtute regulæ, ſine ſpeciali authoritate Apoſtolica fratres minores nõ poſſe ad alias religiones conuolare, quæ verba nõ ita generaliter protuliſſet, ſi extrauagantem dictam vidiſſet, quam non potuit videre, D. enim Bonauentura vixit, & floruit tẽpore Innocentij IIII. Qui Pontifex vixit anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo primo, & tempore Alexandri Quarti. Quo Pontifice fuit electus generalis noſtræ ſacræ religionis, qui Pontifex

fuit

fuit coronatus, anno Domini 1254. & Martinus V. fuit electus, & coronatus, anno Domini 1417. in quo anno fuit ſupradicta extra uagans edita. Nec obſtant argumenta pro contraria parte adducta: nam licet Doctoribus aliquibus ſtrictior ordo minorum, imo & Prædicatorum videatur, quod tamen reſpectu ordinis Minimorum reijcit *h* Nauarrus, religionem tamen Carthuſienſium, voluit Martinus Quintus, propter eius maximā in abſtinentia à carnibus, & in ſolitudine, & ſilentio obſeruantiam, hoc priuilegio condecorare, Eccleſia enim, quæ iudicat de exterioribus obſeruantijs, iudicat Carthuſienſem eſſe arctiorem, cum ſit ſtrictior in prædictis, licet in alijs ſit laxior, & per conſequens ad illam licitum eſſe tranſitum, prout annotarunt Angelus, *i* & Florentinus quamuis Sylueſter oppoſitum dicat, ſed nō ſatis bene, prout aduertit K Corduba ſuper regulam fratrum *M*inorum.

h Nau. li. 3. conſ. de regul. conſi. 10. in 1. impre.

i Angel. ti. relig. §. 34. Floren. 3. p. tit. 16. c. 1. §. 2. Sil. tit. relig. 4. q. 6.

k Cord. ſup. reg. c. 2. q. 17

Nec obſtat, quod adducitur, ex regula Beati Patris noſtri Franciſci, ad cuius derogationem ſpecialis ipſius mentio fieri debuit, & non ſufficit generalis reuocatio: nā vt conſtat ex prædicta extrauagante ſatis ſpecialis fuit ibi facta, non obſtantia ad prædicti præcepti fratrum Minorum diſpenſationem, vt patet ex eius verbis ibi. *Licentijs & indultis, necnon conſtitutionibus Apoſtolicis, & mendicantiū ordinum Prædictorum, etiam ſi de his ſpecialis, & expreſſa mentio, & de verbo ad verbum in noſtris literis habenda foret, & alijs contrarijs quibuſcumque, &c.* Per quæ verba ibi, *etiam ſi de his ſpecialis*, ſatis videtur à Martino V. in dicto præcepto diſpenſatum.

ARTICVLVS XIX.

Vtrum ſit licitus tranſitus à Carthuſienſi ad minores.

REſpōdeo dicendo, quod cōſtitutio eſt expreſſa Martini Quinti, de qua in ſuperiori articulo egimus, quæ probat minoritas, & alios omnes religioſos mendicantes poſſe tranſire ad Carthuſianos, quod autem Carthuſianus poſsit tranſire ad minores, vel alios mendicantes, ait *a* Nauarrus, ſe non meminiſſe legere textum, qui hoc in ſpecie declaret, quamuis Sylueſter *b* referat fuiſſe determinatum Pariſijs poſſe Carthuſianum tranſire ad Prædicatores regulam ſuam ad vnguem ſeruantes, concludit tamen idem Nauarrus, quod ſi bonus zelus, & aliqua bona cauſa melius ſeruiendi Deo interuenerit, & ſine ſcandalo, & infamia prioris religionis poſſet tranſire ad poſteriorem, & non timeretur his, ſuper huius modi tranſitu inter præfatas religiones, poſſet licite quoad forum conſcientiæ talis trā ſitus fieri, quod ego intelligo eſſe verū propter præſumptam licētiā prælati ipſius Carthuſiani, quæ ſignificatur per verba Nauarri ſupra appoſita, nam ſi inuito prælato talis tranſitio fieret, ſcandalū prioris religionis adeſſet, & his inter præfatas religiones timeretur. Quod confirmatur, nā iure cōmuni religioſus, ſua tantum voluntate non poteſt tranſire ad aliam religionem, etiam ſtrictiorem, ſed eſt neceſſarium, quod à ſuo prælato ſuperiori licentia petatur, licet non obtineatur, vt poſt alios tradit *d* Rebufus, qui poſt Soccinum, & alios tradit, quod monachus iſte, qui vult tranſire ad aliam religionem, debet eam prius inuenire, antequam licentiam petat. Vnde ſi non vult, aut neſcit velit ne recipi in alia religione, non poteſt licentiam petere ad illam, prius enim de voluntate alterius conſtare debet.

a Nauar. 13. conſi. tit. de reg. cōſi. 68 in 1. impre. b Sil. verb. relig. 4. q. 6

cc. licet. de reg. gloſ. in c. cum ſing. verb. cano. de præb. li. 6.

d Rebuf. in prax. bene. tit. tranſlat. mona. n. 5. & n. 14.

ARTICVLVS XX.

Vtrū monachus Caſinēſis nō petita licentia à ſuis ſuperioribus poſsit tuta conſcientia tranſire ad Cartuſianos.

REſpondeo dicendo, quod prout refert Nauarrus, *a* *Eugenius Quartus conceſsit præfato ordini prohibendo fratribus eiuſdem, ne abſtrahantur à ſua religione, nec ſponte venientes recipiantur, etiam occaſione arctioris vitæ ordinis, & religionis, abſque conſenſu capituli generalis, ſeu præſiden-*

a Nau. li. 3. conſi. ti. de reg. cōſ. 99. in 2. impr.

tis, ſeu maioris partis viſitatorum dictæ congregationis, etiam authoritate Apoſtolicarum literarum, in quibus de huiuſmodi perſona, ac religione mētio facta non fuerit ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, qui facta eis notitia de huiuſmodi priuilegio monachum dictæ congregationis intra triduum non relaxauerint, vel à ſe abiecerint. Quod priuilegium, ait Nauarrus nō reuocari per Concilium Tridentinum, ſed limitari per quandam *b* Innocentij Tertij decretalem, per quam ſtatuitur, quod non obſtante tali priuilegio, & huiuſmodi alijs poſsit regularis tranſire ad arctiorem regulam petita licentia, licet non obtenta.

b c. licet. de regu.

Sed attenta alia eiuſdem *Eugenij IIII conceſsione facta congregationi Sancti Benedicti Hiſpaniæ, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto, quæ á Celeſtino Quinto ſuæ congregationi fuit etiam facta, dicendum eſt non ſufficere petere licentiam, ſed neceſſarium eſſe, vt obtineatur, illi enim Summi Pontifices, pro maiori, & ampliori harum congregationum quiete, ac ſoliditate prohibuerunt, cuique ex monachis conuerſis, & perſonis religioſis monaſteriorū earundem, ne ſub excommunicationis ipſo facto incurrendæ pœna ſine generalis reformatoris, vel etiam Abbatis, & conuentus, cuius tunc religioſus fuerit petita, & etiam obtentat licentia á Monaſterio exire poſsit, etiā ſi ad quemcumque alium ordinem, vel locum, ſeu quodcumque aliud monaſterium eius, vel alterius cuiuſcumque ordinis tranſire, velit, quam tandem excommunicationem, incurrere voluit Abbates, priores religioſos, & ſuperiores, dictum tranſeuntem recipientes, ſi poſtquam per dictos congregationis monachos, requiſiti intra triduum ad proprium monaſterium, à quo exierat ſine difficultate non remiſerint cum effectu, a qua tam recipientes, quam tranſeuntes, niſi ad ſuum monaſterium redierint, præter quam in mortis articulo abſolui nequeant.* Ita refertur in compendio *c* ordinis Ciſtercienſis, per quod priuilegium Collector in dicto compendio ait, itaque ad nullum alium, etiam Carthuſienſium ordinem, niſi petita, & obtenta licentia ſupra dicta noſtris monachis tranſire licet, quod ipſis Pius Secundus etiam conceſsit, dicens, quod virtute literarum Apoſtolicarum, niſi in eiſdem de monaſterio, & ordine, & dicta conceſsione ſpecialis & expreſſa mentio habeatur, cum decreto irritante, quidquid ſecus fuerit attentatum, minimé poſsit fieri aliqua monachi translatio, quinimo ait quod concordia inter Ciſtercienſes, & Carthuſienſes facta eſt, quod nullus monachus ordinū ſuorum, de vno ad aliū ſine licē tia tranſire poſsit, & in quodā libro *d* priuilegiorum Sancti Benedicti congregationis, impreſſo Romæ in Typographia Titi & Pauli, de Dianis, anno Domini milleſimo quingēteſimo octuageſimo nono, habetur quædam illuſtriſsimorum Cardinalium declararatio, quæ ita ſe habet, *Illuſtriſsimi Cardinales definierunt, quod tranſitus ad parem, vel ad arctiorem religionē non fiat, niſi cauſa cognita tranſeuntis, & vitæ ac morum ratione idque ex approbatione capituli generalis.*

c Compen. Ciſt. ti. fug. §. 1. & 2.

d lib. fo. 145

Ex quibus infertur monachos Caſinienſes, non poſſe tuta conſcientia tranſire ad Carthuſianos, niſi licentiam à ſuis prælatis iuxta præfata priuilegia prius obtineant.

ARTI-

ARTICVLVS XXI.

Vtrum in extrauaganti Martini Quinti prohibeatur tranſitus ab vno ordine mẽdicantium ad alium mendicantium.

REſpõdeo dicẽdo, quod non, vt aperte conſtat ex ea quatenus prohibet ſolũ tranſitum ab ordinibus mendicãtibus, ad ordines monaſticos non mendicantes, atque ideo iuſta exigente cauſa prælati ſuperiores mendicantium poſſunt diſpenſare cũ ſuis ſubditis, vt ad alium ordinẽ mendicantium ſe transferãt, ratio eſt, quia nullibi legitur prohibitio arcens prælatos, vt non poſsint diſpenſare in hoc caſu, niſi quando quis religioſus deordine Minorum de obſeruantia vellet tranſire ad ordinem minimorum ſancti Franciſci de Paula, nam in tali tranſitu ſolus Papa poteſt licentiam præſtare, vt cauit Iulius Secundus, & habetur in ordinis ſuppleméto, & aduertit Capucinus, *b* quod Pius Quintus anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, prohibuit ſub indignationis ſuæ pœna, vt nullus ex fratribus Capuccinis ad ordinem Sancti Franciſci de Paula, nec conuerſo, vllo vnquam tempore ex quacumque etiam iuſtiſsima cauſa, etiam de licentia ſuorum ſuperiorum ſe transferre poſsit, quę bulla ait idem author, quod apud eoſdem Capuccinos, eſt authentica, & à Gregorio Tertio decimo, approbata, & ponitur à Paraſello, *c* & ait inſuper, quod anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, vigeſima ſeptima die Maij, á ſacra regularium congregatione authoritate conceſſa à Gregorio Quarto decimo, fuit decretum poſt præfatam Pij Quinti conſtitutionem, vt tranſeuntes, & illos recipientes incurrant pœnam priuationis officiorum, & vocis actiuæ, & paſsiuæ in perpetuum ipſo facto, quæ declaratio, ait Capucinus, quod apud eoſdem Capuccinos eſt authentica, denique exceptis his prælatis ordinum mendicantium poſſunt iuſta cauſa licentiare ſuos fratres, vt ad alios ordines mendicantes ſe transferre valeant, & ratio eſt, quia omnia poſſunt prælati ſuperiores, in quibus non ſunt prohibiti, & hoc illis iure communi non prohibetur, imo etiam poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis, vt ad laxiorem religionem tranſeant, vt ita poſt Hoſtienſem, & alios defendit *d* Nauarrus.

Nec obſtat decretum *e* Concilij Tridentini, in quo dicitur, quod nullus regularis cuiuſcumque facultatis vigore transfera tur ad laxiorem religionem, non enim tollit Concilium tranſitum vnius religionis ad aliam laxiorem factũ, præmiſſa cauſæ cognitione ab aliquibus prælatis, prout explicat *f* Nauarrus, vnde ſine cauſæ cognitione id efficere minime poſſunt dicti prælati, etiam generalis, prout tenet *g* Nauarrus. Dixi iure communi: nam ſecundum priuilegia forſaſſe aliud eſſet dicendum, pro vt infra articulo ſequenti dicetur.

a Sup. fo. 12 conclu. 48.

b Capuc. in addit. ad cõpen. ti. recipere.

c Paraſel. in collect. priuile. fo. 116.

d Nau. in manu. c. 4.

e Seſ. 25. de reg. c. 19.

f Nau. lib. 3. Conſ. ti. de reg. cõſi. 56

g Naua. vbi ſu. li. 3. conſi. ti. de reg. conſi. 63.

ARTICVLVS XXII.

An Capuccini diſcalciati ordinis Minorum poſsint recipere fratres eiuſdem ordinis de obſeruantia.

REſpondeo dicendo, quod per conſtitutionem Pauli Tertij, datam anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo, fuit fratribus Capuccinis prohibitum recipere fratres Minores de obſeruantia, ſine licentia in ſcriptis eorum Prouincialium miniſtrorum, & licet poſt talem prohibitionem conceſſerit dictus Pontifex, vt poſsint eos Capuccini recipere per aliam tamen conſtitutionem eiuſdem ſummi Pontificis, datam anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo, fuit talis licentia reuocata, confirmando prædictam primam prohibitionem, ſub pœna excommunicationis, & inhabilitationis, ad quæuis officia, & legitimos actus. Et Iulius Tertius in conſtitutione ſua, data anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo, innouando primam dictam Pauli Tertij prohibitionem declarauit, talem receptionem, ſeu profeſsionem ſine dicta licentia miniſtrorum, in ſcriptis eſſe nullam & Capuccinos recipientes ſupra dictas cẽſuras incurrere, & idipſum poſtea confirmauit Sixtus Quintus, anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, quę omnes Bullæ adminiſtrorum de obſeruantia inſtantiam fuerunt impetratæ, in quibus tamen Bullis aduertit *a* Capuccinus, quod

a Capuc. ad cõpen. mendic. ver. recipere.

quod excõmunicationis latæ sententiæ absolutio reseruata non reperitur, possunt tamen Capuccini ipsos discalciatos, seu reformatos fratrum Minorum Hispaniarum, volentes transire eos recipere, dummodo licentiam in scriptis ab eorum ministris prouincialibus obtineant. Et per dictam Sixti V. constitutionem, non sufficit licentia custodis, prout Gregorius Decimus tertius ordinauerat, quibusdam discalciatis posse recipere fratres de obseruantia concesit Gregorius decimustertius, anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo octauo. Aduertẽdum autem, vt multa omittã, quod vnico verbo (vt ita dicam) plurima circa hanc materiam comprehendere volo dicendo, quod quamuis de qualibet religione posset quis quantum est ex iure diuino & humano communi transire ad aliam religionem strictiorem, & in ea recipi, tamen quia per Apostolica indulta aliter rationabiliter ordinatur, & prohibetur, scilicet, propter pacem inter religiosos, vel propter cauendam iniuriam, vel confusionem vitandam, ideo non licet etiam in foro Dei, nisi secundum talia indulta exire, vel recipere, & quia circa hoc sunt multa priuilegia, quoad omnes ordines mendicantes, ne inuicem recipiant transeuntes sub grauibus censuris ideo illis in hoc standum est, & secundũ eorum formam, & secundum talia priuilegia (quæ salua debent manere) debent intelligi & moderari omnia, quæ à Sũmistis circa hoc tractantur præsertim à Siluestro, *b* & à nobis in superioribus latè dicta sunt, & secundum dicta priuilegia debet iudicari, quis prælatus debeat & possit licentiam talis transitus concedere: nam vt constat ex priuilegijs, allegatis in articulo 20. huius quæstionis Abbates conuentuales, cum suis conuentibus possunt in eorum cõuentibus habitantibus prædictam licentiam concedere, at circa hoc vsus cuiuscumque religionis debet attendi: nam priuilegia statuta, & leges positiuæ moribus vtentium, & consuetudine approbantium roborantur, & interpretantur.

b Sil. relig. 4.

ARTICVLVS XXIII.

Quam diligentiam facere teneatur religiosus qui habet facultatem transeundi ad aliquem ordinem mendicantium si non inuenerit mendicantes qui eum recipere velint.

REspondeo dicendo, quod non solum tenetur requirere quatuor ordines mendicantes approbatos iure *a* anti quo cõmuni, sed etiã alios iure nouiori, pro ut est ordo Minimorum Sancti Francisci de Paula, & seruorum Beatæ Mariæ & Societatis Iesu, de quibus in primo tomo diximus, verba enim illa si non inuenerint mendicantes non verificantur, nisi omnibus requisitis, & nullis volentibus eos recipere, argumento cuiusdam *b* Glossæ, & tenentur facere istam requisitionem bona fide, & iusto desiderio inueniendi aliqua monasteria, in quibus recipiantur, non enim sufficit petere verbo tantum, sed verbis realiter & vere id procurare, quia verba cum effectu sunt intelligenda, prout dicitur in iure, *c* & sic ille qui fecit votum ingrediendi certam religionem, vt liberetur à tali obligatione necessarium est, vt vere & ex animo in præfata religione procuret admitti.

a c. fi. de reli. dom. c. 1. eod. ti. li. 6.

b glo. in ca. cũ dilect. de consue.

c § hæc autẽ. verb. de pæni. d. 1. c. rela cũ multis allega. in glo. de cler. non resid.

Est tamen aduertendum, quod prælati ordinum ad quos transeunt nõ possunt eos recipere sine suorum conuentuum consensu plusquam alios nouitios quos secũdum cõmunem consuetudinem receptam in religionibus, de consensu conuentuum suorum recipiunt, prout resoluit *d* Nauarrus, vnde nõ sufficit præstare obedientiã soli prælato sed debent recipi sicut alij nouitij, de consensu discretorum conuentus, & debent recipi ad professionem, sicut alij nouitij de consensu ad minus maioris partis conuentus, cum ad valorem actus non sufficiat voluntas sine potestate, neque potestas absque volũtate, prout ibi in iure notatur: ij enim debẽt profiteri in religione, ad quã transferũtur sicut profitẽtur iuuenes seculares anno probationis peracto, vt in *f* superioribus dictũ est. Imo existimo nõ esse iuridicas incorporationes, quæ solent fieri ab aliquibus prælatis generalibus, quando de plenitudine potestatis dant licentiam alicui religioso,

d Nau. in c. nullam 18. q. 2.

ee. cum causa. cum glo. & ea notatis de offic. deleg.

f Sup. q. 55.

vt ab

vt ab vna prouincia, in aliam eiuſdem ordinis ſe transferant, & ipſum prædicta licentia in ea prouincia incorporant, prælati enim generales, licet ſummam in omnes ſui ordinis prouincias habeant poteſtatem eorum tamen facultas, ſecundum iuris metas debet interpretari, & regulari, vt ſcilicet, minime ſine conſenſu prouinciæ, in qua debet incorporari talis religioſus, vt filius incorporatus admittatur, quod enim omnes tangit ab omnibus approbari debet, vt eſt vulgatum in iure.

ARTICVLVS. XXIIII.

Vtrum poſsint recipi ad religionem religioſi, qui fecerunt votum de non tranſeundo ad aliam.

REſpondeo dicendo, quod vt huic difficultati reſpondeam neceſſarium eſt aliud dubium ventilare, vtrum, ſcilicet valeat votum factum ab aliquo religioſo de non tranſeundo ad aliam religionem & reſpondetur, quod non, valet enim argumentũ à toto ad partem, quoniam eadem eſt ratio, & idem ius ſuadet in vtroque, vt dicitur in iure, *a* at votum de non intrando religionem nihil obſtat vouenti, quominus non poſsit eam intrare, ergo nec votum de non intrando ad arctiorem obſtabit vouenti, ad intrandum illam, eadem enim ratio, & idem ius in vtroque ſuadet: ratio enim quare votum de non intrando religionem, non impedit introitũ eſt, quia eſt maioris boni impeditiuum, quæ ratio etiam inuenitur in voto, de non intrando aliam arctiorem. Ex quo infertur, quod emittens poteſt tranſire ad religionem, quæ ſecundum ſuas cõſtitutiones & diplomata Apoſtolica eſt ſtrictior, eo quod conceſsio Apoſtolica prædicta præſupponit ipſum tranſitum eſſe illicitum, & conſequenter præſupponit votum de non tranſeundo, ad illam eſſe maioris boni impeditiuum, & minime ad eius obſeruantiam obligari, ſecundum ea, quæ ex ſacris canonibus tradit Diuus *b* Thomas, quod & alia ratione probatur: nam votum de re illicita, vel inutili, vel maioris boni impeditiua, nõ eſt Deo gratum, prout tradit *c* Diuus Thomas, ex quibus infertur, quod recipientes huiuſmodi ad religionẽ ſtrictiorem, ad quã tranſitus, non eſt prohibitus, nõ peccãt etiã ſi ipſum recipiant ſine petita licẽtia, nec obtenta à ſuo prælato ſi dicta religio ad quam tranſit habet priuilegium Apoſtolicum, quod poſsit ad eam fieri tranſitus ſine licentia petita, nec obtenta ita *d* Nauarrus.

d Nau. li. 3. conſi. tit. de reg. cõſi. 93

ARTICVLVS XXV

Vtrum tranſlatus ad aliam religionem, vt in ea ſit prælatus debeat profiteri in ſecundo monaſterio ante quam ſibi eius adminiſtratio deferatur.

REſpondeo dicendo, quod eſt neceſſe facere profeſsionem in ſecundo monaſterio, quia qui ſimilẽ vitã cũ alijs ſuſcipiunt ſimilem debent ſentire in legibus diſciplinam, vt dicitur in iure *a*, item quia vnuſquiſque debet ſe conformare vitæ & moribus, cum his cum quibus conuerſatur, vt eſt notum in iure, *b* quod aliter fieri non poteſt, niſi aſtringatur, & obligetur illo modo, quo alij ſunt aſtricti, vt ex iure *c* patet & confirmatur: nam ſiquis miles vult frui priuilegio militari neceſſe eſt, vt iuret & alia promittat, quæ promiſerunt illi, qui in numero militum ſunt aſcripti, argumento eorum, quæ in iure *d* notantur à Doctoribus, & hoc iam prouiſum eſt fieri in Concilio Tridentino. *e*

a c. recolẽtes. de ſtat. monach.

b c. in noua 16. q. 7.

c d c. recol. clemẽ. 1. de elect. c. 2. de elect. cap. 2. de vit. & hon. eſt cler.

d DD. in c. eſſe ex eo l. vlt. quibus. in cauſis maiores, & in cap. ſi iudex de ſent. ex. ſeſ. 25. de reg. ca. 21. & ſeſ. 14. de reform. c. 10.

ARTICVLVS XXVI

Vtrum prædictus monachus tranſlatus poſt renunciationem prælationis monachus ſecundi, vel primi monaſterij remaneat.

REſpondeo dicendo, quorũdam eſſe opinionem aſſerentium, quod monachus præfatus poſt renunciationem prælationis non remanet monachus ſecundi monaſterij, quod probant primo, ſi nõ erat profeſſus, aliud enim eſt habere ius monachos in abbatia, aliud ius abbatiæ, hæc enim ſunt diuerſa omnino, vt patet ex iure, *a* cum ergo

a c. fi. de reli. domib.

al. quæ de uota. ff. de rei vendic. c. ſi paſtora. §. vot. ſi totũ de offic. deleg.

b ca. fi. §. fi. 22. q. 4. D. Tho. 2. 2. q. 189. ar. 1.

c D. Tho. 2 2. q. 88. art. 10. ad 3.

ergo iſte fuerit obligatus monaſterio, & monaſterium ſibi ratione prælationis, & non ratione profeſsionis, quam non fecit eo perdente prælationem ſine renunciante liberatũ eſt monaſterium à ſua obligatione, argumẽto eorum, quæ in quadam *b* decretali notantur, non ergo manebit monachus illius monaſterij, cum ibi profeſsionem monachalem minime emiſerit, & in hoc non à veritate aberrant, at in eo quod dicunt aſſerentes, quod ſi eſſet profeſſus in ſecundo monaſterio, idem omnino eſſet affirmandũ à veritate certe deuiãt, & hanc opinionem aliquibus comprobat *c* Petrus de Peruſio, cuius præcipuum fundamentum eſt: nam hic cum de monacho fuerit Abbas, & de filio Pater perdit iura monachatus & filiationis, argumento eorum, quæ in iure *d* notantur, vnde ſi canonicus alicuius Eccleſiæ cathedralis, vel plebis fieret, plebanus, vel Epiſcopus eo perdente prælationem, vel plebonatum non recuperat iura, quæ ipſo iure perdit, argumento cuiuſdam decretalis, *e* ſed iſte remanebit aiunt prædicti patres, monachus immediate ſubiectus Epiſcopo, ſine aliquo monaſterio, ſicut reperitur Epiſcopus, qui renuntiat ſuo Epiſcopatui iuxta ſacros Canones, *f* quod confirmatur: nam quando monachus fit Epiſcopus, & ſic abſoluitur à iure Abbatis, ſi poſtea renuntiet Epiſcopatum, non redibit ad monaſterium, ſed remanebit ſubiectus ordinario loci, at inuenio Nauarrum, *g* in quodam conſilio contrarium tenere primo, quia trãſlatus legitime, perdit omnia iura prioris monaſterij, vt dicitur in iure, *h* tum, quia omnis monachus tranſlatus ad aliam religionẽ ſi eã profeſſus fuit, vt ſupponitur, per profeſsionem fit filius ſecũdi monaſterij, & ſecũdũ tempus profeſsionis in ipſa debet in ea locum, & ſedem habere, argumento eorũ quæ in iure notantur, vt ipſemet Nauarrus, in alio conſilio defendit.

Nec obſtat in contrarium adducta, monachus enim per renunciationem Abbatię non perdit ius monachatus, & filiationis, quã per profeſsionem eſt adeptus in ſecundo monaſterio, & remanebit ſubiectus non Epiſcopo, ſed ipſius religionis prælato, nec ſimile de Epiſcopo admitti poteſt, nam renunciatione Epiſcopatus cum Epiſcopus fuerit conſecratus, & ab obedientia prælati regularis liberatus, non reincidit in ipſius prælati ſubiectionem, & obedientiam, cum licet renuntiet remaneat in perfectiori, & altiori ſtatu collocatus.

b c. pen. de nunciat.

c Peruli. in tract. demutat. ſtat. perſon. n. 22. & 23.

d c. ad hoc. de ſimon. ca ſicut tuis de conceſſ. præben. c. literas de præben. lib. 6. vbi Archi. c. c. ex tranſmiſſa de renunciat.

f c. 1. & 2. de transl.

g Nau. li. 3. conſil. de regul. cõſi. 61

h c. ſiquis iã translat. 21. q. 2. capi. ne pro cuiuslibet. 16. q. 1.

i l. 1. ff de alb. ſcrib. c. 1 & ea ſtatui. de maio. & obed.

ARTICVLVS. XXVII.

Vtrum tranſiens ad aliam religionem poſsit ſecum deferre omnia, quæ detulit in religionem ſuam vel ſaltim aliqua ſcripta, quæ ipſe tanquam prædicator in dies ſibi ſcripſit.

REſpondeo dicẽdo, quod vt hæc quæſtio clarius pateſiat, non ea breuitate reſoluenda eſt, qua Nauarrus *a* in eius reſolutione eſt vſus, & duo dubia ſunt cõſtituenda. Primum quoad bonorum proprietatem ſecũdum quoad vſum fructũ, & cum de proprietate ambigitur, an, ſcilicet, primo monaſterio in ſecundum deferatur, duo caſus ita diſtinguntur, primus caſus eſt, quando iſte religioſus ſine iuſta cauſa, & ſine authoritate prælati tranſit ad aliam religionem, in hoc enim caſu bona eius, iã monaſterio acquiſita non transferuntur in ſecundum monaſterium, ita docuit *b* Ioannes Andræas, quẽ ſequuntur Hoſtienſis, & Frãcus, & dicit cõmuniter receptum Socinus, & probatur, in quadam *c* decretali, & ratio ea eſt, quia alias iſte religioſus nõ poteſt eſſe in ſecundo monaſterio, & neceſſario ad primum reuerti debet. Secundus caſus eſt, quando iuſtis de cauſis & cum licentia ſui prælati iſte religioſus tranſit ad aliam religionem, in hoc enim caſu adhuc ſentiunt *d* Calderinus, & Soccinus idem fore dicendum, quod ſequitur Menochius, ea ratione motus, quia bona Eccleſiaſtica ſine ſolẽnitate alienari non poſſunt, cæterum hæc ipſa ratio non multũ videtur vrgere, quando quidem bona hæc cenſentur quæſita monaſterio in conſequentiam perſonæ, vt ſcribunt Bartolus *e* & Decius, & per conſequens debent ſequi ipſum religioſum iuſſe tranſeuntem, quod confirmatur, nam bona dicuntur quæſita monaſterio ſub conditione quadã nempe, donec in eo ſit religioſus, argumento quarundam *f* decretalium & in ſpecie ita ſentit Gloſſa, & reſpondet Ancharranus, & cum eo Decius, quos ſequitur Calderinus, & quanquam Ancharranus, & Decius loquan

a Naua. li. 3. conſi. tit. de reg. cõſi 56. & in c. ſtat. n. 24.

b Andr. in c. quod à te de cle. cõiuga. & ibi Hoſtien. & Franc. Soc. Senio. cõſi. 92. n. 14 & 18. li. 4.

c d. c. quod à te.

d Cald. cõſil. 29. co. 2. titu. de reg. Soc. vbi ſu. n. 15. Meno. li. 2. de arbitris cent. 2. c. 436. n. 11.

e Bart. in authen. ſiqua mulier. col. penul. & in authen. Greci. vbi Decius. n. 7. C. de ſacroſa. Eccle.

f c. ſuper eo & ca. ſig. de reg. glo. vl. ind. c. quod à te Ancha. conſi. 69. n. 8. Decius in auth. Græci in 4. C. deſacroſan. Ecc. Cald. conſi. 27. tit. de regu.

quãtur de ingreſſu, qui ante legitimam ætatem profeſſus eſt, & reuertitur ad ſæculum, attamen idem eſt opinandum in eo, qui profeſsione facta trãſit iuſte de vno monaſterio in aliud, cũ in vtroque caſu iuſte quis egrediatur, at ego hac ratione huic opinioni minime acquieſco, licet enim egreſſus in vtroque caſu ſit licitus diuerſimode tamen ſe habent: quidam enim eſt egreſſus religioſi nõ legitime profeſsi, cuius bona non fuerunt quæſita monaſterio, cum ſolum per legitimam profeſsionem ipſi monaſterio adquirantur, & ita nimirum ſi remaneant apud dictum monaſterium primum, cui fuerunt legitime adquiſita, & hanc opinionem, vt iuridicam amplectitur g Nauarrus dicens, quod dictus religioſus nihil ad aliam religionem poteſt tranſportare eorum, quæ in prima religione, ſiue per induſtriam ſuam, ſiue per donationem, ſiue alio quocunque modo ab illo fuerũt quæſita, adeo quod neque ſcripta ab eo laborata poteſt ſecum cõferre, niſi talia inutilia ſint primæ religioni: & fundamentum ipſius eſt, quia beneficia principum canonum, & legum intelligenda ſunt abſque præiudicio tertij non expreſſo in beneficio, prout in iure *h* probatur, & licet ius concedat, vt iuſtis ex cauſis, quis ad religionem ſtrictiorem ſe conferat, illa tamen translatio debet fieri ſine prioris religionis, præiudicio, & hanc opinionem ſatis innuit Abbas *i* Panormitanus.

g Nauar. cons. 16.

h c. ſup. de offi. deleg.

i Abbas. in d.c quod a te iuxta fi.

*S*ecundum dubium eſt, quãdo ſolum agitur de vſufructu bonorum, pro cuius reſolutione ſunt aliqui caſus diſtinguendi, primus eſt quando iuſtis de cauſis, & cum licentia ſui prælati religioſus tranſit à monaſterio in quo habet filiationem ad aliud eiuſdem ordinis monaſterium, tunc dubium non eſt quin vſus fructus ſit ſecũdi monaſterij, itain ſpecie ſcripſerunt K Butrius, & Calderinus, & alij commemorati à Socino Iuniore ea ratione moti, ne, ſcilicet, ipſum monaſterium honoretur.

K Burt. cõſi. 70. nu. 2. Cal. conſi. 23. co 1. tit. de reg. Soc. conſi. 92. n. 15. li. 4.

*S*ecundus caſus eſt, quando iuſtis de cauſis & cum licentia ſui prælati tranſit ad aliam religionem, in hoc enim caſu idem videtur affirmandum: cum enim licentia tranſeundi ad ſtrictiorem religionem, ſit ipſi à iure *l* conceſſa, vt ſpiritus libertati conſulatur videtur quod ſecum poſsit afferre vſum prædictorum bonorum, ſi enim ipſum deferre ſecum non poſſet: non ita libertati ſpirituum à iure eſſet conſultum cũ ratione ipſius vſus prohibiti deferri ſecũ, quis ad trãſferendum ſe ad arctiorem, & ſtrictiorem religionem retraheretur, & retraheretur etiã à translatione ad religionem, in qua ſecundum conditionem ſuæ perſonæ iudicantibus ita prælatis ſecurius viuet.

l ca. licet de reg.

*T*ertius caſus eſt quando ſine iuſta cauſa & ſine licentia prælati tranſiuit ad aliud monaſterium eiuſdem, vel alterius ordinis, in hoc enim caſu vſus fructus, etiam remanet apud ipſum monaſterium & ratio eſt, quia iſte religioſus, non poteſt eſſe in ſecundo monaſterio, ſed ad primum reuerti debet, & etiam ſi non reuertatur apud primum monaſterium debet remanere, cum ſecundum monaſterium ſua culpa, & facto eo onere voluerit ſe grauare, debuit enim ingredientem illũ nõ acceptare, quare ſibi acceptanti & recipienti debet imputari, ſi quidem ſponte in neceſsitate alendi illum ſe coniecit, argumento eorum, quæ in iure *m* notantur.

*Q*uartus & vltimus caſus eſt, quando religioſus ob ſua demerita translatus fuit in aliud monaſterium ſui, vel alterius ordinis, aut quia ſua ſeditione, aut maledictis inter religioſos aliquas contentiones & diſcordias excitabat, aut quia delictum translatione, & deſtructione dignum cõmiſerat, hoc enim caſu ſancitum fuit in quodam *n* canonet, antum ex fructibus bonorum ipſius trãſlati eſſe concedendum ſecundo monaſterio quantum ſufficere poterit pro victu ipſius religioſi, ne ibi monaſterio ſit oneroſus, vt tenuerunt *o* Ioannes Andræas, Hoſtienſis, & reliqui: quantitas autem aſsignãda, cum à iure non determinetur arbitrio boni viri relinquenda eſt, prout docuit *p* Ancharranus quem ſequitur Menochius.

m L. ſi fidei iuſſo. §. ſine ceſſariæ. ff. qui ſatis de re cogãtur.

n n, de lapſi 16. q. 6.

o Andr. & Hoſtien. in d.c. quod à te.

p Anch. in c. ſi quis habuerit 17. q. 1. Menoch. li. 2. de arb. cent. 5. caſu 436 n. 20.

ARTICVLVS XXVIII.

Vtrum tranſlatus ex ordine mendicantium ad alium ordinem non mendicantium poſsit in ipſo ordine ad quẽ eſt tranſlatus habere beneficium regulare, & aliud officium dicti ordinis.

*R*Eſpondeo dicendo, quod in quadam *a* Clemẽtina ſic definitur, vt profeſſores cuiuſcumque paupertatis ordinis eo libentius

a Clem. 2. de reg.

bentius, in qua vocati sunt vocatione persistere transeuntes, quæ ad non mendicantium ordinem in eodem conuersari, quietius studeant, quo in ipsis discordiarum, & schismatum productiua ambitio reprimatur sacro Concilio approbante statuimus mendicantes quoslibet, qui ad non mendicantium ordinem etiam autoritate Apostolica transierint in posterum, quiue hactenus trã sierunt, quamuis nunc prioratus administrationes, vel officia, aut curam animarum, vel regimen, quodcumque obtineant ibi vocem, aut locum in capitulo, non habere, etiã si hoc sibi ab alijs libere concedatur ad prioratus quoque administrationem, aut quæcũque in antea non assumi officia, etiam tanquam vicarios, seu ministros, seu locum aliorum tenentes, quodque animarum curam, & regimen, ne pro se possint, nec pro alijs exercere, quidquid autem in contrarium attentatum fuerit, sit irritum ipso iure quouis priuilegio non obstante. Hæc clementina.

Et nota quod hoc per quam necessarium fuit, ne mendicantes trãsferantur in nõ mẽdicantes, tristem enim vitam viuent, videntes se priuatos voce actiua & passiua, & habilitate habendi vlla ordinis officia & beneficia etiam fungendi officio, vel munere aliquo œconomi Castaldi, Potarij, Celarij, imo & prædicatoris & cuiuscumque vicariatus, iuxta Glossam super dictam Clementinam communiter receptam, retrahentur enim ab illa translatione videntes se his priuatos, & alij iuniores & forte ignorantiores & minus mente cõpositos beneficiarios, vel alijs officijs fungẽtes, & sibi quasi dominantes cuius rei æquanimis patientia non est omnium, sed paucorũ, quos Iupiter æquus amat & ardens euexit ad ætera virtus, circa quam clementinam est etiam notandum, quod nõ incurrunt in eius pœnas fratres aliorum ordinum non mendicantiũ transeuntes ad alios ordines laxiores, vt ex dicta Clemẽtina patet, & notat *b* Imola cõmuniter receptus & tenet Nauarrus. Ex quo infertur, quod translatus ab ordine de Mercede, in ordinem non mendicantem, non incidit in dictas pœnas cum ordo de Mercede inter mendicantes, minime computetur, ita Nauarrus. *c*

b Imola. in d. Clem. 1. Nau. li. 3. cõsil. ti. de regu. cõsi. 57. in 1. imp. c Naua. vbi su. consi. 63

ARTICVLVS XXIX

Vtrum religiosus translatus ad aliam religionem debeat sedere in capitulo iuxta tempus in quo emisit professionem in primo monasterio â quo fuit translatus, vel â quo fuit professus in secundo.

REspondeo dicendo, quod debet sedere secundũ tẽpus, in quo fuit professus in secũda religione, cũ eo tẽpore incipiat esse regularis illius religionis, & secundum illud tempus debet habere vocem & locum in ipsa, argumento eorum, quæ Doctores communiter notãt in quadam *a* lege, quod verum est in eo, qui transfertur & fit in eo subditus & filius, si autem est translatus, vt sit prælatus & renuntiet prælationem, sedebit in primo loco post prælatum in memoriam honoris, quam gessit, nisi concurrant alij, qui maiorem honorem gesserunt argumento eorum, quæ in dicta lege notantur, ita in terminis respondet Nauarrus. *b*

a L. t. de Albo. scribe.

b Nau. li. 3. cõsi. ti. de regu. cõsi. 60.

Ex quibus infertur, quod illi qui fuerint prælati in aliquo conuentu finita prælatione non debent sedere per suam antiquitatẽ inter alios fratres, sed iuxta locum vbi sedet prælatus, quod rectissime fuit ordinatum in nostra alma prouincia Sancti Iacobi regularis obseruantiæ, quod in omnibus religionibus obseruari consentaneum est.

ARTICVLVS XXX.

Vtrum translatus de vna prouincia in aliam eiusdem religionis debeat sedere in capitulo ad suam vocem dandam à tempore; in quo fuit in secunda incorporatus.

REspondeo dicẽdo, quod postquã est incorporatus in secunda debet in ea sedere secundum tempus, in quo fuit in prima professus: non enim transfertur, vt profiteatur, sed vt professus & filius eiusdem religionis in secunda prouincia, vt filius incorporetur, & filiatio illa antiqua alterius

terius prouinciæ virtute incorporationis, fiat filiatio ſecundæ prouinciæ, & per conſequens gaudet omnibus, quæ in dicta prouincia filijs & profeſsis communicantur, imò in noſtra ſacra religione quãdo aliquis transfertur de vna prouincia in aliam ſtatim, quod recipitur antequam incorporetur, datur ipſi locus ſecundum ſuæ profeſſionis antiquitatem licet ante quam incorporetur vocem in capitulo non habeat, & hoc iuridice eſt ordinatum, cum proxime eligendus in aliquibus habeatur pro electo, vt in quadam *a* lege definitur, & gaudet aliquibus priuilegijs eorum quæ cunctis cõceduntur, & ſicut ſponſis de futuro aliqua cõceduntur à Doctoribus, quæ ſponſis de præſenti indulgentur, cum ſponſalia de futuro ſint quædam præparatoria ad matrimonium de præſenti, ita huiuſmodi receptis aliqua incorporatorum debent communicari cum eorum receptio ſit quid præambulũ, & præparatoriũ ad incorporationem faciendam.

a L. pen. ff. de militari teſtam.

QVÆSTIO. LIII.

De religione quoad religioſos extra clauſtra viuere prætendentes in ſex articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur ſex.

1 *VTrũ poſsit concedi religioſis licentia habẽdi beneficia extra loca ſui ordinis.*

2 *Vtrum monachus monaſterium exire poſsit, vt alicui Eccleſiæ ſeculari præſit.*

3 *Vtrum canonicus regularis canonice obtinẽs Eccleſiam parochialem teneatur in ea potius reſidere quam in Eccleſia regulari.*

4 *Vtrum prælatus regularis laxioris religionis licite poſsit recipere regularem animo non retinendi eum in clauſtro.*

5 *Vtrum translatus ex ordine ſtrictiori ad laxiorem de licentia ſuperioris ſeruiens beneficio curato in loco diſtanti per decem milliaria à monaſterio ſit tutus in conſcientia.*

6 *Vtrum generales ordinum poſsint iuſtis cauſis id petentibus concedere monachis, vt ſint extra monaſteria in habitu clericali decenti ſub obedientia ordinarij.*

ARTICVLVS I.

Vtrum poſsit concedi religioſis licentia habendi beneficia extra loca ſui ordinis.

REſpondeo dicendo, quod fratribus mendicantibus, & alijs religioſis dabatur olim licentia ſtandi extra loca ſui ordinis, & ſi petebatur etiam concedebatur, quod ſeruire poſſent alicui beneficio ſæculari, vel regulari, cum cura, vel ſine cura, quodque confeſſiones audire poſſent, & miniſtrare etiã, ſeu tractare eccleſiaſtica ſacramenta, & per breue ſacra pœnitentiaria illa eis concedebat cum clauſula (& de licentia ſuperioris) & decancelabantur verba, videlicet (vel ſine cura, vel regulari) de qua licentia loquitur *a* Sthaph. & de præmiſſo, & de alijs modis ſtandi extra clauſtra, & de diuerſis cauſis quæ modo vere adducebantur, modo fingebantur, videatur late per Sarmiento, *b* at licentia præmiſſa, & aliæ ſimiles regulariter denegantur: imo authoritate Bullæ Pauli Quarti, contra omnes fratres, vel monaſticos vagantes apoſtatas, ſeu ficte, ſeu nulliter diſpenſatos maximo cum rigore procedi, præceptum fuit & ſumma ratione, eo enim res deuenerat, vt infiniti monachi, qui frontẽ perfricuerant habitu relicto honore deiecto, ſeu potius religione, imo ipſo Deo poſtergatis omnia ſibi impune licere putabãt beneficia ſimplicia ſecularia beneficiata curata, imo & collegiatæ Eccleſiæ, & cathedrales, quin & ipſæ prælatorũ curiæ his apoſtatis plenæ erant conquerebantur plures, quorum bulla Paulina tãgebat præcordia, quod conſtitutio hæc præſentia, & præterita concerneret, cum tamen lex in futurum tantum non de præterito ligare debeat iuxta notata in *c* iure dolebantque, vt tam ſtrictiorem ſibi indici, quibus reſpondet Quintilianus Mandoſius, *d* dicens conſtitutionem, qua id cauetur ligare etiam de præterito præſertim, quando per legẽ generalem, vel viã declarationis promulgatur iuxta cõmunem de qua per Felinum, *e* & Curſium Iuniorem. Monachus igitur quicumque ſit ſi in poſterum extra monaſterium reperiatur, ni ſi debitam diſpenſationem oſtendat, ſi ſine habitu monachali incedat excõmunicatus, ſiue apoſtata habebitur, prout ſacri *f* canones definiunt.

a Staph. ſupra ſignat. fol. 194. v. profeſſo ordinem reg.
b Sarmien. de breuib. n. 31. vſque ad n. 54.
c c. fi. de cõſtit.
d Mand. de ſignat. grat. ti. licent. fo. 101. p. 2. co. 1. & 2.
e Feli. in d. ca. fi. Curſi. Iuni. conſi. 50. n. 10.
f ca. placuit. cl. ſecundo 16. q. 1. ca. 2. ne cleri. vel monac. clemen. 1. §. quia vero de ſtat. monac.

ARTICVLVS. II.

Vtrum monachus monaſterium exire poſsit, vt alicui Eccleſiæ ſeculari præſit.

REſpondeo dicendo, quod de parochiali quidem Eccleſia, id eſt, de ea cui ani-

marum cura incumbit ſic definitum eſt, parochiali quidem Eccleſiæ, quæ ad monachos pleno iure pertinet poſſe monachum ſolius Abbatis autoritate, vel Abbatis & cõuentus ſimul præfici, vt poſt Ioannem *a* Andræam reſoluit Silueſter, illi vero Eccleſiæ cuius non plenũ ius habent monachi, & multo magis ſi nullum ius habent abſque Epiſcopi, & Abbatis autoritate monachus præficiẽdus non eſt, prout ait idem *b* Silueſter, denique omnes vno ore conſentire videntur, concedi potius monacho, vt ad curam animarum gerendam, quam ad alias Eccleſias egredi poſsit, hanc videlicet ratione, quia nõ niſi vberioris fructus gratia exire ad ſeculũ ei permittendum eſt, qui fructus vberior in ſola curatione animarum eniteſcit.

a Andræas in ca. iuſsit 16. q. Silu. ver. relig. 6. nu. 3. d Sil. vbiſu.

Ex quo non certa prorſus deciſio eſt, an collegiatæ Eccleſiæ nullam curam habenti animarũ, quam dicti collegij præfici poſsit: verius tamen opinatur Marcus Antonius *c* Cuqus, vt hoc quoque concedendũ ſit eadem ratione, qua probatum eſt parochiali Eccleſię præfici poſſe, quod ſecuti ſunt *d* Panormitanus & *e* Silueſter quamuis aliud Cardinali, & Hoſtienſi viſum fuerit, ad alia vero beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas nullã animarum curã habentes, non poterit abſque Pontificis maximi venia ſpeciali monachus admitti, prout tenet *e* Panormitanus, de quo in primo tomo ſatis diximus.

c Quic. li. 3. maior. inſt. ti. de reg. n. 115. & 116. d Panor. in c. quod Dei timorẽ de ſtat. mona. Sil. vbi ſup. §. 7. e Panor. in c. ſuper eã. de reg. i. to. q.

ARTICVLVS III.

Vtrum canonicus regularis canonice obtinens Eccleſiam parrochialem teneatur in ea potius reſidere quam in Eccleſia regulari.

REſpondeo dicendo, quod omnis canonicus regularis, vel monachus accipiens aliquod beneficiũ canonice requirens reſidentiam tenetur in eo reſidere, prout in ſacris *a* Canonibus loquentibus, de Epiſcopatu definitur, & in *b* alijs, quæ loquũtur de clericis parrochialibus, & in alia decretali, *c* quæ loquitur de aſſumpto, ad quemlibet prioratum etiam ruralem, & ad quamlibet adminiſtrationem etiã manualẽ vbi expreſſe ſtatuitur, ne monachis habentibus beneficiorũ permittatur manere in monaſterio. Nec huic cõcluſioni obſtat quod omne votũ licitũ & validũ obligat, prout dicitur in *d* iure, & qui profitetur regulã canonicorũ regulariũ inqualibet Eccleſia regulari vouet explicite, vel implicite ſe perpetuo ei ſeruiturũ, argumẽto eorũ, quæ in *e* ſacris canonibus notãtur: ergo debet perpetuo in ea reſidere: nam huic rationi reſpõdetur ſcilicet, quod omne votũ obligat, niſi iuſte relaxetur, vt dicitur in iure *f* & ſic regulari qui iuſte habet parochiam periura cõmunia prædicta ſoluitur votum reſidendi in Eccleſia regulari, nec ex hoc talis canonicus regularis relinquit ſuũ ſtatum regulareẽ: nã eo re tento poteſt obtinere noue parrochialem Eccleſiã, vel retinere obtentã, cum legitima diſpenſatione iuxta iura ſupra dicta, nec iſte regularis per tranſitũ ad ſuã Eccleſiã parrochialẽ perdit vitã contemplatiuã, vel officiũ contẽplandi, quia etiã tranſiens ad Epiſcopatum non perdit illud, nec abſoluitur ab obligatione contẽplandi iuxta illud D. Gregorij in Paſtoralibus relatum à D. *g* Thoma cuius verba ſunt, *ſit rector actione præcipuus præ cunctis in contemplatione ſuſpenſus, quia ad ipſum pertinet non ſolum propter ſe ipſos, ſed propter inſtitutionem aliorum contemplari.*

a c. 1. 18. q. 1. c. licet olim de priui. b c. ne pro cuiuslibet. 16. q. 1. c. ſiquis iam transla. c. 21 q. 2. c Clemen. ne in agro. §. ſane de ſtatu. mon. d c. Magnæ de voto. e c. placuit. 16. q. 1. f c. 2. & ca. ſcript. de voto. g D. Tho. 2. 2. q. 182. ar. 1. ad 2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum prælatus regularis laxioris religionis licite poſsit recipere regularẽ translatũ ad ſuam religionẽ ab alia ſtrictiori autoritate Papæ animo non retinendi eũ in clauſtro ſui monaſterij ſed ſtatim poſt receptionẽ animo dandi ei facultatẽ perpetuo, ſeu ad multos annos viuendi extra clauſtrum quærendo ſibi victum ſua induſtria arte vel mendicitate.

REſpõdeo dicendo, circa prædicta eſſe quandã Cõcilij *a* Trid. determinationẽ, quæ in hunc modũ ſtatuit, quia vero regulares de vno ad alium ordinẽ translati facile à ſuo ſuperiori licẽtiam ſtandi extra monaſteriũ obtinere ſolẽt, in quo vagãdi & Apoſtatãdi occaſio tribuitur, nemo cuiuſcũque ordinis prælatus vigore cuiuſcũque facultatis aliquem adhabitũ, & profeſsionẽ admittere poteſt, niſi vt in ordine ipſo, ad quẽ transfertur ſub ſui ſuperioris obſeruantia in clauſtro perpetuo maneat. Hæc Concilium, cuius determinatio iuxta formã iuris antiqui debet explicari, prout notat *b* Nauarrus, receptio enim talis, cũ facultate manẽdi tã diu extra monaſteriũ, & acceptatio iuſtificari nõ poteſt, niſi tãta occurreret alicui regulari ob aliquos reſpectus particularis neceſsitas relinquẽdi ſuũ ordinẽ propter moleſtias perſecutiones diſſenſiones, vel alios ſimiles reſpectus, & tanta difficultas inueniẽdi monaſteriũ, quod vellet eum perpetuo alendum in clauſtro recipere, & talis de translato confidentia, quod tali facultate

a Con. Tri. ſeſ. 14. de re form. c. 11. b Naua. in c. ſtat. 19. q. 3. nu. 12.

tate bene vteretur, quod pij prælati recipere potentis fuiſſet intentio recipiendi talem animo concedendi licentiam manendi foris, non quidem, tam largam, & tam vagam quanta in quæſtione proponitur, ſed arcta ad talem locum, vt facile poſſet noſcere eius actus & eum, ſi opus fuerit corrigere. Eſt item inſuper aduertendum, quod concilium non habet locum in regulari, qui de vna prouincia ad aliam eiuſdem ordinis transfertur, & recipitur animo non ibi permanendi, ſed ad quoddam negotium pium extra ordinem cum licentia prælati recipientis peragendum.

Eſt denique notandum, quod mens concilij eſt, vt prælatus trãslatũ æque tractet, ac vernaculum, & ita poteſt remittere huiuſmodi tranſlatum ad conuiuendum alicui priori eiuſdem ordinis in vtilitatem & decorem ſui ordinis: ſicut poſſet mittere aliquem vernaculum, vt in iure *c* determinatur, nam regularis manens extra monaſteriũ de iuſta licentia prælati videtur in eo manere, vt dicitur in iure, *d* tum quia concilium non videtur magis velle honorare tranſlatum, quam vernaculum, tum quia non obligat concilium pluſquam votum ſolemne obedientiæ, quo nititur illud, & poteſt prælatus non obſtante illo mittere regularem vernaculum foras pro vtilitate honore, & obſequio monaſterij. Ex quibus colligitur, quod poteſt prælatus ſupradictus occupare ipſum translatum extra monaſterium in omnibus pertinentibus, ad vtilitatem conuentus, ſicut extra monaſterium poteſt occupare vernaculum, ita explicat Nauarrus. *e*

c c.2. de ſtatu monach. c.fin. de capellis monach. c.monacho. el. ſecundo. 16. q.1.

e Naua. vbi ſu. n.15.

ARTICVLVS V.

Vtrum iuſte translatus ex ordine ſtrictiore ad laxiorem de licentia ſuperioris ſeruiens beneficio curato in loco diſtanti per decem milliaria á monaſterio ſit tutus in conſcientia.

REſpondeo dicendo, monachũ non poſſe manere extra monaſterium, niſi de licentia ſui ſuperioris iuſta de cauſa facta, prout multis allegatis comprobat *a* Nauarrus, & iuſta cauſa eſt vtilitas directa, vel indirecta proueniens monaſterio ex illa abſentia, vt in iure *b* probatur, ſtudium, item diſcendi, vel docendi literas conuenientes monacho, & aliæ ſimiles, quæ arbitrio boni, & prudentis viri iudicentur iuſtæ, vt aſſerit Nauarrus *c* dicens quod nec etiã Papa poteſt dare huiuſmodi licentiam, ſine iuſta cauſa. Ex quibus infertur, quod punctus reſoluendus, in hac difficultate conſiſtit in decernendo, an prædictus monachus iuſta de cauſa abſit à monaſterio, vt præfato curato beneficio deſeruiat, quod conijciendũ eſt, ex vtilitate quæ directe, vel indirecte prouenit monaſterio & ordini cuius ipſe eſt vel etiam ex vtilitate, quæ prouenit Eccleſiæ vniuerſali, vel reipublicæ, vnde tutius erit ſi ex cauſa abſit de licentia ſuperioris, alioquin minime, etiam de licentia Papæ, ita Nauarrus. *d*

a Naua. in c. non dicatis n.40.

b c.monac. 1.&2.16.q.1

c Naua.vbiſ.

d Naua.lib.3. conſ. tit.de reg.conſ.68 69.

Ex quo infertur, primo quod monachus cum licentia ſui ſuperioris poteſt exire â monaſterio & manere extra illud ad procurandã ſanitatem cũ conſilio medici dicentis illum extra monaſteriũ ſanaturũ, imo & poteſt, per aliquod tempus dimittere habitũ ad huiuſmodi ſanitatẽ obtinendã: nõ enim in iure *f* abſolute habitus dimiſſio condemnatur, ſed quando temere, & ſine cauſa relinquitur, cum conſenſu enim prælati id facere licet, prout concludit Nauarrus. *g*

f c.pro diui. 20.q.5.ca.2. de cleri.vel monach.

g Naua.vbiſ. n.70.

Infertur, ſecundo quod ob neceſsitatem Patris, vel *M*atris ſuperuenientem poſt profeſsionem iuſte poteſt religioſus exire, & ſtare extra monaſteriũ de licentia ſui ſuperioris ad ſubueniẽdum eis, ſi poteſt id facere, quam licentiam non ſolum Papa, ſed etiã ſuus generalis, aut prouincialis poſſunt concedere, prout reſoluit idemmet *h* Nauarrus dicens quod præfata licentia non eſt danda de præſenti ad manẽdum habitu relicto, ſed tantũ eo retẽto, niſi quãdo præfata ſubuentio fieri nõ poteſt eo retẽto, an autẽ iuſte dici poſsit nõ poſſe fieri ſubuentionẽ, ſine dimiſsione habitus eo quod prælati regulares nolunt conſentire, vt illa fiat retento habitu, ait Nauarrus *b* quæſtionem eſſe nouam & dignam deciſione, ad quam reſpondet, quod iuſta cauſa eſt, vt Papa hoc concedat niſi prælati contradicant, vt ſit extra monaſterium cum habitu retento propter ſcandalum. Quod poſſet generari ex diuturna habitus dimiſsione incolis illius Prouinciæ in qua dictus monachus parentibus ſubueniens debet cõmorari. Nolo autem in præ-

h Nau.in 3. cõment. de reg.n.48.& in manua.c. 14.nu.14.& 48.

h Nau.lib.3. cõſi.de reg. conſ.54.& 55.& in dubio.3. comment.de regu.n.49.

ſentiarum ſilentio præterire verba doctiſsimi & pijſsimi *i* Nauarri dicentis, admoneo tamen quod facultas manendi foris habitu retento facta à Papa ægrefertur à prælatis ordinis dicentibus. Quod huiuſmodi regulares ſæpe fingunt huiuſmodi cauſam & ſæpe manentes foris viuunt inhoneſte, & quia hoc faciunt retento habitu ſæpe ſunt graui ſcandalo, & infamiæ ordini ſuo, & quia Papa non concedit hoc niſi habitu retento, & prælati nolunt admittere, niſi habitu relicto ſæpe vidi aliquos, hoc remedio à ſe petito deſertos, & reſoluendum videtur, quod abſque peccato, & cum merito poſſent prælati huiuſmodi facultatibus obuiare, ſi probabiliter crederent cauſam non eſſe veram, vel regularem non eſſe talem, qui ſine ſcandalo victurus eſſet, contra vero, quod grauiter peccarent, ſi credere deberent cauſam eſſe veram, & eum ſatis modeſte victurũ, ob quę non ſemel conſului regularibus volentibus id petere à Papa, vt potius peterent à ſuis prælatis præſertim prouincialibus, & generalibus, & poſtea ne eas facile reuocarent peterent confirmationem earum à Papa, & quia Dominus Papa id etiam negat conſului optimum modum prouidendi ijs neceſsitatibus eſſe, vt generalis, vel procurator generalis præſens in curia de conſenſu Papæ faceret facultatem manendi extra monaſterium in habitu honeſto clericali. *Hæc* Nauarrus, quibus addo quod aliqui prælati regulares nolunt aliquando huiuſmodi licentias concedere, quia volunt videri nimium iuſti erga extraneos, etiamſi *Deus*, ſua lege naturali & humana poſitiua eas concedi iubeat, & vtinam multi, qui valde rigidi & ſancti videri volunt non perſuadeant multis prælatis, quominus ſuo iure vtantur, ex quo iniuriæ aliquid naſcatur, dum leges humanas, & rigidas non patiuntur æquitate naturali & Epieheia moliri, de quorum numero ſunt ij de quibus K Saluator noſter Ieſus Chriſtus verba facit dicens ſuper cathedrã Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſæi, omnia ergo, quæcumque dixerint vobis ſeruate & facite. Secundum opera vero eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt, alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autẽ ſuo nolunt ea mouere.

i Nau. vbiſ. in d. nu. 49.

K Matt. 23. c.

Inferturvltimo, quod generalis poteſt licentiam, & facultatem concedere fratri, in quieto & inſolenti, qui fuit propter ſua delicta cõdemnatus ad Triremes, & ab his poſtea reſtitutus, vt habitu retento poſſet vitã eremiticã regulariter agere, vel in aliquo hoſpitali, vel Eccleſia præſtita per eum obedientia loci ordinario, ſiue generali, hæ enim cauſæ ſufficientes ſunt vt talis facultas poſsit concedi, cum veriſimile ſit fratres in eorum conſortio debere ipſum impropera re & contumelijs afficere propter ſuas condemnationes, & ipſe, cum á natura ſit inſolens, & indomitus non bene ſit paſſurus huiuſmodi improperia. Ita conſuluit Nauarr. *l*

l Nau. lib. 3. conſ. tit. de reg. cõſ. 74.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum generalis ordinum poſsit iuſtis cauſis id petentibus concedere monachis, vt ſint extra monaſteria in habitu clericali decenti, ſub obedientia ordinarij.

REſpondeo dicendo, quod nõ, tum quia nullus inferior Papa poteſt facere facultatem religioſo, vt ſuum dimittat habitum & illo dimiſſo aſſumat clericalem, vel alium & viuat ſub obedientia ordinarij, tũ quia nullus prælatus inferior Papa poteſt abſoluere religioſum ab obedientia ſui ordinis, niſi declarando per ſuam ſententiam eum non eſſe profeſſum, vel priuando habitu per eam propter ſua delicta & ejiciendo eum ab ordine, prout ex multis probat *a* Nauarrus, imo Papa circa ea difficulter diſpenſat, & notat idem *b* Nauarrus, quod illuſtriſsima Cardinalium congregatio non habet facultatem concedendi licentiam, vt religioſus poſsit extra clauſtra eſſe habitu regulari dimiſſo, ſolum enim habet facultatem ad dubia Concilij Tridentini declaranda, & aliud eſt habere authoritatem ad declarandum, & aliud ad diſpenſandum & à ſeparatis non fit illatio, vt dicitur in iure. *c* Qui etiam arbitratur præfatam excellentiſsimam congregationem non poſſe ob prædictam cauſam concedere facultatem manendi foris abſque habitu regulari, etiamſi haberent poteſtatem faciendi facultatem manendi foris ob cauſas iuſtas, vt habent generales, & prouinciales ordinum ſuorum.

a Nau. in c. nullã n. 27.
b Naua. li. 3. cõſ. ti. de regul. con. 54. n. 4.
c c. ad audiẽtiam de decimis.

QVAE-

QVAESTIO *LIIII.*

De religioſis profeſsis poſt publi cationem incuria conſtitutionis Sixti V. in ſex articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur ſex.

1 VTrum criminoſi poſt conſtitutionem Sixti V. profeſsi poſsint à religione exire & habitu regulari ſpoliari.

2 *Vtrum omnes debitis & ratiocinijs obnoxij ſint inhabiles ad religionem.*

3 *Vtrum iudices eccleſiaſtici poſsint procedere contra criminoſos clericos, & debitis & ratiocinijs obnoxios profeſsos in aliqua religione.*

4 *Vtrum pœnæ poſitæ à Sixto V. contra religioſos & ſuperiores admittentes ad religionẽ, & profeſsionem iuuenes maiores xvj. annis ſolum apponantur contra eos, qui temere admittunt criminoſos & debitis & ratiocinijs obnoxios.*

5 *Vtrum religioſi profeſsi poſt promulgationẽ conſtitutionis Sixti V. in curia non ſeruata forma dictæ conſtitutionis ſi nullo impedimẽto eorum, quæ aſsignantur in ea fuerint irretiti ſint in foro exteriori profeſsi.*

6 *Vtrum præfati religioſi & profeſsi poſt promulgationẽ conſtitutionum Sixti V. nõ ſeruata forma in ipſis præſcripta ſi nullo impedimẽto eorũ quæ aſsignantur in ea fuerint irretiti poſsint, ſine aliquo peccato petere apud tribunalia Eccleſiaſtica, aut ſecularia, vt habitu ſpoliẽtur & vt non profeſsi declarẽtur.*

In fine quæſtionis apponuntur originaliter bullæ Sixti V. & bulla Gregorij XIIII. & bul S. D. N. Clementis Papæ VIII. de bis quæ in ea tractantur verba agentibus, vt clarius pateat veritas eorum, quæ in hac quæſtione diſputantur.

PRo introductione eorũ, quæ in hac quæſtione veniunt diſputãda aduertendũ eſt hos profeſſos in triplici verſari differentia, quidam per prefatam conſtitutionẽ prohibiti erant profiteri, quia erant illegitimi quorum ſacrilegos & inceſtuoſos inhabiles ad religionem profitendam effecerat Sixtus Quintus, de quibus in præſentiarum non agam, quia in ſuperioribus [a] iam de his latè diſputauimus, alij ſunt criminoſi de bitis & ratiocinijs obnoxij, alij autem nullo impedimento eorum quæ Sixtus Quintus enumerauerat præpediti, ſed tantum ex defectu formæ præſcriptæ ab ipſo Pontifice ſua profeſsio dubia redditur, de quibus omnibus ſigillatim in hac quæſtione agemus ea claritate & diſtinctione, vt omnibus pateat quidquid reſoluero, etiam ſi nouum & inauditum multis videatur.

[a] Super hoc tom. q. 10.

ARTICVLVS I.

Vtrum criminoſi poſt conſtitutionem Sixti Quinti profeſsi poſsint à religione exire & habitu regulari ſpoliari.

REſpondeo dicendo, quod Sixtus Quintus in prima ſua conſtitutione criminoſos inhabiles ad profitendum in religione pronuntiauit. *Dicens omnes autem quoſcunque vt dictum eſt criminoſos, vel ſuſpectos, aut æri alieno vt etiã diximus, vel rationibus reddendis obligatos ad religionẽ perpetuo inhabiles declaramus & ſi qui eorum contra præſentem noſtram conſtitutionem temere admittẽt iam ſuſceptionem habitus, quã inde ſecuta, ex nunc prout ex tunc pari modo irritamus, & annullamus, viribuſque & effectu carere decernimus. Ac iubemus eos qui ſic de facto recepti erunt habitu ſpoliari, & á religione expelli, & nihilominus ſi expulſi non fuerint volumus & pariter declaramus habitus ſuſceptionẽ, & profeſsionẽ penitus nullam eſſe, & cenſeri, ac propterea attenta nullitate habitus & profeſsionis licere quibuſcumque iudicibus, & curijs etiam ſecularibus, ad quos, ſeu quas ſpectat, contra eos, vt prius iuris & facti remedijs opportunis & officio, vel ad cuiuſcunque inſtantiam, vel quere*

lā ciuiliter, vel criminaliter aut mixtim procedere, &c. Circa autem literam propoſitam aliqua in ſuperioribus diximus ſed nunc eam plenius examinare decreuimus. Et ſic primo eſt notandum quod Sixtus V. non abſolutè hos ad religionē perpetuo inhabiles effecit, ſed tantū, quando temere à prælatis recipiuntur, prout cōſtat ex ipſamet litera, ibi, *temerè* admitterēt. Quod aduerbium *temerè* incōſultā audaciā importat, ſignificat enim malè ſtulte, & inconſulte agere, ſecundū quā ſignificationem ſumitur apud Terentium dum ait, *vide, nequid temere ágas*, prout aduertit Ambroſ. *b* Calepinus vnde temerarius dicitur non qui plus audet quā oportet ſed qui facile nullo adhibito cōſilio aliquid difficile aggreditur, & ſic ait Ouid. *Vtinā temeraria dicar Criminibus falſis inſimulaſſe virum.* Et ſic Sixtus V. poſt quam pronuntiauit præfata ad hanc temeritatē repellendam ſtatim addit. *Quare volumus vt cuiuſcumque inuenis, aut viri maioris xvj. annis à ſeculo ad religionē tranſcūtis approbatio, admiſsio & receptio in generali, vel in prouinciali capitulo, vt ſupra ordinatū eſt pro tēpore fiat, necnon religioſi ſic recepti nomen & cognomē quibus in ſeculo vtebatur, & patria in actis ipſius capituli deſcribantur, & notentur, &c.* Notādum eſt illud aduerbiū *quare*, quod indicat propter immediatè præcedentia hoc iterū repetere præceptū, quæ repetitio cōfirmationē eiuſdē præcepti inculcat. Et ſic vult dicere Sūmus Pōtifex ne ſine conſilio, & temere ſupradicti criminoſi debitis, & ratiocinijs obnoxij à ſuperioribus admittātur iterū præcipio, vt forma ſupra appoſita obſeruetur, cui inſuper addo, vt nomē recepti & cognomē quibus in ſeculo vtebatur, & patria in actis capituli deſcribantur, & notētur. Et ad præfatā temeritatē euitandā grauiſsimas pœnas ſtatim addit Sūmus Pōtifex nō cōtra recipiētes alias habiles & nullo impedimento ligatos, ſed cōtra recipientes præfatos inhabiles dicēs. *Et inſuper quoſcūque religioſos, & eorumq; ſuperiores, qui aliquas perſonas (vt dictū eſt inhabiles poſt hanc conſtitutionē publicatā receperint, voce actiua & paſsiua, necnō alijs gradibus officijs honoribus & dignitatibus, quibuſcumq; per eos obtentis eo ipſo perpetuo priuamus, & tam illis priuatos, quā ad illa quæcumq; in poſterum obtinenda perpetuò inhabiles eorumque in capaces decernimus & declaramus.* Vides quibus vijs procurat Sixtus V. viam temeritatis præcludere, & quot adhibet remedia, ne huiuſmodi temeritas contingat. Quæ nō ita efficacia adhibuit contra recipiētes illegitimos, ſacrilegos & inceſtuoſos cū ipſos tantūmodo excōmunicationis vinculo ſedi apoſtolicæ reſeruato ferit, & ſic ſupradicta pœna nō apponitur cōtra temerariē recipiētes præfatos illegitimos, ſed cōtra recipiētes criminoſos debitis & ratiocinijs obnoxios. Quod exiſtimo euenisſe: religioſi enim ſicuti nimia caritate aut vt melius dicā malè ordinata charitate ſpecie charitatis & pietatis fouēt criminoſos & debitis & ratiocinijs obnoxios & maximè grauatos ad eorū monaſteria cōfugientes prętextu immunitatis eccleſiaſticę & ſuorū priuilegiorū, vi & armis eos cōtra miniſtros iuſtitię ſeculares protegunt affirmātes hoc ſecūdum pietatē, ita aliqui ſuperiores prætextu pietatis & charitatis aliquos criminoſos volentes ingredire ligionem recipiebāt dicētes ſe velle facere ſuorū peccatorū pœnitentiā: recipiebāt etiā aliquos debitis obnoxios & ratiocinijs obligatos à quibus fortè in ſua proſperitate quādo quotidie opulēter epulabātur eleemoſynas recipiebāt, ex quorū receptione inquietudo & detrimētū maximū religioni proueniebat, prout aſſerit ſummus Pōtifex, cū ipſi nō deuotione, ſed ad fugiendā ſeueritatē tribunaliū ſecularium, aut eccleſiaſticorum ad ipſam religionē, vt ad portū ſecurum apportarēt pietatem autē quā ſuperiores regulares cū præfatis exercebant dānat Sixtus V. eam temeritatē eſſe declarans, quā voluit in ſua cōſtitutione cōpeſcere aſsignādo formā qua nō temerariè, ſed cū conſilio cordatorum in capitulo generali, aut prouinciali receptio nouitiorum ad religionem fieret.

Quod autē ſint tantū inhabiles quando temerariè aſſumuntur, vlterius probatur, nā profeſsio eſt quidam contractus inter monaſterium & profitentem, & monaſterio facienti exactè præfatas informationes iuxta formam præſcriptam fieret iniuria, ſi talis pro-

b Calep. v. temere & temerarius.

ſis profeſsio eſſet irrita & nulla, poſtea com perta veritate. Quod confirmatur: nam con ſtitutio Sixti V. eſt quædam â iure communi lex exorbitans correctoria & odioſa, iure enim cõmuni licet præfati ad religionẽ reci pi non poſsint prout dictum eſt in ſuperio ribus c ipſi tamen minimè erant inhabiles ad profitendum, neque eorũ profeſsio irrita iudicabatur, vnde cum hęc ſit conſtitutio correctoria neceſſario eam reſtringere debe mus iuxta verba ipſius, lex enim pænalis & contra regulas iuris cõmunis lata debet in telligi, vt quãto minus fieri poſsit corrigat ius commune, prout notant cõmuniter ſcri bentes & tradunt Socinus *d* Felinus, Decius Ripa, Calderinus, Iaſon, & Corneus, & ideo eſt reſtringenda, vt tantũ habeat locũ in ca ſu, in quo loquitur, quando ſcilicet, ipſi ta les temere ad religionem aſſumuntur, ſatis enim eſt vt dicũt præfati *Doctores* quod ip ſa lex in aliquo operetur. Quod inſuper con firmatur, nã ipſemet Pontifex in ſua ſecun da conſtitutione ait, *in ijs autem qui à lo cis in ſua patria longiſsimè remotis de gentes, vel quorum patria ab hæreticis vel infidelibus miſere oppreſſa detine tur, voluerint ſe diuinis obſequijs ſub regulari habitu dicare, vt in hoc quo que ſedis Apoſtolicæ benignitas elu ceſcat, qua cunctos mortales, præſer tim verò exteros ex longinquis regio nibus ad eam aſsiduè confluentes ma terno ſinu libenter amplectitur, præ ſertim exteros huiuſmodi, & aduenas quamuis non liquido cõſtet de ijs omni bus, quæ in conſtitutione noſtra requirũ tur, tamẽ ſi diligẽtia adhibita nihil ap pareat quod eos impediat habiles eos putãdos eſſe.* Hęc dicta conſtitutio, Ex qua colligitur præfatos non abſolutè inhabilita ri, ſed tantum quando prælati eos temerè ad mittunt. Quod probatur ex illis verbis, ibi, *tamen ſi diligentia adhibita, &c.* Ex quibus verbis ſatis elicitur quod ſi adhi bita fuerit â ſuperioribus præfata diligen tia ipſos eſſe habiles, & inhabilitatem eo rum non poſſe contingere, niſi præſcripta forma prætermittatur. Quod in hunc mo dum demonſtro, nam ſi ij in locis â ſua pa tria longiſsimè remotis ſumant habitum re gularem & profeſsionem emittant adhibita prædicta diligentia nihil apparendo quod eos impediat poſtea cõpertum ſit ipſos eſ ſe criminoſos & eorum crimen in iudicium fuiſſe deductum, nunquid receptio eorum adhabitum regularem & profeſsio erit irrita, & nulla? minimè certè, cum Syxtus Quin tus præhabita dicta diligentia eos habiles ad profeſsionem decernat, ergo inhabilitas horum impeditorũ ex negligentia inquiſi tionis prouenit: ſi enim ab ipſis cõmiſſis cri minibus & impedimentis proueniret etiam non ſeruata præſcripta forma contingeret. Ex quibus concluditur Summum Pontifi cem temeritatem ſuperiorum in recipien do hos impeditos voluiſſe omnino relegare quam temeritatem contingere declarat ſi præfata inquiſitio ab eis non fiat, qua dili gentia præhabita hæc temeritas purgatur, & ipſi ad profitendum in religione ſua ha bilitate gaudent â qua ſecundum ius com mune nõ erant priuati, & ſic profeſsi à iudi cibus aut curijs, ad quæ ſpectabant ante pro feſsionem non poſſunt iudicari, ac ſi non eſſent profeſsi. Ex his omnibus concluden do & reſpondendo ad propoſitum in titulo quæſtionis elicitur non omnes criminoſos nec debitis aut ratiocinijs obnoxios eſſe in habiles ad religionem profitendam, ſed hi tantũ qui temerè â ſuperioribus aſſumũtur: hi autem temere aſſumuntur, qui non ſerua ta forma præſcripta à Sixto Quinto ad ha bitum regularem & profeſsionem ſunt re cepti, ſi enim forma præſcripta fuerit in eo rum receptione diligenter adhibita etiam ſi poſt profeſsionẽ eos eſſe impeditos con ſtiterit eorũ profeſsio valebit & ad iudices & curias ſeculares minimè pertinebunt, ſi enim eorum profeſsio eſſet nulla & poſſent habitu ſpoliari, & à iudicibus & curijs ſecu laribus iudicari religioni maximũ præiudi cium proueniret, cum contractus cum ea fa ctus iuris ſolemnitate perfectiſsimè ſeruata claudicaret, & ipſi religioni etiam dede cus quoddam contingeret, cum incedentes cum habitu regulari, & publicè in ea profeſ ſos traditos iudicibus & curijs ſecularibus cerneret. Quę omnia dãna cũſint magna nõ debemus pręſumere Sũmũ Põtificẽ maxime Sixtũ V. (qui erat religioſus ordinis fratrũ minorũ) velle religioni innocẽti inferre cũ faciẽ

c ſuper hoc 10. q. 10.

d Soci. conſil. 38. col. 2. Feli. in c. 1. col. 7. de reſcrip. Deci. col. 5. in fin. Ripa, n. 42. ibid. Cald. tit. de dona conſi. vlt. v. ſufficit enim Iaſon in l. ſiquis poſthu. §. ſi filiũ nu. 47. ff. delib. & poſth. Corne. cõſi. 191. lit. G. col. 4

facit quod in ſe eſt adhibendo diligentiam in ſua conſtitutione præſcriptam, indubio enim mens principis ſemper præſumitur fuiſſe talis qualis de iure eſſe debet, vt tradunt Baldus e Alexander & Iaſon.

e Bald. in l. ex facto in prin. n. 4. & ibi Alex. ff. de vul. & pupil. Iaſon. in l. beneficiũ. n. 25. ff. de legib.

ARTICVLVS II.

Vtrum omnes debitis & ratiocinijs obnoxij ſint inhabiles ad religionẽ.

REſpondeo dicendo, non omnes obnoxios debitis eſſe inhabiles ad religionem profitendam, ſed tantum illi, qui ingenti ære alieno ſupra vires facultatum ſuarum ſunt grauati, non autem illi qui non ingenti ære alieno ſunt grauati. Quod autẽ ſit in hac materia ingens æs alienum non declarat Summus Pontifex, & ſic ſecundum arbitrium iudicis boni, iuxta ea quæ in iure *a* notantur eſt præſignandũ quod ingẽs æs alienum dicatur, qui potius fauore religionis, quam pro fauore particulari alicuius debet iudicare, ſæpè enim ſæpius pro fauore religionis cum ſit publicum vtilitati particulari præiudicatur, prout notat quædam Gloſſa, *b* & ibi communiter ſcribentes. Et ſic ait Papinianus *c* iuriſconſultus propter publicam vtilitatem ne inſepulta cadauera iacerent ſtrictam rationem inſuper habemus, quæ nonnunquam in ambiguis religionum quæſtionibus omitti ſolet, nam ſummam eſſe rationem quæ pro religione facit. Vide quid dicat iuris conſultus Vlpianus, *d* pro fauore ſepulchri, quod eſt, quid religioſum, ſi quis ſepulchrum habeat, viam autem ad ſepulchrum non habeat, & à vicino ire prohibeatur, &c. Præſes etiam compellere debet iuſto pretio iter ei præſtari, ita tamen vt iudex de opportunitate loci proſpiciat, ne vicinus magnum detrimentum patiatur, vide quomodo pro religione aliqua in præiudicium non magnum priuatorum conceduntur, de quibus late per Tiraquelum, *e* iudex igitur bonus fauorem religionis præ ſe ſemper ferens, debet hoc arbitrari ſecundum qualitatem debitoris & creditoris, ſecundum enim prædicta debet hoc regulari, quæ cum ſint facti non poſſunt in vnam certam & determinatam regulam redigi, & ideo à Summo Pontifice in hac conſtitutione non rediguntur.

a L. 1. ff. de iur. de lib. c. cum ſis de offi. deleg.

b Gloſ. 2. in c. ad audientiam de Eccleſ. ædific. cl. ſunt per ſonæ ff. de relig. & ſumpt. funer.

d L. ſiquis ſepulchrũ. ff. de relig. & ſump. funer.

e Tiraq. de priuile. piæ cauſæ.

Nec omnes ratiocinijs obnoxij efficiuntur à Sixto Quinto inhabiles ad religionem, ſed tantum illi, qui ita ſunt obnoxij vt ex huiuſmodi cauſa lis, vel moleſtia eis iam illata, vel timendum ſit ne inferatur prout ipſe Summus Pontifex declarat, qua re ſi non timetur vero ſimiliter, & certitudine quadam morali quod inferatur, non hac inhabilitatis macula afficiuntur, non enim ad huiuſmodi inhabilitatem inducendam ſufficit timor litis in quadam ſuſpicione leui fundatus, leuis enim ſuſpicio ſecundum ea quæ de leuibus & minimis tradunt communiter Doctores non ſufficit ad tam grauem pœnam inducendam. Hi igitur ratiocinijs obligati, quibus nulla moleſtia illata eſt, nec veroſimiliter timetur quod inferatur ſi facta diligenti inquiſitione, & præfata informatione habita profiteantur ſunt vere profeſsi, & à religione non poſſunt eijci neque habitu ſpoliari, & eorũ informationes approbantes non incidẽt in pœnas huius cõſtitutionis, etiam ſi in eis dicatur ratiocinijs eſſe obnoxios, dummodo illis conſtet ex eo nullam moleſtiam fore paſſuros.

Sed reſtat videre quando timeatur vero ſimiliter quod moleſtia ei inferatur, ad quod indagãdũ oportet recurrere ad ea quę tradunt Doctores de his qui non poſſunt ſacris initiari, quia, ſcilicet, ſunt ratiocinijs obnoxij: deciſa enim ab ipſis in hoc caſu militant in noſtro, cum ideo ratiocinijs obligati irregulares reputentur ne ordine ſacro inſigniti declinent iuriſdictionem in maximum creditorum præiudicium, qua ratione motus Summus Pontifex Sixtus V. inhabiles eos ad profitendum in religione efficit, ne regulares effecti declinantes iuriſdictionem præfatum præiudicium etiam creditoribus cauſarent. Aiunt igitur poſt Archidiaconum Doctores, prout tradit Silueſter, *f* quod ſi finita adminiſtratione adhuc ſint obligati ad ratiocinia, & mouetur eis quæſtio de dolo promoueri nõ poſſunt ante deciſam litẽ, & ſic quẽdã canonẽ *g* interpretantur, ſimiliter nec ſi nõ moueatur quæſtio ſed tamen manifeſtũ ſit eos teneri de dolo in hoc enim caſu Epiſcopus ex officio ſuo repelleret eos ſicut quemlibet criminoſum & infamem. Ex quibus colligitur, tunc timendũ eſſe quod lis inferatur contra hos ratiocinijs obligatos quãdo manifeſtũ eſt eos teneri de dolo & hoc caſu inhabiles ad religionẽ reddũtur, ſecus ſi hoc nõ ſit manifeſtum

f Sil. v. ratiocinio.

g c. tantis d. 18.

imo

imo intelligatur eos de culpa teneri, tunc enim ad religionē possunt admitti, nisi culpa cōtra eos proposita, ita sit crassa vt dolo cōparanda veniat, reliqua autem, quæ pertinent adhunc articulum remanent in superioribus *h* pro posse resoluta & explicata.

h Sup. hoc tom. q. 10.

ARTICVLVS III.

Vtrum iudices Ecclesiastici possunt procedere contra criminosos clericos, & debitis & ratiocinijs obnoxios professos in aliqua religione.

RESpondeo dicendo, quod criminosi quorum delictum non pertinuerat ad iudices ecclesiasticos, aut seculares per viam accusationis, aut inquisitionis ante susceptum habitum non sunt inhabilitati à Sixto Quinto ad religionem profitendū & ita si eorū fiat inquisitio accuratè & diligenter obseruetur forma prædictæ constitutionis, possunt recipi ad religionem, & si non seruata dicta forma recipiantur & profiteantur erunt vere professi, prout articulo quinto infra latissimè probatur, & per consequens non possunt expelli à religione, nec licet iudicibus & curijs secularibus ad quæ spectat contra eos procedere, & si de facto procedant in excommunicationem cænæ Domini incident ipso facto, siquidē contra personas Ecclesiasticas & verè regulares suam præsumunt exercere laicalem potestatem, contra ea quæ in sacris canonibus deciduntur, & prælati & iudices ecclesiastici ipsos apprendere incarcerare & vocare ad suum tribunal attentantes excommunicationis gladio ipso facto feriuntur, prout in priuilegijs regularium continetur, de quibus in secundo *a* tomo late egimus, ait enim Sixtus Quintus, in secunda constitutione, *Contra criminosos vero quorum professio eadem constitutione nostra irrita declaratur, ac præterea iudicibus, & curijs secularibus procedendi facultas conceditur tunc demum id habere volumus & nonaliter, cum actis publicis constiterit ipsos iudices, & curam secularem ante susceptionem habitus de ipso crimine aduersus eos accusationem suscepisse, vel inquisitionem instituisse.*

a 2. to. q. 62.

Hæc Sixtus V. circa quæ verba aduertendum est idem omnino esse dicendum, si iudices Ecclesiastici aduersus aliquem suæ iurisdictionis subditum accusationē susceperint & inquisitionem instituerint, possunt enim contra ipsum procedere si in aliqua religione fuerit receptus & professus cum eius professio sit nulla.

Neque obstat quod in hac Sixti V. declaratione solum de iudicibus, & curijs secularibus fiat mentio: nam hæc fuit declaratio, iuxta dubium apud suam sanctitatem propositum. Quod tantum de iudicibus, & curijs secularibus fecerat mentionem, & respondendo consultationi, non reuocat ea quę generaliter in prima constitutione decreuit, cum constitutio quæ fit ad interpretandum aliam secūdum interpretatam sit intelligenda, & terminis eius concludenda, prout dicitur *b* in iure, & inferius id notabimus.

b Authent. constitutio quæ innou. §. vndever. in illis collatio. 3.

Quod autem dictum est de criminosis, habet locum etiam in debitis & ratiocinijs obnoxijs quando sunt grauati ingenti ære alieno, & quando cōtra eos lis mota est vel timetur, quod moueatur: in hoc enim casu possūt procedere iudices seculares, vel ecclesiastici, ad quos pertinebat ante susceptionē habitus cum eorum professio sit nulla, non tamen possunt procedere contra eos quando nō sunt grauati ingenti ære alieno, nec contra eos aliqua lis proposita est, nec timetur quod proponatur. Et si procedant incident in pœnas, superius assignatas, cum eorū professio sit valida, & per consequens sint personæ Ecclesiasticæ & regulares.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum pœnæ propositæ á Sixto V. contra religiosos & superiores admittentes ad religionem & professionē iuuenes maiores sexdecim annis solū apponantur cōtra eos qui temere admittunt criminosos & debitis & ratiocinijs obnoxios.

RESpondeo dicēdo pœnas propositas in præfata prima constitutione Sixti V. contra religiosos & superiores admittētes ad religionem dictos iuuenes, solū fulminari contra eos qui temere admittunt eos qui sunt reuera criminosi & debitis & ratiocinijs obnoxij, vt constat ex eadem constitutione, ibi *insuper quoscumque reli-*

gioſos eorumq; ſuperiores, qui aliquas perſonas, vt dictum eſt inhabiles, poſt hanc conſtitutionẽ publicatam receperint voce actiua & paſsiua, necnon officijs gradibus honoribus & dignitatibus per eos obtentis eo ipſo in perpetuũ priuamus, & tã illis priuatos, quam ad illa & ad alia quæcumque in poſterum obtinenda perpetuo inhabiles, eoſq; incapaces decernimus, & declaramus. Hæc Sixtus V. Conſideranda autẽ ſunt illa verba, *perſonas vt dictũ eſt inhabiles*, nã prout infra probabimus ſolũ illi declarantur inhabiles ad religionem qui ſunt debitis & ratocinijs obnoxij & criminoſi, non autẽ alij ab his impedimentis alieni, & cũ hæ ſint pœnæ grauiſsimæ non debent extendi vltra caſum in quo loquuntur, vnde cum proponãtur contra temere recipientes inhabiles non habent locũ contra ſuperiores recipiẽtes ad religionẽ & profeſsionẽ iuuenes ab his impedimentis immunes & habiles ad profitendũ, etiam ſi eos recipiant ſine debita & ſufficienti informatione, in dicta conſtitutione præſcripta. Illi autem dicuntur temere ſuſcepiſſe præfatos criminoſos, & inhabiles, qui ſine dicta informatione eos receperunt, & ad profeſsionẽ admiſerunt, qui enim cũ dicta informatione à patribus deputatis approbata eos admiſerunt, non dicuntur temere proceſsiſſe, imo prout probatum eſt in ſuperioribus ipſi inhabiles per dictam informationem efficiuntur habiles & eorũ profeſsio valet.

Neque contra ſupradicta facit conceſsio ſanctiſsimi Domini noſtri Clementis Octaui facta noſtræ ſacræ religioni fratrũ Minorum de obſeruantia in his Hiſpaniarũ partibus, qua conceditur quod extra capitulum quocumque tẽpore poſsint ſuperiores recipere iuuenes ad habitũ de conſenſu quatuor diffinitorum, vel de cõſenſu quatuor fratrũ ex antiquioribus illius domus, in qua iuuenes recipiendi ſint, & quod corã notario ipſi vel fratres per eos ad hoc deputati poſsint, & debeãt ad inquiſitionẽ huiuſmodi facienda vocare teſtes & ab eis recipere iuramentũ quod ſi à prædictis ſuperioribus dicti ordinis, ac fratribus per ſuperiores, vt præfertur deputatis cõtra factum fuerit voce actiua & paſsiua, necnon officijs, gradibus & dignitatibus quibuſcumque per eos obtentis, eo ipſo in perpetuum priuati, & tam ad illa quã ad alia quæcũque in poſterũ obtinenda perpetuo inhabiles, & incapaces, necnon excõmunicationis ſententia innodati ipſo facto exiſtant. Ex quibus verbis videtur colligi, in has pœnas incurrere generaliter ſuperiores & fratres per eas deputati, ſi non ſeruauerint formam ipſis in hac conceſsione præſcriptam, non ſolum quando recipiunt inhabiles ad profitendum: ſed etiam quãdo recipiunt habiles, & nulli impedimento ſubiectos.

At reſpondeo, quod cum hæc conceſsio ſit facta ad declarandũ & roborandum, & limitandum conſtitutionem Sixti Quinti ſimiles pœnas præfatis ſuperioribus & fratribus ponentẽ debent ſecũdũ præfatam conſtitutionẽ intelligi, & limitari, ita vt ſolum illi in has pœnas incidant, qui inuenti fuerint ex defectu huius inquiſitionis & obſeruationis huius formæ criminoſos debitis, aut ratiocinijs obnoxios ad habitum & profeſsionem admiſiſſe, non autem illos qui licet in inquiſitione fuerint deficientes, habiles tamen, & ab his impedimentis immunes receperunt: nam conſtitutio quæ fit ad declarandũ & roborandum aliam, iuxta terminos declaratæ & roboratæ eſt explicanda, & iiſdem limitationibus concludenda, vt articulo proximo dictum eſt, & infra latius dicemus. Vnde cum conſtitutio Sixti Quinti proponat prædictas pœnas tantũ contra recipientes temere inhabiles, ſine ſufficienti informatione, non autem contra recipientes habiles etiam ſine informatione, vt probatum eſt in ſuperioribus eadem limitatione debet hæc conceſsio ſanctiſsimi Domini noſtri Clementis Octaui recludi, cũ eaſdemmet pœnas proponat, imo addat ſententiam excommunicationis ipſo facto ad roborandum ea, quæ à Sixto Quinto fuerunt inſtituta, neque credendum eſt de benignitate apoſtolica tã graues pœnas contra recipientes habiles proponere voluiſſe propter ſolum defectum in inquiſitione cõmiſſum cum intentio Pontificis ſit, vt recipiantur habiles & in hoc caſu de facto recepti ſint habiles.

ARTI-

ARTICVLVS V.

Vtrum religioſi profeſsi poſt promulgationem conſtitutionis Sixti V. in curia non ſeruata forma dictæ conſtitutionis ſi nullo impedimento eorum, quæ aſsignantur in ea fuerint irretiti ſint in foro exteriori profeſsi.

REſpondeo dicendo, quod vt hæc grauis quæſtio, prout decet examinetur titulus quæſtionis explicari debet: pro quo ſciẽdũ eſt, quod Sixtus V. ordinauit, vt legitimi, criminoſi, & illi qui ſupra vires facultatũ ſuarũ ſunt debitis onuſti, & qui ratiocinijs dandis ſunt obligati ſint perpetuo inhabiles ad profitendũ in religionibus accidit, vt aliqui ab his omnibus impedimentis immunes ad religionem ſint per profeſsionem aſsumpti, non facta exacta & accurata informatione eorum impedimẽtorũ, prout Sixtus V. fieri præcepit. Quæritur vtrum ij ſint vere religioſi in foro exteriori, & vt certa ab incertis ſecernamus. Reſpondeo dicendo certum eſſe illos qui poſt promulgationem in curia, conſtitutionis primæ Sixti V. ſint profeſsi ſine aliqua inquiſitione, & informatione præuia, quæ in eadẽ conſtitutione deſideratur, eſſe nõ ſolum in foro cõſcientiæ, ſed etiam in foro exteriori vere profeſsos & religioni obligatos, ſi nullo impedimentorũ eorũ, quæ apponũtur in præfata cõſtitutione fuerint irretiti, ſi profeſsi ſunt à die 27. menſis Decembris, anni Incarnationis Dominicæ 1587. in quo fuit publicata prima conſtitutio, vſque ad ſeptimam diem menſis Nouembris, anni Incarnationis Dominicæ, milleſimi quingenteſimi octuageſimi octaui, in quo fuit publicata in curia ſecunda conſtitutio Sixti Quinti declaratoria primæ. Pro cuius concluſionis explicatione & probatione, eſt notandum quod Sixtus Quintus, in ſua prima conſtitutione non irritauit ſuſceptionem habitus, & profeſsionem eorum, qui nullo impedimentorum prædictorum detenti ad ſuſceptionem habitus & profeſsionem fuerunt admiſsi, ſed tantum prohibuit, ne ad religionem admitterentur, ſine præuia informatione, & eiuſdem informationis approbatione, prout in præfatis literis plenius continetur ſolum enim irritauit, ſuſceptionem habitus & profeſsionem illorum, qui debitis & ratiocinijs obnoxij & delictis obligati, aut illegitimi nati ſunt, ipſos perpetuo inhabiles ad religionem declarando, prout in ſecundo dicto infra latiſsime manifeſtabitur. Vnde colligitur, quod profeſsi poſt datam & promulgationem dictæ primæ conſtitutionis, nullo impedimento detenti, ſunt vere profeſsi, & ſunt vere religioſi, etiam ſi de ijs, quæ præcepit idem Sixtus Quintus, non fuerit facta exacta inquiſitio cum receptio habitus, & profeſsio eorum non fuerit à Sixto Quinto irritata, & annullata, aut ideo dixi in concluſione eos eſſe vere religioſos ſi profeſsi ſunt â die vigeſima ſeptima menſis Decembris, anni Incarnationis Dominicæ milleſimi quingenteſimi octuageſimi ſeptimi, vſque ad ſeptimam diem incluſiue Nouembris, anni Incarnationis Dominicæ milleſimi quingenteſimi octuageſimi octaui, in quo fuit publicata in curia ſecunda conſtitutio Sixti Quinti declaratiua primæ, in ea enim quædam continentur verba quæ me, & alios multos viros inclinare fecerunt in eam opinionem, vt iuuenes præfatos nullis impedimentis obnoxios, crederemus non eſſe profeſſos poſt publicationem dictæ conſtitutionis ſecundæ, ſi ſuperiores in inquiſitione & informatione faciendæ defeciſſe fuerint convicti: ſecundum quam opinionem in curijs & tribunalibus ita fuit iudicatum, & multi, proh dolor, in religione vere profeſsi à religione exierunt, & in mundo ſeculariter viuunt, quæ ſecunda conſtitutio Sixti Quinti quantum adhoc, non fuit hactenus intellecta, & ſic ſtatim in ſecundo dicto demonſtrabimus & ante oculos omnium proponemus eius verum, & planum intellectum, & in nullo quantum ad hoc voluiſſe primam conſtitutionem reuocare.

Secundo reſpondeo, quod religioſi profeſsi poſt promulgationem ſecundæ conſtitutionis Sixti Quinti, nullis ex præfatis impedimẽtis irretiti, ſunt vere religioſi, & pro

feſsi in foro interiori,& exteriori,etiam ſi de eorum moribus & vita,& de alijs contentis in præfata conſtitutione non fuerit facta inquiſitio,& Informatio, & licet aliqui viri docti hanc partem voluerint probare ex conceſsione ſanctiſsimi Domini noſtri Clementis Octaui,indulta minoribus pro his Hiſpaniarum partibus,in qua poſt quam ponit grauiſsimas pœnas ſuperioribus , & fratribus, non ſeruantibus præſcriptam in ea formam recipiendi iuuenes,ſtatim addit.

Decernentes ſuſceptionem habitus & profeſsionem,ac inde ſecuta quæcumque valere. Perinde ac ſi iuxta tenorẽ dictæ conſtitutionis facta fuiſſet. Quaſi velit dicere in ea conſtitutione ſummus Pontifex,quod puniantur prælati, & fratres in Inquiſitione,& informatione deficientes, ſed nihilominus ſuſceptionem habitus,& profeſsionem ac inde ſecuta valere,ac ſi iuxta tenorem dictæ conſtitutionis facta fuiſſent. Hi tamen ſalua pace in intellectu huius conſtitutionis ſunt allucinati, non conſiderantes fuiſſe ſupplicatum à ſummo Pontifice,vt non tantum reciperentur iuuenes in generalibus,& prouincialibus capitulis , ſicut præceperat Sixtus Quintus in ſua conſtitutione,ſed quod quocumque tempore extra capitulum poſſunt recipi, & ſic recepti poſsint validè profiteri. Cui ſupplicationi annuens concedit,vt quocumque tempore extra capitulum poſſint iuxta formam ibi traditam admitti iuuenes ad ſuſceptionem habitus,& profeſsionem,ac inde ſecuta quæcumque valere,ac ſi iuxta tenorem dictæ conſtitutionis Sixti Quinti, de qua ſupra fecerat mentionem facta fuiſſent,id eſt,ac ſi in capitulo generali,aut prouinciali recepti fuiſſent. Ad noſtram igitur opinionem comprobandam præcipuum fundamentum eſt conſtitutio prima Sixti Quinti, cuius tenorem in præſentiarum operæ pretium eſſe duxi referre vt veritas noſtri dicti omnibus appareat, ait enim Sixtus V. loquens de iuuenibus recipiendis ad religionem, *Authoritate Apoſtolica, & tenore præſentium, etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus,iuuenes aut viros adultos maiores ſexdecim annorũ,non aliter in aliquam religionẽ recipi poſſe,nec debere, niſi prius de eorũ parentibus,patria deque anteacta vita,& moribus diligẽter inquiratur, & ex accurata informatione, & fide digna relatione,compertum, & exploratum ſit eos neque aliquorum criminũ, qualia ſunt homicidia,furta,latrocinia,& alia ſimilia, aut grauiora reos,vel ſuſpectos exiſtere,vt propterea dãnati ſint,aut ne damnentur formident,nec ingenti ære alieno ſupra vires facultatũ ſuarũ grauatos,vel redẽdis ratiocinijs ita obnoxios vt ex huiuſmodi cauſa,lis vel moleſtia, eis iã illata ſit,vel timẽdũ ſit ne inferatur,niſi denique cõſtet,ipſos non humana aliqua ratione,ſed tantum deuotionis & pietatis feruore,vitã religioſam ſponte,& ex animo elegiſſe, de his omnibus in generali,vel prouinciali capitulo plena,& indubitata fide facta,tã ſuperioris generalis,ſeu prouincialis, quam diffinitorum conſenſu approbata,& ad habitum regularem admiſſi fuerint.* Hæc Sixtus V. in quibus verbis,ſolum præcipit ſummus Pontifex, vt præfata fiat inquiſitio,& præſcripta forma ab eo poſita ſeruetur,at non irritat ſuſceptionẽ habitus,neq; profeſsionẽ iſtorũ iuuenũ receptorũ,ſi prædicta forma prætermittatur, ſicut irritat ſuſceptionẽ habitus illegitimorũ & eorũ qui ſunt crimine irretiti,ingenti ære alieno grauati,& ratiocinijs reddendis abnoxij. Vnde licet grauiter peccent prælati regulares,hoc præceptum papale,in re tã graui non adimplentes,propter quod poſſunt à ſuis ſuperioribus grauiter puniri: receptio tamen ad habitum,& profeſsio præfatorum iuuenum,qui nullo dictorum impedimentorum ſunt detenti erit valida, cum in hac cõſtitutione nõ irritetur,vt ex eius litera clarè conſtat,vbicumque enim ponit clauſulã irritantẽ loquitur in particulari de illis,qui aliquo impedimento ex ſupra dictis detinẽtur,& vtitur nominibus relatiuis quę ſecũ

dum

dum ius reſtringunt,& limitant pœnam ad illos ſolum de quibus in particulari,in clauſula proxima loquebatur,quorum relatiuorum natura,petit vt ea conſtitutio minime extendatur ad alias perſonas, & clauſulas remotas iuxta tradita in iure, *a* & notata per Cardinalem Menochium,Rolandũ,& Soccinum,iuniorem,& eſt doctrina Bartoli & Iaſonis.

a L.1. §. de inde ff. de poſtula. l. ea tamẽ ad iec. ff. de leg. 3. Meno. cõſ. 133. nu. 2. & conſ. 134. n. 19. Roland. conc. 82. n. 16. Socin. iunior. col. penu.. con. 139 n. 2. Bart. le. omnes populi n. 1. ff. de iuſt. & iure, & ibi Iaſon. n. 3.

Et vt clarius prædicta intelligantur aduertendum eſt, quod in conſtitutione prima Sixti V. in tribus caſibus tantũ ponitur clauſula irritans primo, loquendo in particulari de illegitimis ex inceſto, vel ſacrilegio quorum receptio ad habitũ, & profeſſio irritatur,& ipſi inhabiles ad religionem efficiuntur.Secundo ponitur clauſula irritans,loquendo magis in generali de alijs illegitimis,qui non ſunt ex inceſtu,neque ſacrilegio procreati,quos conuenit poſſe admitti ad religionem de communi,& vnanimi conſenſu totius capituli generalis, aut prouincialis,aut omnium diffinitorum, habita exacta informatione ſuorũ morũ,& vocationis & ſtatim addit. *Siquis autem eorum alias, prout præfertur recipiatur, profeſsio ſimiliter nulla ſit,* in quibus verbis, iuxta doctrinam ſupradictam,& proprietatem & rigorem verborũ relatiuorum, *ſiquis autem eorum*, ſolum irritatur profeſsio illorum,qui non obſtante ſua illegitimitate profeſsi ſunt non habita dicta informatione, & vnanimi cõſenſu. Tertio ponitur clauſula irritans. Quando expreſſe loquitur de criminoſis, & de debitis & ratiocinijs obnoxijs, loquẽs enim de illis, ait Summus Pontifex: *Omnes autem & quoſcumque, vt dictum eſt criminoſos, aut ære alieno, ac rationibus reddendis obligatos ad religionem perpetuo inhabiles declaramus, & ſi qui eorum contra præſentem noſtram conſtitutionem temere admittentur, tam ſuſceptionem habitus quam profeſsionem, & inde ſecuta ex nunc, prout ex tunc pari modo irritamus.* In quibus verbis certum, & euidens eſt non irritari profeſsionem eorum, qui nec ſunt criminoſi, nec ſuſpecti de crimine, nec obligati debitis,aut rationibus reddẽdis. Vnde cum in tota conſtitutione non ponatur clauſula irritans, niſi in dictis tribus caſibus ſolum, manifeſte ſequitur, & non poteſt negari, quod profeſsio illorum,qui nullo prædictorum impedimentorum ſint irretiti,non irritatur per eam, cum hic caſus in nullo prædictorum impedimentorum comprehendatur, ſupponimus enim nos loqui de illis qui non ſunt criminoſi, neque debitis obnoxij,neq; rationibus reddẽdis obligati,nõ loquor autem de impedimento illegitimitatis cum hoc impedimentum iam ſit per Gregorium Quartum Decimum ſublatum.

Et confirmatur noſtrum dictum per quãdam doctrinam Bartoli *b* receptam per Felinum, & alios communiter. Dicunt enim & docent clauſulas irritãtes non debere referri ad id, quod incidenter, & acceſsiue tractatur,ſed ad id quod ex cõſulto, & principaliter prætenditur. Vnde cum lege huius conſtitutionis principaliter prætendatur excludi à religione illegitimos, & criminoſos & debitis, & ratiocinijs obligatos, & diligentia in inquiſitionibus facienda, vt quid ſolum acceſſorij proponatur, vt facilius hic finis conſequatur, ſequitur manifeſte ſecundum præfatam doctrinam, quod clauſula irritatoria poſita in fine conſtitutionis, non debet neque poteſt referri ad illud,quod agitur ſolum de informationibus faciendis cum ipſæ tanquam quid acceſſorium fieri præcipiantur, vt ſic legitimi expellãtur,& alij criminibus aut debitis ratiocinijs reddẽdis obligati, ad religionem minime recipiantur, quod fuit principale intentum huius conſtitutionis, & ceſſantibus dictis impedimentis in aliquibus non erit illorum profeſsio irrita & nulla ex ſolo defectu informationum cum informationes,vt quid acceſſorium in præfata conſtitutione fieri præcipiantur.

b Bart. in l. ſi. §. titia ff. de libertate legata Feli. in c. cauſam quæ de reſ. n. 4.

Probatur deinde noſtrum dictum ex alia doctrina Panormitani, *c* qui agens ex propoſito quomodo debeant explicari & intelligi clauſulæ,quæ ponuntur in fine legum aut in aliquo articulo,aut diſpoſitione illarum,ait quod clauſulæ irritatoriæ,ſicut eſt clauſula, *capi. quia propter de electione* in qua dicitur,quod electio aliter facta non teneat, & aliæ clauſulæ ſimiles odioſæ, & iuris communis correctoriæ non poſſunt nec debent referri ad omne,quod in lege dicitur

c Pan. in cap. Eccl. veſtra de elect. nos 6. & in c. 2. requiris de appel. n. 10.

citur, ſed quod debēt reſtringi, & omnimodo poſsibili limitari, & ſic ait idem Panormitanus, *d* quod ad hoc vt clauſula referatur ad omnia præcedentia debet eſſe vniformis ratio de omnibus, at ſi poteſt reddi diuerſi ratio quare clauſula referatur magis ad vnum quam ad alterum expręcedentibus tunc non debet referri ad omnia, ſed ſolum ad illud ad quod maior ratio dictat, vt referatur, vt etiam annotauit Felinus *e* cum Bartolo, iuxta quam doctrinam videtur indubitabile, quod irritatio profeſsionis non debet nec poteſt referri ad caſum, in quo nouitij non præceſsit informatio, ſed ſolū ad caſum in quo profeſſus fuerit aliquis illorum qui aliquo prædictorum impedimentorum erant detenti, ſcilicet, quando erat illegitimus, aut criminoſus, aut debitis, aut ratiocinijs reddendis obligatus, cum dicta clauſula irritans ſit odioſa & iuris communis correctiua, & per conſequens debere reſtringi ad impeditos aliquo dictorum impedimentorum, & minime debere extendi ad eos qui ſunt admiſsi ad profeſsionem, ſine præuia informatione nullo alias impedimento ligati, cum tanta ſit inter eos diuerſitatis ratio, & cum admittere primos ad religionem ſit quid cauſans religioni maximū detrimentum prout clare inſinuat ſummus Pontifex. Quod detrimentum, & præiudicium ex receptione habilium, ſine præuia informatione minime cauſatur, ſiquidē ipſi habiles habent ſufficientiam neceſſariam ad bonum religionis, & in ipſis nullum impedimentum ex prædictis inuenitur. Colligitur ergo ex ſupradictis, quod conſtitutio Sixti Quinti prima prohibens ne tales iuuenes etiam alias habiles recipiantur, niſi de eis fiat diligens, & exacta inquiſitio probata à patribus, prout in ipſa conſtitutione refertur. Cum non irritet expreſſe ſuſceptionem habitus profeſsionem eorū nec aliæ clauſulæ irritatoriæ in eadem conſtitutione adiectæ ad eos iuridicè poſsint referri, quod inquiſitio exacta pro ipſis fieri præcepta non eſt ſubſtantialis ad actū profeſsionis, ſed eſt tantum quædam ſolemnitas probatoria, ſecundum quandam Baldi doctrinam, dicentis quod ſolemnitas teſtiū in dubio eſt probatoria, non autem ſubſtantialis, niſi lex vltra annullando procedat, quæ doctrina approbatur, & commendatur à doctoribus in additionibus g ad Bartolū. Et ita intellexerunt patres doctiſsimi hanc Sixti Quinti conſtitutionē, inter quos fuit ille doctiſsimus, & reuerendiſsimus pater noſter Frater Franciſcus à Toloſa totius noſtri ordinis olim generalis, & poſtea meritiſsimus Epiſcopus Tuytenſis, qui in facti cōtingentia iudicauit, quēdam nullo impedimento aſtrictum in noſtra religione profeſsum vere eſſe religioſum, etiamſi de ipſo nō fuerit facta exacta inquiſitio, & cum ego in hac quoque iuxta hanc primam Sixti V. conſtitutionem fuerim opinione de me parum in re tam graui confiſus eam, cum doctiſsimis viris huius Academiæ Salmanticenſis communicaui præcipuè cum doctiſsimo *D*octore Gabriele Henriquez Iuris conſultorū primario, qui hanc ſententiam viſo tenore præfatæ conſtitutionis libentiſsime fuit ſecutus, quam etiam vt indubitabilem amplexati ſunt doctiſsimi religioſi noſtræ ſacræ religionis, & Societatis Ieſu, & de hoc ſummopere ſum gauiſus, tot enim, & tam doctis patribus ſociatus tenēdo hanc partem contra multorum torrentē de ſingularitate non poſſum argui, quam ſingularitatem in rebus moralibus ſemper fugiendam duxi.

Sed contra hanc partem omnes viri doctiſsimi, vſque modo tenuerunt propter ſecundam conſtitutionem *S*ixti V. declaratoriam primæ, in qua ipſe Summus Pontifex videtur declarare abſolute eſſe nullas profeſsiones omnium, niſi præcedat exacta inquiſitio, & forma in dicta conſtitutione præſcripta. Videamus igitur tenorem huius declarationis, vt eius argumentum pene tremus, & de eius efficacia, aut inefficacia verba faciamus: tenor igitur eſt.

Quod autem pertinet ad profeſsionem, tam illegitimorum, quam eorum, qui poſt XVI. ætatis annum expletum regularem habitum ſuſceperunt, quia tunc demum vere & propriè religioſi effici dicuntur, cum profeſsionem emittunt, declaramus eos, qui ante prædictam conſtitutionem noſtram editam habitum ſuſceperint, & poſt ipſius promulgationē cupiunt profiteri non alias ad profeſsionem admittendos eſſe, quā facta inquiſitione, & ſeruata forma in ip-

in ip-

d Pan. vbiſ.

e Fel. vbiſu. Bartol. in l. præter. la 2. §. eritque ff. de vi bono. rap. & in l. talis ſcriptura ff. delega. 1. vbi omnes.

f Bal. in c. 1. in vlti. col. quæ ſit inuſtit.

g Additio. ad Bart. in l. 1. lit. c. ff. de cōdi. indeb.

in ipſa conſtitutione præſcripta. Et eorum qui poſt dictam promulgationem etiam ignoranter non habita dicta inquiſitione, & non ſeruata forma ad profeſſionem admiſſi fuerint profeſſionem nullius eſſe roboris & momenti. Hæc Sixtus Quintus in ſua ſecunda conſtitutione, per quam vt dixi tenent omnes viri profeſsionem omnem eſſe irritam & inualidam etiamſi nullo impedimento detineantur ex eo ſolum, quod de ipſis non fuerit facta exacta inquiſitio, & ita vt dixi fuit apud multa tribunalia iudicatum, & executioni mandatum, ſed cum in prima conſtitutione profeſsio talium non irritetur, prout viſum eſt in ſuperioribus rem exactius conſiderans cœpi de hac opinione dubitare. Et occurrerũt mihi multa in corde meo reuoluta, quibus penſatis non potui mihi perſuadere Pontificem maximum in ſua ſecunda conſtitutione, primam in hoc caſu reuocare voluiſſe. Cum non præſumatur legiſlator, qui cum conſilio edit legem ſe ipſum ſtatim corrigere, & cum legislator reſcribẽdo cum iure communi, atque ratione magis quam fieri poteſt ſe conformare præſumatur iuxta quoddam celebre dictum *Baldi* [h] quem ſequuntur Ruinus Decius, & Pariſius. Et certe ratio nõ dictat, vt præfati cum ſint habiles ad profitendum propter omiſſam minimam iuris poſitiui ſolemnitatem à religione, tanquam non vere religioſi expellantur, & ea quæ Deo promiſerunt obſeruare non teneantur, à qua ratione Papam recedere minime præſumere debemus præcipuè in hoc caſu, in quo, vt ſupra oſtendimus ceſſat ratio propter quam ipſe hanc rigoroſam edidit conſtitutionem. Cũ loquamur non de illegitimis, neque de criminoſis nec debitis, aut ratiocinijs dandis grauatis quos tantum à religione voluit excludere vt alij ab his impedimentis immunes in religione profeſsi quietè, & religioſe in communitate poſsint viuere. Sed his omiſsis veniamus, vt ita dicam ad manus ſumentes arma, quibus noſtram opinionem comprobemus, & ſic oportet vt ad interpretationem huius ſecundæ conſtitutionis accedamus. Ipſius enim verus intellectus, ſcutum erit inexpugnabile, quo nos à telis contrariorum protegemus, nullum enim aliud fundamentum habent contrariæ partis aſſertores, quo efficacius muniantur.

Pro explicatione igitur eſt notandũ, quod cum turpius eijcitur quam non admittitur hoſpes, vt communiter dicitur, prælati religionum ægrè ferebant facere informationes de his quos ante promulgationẽ huius primæ conſtitutionis Sixti V. ad habitum regularem admiſerunt & perſeuerantes in nouitiatu profiteri cupiebant, conſiderantes, quod ſi informationes non eſſent iuxta formam ipſius conſtitutionis factæ neceſſario debebant eos à religione expellere, & habitu nouitiatus ſpoliare in opprobrium eorum, & ſuorum propinquorum, & aliorum: qui perſeuerantiam talium in religione deſiderabant. Et multo magis ægre hoc ferebant, ſi tales ante promulgationem præfatę conſtitutionis recepti ignoranter poſt promulgationem erant profeſsi cum id nõ ſolum in opprobrium ſui & ſuorum propinquorum, ſed etiam in opprobrium religionis redundaret, imo & in dampũ maximum ipſius monaſterij in quo erant profeſsi cederet cum hæreditas forte per profeſsionẽ acquiſita ipſi monaſterio poſſet ab eo auferri ſi præfatæ Inquiſitiones, & informationes ita factæ eſſent, vt per eas tales profeſsi pro nõ profeſsis poſſent iudicari, ideo apud Summum Pontificem duo dubia circa hoc fuerunt propoſita. Primum dubiũ fuit de his qui ante promulgationem dictæ primæ conſtitutionis habitum receperunt, & cupiebant profiteri. Vtrum ſcilicet de his neceſſario eſſet Inquiſitio facienda, & forma præſcripta ſeruanda, & reſpondet Summus Pontifex quod ſic, quæ reſponſio nihil contra nos. Secũdum dubium fuit de his qui ante promulgationem habitum ſuſceperunt, & poſt eam ignoranter profeſsi ſunt nõ ſeruata præfata forma. Vtrum ſcilicet eorum valuerit profeſsio, & reſpondet Summus Pontifex profeſsionem eorum nullius eſſe roboris, & momenti, & hoc eſt contra nos. At hoc ita abſolutè definiuit, quia propter cauſas ſuperius adductas prælati maximè ægrè ferebant facere informationes de prædictis, & vt eos ad eas faciendas aſtringeret rigoroſe reſpondet talem profeſsionem nõ habita dicta forma nullius eſſe momenti, ſi enim in hoc caſu profeſsionem non irritaret, ſed tantum fieri informationem, & ſeruari præfatam formam præciperet hoc præceptum ad euitandum dictum opprobriũ & ne perderet monaſterium hæreditatem acqui-

[h] Bald. in l. ex facto ff. de vulg. & pupil. Ruinus cõſil. 60. n. 5. Deci. conſil. 64. col. pen. n. 7 Pariſius cõſil. 11. li. 1. n. 127.

acquiſitam prælati non adimplerent, & ad religionem illegitimi criminoſi debitis, & ratiocinijs obligati reciperentur, quod Sixtus V. in ſua conſtitutione voluit ex profeſſo, & principaliter exterminare. Quod autem Pontifex in hoc ſecundo dubio loquatur de receptis ante dictæ conſtitutionis promulgationem patet ex relatiuo, *& eorum*, quod iuxta ſuperius explicata ad immediatā clauſulā refertur, in qua tantū de receptis ante promulgationem conſtitutionis erat ſermo. Cum igitur Summus Pontifex in hoc caſu particulari, in quo tam grauis vrget ratio irritauerit profeſsionem eorum, qui non ſeruata forma etiam ignoranter profeſsi fuerint, non eſt cur hæc delaratio extendatur ad omnes qui poſt promulgationem dictæ conſtitutionis recepti ſunt & profeſsi, in quibus nullum erat impedimentum, quo ipſi eſſent inhabiles ad profitēdum, vt ſcilicet eorum profeſsio ſit nulla ex eo ſolum, quia forma præſcripta eſt prætermiſſa. Cum prælati non ægrè ferant facere de his informationes ante ſuſceptum habitum, & ſine opprobrio ipſorum & ſuorum parentum poſsint facili negotio, cum reuerentia debita ad religionem non admitti. Et licet eadem, & ſimilis ratio militaret in receptis adhabitum, & profeſsionem poſt promulgationem dictæ conſtitutionis, quæ militat in receptis ante promulgationē dictæ conſtitutionis, & quæ militat in receptis ante promulgationem, & profeſſis, poſt promulgationem licet ignoranter, cum præfata Sixti V. declaratio ſit correctoria, & odioſa non debet ad caſum ſimilem extendi, prout tradit quædam Gloſſa *i* communiter recepta, & præterea non extēditur ad ſimile, vbi eſt aliquis caſus in quo conſtitutio extenditur ad præterita ſecundum Ioannem Andream, K & Baldum quos ſequitur Felinus, vnde cum hæc declaratio extendat aliquo modo cōſtitutionē primā ad præterita, ſcilicet adeos, qui ante eam habitum ſuſceperunt, non debet vniuerſaliter extendi ad futura, id eſt ad illos qui poſt promulgationem ipſius habitum ſuſceperunt, & profeſsi ſunt nullo impedimēto aſtricti, quo minus eorum profeſsio valeret.

i Gloſſ. in clem. vt hi qui de ætat. & qualit. K Andr. in ca. de teſtan da de conc. præbend. li. 6. Bald. in c. 1. iuxta fi. in tit. an mari. ſuccedat vxori in feudo Felin. in c. de ſtatut. n. 12.

Secundo reſpondeo, quod Summus Pontifex loquendo de his qui ante promulgationem conſtitutionis habitum ſuſceperunt & poſt promulgationem ignoranter ſunt profeſsi, ſolum ait quod eorum profeſsio ſit nulla, ſi non præceſsit informatio, & forma præſcripta in dicta conſtitutione, quæ cum ſit declaratio primæ conſtitutionis debet explicari iuxta terminos præfatæ conſtitutionis: nam conſtitutio, quę ſit ad declarandum & roborandum aliam intelligenda eſt, & limitanda iuxta terminos declaratæ & roboratæ, prout ait ius *l* & ſentit quædam Gloſſa, quam putat ſingularem Cardinalis addens, quod eaſdem limitationes, & extenſiones, quas recipit declarata & roborata debet recipere declarans, & roborās. Quam opinionem ſequitur Felinus, referēs enim ſe ad aliud intelligitur ſecundum illud vt dicitur in iure. *m* Et ſic in hac declaratione vult dicere ſummus Pontifex, quod non valet profeſsio illorum, qui profeſsi ſunt, ſine dicta ſolemnitate, ſi tales ſunt impedimentis poſitis in prima conſtitutione irretiti, cum ipſi prout explicatum eſt in ſuperioribus ſint inhabiles ad profitendum, ita enim explicata, & limitata eſt dicta prima conſtitutio, at non negat Summus Pontifex quod valeat profeſsio habilium ad profitendum, etiamſi in informatione adſit aliquis defectus cum reſpectu talium iuxta primam conſtitutionem, tantum præcipit Summus Pontifex, vt fiat informatio, & approbetur, non tamen eorum irritat profeſsionem, ſi prædicta forma prætermittatur. Hæ interpretationes ſunt ſatis congruæ conſtitutioni tam rigoroſæ, & odioſæ, quæ fauorabiliter, & non ſtrictè eſt interpretanda quatenus proprietas, & mens legislatoris hoc patitur: nam lex condemnans ſimpliciter ad pœnam capitalem intelligitur de exilio, vt poſt Gloſſam *n* tradunt Abbas Atetinus, & Alciatus, non cum ſit odioſa fauorabiliter declaratur.

b Auth. conſtituti. quæ in nou. §. vu de ver. in illis collat. 3. glo. vbi Cardina oppoſ. 3. in c. ſtatu. v. conſuetu. de elect. Feli. in ca. 1. de iur. iuran. m L. in teſtamen. ff. de cond & demōſtra.

n Gloſ. in l. 1. v. ca. C. ne hære. vel iudæi Abbas in c. quanto de iur. iurā. Aret. in tra. mala. v. & caputab. ſpatulis Alciat. de præſ. 3. par. præſ. vltim. 7.

ARTICVLVS VI.

Vtrum præfati religioſi recepti, & profeſsi poſt promulgationem conſtitutionum Sixti Quinti, non ſeruata forma in ipſis præſcripta, ſi nullo impedimentorum eorum, quæ aſſignantur in ea fuerint irretiti poſſint ſine aliquo peccato petere apud tribu-

tribunaliæ Eccleſiaſtica, aut ſecularia, vt habitu ſpoliẽtur, & non profeſsi declarentur.

REſpondeo dicendo, hunc articulum â me in præſentiarum proponi ad magis confundendam audaciam eorum, qui audacter accedentes ad tribunalia Eccleſiaſtica in iudicio petebant, vt eorũ profeſsiones irritæ eſſe declararentur, abhorret enim â pijs auribus, quod in hac ætate vidimus & manus noſtræ contrectauerunt de multis ſolemniter in religione profeſsis habilibus alias ad profitendum, qui propter informationes non exactè factas, vt illi maximi peccatores adulterantes, de quibus per Hieremiam *a* audacter, & inuerecundè apud præfata tribunalia comparuerunt poſtulantes, vt eorum profeſsio irrita declararetur, & habitu regulari ſpoliarentur, & laicali, aut clericali iuxta eorum antiquum ſtatum induerentur, non conſiderantes non vineq; coactè, neque dolo, ſed libere ſponte nè, & deuotè ſe & ſua Deo optimo maximo profitendo regulam conſecraſſe. Qui hæc non attendendo ſpiritu, & feruore & deuotione deſolati in ſeculo viuũt, & vxoribus ſunt ali qui eorum copulati, & in medio populorũ habitant, vt ſeculares, ante quorum conſpectum per aliquot & multos annos religioſo habitu, vt veri religioſi incedebant. Ait Ioã nes Andreas, *b* quem in hoc ſequitur & laudat Felinus, quod nouitius exiens â religione in qua aſſumpſerat habitum licet poſsit vti veſtibus ſecularibus non tamen debet, vti laſciuis in memoriam priſtinæ religionis, & hi qui miſerunt manum ad aratrum reſpicientes retro non apti Regno *Dei* obliti ſuæ vocationis, obliti pudoris in conſpectu populi, & in facie Eccleſiæ nõ ſolum laſciuis veſtibus aliqui eorum induũ tur, & luxurioſe viuunt, & ſecularibus, & profanis actibus implicantur. Ad confringendum igitur maxillas horum equorum emiſſariorum non ſolum volui in hac quæſtione tractare, & reſoluere eos in foro exteriori eſſe verè profeſſos, & à religione minime gentium, tanquam non profeſſos egredi nõ potuiſſe, cũ profeſsio eorũ in præfatis conſtitutionibus non irritetur, neque ipſi ad profitendum inhabiles efficiantur, ſed etiam volui probare, quod dato, quod ipſorum profeſsio in dictis cõſtitutionibus nulla redderetur (quod firmiſsime negamus) in foro tamen conſcientiæ ſaltem vere eſſe profeſſos, & apud præfata tribunalia petendo ſuam profeſsionem irritam in foro exteriori declarari non ſolum contra honeſtatem, ſed etiam contra conſcientiam huiuſmodi litem fuiſſe motam. Pro cuius rei explicatione aliqua fundamenta ſunt iaciẽda.

Primum fundamentum eſt ex doctrina communi collecta â Felino *c* qui poſtquam poſuit quandam regulam magiſtralem, ſcilicet canones omnes obligare aliquas fallentias prædictæ regulæ apponit, inter quas hanc ſextam, in ordine ſubiungit dicens *d* *Fallit ſexto, ſeu potius declaratur iſta regula, vt non procedat in foro conſcientiæ, vbi agitur ſolum de ſalute animæ vt videntur probare verba Innocentij in capitulo quia propter de electione: vbi dicit quod quamuis in electione non fuerit ſeruata forma data â canonibus, dummodo interuenerit purus conſenſus eligentium, tenet tamen in foro conſcientiæ, de quo dicto facit feſtum Dominus Abbas, in capitulo primo in fine de reſtitutione in integrũ dicens quod valet in omni actum quo eſt prætermiſſa ſolemnitas iuris poſitiui, vt in foro animæ non teneatur quis ſibi de hoc facere conſcientiam, ex quo non interuenit aliqua deceptio, & affuit conſenſus habentium actum explorate de iure naturali. Et idem de electo repetit Innocentium, in capite quinto celebrat, de clericorum excõmunicatione, & ſequitur Dominicus in capite primo, in fine de ſponſalib. libro ſexto per illum textum probantem, quod actus poteſt eſſe nullus de iure poſitiuo, ſed non de iure naturali. Et de electione eleganter notat Petrus de Ancharrano in regula beneficium, in ſeptima*

a Hierem.

b And. in c. cõſul. ex. de regul. Feli. in c. quæ in Eccleſ. de conſt.

c Feli. in cap. 1. de cõſt. n. 11.

d Ibi. n. 39.

ſeptima quæſtione de regulis iuris lib. 6. benefaciunt examinata per ipſum in regula poſſeſſor, in prima quæſtione eodem titulo, & libro, & de hærede ex teſtamento carente ſolemnitate iuris, & habente conſenſum purum teſtatoris, an ſcilicet teneat in conſcientia cõcludit, quod ſic ceſſante fraude, de quo per Cardinalem in diſputatione incipienti, Bononienſi ſtatuto, & ideo dixit Abbas in capite relatum el primero, de teſtamentis, quod contractus mulieris factus ſine fraude valet in foro conſcientiæ etiam non ſeruata forma ſtatuti loquentis de conſenſu propinquorum & idem Dominus Abbas in capite porrectum, de regularibus, dixit poſt Gloſſam ſecundam, ibi quod profeſsio facta omiſſa forma, quæ traditur in regula, ligat quoad Deum. Hæc Felinus quam doctrinam intelligit idem Felinus procedere nõ generaliter, ſed ſolũ incertis caſibus quos ſpecialiter enumerat, quorum primus eſt quando canon, vel lex fundatur in præſumptione, ait enim, *quia ſi in foro animæ certum ſit præſumptionem illam non eſſe veram prævalet ibi veritas etiam quando lex induceret præſumptionem iuris, & de iure ſecundum Ioannem Andræam in propoſito in capitu. is qui fidem de ſponſalibus, ex cuius verbis hanc doctrinam firmat Abbas ibi, & Petrus de Ancharrano, in dicta regula poſſeſſor, verſiculo adducit ſimile, & Baldus eleganter in capitulo cum quis, verſiculo quæritur an lex poſitiua de iuris & facti ignorantia, hæc idem Felinus.*

Secundum fundamentum, ſupradicta doctrina non ſolum habet locum in conſtitutionibus aliquid ordinantibus, & præcipiẽtibus, ſed etiam in habentibus decretum irritans quod ex ſuperioribus colligitur, ſed clarius patet doctrina Abbatis e *Panormitani. Ait enim ſufficere quo ad forum conſcientiæ, vt contractus teneat, ſecundum limites iuris naturalis, ſeu gentium: nam de iure naturali vel gentium ſufficit ſolus conſenſus. Et hæc opinio mihi placet, & adduco ſingulare dictum Innocentij in capitulo, quia propter de electione: vbi dicit quod electus eſt tutus in foro animæ, ſi electio ſua teneat de iure gentium, licet non fuerit ſeruata forma à iure poſitiuo quia illa forma eſt introducta propter ſcandala, & deceptiones euitandas, vnde ex quo omnia illa ceſſauerunt, & interuenit verus conſenſus ſatis eſt tutus, quo ad Deum, & tenebis ſemper mente iſtud dictum, quia valet in omni actu, in quo eſt prætermiſſa ſolemnitas iuris poſitiui, vt in foro animæ non teneatur quis ſibi de hoc facere conſcientiam, ex quo non interuenit ibi aliqua deceptio, & affuit conſenſus habentium actum explicare de iure naturali.* Hæc Abbas, ex cuius tam generali doctrina ſatis colligitur præfatam regulam etiam in decreto irritante habere locum, quod patet ex capitulo, *quia propter*, ibi allegato, de electione, vbi non obſtante, quod electio irritatur nõ ſeruata forma ibi deſcripta, ait ipſe Abbas eam deciſionem non procedere in foro cõſcientiæ, & valere electionem ſi in ea interueniant ea, quæ de iure naturali requiruntur.

e Abbas in c. 1. in fine de reſtit. in inte.

Quod inſuper probatur: nam Pius Quintus in extrauagante, *cum onus Apoſtolicæ ſolicitudinis.* Irritat contractum cenſus redimibilis, ſi non fuerit initus cum numerata pecunia in ipſo cõtractu, corã notario, & teſtibus, vt patet ex eius verbis ibi,

Rur-

Rurſum niſi vere, in pecunia numerata præſentibus teſtibus, & notario, & in actu celebrationis inſtrumenti non autem prius receptum integro iuſtoque pretio. Quibus rigoroſis verbis, non obſtantibus tenet Nauarrus, *f* explicans præfatam extrauagantem. *Quod ſi vendens cenſum debebat emptori centum ante propter aliquas cauſas recepta, & poſtea recipit illa centum in partē pretij emens tuto in foro conſcientiæ poteſt recipere fructum, ita conſtitutū abſolutum, quia lex fundata in præſumptione non habet locum in foro cōſcientiæ, quando veritas eſt in contrarium capite. is, qui, capitulo, tua, de ſponſali. & hic rigor ſoluendi totum pretium in conſtitutione cēſus in pecunia numerata videtur inductus ad præcludendum viam malis dolis, & cautelis, quibus ementes male ſoluebant precium in pānis, & alijs mercibus antea, vel tunc traditis, vel in pecunia numerata ad eludendum, vel in alios fines varios, & malos, & ita non videtur includere, quoad forum conſcientiæ illos qui bona fide vtilius, vel æque vtiliter anticipauerunt ſolutionem totius, vel partis cenſus, ac ſi in ipſa conſtitutione ſoluerentur,* Hæc Nauarrus. Deinde probatur, nam lex *g* præcipit, quod teſtamentum non fiat, ſine certo numero teſtium, & quod alias ſit irritum, & nullum. Qua lege non obſtante opinio eſt receptiſsima, quod teſtamenta, quæ fiunt ſine hac ſolemnitate ſunt valida in foro conſcientiæ, licet in foro exteriori, nulla iudicentur, & itatenent quam plurimi Theologi, & vtriuſque iuris Doctores, allegati à Couarruuias, *h* & Soto. Cuius opinionis præcipuum fundamentum eſt, quod lex quæ præſumptionem præfefert in animæ iudicio locum ſibi non vendicat, quia in eo conſtat veritas, & ceſſat præſumptio, & ſolemnitas iuris ciuilis in teſtamentis ideo requiritur, vt euitentur falſitates, quæ in eis committi ſolebant, vt dicitur in iure *i* ſed ſi conſtat abſque aliqua ſuſpicione voluntas teſtandi, ceſſat hæc præſumptio: igitur in conſcientia valent teſtamenta facta ſine ſolemnitate iuris, dummodo conſtet de voluntate teſtatoris, hoc fundamentum latius probabitur infra in concluſione ſecunda, & in reſponſione ad argumenta.

Tertium fundamentum eſt, quod conſtitutio Sixti Quinti, ſuper receptione nouitiorum eſt lex fundata in præſumptione, vt patet ex eius literæ contextu, ibi, *cæterum quoniam ſe vitia ingerunt, & ſe ſe virtutes mentiuntur, ac multi decoctores poſt dilapidatam rem familiarem, & contractam ingentem vim æris alieni, aut interuerſam alienam pecuniam eorum fidei creditam, aut ratiocinia effugiunt, alij poſt furta, latrocinia, rapinas, homicidia, alia ve facinora, patrata, etiam banniti, ac dānati, ſeu qui meritas pro ſuis delictis pœnas metuunt non pia intentione, ſed ad euitandum legum, & iudiciorum ſeueritatem, quia tutò in ſeculo viuere non poſſunt. Tunc demum quærunt â religione auxilium, quando aliunde illud non ſperant: vnde ſub habitu, & nomine religioſorum animum religioni inimicum, & inueterata vitia retinent, neque alios, qui ſancta vocatione vocati ſunt patiuntur tranquille, diuinis obſequijs intereſſe in grauem Dei offenſam religionis opprobrium, & ſcandalum plurimorum, vt his quoque ſubterfugijs, & impunitatis ſpes omnis tollatur, autho-*

f Nau. in cō mun. de vſuris n. 88. iuxta fin.

g L. hac cō ſultiſsima. C. de teſta. inſtit. eod. ti. §. vlt.

h Cou. inc. cum eſſes de teſta. n. 4. & 5. Soto li. 4. de inſt. q. 5. a. 3.

i L. ſi. C. de fideicōmi. §. 1. inſt. de teſtam.

authoritate Apoſtolica, & tenore præſentium, etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus iuuenes, aut viros adultos maiores ſexdecim annorum, non aliter in aliquam religionem, recipi poſſe, neque debere, niſi prius de eorum parentibus, patria deque anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur, &c. Ex quibus verbis colligitur ipſam fundari in præſumptione, vt patet ex ea, ibi, *non pia intentione ſed ad euitandam legum, & iudiciorum ſæuitatem, quia tuti in ſeculo viuere non poſſunt, &c.* & ex ea, ibi *adultos maiores ſexdecim annorum*, in quibus verbis innuitur ideo adultos ſexdecim annorum, & minores in præfata conſtitutione non eſſe comprehenſos, quia in eis ceſſat præſumptio ipſius, non enim præſumuntur ipſi, in tali ætate decoctores fuiſſe rei alienæ, & ratiocinijs reddendis eſſe obnoxios, & delicta digna ſupplicio, apud tribunalia commiſiſſe. Probatur inſuper quia ea cõnſtitutio Syxti Quinti in eo, quod determinat, quod qui commiſerunt aliquod delictum in ſeculo, quod per viam denunciationis, Inquiſitionis, aut accuſationis eſt deductum in iudicium, non poſſunt in religionibus profiteri, quia præſumuntur, ad religionem fugere, vt rigorem & ſæuitatem iudiciorum euadant, eſt extracta à ſacris Canonibus ſecundum quos ſi laicus poſt delictum à ſe commiſſum fiat clericus, aut religionem intret, hoc facere præſumitur in fraudem declinandi iuriſdictionem regalem, & in cauſa criminali, poteſt puniri à iudice ſeculari, prout tradit Couarruuias, K & nos ſupra hoc tomo diximus. Et cum hoc in præſumptione fundetur defendimus in eodem loco, non habere locum in eo qui prius quam delictum commiſit, votum clericatus, aut religionis emiſit, cum in hoc caſu ceſſet præfata præſumptio, & intelligatur ipſum non ad fugiendam pœnam delicto debitam, ſed pietatis & deuotionis cauſa ſtatum clericatus, aut religionis aſſumpſiſſe. Vnde cum præfata conſtitutio fuerit extracta in eo quod agit de criminoſis à dicto iure antiquo, cum ipſum ius antiquum fuerit in præſumptione fundatum, neceſſario debemus dicere ipſammet conſtitutionem in præſumptione fundari, & ſicut ipſum ius antiquum ceſſabat in eo, qui fecerat votum clericatus, aut religionis quia in tali præſumptio ceſſabat. Ita etiam hæc conſtitutio ſaltem in foro conſcientiæ debet ceſſare, in caſu quo eius præſumptio ceſſat, cum conſtitutio quæ fit ad roborandum aliam intelligenda ſit, & limitanda ſecundum roboratam, prout in ſuperioribus ſatis diximus. Quod ipſum eſt dicendum de debitis ingentibus & ratiocinijs obnoxijs, de quibus noſtra etiam agit conſtitutio, quos inhabiles ad religionem decernit, cum enim in hoc ex iure antiquo fundato in præſumptione originetur, prout conſtat ex traditis ſupra hac quæſtione *m* ſequitur eam quantum ad hoc in præſumptione fundari. His prælibatis fundamentis reſtat proponere concluſiones, vt ita hæc difficultas clarè, & diſtinctè reſoluatur, & vt videatur, quam inuerecunde aliqui profeſsi poſt conſtitutionem Sixti Quinti, qui alias erant habiles ad profeſsionem emittendam nullum ſubterfugium habentes, niſi ſolum informationis defectum, habitum reliquerunt, ad quod obtinendum publicè contra ſuas religiones litem mouerunt.

m Suprahas q. art. 2.

Prima concluſio, licet prædictorum profeſsio irrita ſit (quod ego iterum, atque iterum nego) ipſi tamen, ſine aliqua controuerſia obligatione quadam naturali erant aſtricti ad perſeuerandum in religione, defendit enim Couarruuias, *n* ex teſtamento minus ſolemni, & irrito propter defectum ſolemnitatis, licet nulla, neque in foro exteriori, neque interiori naſcatur obligatio, oritur tamen quædam obligatio naturalis, quæ inſurgit ex honeſtate & debito morali, quod in ſimili ſpecie tenet *D*iuus Thomas. *o* Quod à fortiori dicendum eſt in iſtis, qui per profeſsionem ſe Deo dicauerunt ſponte & deuotè, & religio eos in ſuo ſinu tanquam filios chariſsimos recepit, educauit, ſactis ordinibus aliquos eorum inſigniuit, & bonis moribus inſtrui procurauit, qui ſaltem tanquam ingrati à iudicio erant repellendi ingratitudinem enim peccatum eſſe conſtat, quandoque mortale

n Cou. in & cũ eſſet de teſt. nu. 9.

o D. Tho. 2. 2. q. 107. art. 4.

K Coua. li. 6. pra &i. q. q. 32. nu. 4. & q. 35. n. 2. & 5. ortum q. 10. a. 7. l Sudi. dict. q. 10. ad 2.

tale, ſi contingat contemptus beneficij accepti prout tradunt Diuus Thomas o & Caietanus, & quamuis religio, quæ beneficium his intulit, iusactionis non habeat cum propter Deum optimum maximum id animo egerit liberali, & ideo remuneratio ei non ſit debita ex legali obligatione, non tamen debemus ipſos abſoluere â quadam honeſta, & morali obligatione, prout idemmet Diuus Thomas p probat, ratione cuius honeſtæ, & moralis obligationis apud Macedonas actionem aduerſus ingratos lege datam fuiſſe teſtatur Couarruuias, q & idem apud Athenienſes ſtatutum fuiſſe affirmat ſe legiſſe Ludouicus r Cælius, quod ex Valerio Maximo conſtat eandem actionem aduerſus ingratos apud Perſas, datam fuiſſe ſcripſere Xenophon ſ & Themiſtius in commentario de amicitia. Quæ leges licet fuerint abolitæ, & apud nos non ſint receptæ cum nulla actio in Republica detur aduerſus ingratos, qui mortali etiam crimine ingratitudinem committunt ne tot lites oriantur propter vtilitatem Reipublicæ, his enim actionibus non ſufficerent omnia fora authore Seneca t non tamen eſt abolita obligatio naturalis in quadam honeſtate & moralitate fundata, ſicut etiam ad euitandas tot in Republica contentiones expenſas iurgia & lites nulla datur ex pacto nudo actio iure v ciuili, tamen æquitatem naturalem ſacri Canones x ſecuti actionem ex pacto nudo dederunt & attento eodem iure ciuili ex eodem pacto nudo naſci obligationem naturalem, quam violare peccatum ſit mortale tradidit quædam Gloſſa y communiter recepta. Ex quibus ſatis colligitur præfatos profeſſos, & in religione enutritos ſaltem ex obligatione morali, & honeſtatis non potuiſſe, neque debuiſſe apud tribunalia ſecularia, & Eccleſiaſtica reclamare eorum profeſsionem nullam fuiſſe, & ab habitu regulari fore extendos quos cum tanta charitate à religioſis amplexatos, & vt fratres admiſſos in religione receperunt.

o D. Tho. & Caiet. vbi ſu. ar. 3.

p D. Tho. 2.2. q. 106. a. 4. ſ. & 6.

q Couar. in c. cum in offi. de teſt. n. 9.

r Cælius li. 4 rect. anti. c. 28. Valer. li. 5. cap. 3. §. Phocion.

ſ Xenoph. li. 1. de pædia. Cyril. Stobæ. ſermon. 42.

t Senec. li. 3. de bene. c. 7

v L. Iuris gẽtium §. ſed cum nulla ff. de pact.

x c. 1. de pac.

y Gloſ. in d. c. 1.

Secunda concluſio, illi qui nullis impedimentis ad profitendum innodati fecerũt profeſsionem poſt conſtitutiones Sixti Quinti non ſeruata omnino forma in ipſis conſtitutionibus præſcripta etiam dato, quod in foro exteriori non ſint profeſsi (quod iterum affirmo eſſe falſum) non ſolum ex debito honeſtatis debent perſeuerare in religione & tenentur ſuam profeſsionem ratificare, vt diximus in prima concluſione, ſed etiam ex obligatione naturali & conſcientiæ, cum ſint in foro conſcientiæ profeſsi. Quod autem ſint in foro conſcientiæ profeſsi probatur, nam conſtitutio Sixti Quinti eorum profeſsionem (vt communiter dicitur) irritans eſt lex fundata in præſumptione, (vt probatum eſt in tertio fundamento) at lex fundata in præſumptione etiamſi habeat decretum irritans & ſit annullatiua actus ceſſat in foro conſcientiæ, vbi veritas conſtat in contrarium, vt probatum eſt latè in primo & ſecundo fundamento, ergo prædicta conſtitutio Sixti Quinti cum fundetur in præſumptione non habet locum in foro conſcientiæ, vbi in contrarium eſt veritas ſicut in noſtro caſu appareret. Hæc eſt fortiſsima huius opinionis baſis, quæ ex reſponſionibus ad argumenta amplius probabitur.

Ad argumenta.

Primum argumentum, quod contra hanc opinionem poteſt opponi deſumitur ex Concilio Tridentino z irritante matrimonium clandeſtinum, quod decretum fundatur in præſumptione, propter fraudes quæ in his clandeſtinis deſponſationibus ſolebant euenire, & nihilominus ceſſante præſumptione facto ſcilicet matrimonio clandeſtinè cum conſenſu mutuo vero, & vtili vtrique contrahentium matrimonium eſt nullum etiam in foro conſcientiæ, ita vt contrahentes, neque in foro exteriori, neque in foro conſcientiæ teneantur adimplere promiſſum. Quod ſimiliter videtur dicendum in noſtro caſu dato, quod conſtitutio Sixti V. annullet profeſsionem eorum qui non ſeruata forma ipſius cõſtitutionis ſe Deo per votum ſolemne ſacrauerunt. Huic argumẽto reſpõdeo, quod ideo matrimoniũ cladeſtinũ non valet etiam in foro conſciẽtiæ, quia ipſum Concilium non ſolum dirigit verba ad ipſum contractum annullando, & irritãdo illũ, ſed etiã inhabiles reddit cõtrahentes ad ſic cõtrahẽdũ, in iure vero, quãdo verba dirigũtur ad perſonas ipſas inhabiles red-

z Seſſ. 24. de refor. mat. c. 1.

reddēdo ad aliquem contractum faciendū talis contractus non ſolum eſt irritus in foro exteriori, ſed etiam in foro conſcientiæ, vt patet de legibus, quæ prohibent tranſlationem dominij in filios clericorū inhabiles, & incapaces illos reddendo ad huiuſmodi dominij acquiſitionem, talis enim contractus, & dominij, acquiſitio non ſolū eſt nulla in foro exteriori, ſed etiam in foro conſcientiæ. At conſtitutio prima Sixti Quinti non reddit inhabiles ad profitendum illos, qui ſine forma in ea præſcripta profeſsi ſunt, ſicut reddit inhabiles ad profitendum illegitimos criminoſos ære alieno onuſtos, & ratiocinijs reddendis obligatos prout in ſuperiori articulo demonſtrauimus, & ideo præfata conſtitutio ſolum irritans profeſsionem eorum, qui ſine præſcripta forma profeſsi ſunt, qui erant alias habiles ad profitendum cum ſit lex irritatiua actus (quod nos etiam negamus) & fundetur in præſumptione, ceſſante ipſa præſumptione, & aduenięte veritate nō habeat locum in foro conſcientiæ, ſicut non habēt locum aliæ leges ſolum irritantes actum ceſſante præſumptione, in qua fundantur prout eſt ſtatutum, K quod res Eccleſiæ non alienentur niſi præcedentibus tractatibus, & quod aliàs alienatio ſit irrita, & nulla, & tamen eſt opinio probatiſsima a doctorū, a quod ſi alienatio fiat ſine dicta ſolemnitate eſt valida in conſcientia, licet ſit in foro exteriori irrita, & nulla. Ex quibus infertur, quod cum illegitimi, & criminoſi & ære ingenti alieno onuſti, & ratiocinijs reddendis obligati per præfatam conſtitutionem ſint inhabiles ad profitendum ſtatum religioſum, prout in ſuperioribus ſatis diximus eorum profeſsio erit nulla non ſolum in foro exteriori, ſed etiam in foro interiori, cum verba conſtitutionis non ſolum dirigantur ad receptionem habitus & profeſsionis, eam irritando & annullando, ſed etiam ad ipſas perſonas eas inhabiles efficiendo. Quod ex quadam celebri doctrina Bartoli in tertio argumento adducenda ſatis probabitur. Et hoc ſumme eſt notandum prointellectu præfatæ conſtitutionis.

K to. q.2.c. enim.

a Soli.4.de iuſt q.5.ar.5.

b Alciat.li.2 pare.c.16.

Secundo arguitur, licet ſubſtantia â ſolemnitate differat, vt docet Alciatus b & profeſsionis ſubſtantia conſiſtat in quadam traditione in manu prælati per tria vota ſubſtantialia ſecundum regulam ab Eccleſia approbatam, prout ſatis diximus ſupra, c & ſic licet deficiente ſolemnitate iuris poſitiui in foro conſcientiæ valeat actus ſi habeat alias illud, quod eſt eſſentiale de iure diuino, aut gentium, attamen ſumendo ſubſtantialem formam actus alicuius pro eo, ſine quo actus ipſe non valet, neque effectum habere poteſt inquiſitio præfata & informatio requiſita in dictis conſtitutionibus videtur forma ſubſtantialis, & non tantum ſolemnitas, quædam probatoria ex traditis à Bartolo d Iaſone, Baldo, & Alexandro, Decio, & Alberto Bruno, & ita tenet Couarruuias numerum teſtium in teſtamentis non eſſe de ſolemnitate probatoria tantum, ſed de ſolemnitate ſubſtantiali, & ſic in foro exteriori, & interiori teſtamentum ſine præfata ſolemnitate eſſe nullum.

c Sup.hoc 3 tomo q.48. ar.1.

d Barto.in l. nemo pot. ff. dele.1.in vbi Iaſon 1. lect. nu.17. Bald.in l.cū quis C. de iur. & fact. ign. colu.2. Alex. in l.1. ff.de condi. indebit. co. 2. & ibi Iaſ. n.17. Deci. in l. 1. ff.de bono poſ. contratabu. col.3. Brun. in tract.quo tuplex ſit forma fo.13.colum.2. Coua.in c.cum eſſes n.8.de teſta.

Huic argumento facillimo negotio, reſpondetur cum ipſum non deſumatur ex aliqua lege, aut decretali expreſſe id definiente, ſed ex quadam opinione multorum doctorum, à qua recedimus ſequentes Bartolum, e qui loquens de forma ſubſtantiali teſtamenti, ait quod in vltima voluntate, quædam eſt forma ſubſtantialis verbi gratia voluntas defuncti, qua ceſſante de iure gentium, & naturali eſt irritum teſtamentum, alia eſt forma probationis quod ibi ſint ſeptem teſtes & ſimilia, & iſta licet ceſſet non tamen ceſſat obligatio naturalis, ſed ceſſat probatio quantum ad obligationem ciuilem, & ſic (ait Bartolus) hæres ſciens voluntatem teſtatoris licet nullum ſit teſtamentum propter hanc ſolemnitatem obligatur naturaliter ſoluere legata cum repręſentet perſonam teſtatoris, & ſit repræſentatiuè ipſemet teſtator. Quod ibi Bartolus probat in hunc modum. Conceſſum eſt f priuilegium militibus, vt poſsint teſtari quomodo velint detracta omni ſolemnitate Iuris Ciuilis, & eos reponit in priſtinum ius gentium, ſed teſtamentum militis probatur per duos teſtes etiam non rogatos, vt in iure g probatur, ergo ceſſante illa ſolemnitate remanet ius gentium, præterea ait Bartolus, obligatio naturalis contrahitur etiam ſine conſenſu vbicumque æquitas naturalis, hoc eſt de iure gentium hoc dictat exem-

e Bart.in l.1 ff.de cond. indebit.

f L.1. ff.de milit.teſta.

g L.1. & l. Lucius & l. Diuus ff.de milit. teſt.

exemplo hoc probatur, gero negotia abſentis, & furioſi, vel ignorantis expendo vtiliter pro eo, certè ipſe naturaliter, & ciuiliter mihi obligatur iuxta leges, *h* præterea ex maleficijs quis obligatur ciuiliter, & naturaliter, & dicitur hoc eſſe æquũ ex æquitate, vt dicitur in iure, *i* & tamen ille qui delinquit, & in quem delinquitur non conſentit, æquitas ergo naturalis eſt, quæ producit hanc naturalem obligationem, ſed de iure naturali æquum eſt, quod hæres adimpleat voluntatem teſtatoris, quantumcumque non ſit ſolemnis ergo tenetur hæres de iure naturali. Quod in caſu de quo in præſentiarum agimus à fortiori debet admitti, licet enim voluntas teſtatoris diligenter mãdetur adimpleri in iure & maximis fauoribus eius implementum proſequatur, religionis tamen fauor ſuper excedit, vnde cum ius canonicum formam ſubſtantialem ſolemni voto præfixerit, & homo ſe per eam tradat Deo, ita vt dicat Diuus Thomas K hanc traditionem eſſe de iure diuino, & in religionis voto ſolemni propter hanc traditionem non poſſe Papã diſpẽſare non debemus aliam formam ſubſtantialem ſuper addere, ſi nequa præfata forma ſubſtantialis â iure Canonico introducta non ſortiatur ſuum effectum, niſi Papa eam vt ſubſtantialem exprimat, & de nouo conſtituat, quam Sixtus Quintus in præfatis ſuis conſtitutionibus non proponit, vt patet ex contextu literæ: ex quo clare colligitur præfatam inquiſitionem, & informationem approbatam eſſe formam probatoriam, non autem ſubſtantialem, ſicut ſolemnitas teſtium in teſtamento eſt forma tantum probatoria, vt forma ſubſtantialis ſcilicet voluntas teſtatoris poſsit executioni mandari. Quod autem fauor religionis petat, vt præfata ſolemnitas inquiſitionis ſit tantum probatoria non autem ſubſtantialis inſuper probatur, nam fauore alimentorum debentur alimenta ex voluntate teſtatoris minus ſolemni, vt dicitur in quadam lege, *l* quæ non deberentur ſi ſolemnitas teſtium eſſet forma ſubſtantialis teſtamenti, cum forma ſubſtantialis ipſius etiam fauore alimentorum minimè deficere poſsit manente vero teſtamento, quod eſt voluntas de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri vult.

Nec contra hanc doctrinam facit alia doctrina Baldi *m* dicentis, quod ſolemnitas teſtium in dubio eſt tantum probatoria non ſubſtantialis, niſi lex vltra annullando procedat. Nam reſpondetur ex hac doctrina ſatis inferri præfatos profeſſos habiles ad profeſsionem emittendam etiamſi ſit defectus in informatione eſſe vere profeſſos cum ſecundum veritatem, vt monſtratum eſt in ſuperiori articulo, cũ conſtitutio tantum præcipiat fieri informationem non tamen vltra procedat irritando, & dato quod in ſecunda cõſtitutione Sixti Quinti, irritetur profeſsio (quod nos negamus) & ſic ſecundum doctrinam Baldi videatur dicta ſolemnitas informationis ſubſtantialis cum conſtitutio vltra procedat irritando, at ego nego doctrinam Baldi eſſe veram, nam in Concilio Tridentino *n* præcipitur, vt in matrimonio vltra duos teſtes aſsiſtat parrochus, & non aſsiſtente parrocho matrimonium ſit nullum, & nemo auſus eſt affirmare, quod aſsiſtentia teſtium & parrochi ſit forma ſubſtantialis ipſius matrimonij. Nec Bartolus *o* contra doctrinam ipſius tanquam ſibi ipſi contrarius tenet numerum teſtium non rogatorum eſſe formam ſubſtantialem teſtamenti, ſine qua ipſum teſtamentum eſt nullum in vtroque foro, nam Bartolus in eo loco ſolum intendit probare, quod teſtator non poteſt renuntiare huic ſolemnitati dicendo quod eius teſtamentum valeat etiamſi ſeptem teſtes nõ adſint, & hoc probat, quia hæc ſolemnitas fuit introducta in fauorem publicum ad euitandas fraudes, cui nemo priuatus poteſt renuntiare, ſecundo quia hæc ſolemnitas eſt, quædam forma ſubſtantialis probatoria, qua deficiente tanquam cauſa ſine qua non teſtamentum eſt nullum.

Tertio arguitur: nã omnis actus conſiſtit in voluntate & potẽtia, prout dicitur in iure *p* & notatex Boetio Bald. per cõſtitutionẽ autẽ Sixti V. non poteſt quis ſine ſolẽnitate, & forma in ea præſcripta profiteri cum ab eo auferatur potentia, ex quo colligitur parũ volũtatẽ profitentiũ prodeſſe quantũcumq; ea manifeſta ſit. Reſpõdetur quod in cõſtitutione prima, & ſecunda Sixti V. prohibẽtur profiteri præfati habiles ad profitẽdum niſi prius fiat diligens, & exacta inquiſitio iuxta formã ibi præſcriptã, nõ tamẽ ipſi reddũtur inhabiles ad profitendũ ſicut reddũtur illegitimi criminoſi debitis & ratiocinijs dandis onuſti & per cõſequẽs ipſi non

h L. 1. §. fur. ff. de negot. geſt.

i L. non ſolũ §. 1. ff. de iniur.

k D. Tho.

l L. 1. C. de fideicom.

m Bald. in c. 1. in vlt. col. quæſit inveſtit.

n Conc. Tr. ſ. 24. de reform. mat. c. 1

o Bart. in l. nemo poteſt ff. dele. 1.

p c. cum nu per. de offi. deleg. l. nemo poteſt. ff. dele. 1. Baldus in repetit. l. 1. ff. de ſacroſan. Eccle. n. 55.

non aufertur potentia ad profitendum, & dato quod eorum profeſsio in ſecunda conſtitutione irritetur (quod ſempes negamus) cum ipſi ſint habiles ad profitendum ab eis non aufertur immediatè potentia, ita vt eorum profeſsio nõ ſolum ſit irrita in foro exteriori, ſed etiam in foro conſcientiæ. Illa autem regula omnis actus conſiſtit involuntate, & potẽtia, intelligitur hoc modo, quod nec in foro exteriori, nec in foro interiori valet actus factus ab eo, qui voluntatem faciẽdi nõ habet, & cuius potentia per lege in habilitatur ad talẽ actũ, nõ autẽ cuius potẽtia per legẽ ſolũ impeditur, multa enim fieri prohibentur, quæ poſt facta tenent, nec cuius potentia per legem non ſolum impeditur, ſed actus ab ea factus irritatur, ita vt talis actus, neque in foro exteriori, neque in foro conſcientiæ ſit validus, nam ipſe actus etiamſi in foro exteriori ſit nullus in foro tamen interiori valebit. Hæc doctrina colligitur clarè ex his, quæ tradit eleganter, & ſubtiliter Bartolus, *q* poſtquam enim dixit teſtamentum minus ſolemne valere de iure naturali & gentium, & in foro coſcientiæ, licet in foro exteriori ſit irritum & inane addit hoc non habere locum vbicumque teſtamentum non eſt ſolemne propter formæ ſubſtantialis defectum, vt quia pupillus, aut furioſus inhabiles ad teſtandum teſtamentum fecerunt, tunc enim tale teſtamẽtũ, neque de iure ciuili, neque de iure naturali, & gentium eſt validum, & per conſequens ex eo, neque in foro conſcientiæ aliqua oritur obligatio. Vides igitur ex præfata Bartoli doctrina quomodo præfata regula ſcilicet omnes actus conſiſtit in voluntate & potentia eſt ſub diſtinctione interpretanda, & non abſolutè accipienda, prout in argumento proponitur.

q Bartol. in l. 1. ff. de cõdit. indebit.

Quarto arguitur, nam lex poſita à Sixto V. in ſuis conſtitutionibus eſt iuſta propter publicum religionis commodum, lex vero iuxta in foro animæ obligat, vt tenet quædã Gloſſa *r* communiter recepta, quam ſequũtur Abbas Felinus, & Iaſon, & eſt opinio D. Thomæ & cõmunis Theologorum. Reſpõdetur conſtitutiones prefatas obligare non ſolũ in foro exteriori, ſed etiam in foro cõſcientiæ adhũc ſẽſum, quod ſuperiores tenẽtur ſub peccato facere prefatã informationẽ & ſeruare formam in ipſis conſtitutionibus præſcriptam, cum ipſa forma ſit inſtituta pro bono communi. At in quantum præfata conſtitutiones ſunt pœnales irritantes profeſsionem, & punientes cenſuris ſuperiores ipſam formam relinquentes ſecundum alias leges pœnales explicandæ ſunt, vt ceſſante præſumptione, conſtando de veritate receptis habilibus ad religionem talis nullitas profeſsionis & præfatæ pœnæ appoſitæ ſaltem in foro conſcientiæ minimè locum habeant.

r Gloſ. in c. quæ in Eccleſiarũ de cõſti. Abb. Felin. & Decius in ca. 1. de conſti. Iaſon in l. nemo poteſt. 2. le. 9. nu. 106 ff. dele. 1. D Tho. 12. q. 96. ar. 4.

Quinto arguitur, iudicialis definitio veritate comperta, lata, neque falſa ſuſpicione iudice decepto ſicut valet in foro exteriori, ita valet in foro interiori, quia iudex iudicat authoritate *ſ* diuina, & traditur in vtroque iure canonico & ciuili de quo agit Fortunius Garcia, ſed iudex veritate comperta, & certo ſciens, prælatos non feciſſe exacte informationem alicuius profeſsi habilis alias ad profitendum tulit ſententiam, pro ipſo decernens ipſum non eſſe profeſſum, & à monaſterio aufert ius, quod per profeſsionem habebat circa illum ergo hoc iudicium in foro animæ habet authoritatem. Nec videtur perſuaſione poſsibile iudicem exactiſsimè veritatem iuris præfati profeſsi comperta propria ſententia poſſe ipſum iuſtiſsime à religione abſoluere, ipſum autem profeſſum, ita abſolutum minime tutum quo ad diuinum iudicium remanere, neque poſſe in ſeculo in foro conſcientiæ ſecure viuere, ſequererur enim ex hoc leges quibus ſubijcimur in certas eſſe quo ad animarum tutelas, nullumque iuſtitiæ miniſtrum tutè à Republica nobis exhibere. Hoc argumentum in ſimili proponunt Soto, *t* & Couarruuias ad probandum, quod legata in minus ſolemni teſtamento relicta etiam in animæ iudicio minimè hæredes ſoluere tenentur etiamſi ſciant certo, fuiſſe voluntatem defuncti, vt prædicta legata ſoluerentur. Et miror certe, quod Couarruuias, tanti faciat hoc argumẽtum, cum idemmet Couarru. *v* dicat quod licet ex pacto nudo oriatur obligatio naturalis, ideoque pactum violare peccatum mortale ſit, regulariter tamen ad euitandas tot in Republica contentiones expenſas iurgia, & lites nulla datur ex pacto nudo actio iure ciuili, & iuſtiſsimè ſententia definitiua definit iudex, vt promiſſum pacto nudo non ſoluatur, & paucis interiectis ait obiter etiam his & pauciſsimis verbis arbitror verã ſenſiſſe rationem illius hactenus,

ſ Prou. 8. ad Rom. 13. ca. omnis anima deceriſi. c. 1. de maioribus & obedient. l. Iulian ff. de cond. in debit. Fort in l. velu. co. ff. de iuſt. & iur.

t Sot & Couarruuias vbi ſu.

v Cou. in c. cum in offi. n. 9. iux. fi. de teſtam.

ctenus indefeſſæ diſputationis an ex pacto nudo actio iure ciuili, Pontificio & Regio oriatur, & potuiſſem niſi præſens tractatus impediret eam rationem comprobare oſtendens ſæpiſsimè aliquid illicitum fieri, & mortali commiſſo crimine, non tamen â iure Ciuili, neque Canonico pœna exteriori puniri, aut actione iudiciali reſcindi. Hæc Couarruuias. Ex qua doctrina ad hominem adducta elicitur poſsibile eſſe perſuaſione iudicem in foro exteriori iuſtiſsime poſſe ſecundum præfatas conſtitutiones abſolue re ſententia definitiua a religione prædictũ nulliter profeſſum. Ipſum tamen à religione abſolutum, & in ſeculo viuentem inſtatu condemnationis permanere, cum ſæpiſsimè aliquid illicitum fiat, & mortali cõmiſſo crimine, quod tamen nec à iure Ciuili, neque canonico pœna exteriori punitur, nec actione iudiciali reſcinditur, & ſecundum ius Ciuile, & Canonicum ipſi iudices viſis allegatis, & probatis tenentur ſententiam ferre etiamſi de facto ipſi, contrarium probationibus ſciant certo eſſe verum, prout ipſemet Couarruuias x defendit.

x Cou. li. 1. var. reſol. c. 1.

Nec ex hoc ſequitur leges, quibus ſubijcimur eſſe incertas quo ad animarum tutelas, nullumque iuſtitiæ miniſtrum tutê, à republica nobis exhiberi. Leges enim aliquæ pro bono cõmuni ad euitandas in Republica contentiones iurgia & lites præcipuè fundatæ in præſumptione pro foro tantum exteriori ſunt inſtitutæ, quæ in eo tantum foro miniſtri iuſtitiæ faciunt executioni mandari, ne reſpublica inquietetur, & trãquillitate intenta priuetur, obligationem tamen iuris naturalis & gentium minime intendunt auferre, & ſic eſt opinio doctiſsimorũ virorum poſitiuas leges pœnales, & nimium odioſas in foro tantum exteriori obligare, at in foro conſcientiæ minimè locum habere, vt ita ipſorum rigor aliquo modo leniatur.

Ex dictis colligitur primo illos, qui nullo impedimento eorum quę continentur in conſtitutione Sixti V. detenti erant, quando receperunt habitum & fecerunt profeſſionem ex ſolo defectu informationum eorum profeſsionem nõ eſſe irritam, imo ſunt verè profeſsi in foro exteriori, & interiori & â religione minimè gentiũ poſſunt retrocedere. Etſi aliqui à religione exierunt putantes non eſſe verè profeſſos, & vt tales in tribunalibus fuerunt declarati & diffinitiuê ſententias contra ſuas religiones obtinuerunt, attendant ad ea, quæ in ſuperioribus cum conſilio doctiſsimorum ſcripſimus quibus probauimus in hoc ipſos & conſulentes fuiſſe deceptos, & procurent ad ſtatũ religionis reduci, ne de illis dicatur illud, nemo mittens manũ ad aratrum, & aſpiciẽs retro aptus eſt regno Dei, quod â ſumma veritate Chriſto Domino noſtro fuit nobis prædicatum. z

z Luc. 9.

At quia ſuperius dicta aliquibus fortaſſis noua & inaudita videbuntur licet ea ex præfatis conſtitutionibus collegerim, & ex eiſdem ea probauerim operæ pretium eſſe duxi conſtitutiones omnes, quæ de hac materia loquuntur hic in medium adducere. Licet enim clauſulæ earũ ſint in ſuperioribus inſertæ, quibus meum probaui intentum, magis tamen manifeſtabitur, ſi ipſæ conſtitutiones non per fragmẽta, ſed integrè referantur, vt ex antecedentibus & ſequentibus ambiguitas omnis tollatur.

SANCTISSIMI D.N. Sixti V. conſtitutio contra illegitimos criminoſos debitis, & ratiocinijs obnoxios ad aliquam religionem tranſire volentes, & contra regulares abſque ſuperiorum licentia de prouincia in prouinciam euntes, ſeu tranſeuntes.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

CVM de omnibus Eccleſiaſticis ordinibus in ea qua conuenit puritate, & dignitate conſeruandis præcipuam geramus ſolicitudinem, tum verô illud præter cætera cordi eſt nobis, vt à regularium perſonarum congregationibus, quas tanquã Deo dedicatas maximus candor ſanctitaſque decet cuiuſcumque criminis, aut turpitudinis labes & ſcandali occaſio quã longiſsimè arceantur, ſiquidem res ipſa nos admonet, quam indecorũ ſit, & ab ea, quæ diuinæ maieſtati eique conſecretatis perſonis debetur reuerentia alienum, ſi eiuſmodi homines,

qui propter ſua ſcelera pœnas graues ſibi in ſeculo propoſitas timent, quiue propter immunditiam & peccata, ex quibus orti ſunt notati perpetua ignominia ab omni mundano honore, & à paterna hæreditate repelluntur, ijdem omnipotenti Deo tanquam hoſtiæ offerantur, atque ad habitandum in domo, quam decet honor & ſanctitudo inter miniſtros Domini, cui ſeruire regnare eſt adſacras functiones quacumque profana præeminentia multo nobiliores, ſine vllo delectu admittantur. Cum etiam ſecundum legem Moyſi immundi ab ingreſſu ſanctuarij excluderentur, ac ſacerdos habens maculam panes Deo ſuo offerre non poſſet, nec accedere adminiſterium eius, & quod in holocauſtum domini, aut victimam pacificorum offerebatur, illud immaculatum eſſe deberet, vt acceptabile foret, nec vlla macula eſſet in eo, quod ſi maculam haberet, nec offerendum, neque acceptabile futurum eſſet.

In leuitico ſæpe & 2. parali. 23.

Leuit. 21. ca. & d. Leuit. 22. c. & d.

Neigitur contingat illegitime genitos, qui vt plurimum parentum vitia, & incontinentiam imitari ſolent, nec pietatis ſtudio, ſed temporalium commodorum intuitu (quia hæreditates maiorum, aut dignitates aliquas conſequi non poſſunt) ad religionem confugiunt, vitam quam animo à religione aliena ſuſceperunt ab inſtitutis religioſis alienam, plerumque cum dedecore, & propriæ ſalutis diſpendio ducere, ſuiſq; corruptis moribus & malis exemplis quietem, & ſtatum cæterorum Deo famulantiũ perturbare, aut hac quaſi fæce, & colluuie ipſarũ religionum honorem & exiſtimationem lædi, vt denique homines: qui hac ſpe ad filios ſpurios in peccato gignẽdos eſſent propenſiores, eo magis abſtineant ab huiuſmodi carnis flagitijs, quo ſuæ proli hoc quoque refugium præcluſum viderint, hac noſtra in perpetuum valitura conſtitutione diſtrictè interdicimus, & prohibemus ne illegitimi procreati ex inceſtu, aut ex ſacrilegio (quorũ ſcilicet parentes conſanguinitate, vel affinitate intra tertium gradum inuicem coniuncti fuerint, vel quorum alteruter parens caſtitatem Deo vouerit) etiam Apoſtolica, imperiali, vel Regia aut quauis alia authoritate legitimati, aut natalibus reſtituti, ad aliquam quorũcunq; ordinũ etiã mendicantium, & nõ mendicantium fratrũ Monachorum Eremitarum, vel Canonicorum, aut Clericorum regularium congregationum, aut hoſpitalium religionem, nec ad habitum, neque profeſsionem regulares recipi, vel admitti, quo quomodo poſsint. Quod ſi eorum quiſpiam habitum poſt publicationem præſentis cõſtitutionis in futurum receperit, vel profeſsionem poſt hac emiſerit. *decernimus habitus ſuſceptionẽ, & profeſsionem ex nunc, prout ex tunc, irritam nullam, & inualidã nulliuſq; roboris, vel momenti fore, ac nullum exinde aut ex huiuſmodi voto penitus annullato obligationis vinculũ oriri poſſe quinimo illos habitu regulari, ad quẽ reaſſumendum perpetuo inhabiles ſint*, quam primum exui, & ab ipſa religione ejici exterminariquè debere. Et nihilominus, quicumque ſuperiores tã monaſteriorum, prioratuũ, præpoſitarum, domorum collegiorum, & locorum regulariũ quam etiam præfatorum ordinum congregationum hoſpitalium, & quarumcumque religionum prouinciales, vel generales quouis nomine nuncupati, qui ex prædictis inceſtu, vel ſacrilegio genitos poſt dictam publicationem ad habitum receperint, vel ad profeſsionem admiſerint *excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant, à qua eorum nemo niſi in mortis articulo conſtitutus ab alio quam à Romano Pontifice abſolutionis beneficium valeat obtinere.*

Primum decretum irritans.

Iſtorum illegitimorũ irritatur ſuſceptio habitus.

Inceſtuoſi & ſacrilegi inhabiles reddũtur ad religionẽ.

Tantum ponitur ſententia excommunicationis Papæ reſeruatæ contra recipientes adhabitũ & profeſsionem inceſtuoſos & ſacrilegos.

Sed ne ijs, qui in humilitatis ſpiritu Deo & religioni ſeruire, & pœnitentiam agere intra monaſteria, vel domos regulares cupiunt ad ſanctum huiuſmodi propoſitum via penitus præcludatur, permittimus, vt præfati illegitimi, ex dictis inceſtu, aut ſacrilegio genitiadhabitum conuerſorum ſeu famulorum in monaſterijs, vel domibus regularibus ſeruientium recipiantur, & in ipſis monaſterijs, ſeu domibus regularibus ad ſeruilia miniſteria, vilioraobſequia, humiles functiones, atque abiecta ſeruitia admitti poſsint, ea tamen conditione, vt ad habitũ religioſorũ, vel ad profeſsionem quã religioſi emittere ſolent emittendã, necnõ ad omnes nõ modo ſacros, ſed etiam minores ordines, vel ad clericalẽ characterẽ, deniq;

Quæ de illegitimis ſtatu dicuntur hic ſunt moderata à Greg. XIIII.

ad

ad cũcta Eccleſiaſtica officia, & functiones, & ad aſcendendum ad altiores gradus ſint eis portæ perpetuo clauſæ, & obſeratæ. Quo ad reliquos verò non ex inceſtu præfato, neque ſacrilegio, ſed ex quo vis alio minus legitimo toro natos ſpurios, vel naturales etiam vt præfertur, vel alias legitimatos qui ad meliorem vitæ frugem, religionem ingredi cupiunt ſtatuimus, & ordinamus eos ad religionem admitti nõ poſſe, aut dezere niſi prius illorum vita, & moribus diligenter cognitis, & circunſtantijs vniuerſis, quæ circa idoneitatem perſonæ attendẽdæ erunt, conſideratis, ac de religionis zelo pietate, integritate, & doctrina fide dignis teſtimonijs, adeo commendati fuerint, adeo bonam indolem & ſpecimen virtutis præferant, ac tot meritis eis ſuffragẽtur, vt defectum natalium ſuppleant, eorumque receptio vniuerſæ religioni cõmodo, & vtilitati profutura videatur. Et ſuper hoc ipſo in generali, vel prouinciali capitulo matura de liberatione habita, generalis, vel prouincialis ſuperioris, ac diffinitorum vnanimi cõſenſu approbati, & ad habitum regularem admiſſi extiterint, & tamen hi ſic recepti ad gradus honores & dignitates ſui ordinis obtinendas perpetuo inhabiles, & illorum incapaces remaneant, niſi cum eis ſuper hoc fuerit à Sede Apoſtolica ſpecialiter diſpenſatum. *Siquis autem eorum alias quam, vt præfertur recipiatur, proprofeſsio ſimiliter ſit nulla,* atq; ipſi habitu priuari, & à religione eijci debeant, eorúque receptores excõmunicatione, vt ſupra innodati ipſo facto exiſtãt.

Nota quod illorum illegitimorum nõ irritatur ſuſceptio habitus, ſed tãtum profeſſio.

Secundũ decretum irritans.

Horum illegitimorum profeſsio irritatur, ſed ipſi non reddũtur inhabiles ad profitẽdũ ſicut inceſtuoſi & ſacrilegi.

Cæterũm quoniam ſæpè ſe vitia ingerũt & ſe eſſe virtutes mentiuntur, ac multi decoctores poſt diſſipatam rem familiarem & contractam ingentem vim æris alieni, aut interuerſam alienam pecuniam eorum fidei creditam, vt ratiocinia effugiant: alij poſt furta, latrocinia rapinas, homicidia aliaue facinora patrata, etiam banniti, aut damnati, ſeu qui meritas pro ſuis delictis pœnas metuunt non pia intentione, ſed ad euitandam legum & iudiciorum ſeueritatem, quia tuto in ſeculo viuere nõ poſſunt, tũc demũ quærunt à religione auxilium quando aliũde illud non ſperant, vnde ſub habitu & nomine religioſorũ animũ religioni inimicũ, & inueterata vitia retinent, neque alios, qui ſancta vocatione vocati ſunt patiũtur tranquillè diuinis obſequijs inſiſtere in grauem Dei offenſam, religionis opprobrium, & ſcandalum plurimorum, vt ijs quoque ſubterfugijs & impunitatis ſpes omnis tollatur authoritate Apoſtolica & tenore præſentiũ etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus iuuenes, aut viros adultos maiores ſexdecim annis non aliter in aliquam religionem recipi poſſe, neque debere, niſi prius de eorũ parentibus, patria deque anteacta vita, & moribus diligenter inquiratur, & ex accurata informatione & fidedigna relatione cõpertum, & exploratum ſit eos, neque aliquorum criminum qualia ſunt homicidia furta latrocinia, vel alia ſimilia, aut grauiora, reos vel ſuſpectos exiſtere, vt propterea damnati ſint, aut ne damnentur formident, neque ingenti ære alieno ſupra vires facultatum ſuarũ grauatos, vel reddendis ratiocinijs, ita obnoxios, vt ex huiuſmodi cauſa lis, vel moleſtia eis iam illata, vel timendum ſit, quod inferatur. Niſi denique conſtet, ipſos non humana aliqua ratione, ſed tantum deuotionis, & pietatis feruore vitam religioſam ſpõte, & ex animo elegiſſe, deque his omnibus in generali, vel prouinciali capitulo plena, & indubitata fide facta, tam ſuperioris generalis, ſeu prouincialis, quam diffinitorum conſenſu approbati, & ad habitum regularem admiſſi fuerint.

Tantum in hoc caſu præcipitur forma ſeruari ſed non ſeruata non ponitur decretum irritãs.

Omnes autem, & quoſcũq; vt dictum eſt criminoſos, vel ſuſpectos aut exialieno, vt diximus, vel rationibus reddendis obligatos ad religionem perpetuo inhabiles declaramus. Et ſi qui eorum contra præſentẽ noſtram conſtitutionẽ temere admittentur, tam ſuſceptionẽ habitus, quam profeſsionem, & inde ſequuta ex nunc, prout ex tunc parimodo irritamus, & annullamus, viribuſque, & effectu carere decernimus, ac iubemus eos qui ſic de facto recepti erunt habitu ſpoliari, & à religione expelli, & nihilominus ſi expulſi non fuerint volumus & pariter declaramus huius ſuſceptionem & profeſsionem penitus nullam eſſe, & cenſeri, ac propterea attenta nullitate habitus & profeſsionis licere quibuſcũq; iudicibus, & Curijs etiã ſecularibus, ad quos ſeu

Hi reddũtur inhabiles ad religionem.

Tertium decretum irritans.

Iſtorum ſuſceptio habitũ irritatur, ſimul & profeſsio

Nota §. cæterũ ex quo hanc legem fundari in præſumptione manifeſtatur.

quas ſpectat contra eos, vt prius iuris & facti remedijs opportunis ex officio, vel ad cuiuſcumque inſtantiam, vel querelam ciuiliter, vel criminaliter, aut mixtim procedere. Quare volumus vt cuiuſcumque iuuenis, aut viri maioris XVI. annis à ſeculo ad religionem tranſeuntis approbatio, admiſſio & receptio in generali, vel prouinciali capitulo, vt ſupra ordinatũ eſt, pro tempore fiant, necnon religioſi ſic recepti nomen & cognomen, quibus in ſeculo vtebatur, & patria in actis ipſius capituli deſcribantur, & notentur. *Et inſuper quoſcumque religioſos, eorũque ſuperiores qui aliquas perſonas, vt dictum eſt inhabiles poſt hanc conſtitutionẽ publicatã receperint.* voce actiua & paſsiua, necnon officijs gradibus honoribus & dignitatibus quibuſcunque per eos obtentis eo ipſo in perpetuũ priuamus, & tam illis priuatos, quam ad illa, & alia quæcumque in poſterum obtinenda perpetuo inhabiles eorumque incapaces decernimus & declaramus.

Nota quod pœnæ tantũ hic proponuntur contra ſuperiores recipiẽtes inhabiles & non contra recipientes habiles.

Sed & quia interdum Sathanas in Angelũ lucis ſe callide transfigurat ac perditi quidã & facinoroſi homines, quod ſæpè vidimus, & experti ſumus inſtigante antiquo pacis & religionis hoſte non veriti ſunt temerario auſu habitum religionum aſſumere ea mente, vt velut iſub ouina pelle lupi rapaces, per dolũ & inſidias Chriſti fideles incautos & nihil mali à religioſis ſuſpicantibus opprimerent, ſiue vt poſt ſcelera perpetrata, viam faciliorem ad fugam haberent ſiue vt bãniti Curiæ ſecularis, quæ eos pro pè modum interceptos perſequebatur, manus effugerent, & contingit aliquãdo ipſos ſicarios religioſis veſtibus indutos à veris religioſis hac fraude deceptis intra domos regulares hoſpitio receptos fuiſſe. Prohibemus eodem modo, atque interdicimus ne quis regularis ex vna prouincia ad aliam prouinciam ſui ordinis tranſeundo, etiam in itinere in aliquod monaſterium domum, vel locum alterius prouinciæ ad habitandum, vel tanquam hoſpes recipi, aut ad modicum tempus diuertere poſsit, niſi à ſuperiore eius loci vbi reſidet expreſſam licentiam diſcedendi in ſcriptis obtentam, ſeu literas obedientiæ, vel commendatitias ſecum deferat, atque exhibeat, vel niſi cognitus ſit his, ad quos diuerterit, vt de eius perſona, nullus omnino dubitationi, aut ſuſpicioni locus relinquatur, &c. Non obſtantibus cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quorumcumque ordinum congregationum hoſpitalium, & religionũ iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus præſentis conſtitutionis impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in his literis mentio ſpecialis. Quæ omnia quatenus eidem conſtitutioni in aliquo aduerſantur, illorum tenores pro expreſsis habentes perpetuo tollimus, annullamus, & abrogamus, ac nolumus cuiquam ſuffragari, aut ſi ſuperioribus & perſonis dictorum ordinum, congregationum hoſpitaliũ communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Mandamus vero eaſdem præſentes ad valuas baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ de more publicari, & affigi, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1587. Sexto Kalẽ. Decembris Pontificatus noſtri, anno tertio.

Hippolytus Card. Aldobr. pro dat.

Tho. Thom. Gualterutius.

Regiſtrata apud eundem Thomam Secretariũ.

Anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo indictione decimaquinta, die verò veneris vigeſima ſeptima menſis Nouẽbris Pontific. Sãctiſ. in Chriſto patris & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. anno eius tertio retro ſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixæ lectæ, & publicatæ fuerũt in valuis ſeu portis S. Ioannis Lateranenſis, & S. Petri principis Apoſtolorum de vrbe, necnon Cãcellariæ Apoſtolicæ, & acie Campi Floræ, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ per nos Ioannẽ Baptiſtam Bogni, & Octauium Taglietum S.D.N. Papæ Curſ.

Alex. Parabilchus Mag. Curſorum.

Bulla 2.

S. D. N. SIXTI diuina prouidentia Papæ Quinti.

Super dubijs in Priori conſtitutione emergentibus, de admittendis ad habitum, & profeſſionem regularibus.

Declaratio in forma perpetuo valiturę conſtitutionis.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

AD Romanum ſpectat Pōtificē ſacrorū Canonum conditorē, quæ per eū ſancita ſunt, ita ſuæ declarationis arbitrio dilucida reddere, vt inde nemini poſsit dubitationis ſcrupulus exoriri, præſertim vero ſalubriter cōſulere, vt cū de regularibus agitur, qui ſe omnino Dei omnipotentis obſequio mācipārunt, tollantur ea omnia, quæ eorū ſanctum Chriſto pie inſeruiendi inſtitutū quo quo modo valeāt perturbare. Sane poſt editam noſtrā conſtitutionē, quæ incipit, Cum de omnibus Eccleſiaſticis ordinibus, &c. Super modo, & forma recipiendi & admittendi eos qui ſub religionis iugo altiſsimo famulari deſiderant, cum variæ ſint exortæ dubitationes, & quæſtiones, eæque poſtea ad audientiā noſtrā perlatæ. Nos ad tollendā omnem ambiguitatis occaſionē, habita cum venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus cōgregationis ſuper regulariū negotijs, & cōſultationibus per nos inſtitutæ matura deliberatione, de illorū conſilio & aſſenſu præſentē noſtrā perpetuo valiturā declarationis conſtitutionē duximus promulgandam. Cum itaque inter alia dubitetur, num primo dicta noſtra conſtitutio vbi de illegitimē genitis loquitur, comprehendat etiam eos qui poſtea per ſubſequēs matrimonium fuerunt legitimati, Nos inhærentes ſacrorum canonum diſpoſitioni authoritate Apoſtolica tenore præſentiū. Declaramus illegitime natos ex ijs parentibus, inter quos tēpore quo ipſi geniti ſunt matrimoniū ritē cōſiſtere poterat, ſecuto poſtea matrimonio legitimos effectos ſub dicta conſtitutione minimè comprehendi, ſed eos tam quo ad emittendā profeſsionē, quā quo ad cōſequendos gradus, honores, & dignitates ſui ordinis, æquo iure cum illis qui ex matrimonio legitimo & conſtanti nati ſunt, cenſendos eſſe.

Illegitimos verō etiā ex ſoluto & ſoluta, qui ante quā noſtra cōſtitutio emanaret profeſsi, vigore ſeu prætextu priuilegiorum, aut indultorū apoſtolicorū cuiuis ordini, religioni, monaſterio, aut congregationi eorū ve ſuperioribus in genere, vel in ſpecie conceſſorū eo ipſo per ingreſſum religionis, vel per eoſdem ſuperiores, ſiue alios quoslibet etiā ſedis Apoſtolicæ de latere legatos aut alios officiales, vel miniſtros quauis præeminentia vel autoritate etiā apoſtolica fungentes, aut facultate ſuffultos legitimati, aut ad gradus, honores & dignitates habilitati, ſeu reintegrati, & illis alias perfuncti ſunt. Volumus poſt hanc non obſtañ. quibuſcunque tā antiquis priuilegijs, aut literis Apoſtolicis, quam alijs indultis ſeu declarationibus, etiā ſi illa per nos poſt dictā conſtitutionē nouiſsime edita fuiſſe aſſerantur, honores, gradus, aut dignitates huiuſmodi obtinere nō poſſe, ac diſpenſationes, & legitimationes quaſcunq; eis nullatenus ſuffragari, niſi ſpecialiter, & nominatim cū eorum ſingulis fuerit ſuper natalium defectu ad honores, gradus, & dignitates obtinendas ante vel poſt ingreſſum religionis per Rom. Pontificem, immediate, vel de eius ſpeciali mandato diſpenſatū, de que diſpenſatione ſeu mandato per litteras apoſtolicas, ſeu in forma breuis, vel ſaltē per parentes litteras Cardinalis Protectoris de ipſius Roma. Pont. voluntate fidem facientes legitime conſtiterit. *Hoc eſt derogatū per Gregorium XIIII.*

Eos pariter, qui tēpore publicationis noſtræ conſtitutionis in ſuis religionibus ſine huiuſmodi ſpeciali Rom. Pontif. diſpenſatione officia, honores, & dignitates habebāt ad vitā, eo ipſo ab illis amotos, & abſolutos harū ſerie declaramus. Ad tēpus autē illa obtinentes permittimus in ſua adminiſtratione vſque ad finem ſui tēporis cōſeruari: ita tamen vt in poſterū nec tempus ordinarium eis prorogari, aut extēdi, neque ipſi ad alias nō modo ſimiles verū etiā, neque ad inferiores, aut altiores & maiores dignitate, honores, gradus aſcendere poſsint, perinde ac ſi id ipſum in præfata noſtra conſtitutione ab initio expreſſum fuiſſet. *Hoc eſt derogatū per Gregorium XIIII.*

Ne tamen huiuſmodi religioſi in liberalium artium, ac præſertim ſacræ Theologię

ſtudijs, & religioſis profectibus ſegniores fiant, atque eorũdem pia ſtudia refrigeſcãt, eos noſſe volumus, quod ſi ipſorũ quiſpiam eximia doctrina vitæque, & morũ ſanctitate excellere reperietur, deque eorũ probitate & præclaris meritis ordinũ protectores eam apud nos fidẽ fecerint, vt non immerito ſperari queat, eorũ doctrinã & operam ipſi ordini & ſanctæ Dei Eccleſiæ vſui & cõmodo futurã, tunc demum indulgentiam & benignitatem noſtram facile experientur.

Quoniam vero à multis quæſitum eſt ſub nomine honorũ, graduũ, & dignitatũ à quibus illegitimi penitus excludũtur, quid potiſsimum ſit intelligendũ. Declaramus hac in re, de qua nunc agitur, appellatione dignitatum, honorum, graduum debere intelligi præpoſitatus, Abbatiatus, Prioratus, Guardianatus, Cuſtodiatus, Prouincialiũ, ac Generalium ſuperiorum officia, & alia his ſimilia cum honore, & ſuperioritate coniuncta.

Hæc duæ declarationes, de illegitimis iã non ſunt neceſſariæ cũ Gregorius XIIII reuocauerit quoad hoc conſtitutionẽ Sixti V. primam.

Ab officijs autem oneris veluti lectoris, cõfeſſarij, ſtudiorũ & ſacræ Theologiæ Magiſtri, Regentis, prædicatoris verbi Dei, & cæteris huiuſmodi, imo etiam à voce actiua à ſacris ordinibus ſuſcipiendis ipſorumque miniſterio ipſos illegitimos, dũmodo ex ſacrilegio vel inceſtu geniti non ſint, nequaquam arcemus.

Cum vero in quibuſdam religionibus capitula prouincialia, aut nunquam, aut non quotannis, ſed rarius celebrentur: quædam etiã monaſteria, aut domus huiuſmodi in remotiſsimis regionibus hæreticorum, aut infidelium tyrannidi finitimis ſita ſint, ne ij, quos extra capitula ad habitũ, vel profeſsionẽ regulares admitti prohibuimus, tẽpus celebrãdis capitulis præfixũ nimis diu expectare, aut ad ea cũ maximo incõmodo accedere cogantur, cõcedimus, & indulgemus.

Vt in qualibet prouincia ſaltẽ duo, vel ſi cõmode fieri poterit, tria aut plura monaſteria ſeu domus regulares deputentur, quarũ ſeu quorum ſuperiores infra annum ſaltẽ ad Inquiſitionẽ ſuper nouitijs faciendã, & ad ipſos religioſos iuxta formã præfatæ conſtitutionis recipiendos, & ad alia, quæ in ipſa conſtitutione continentur peragenda inſimul congregentur.

Quod ſi paucitas, aut nimia diſtantia monaſteriorũ, ne id quidẽ patiatur, ſaltẽ tribus ex antiquioribus patribus vnius monaſterij, aut domus eius prouinciæ huiuſmodi facultas & authoritas per capitulum generale, ſcilicet, monachorum, vel prouinciale mendicãtium, & reliquorum regularium eius ordinis demandetur.

Verũ in jis monaſterijs, domibus, & locis regularibus, quæ aut nondum in congregationes redacta, aut alias nulli prouinciæ ſubiecta ſunt, ſtatuimus vt trina capitula cõuentualia tribus diſtinctis cũ interuallo ſaltem decẽ dierum vicibus celebrata, eandem in recipiẽdis nouitijs per trinas huiuſmodi diſtinctas vices approbatis, habeãt autoritatem, quæ per noſtram conſtitutionem capitulis prouincialibus eſt attributa.

Neque vero ſi in generalibus, vel prouincialibus capitulis aliqui vocales deſint, nec ſi à diffinitorum conſenſu aliquis diſcrepauerit, id circa receptio religioſorũ retardari, impediri, aut impugnari debebit, ſed ſatis eſſe volumus ſi vocalium, & ſuffragiorũ numerus legitimus à iure, vel per cuiuſcunque ordinis ſtatuta præfinitus interuenerit. Et quod de capitulo prouinciali, aut generali dictum eſt, idem iuris ſtatuimus ſi quę religiones non capitulorum, ſed congregationum, aut dietarum, vel alio quouis nomine vti reperiantur.

Quod autem pertinet ad profeſsionẽ tã illegitimorum, quam eorum qui poſt 16. ætatis annum expletum regularem habitum ſuſceperunt, quia tunc demum vere & proprie religioſi effici dicuntur cum profeſsionem emittũt. Declaramus eos qui ante prędictam noſtram conſtitutionem habitũ ſuſceperint, & poſt ipſius promulgationem cupiunt profiteri, non alias ad profeſsionẽ admittendos eſſe, quam facta inquiſitione, & ſeruata forma in ipſa cõſtitutione præſcripta, & eorum, qui poſt dictam promulgationem etiam ignoranter non habita dicta inquiſitione, & non ſeruata forma ad profeſsionem admiſsi fuerint profeſsionẽ nullius eſſe roboris & momenti. In oblatis autẽ, & cõuerſis profeſsionẽ emittentibus ſatis erit ſi quo ad mores, & ſtatum perſonarum ipſa inquiſitio fiat.

Sed cum eadem ratio vigeat in tacita profeſsione emittenda, quæ militat in expreſſa, ſtatuimus, quod in quibuſuis ordinibus, & religionibus, neque etiã tacita profeſsio quorumcunque religioſorum induci poſsit nec inducta intelligatur, niſi in receptione conſtitutionis forma ſeruata fuerit.

Si quis vero ante editã noſtram cõſtitutionem iã tacite profeſsus, expreſſe cupiat profiteri

ſiteri, vel ſiquis apoſtata ad ſuam religionẽ redire voluerit, inquiſitio & forma præſcripta nõ erit neceſſaria, niſi, vel de moribus, ſtatu & qualitate perſonæ, vel de validitate ipſius tacitæ profeſsionis dubitatio aliqua oriatur.

Ij autem qui in locis à ſua patria longiſſimè remotis degentes, vel quorũ patriã ab hæreticis vel infidelibus miſerè oppreſſa detinetur, voluerint ſe diuinis obſequijs ſubregulari habitu dicare, vt in hoc quoquè ſedis apoſtolicæ benignitas eluceſcat, quæ cunctos mortales, præſertim vero exteros ex lõginquis regionibus ad eã aſsiduè cõfluentes materno ſinu libẽter amplectitur, ſancimus exteros huiuſmodi & aduenas, quamuis nõ liquido conſtet de ijs omnibus quę in cõſtitutione noſtra requiruntur, tamen ſi diligẽtia adhibita nihil appareat, quod eos impediat, habiles reputandos eſſe.

Quod ſiquis ante vel poſt conſtitutionẽ ipſam profeſſus ad ſacros ordines vel ad honores, gradus & dignitates promotus exiſtat, & poſt modum in eo natalium defectum aut criminum in dicta conſtitutione noſtra expreſſorũ noſtrã, quę prius ignorabatur detegi contigerit. Decernimus eũ ſtatim poſt huiuſmodi defectus notitiam habitam, non alias quam iuxta formam ipſius conſtitutionis ad honores, gradus, & dignitates, aut ad executionẽ ſacrorũ ordinũ admitti debere.

Contra criminoſos vero, quorũ profeſsio eadẽ conſtitutione noſtra irrita declaratur, ac propterea iudicibus, & curijs ſecularibus procedẽdi facultas cõceditur, tunc demum id locum habere volumus, & nõ aliter cum actis publiconis cſtiterit ipſos iudices & curiã ſecularem ante ſuſceptionẽ habitus de ipſo crimine aduerſus eos accuſationem ſuſcepiſſe, vel inquiſitionẽ inſtituiſſe.

Cæterum quæ à nobis circa religioſos vi ros in præfata cõſtitutione ſancita ſunt, ea nequaquam volumus ad moniales nunc extendi.

Poſtremo dũ interdicimus nequis regularis alterius prouinciæ intra aliquod monaſteriũ, domum vel locum alienæ prouinciæ etiã tanquã hoſpes, & ad modicum tẽpus recipi poſsit, niſi à ſuperiore loci vbi reſidebat, & à quo diſceſsit licẽtiã expreſſam in ſcriptis exhibuerit vel niſi ſatis cognitus ſit id obſeruari volumus nõ ſolum in religioſis itinerantibus de vna in aliã prouinciã, ſed in his quoq; qui proficiſcũtur de vno in aliud eiuſdem prouinciæ monaſterium tãſui quã alterius ordinis. Quod ſi diceret ſe ad Apoſtolicam ſedem confugere ob grauamina â ſuis ſuperioribus ſibi illata, & ideo ab ipſis ſuperioribus licentiã, & literas obtinere nõ potuiſſe, nõ prodterea vllo modo rẽcipi valeant, niſi fide dignorũ teſtimonio de petita ab eis licentia, & per ſuos ſuperiores denegata conſtiterit.

In Alma vero vrbe noſtra religioſi eduenæ & peregrini de grauaminibus ſibi illatis conquerentes nullibi ſine huiuſmodi literis aut licentia recipiẽdi erunt, niſi priusad cõgregationẽ dictorũ Cardinalium ſuper negotijs regulariũ â nobis deputatorum, vel ad ſuos protectores remittantur, vbi ipſis audi tis pro rerum & perſonarum qualitate quid agendum ſit ſtatuetur.

Reliqua autem in priori noſtra conſtitutione contenta, quæ in præſentibus literis non declarantur, volumus perpetuo firma, & valida, & in ſuo robore permanere, ac ab omnibus ad quos ſpectat inuiolabiliter obſeruari.

Et ſi quid à nobis alicui ordini, aut religioni præter aut contra præfatæ cõſtitutionis formam poſt illius editionem circa recipiẽ. extra capitula nouitios, aut alias indultum aut cõceſſum fuit, id omne ac deſuper confectas literas prorſus reuocamus & annullamus, ac ad terminos præſentis cõſtitutionis reducimus, & alias nemini volumus ſuffragari.

Decernentes ſic in præmiſsis vniuerſis, & ſingulis per quoſcunque iudices ordinarios & delegatos etiam cauſarũ ſacri Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quauis cauſa & inſtantia vbique iudicari & diffiniri debere. Necnon irritum & inane ſi ſecus ſuper his â quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præfatis, & alijs cõſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis necnon quorumcunque ordinum tãmen diuitium quã non mendicantium religionũ, monaſteriorum etiã eorum quæ ordinũ capita dicuntur. Prioratuũ, domorũ, & quorũuis regularium locorũ iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimẽtis, vſibus, & naturis quantocunque tempore obſeruatis, necnon fundationibus eo-

tũdẽ, alijs quoq; priuilegijs indultis exẽptionib⁹, & literis apoſtolicis illis omnibus ipſorũq; ſuperiorib⁹ generalib⁹, vel prouincialibus, cõuẽtibus, capitulis, fratribus, & perſonis per quoſcunq; Rom. Põt. prędeceſſores noſtros ac noſmetipſos etiã poſt primo dictę noſtræ conſtitutionis publicationẽ, & præfatam ſedẽ etiã per modum ſtatuti perpetui, ac initi & ſtipulati contractus, ſeu quaſi necnon motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiã conſideratione, intuitu, contẽplatione, vel ad inſtãtiã Imperatoris, Regũ Ducũ, aliorũque Principum, Sanctæque R. E. Cardinaliũ, ac de eorum conſilio & aſſenſu etiam conſiſtorialiter habito quomodocunq; ac ſub quibuſuis tenoribus & formis, necnõ cum quibuſuis reſtrictiuis, reſtitutiuis præſeruatiuis, annullatiuis derogatoriarũ derogatorijs, alijſque efficacioribus, efficaciſsimis, & inſolitis clauſulis, nec nõ irritãtibus, & alijs decretis quomodocũque conceſsis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus extẽſis, & moderatis, etiã ſi in eis ac ſtatutis, ſtabilimentis, & fundationibus præfatis caueatur expreſſe, quod nunquam eorũ priuilegia, & indulta reuocata, vel moderata, aut immutata intelligantur, nec illis in toto vel in parte derogatũ cẽſeatur per quaſcunque literas etiam derogatoriarum derogatorias, ac alias fortiores & efficaciores clauſulas in ſe continentes, niſi illorũ ac etiã certarũ ſpecialiũ literarum Apoſtolicarum inde confectarum vere, non autẽ per clauſulas generales, vel ſpeciales idem importantes inſerto tenore, ac de ſimili Cardinalium cõſilio, quodque ſemper in huiuſmodi derogationibus, & alijs diſpoſitionibus cenſeatur appoſita clauſula, quod tunc demũ nec aliter, nec alio modo effectũ ſortiantur, cũ ſuperiorum capitulorũ & conuentuũ præfatorũ ad id accedat aſſenſus, quodque derogationes, & aliæ diſpoſitiones huiuſmodi aliter effectum non habeant niſi cõſiſtorialiter factæ & per trinas diſtinctas literas earũdem tenorẽ cõtinentes tribus diſtinctis vicibus ſuperioribus capitulis & conuentibus præfatis fuerint intimatæ, eorũque pariter ad id expreſſus accedat aſſenſus, aliter vero factæ viribus & effectu omnino careant, ac ſuperiores capitula conuentus, & aliæ perſonæ præfatæ ad parendũ illis, & decretis deſuper proceſsibus, eorumq; executoribus & ſubexecutoribus, ac ipſorũ mãdatis, & monitionibus minimè teneãtur, ſed literarũ huiuſmodi executionẽ omnino impedire, nec ratione reſiſtentiæ cẽſuris eccleſiaſticis, etiã per ipſos executores, vel ſubexecutores latis innodari poſsint. Quibus omnibus etiãſi alias de eis eorũque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, nõ autẽ per clauſulas generales, idem importantes mẽtio ſeu quæuis alia expreſsio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbũ inſererẽtur præſentibus pro ſufficienter expreſsis & inſertis habentes harũ ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & quatenus effectũ præſentium quo quomodo impedire, vel retardare, vel illis obeſſe poſſent, ea omnino tollimus & abrogamus cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Vt autẽ præſentes literæ omnibus plenius innoteſcant, mandamus illas ad valuas Baſilicæ principis Apoſtolorũ de Vrbe, & in Cancellaria Apoſt. necnõ acie Cãpi Floræ publicari eorumq; exẽpla de more affigi. Volumuſq; & decernimus vt ipſarũ præſentiũ exẽpla etiã impreſſa, manuq; Notarij publici, & ſigillo prælati Eccleſiaſtici aut illius curiæ obſignatũ eandẽ vbique locorũ fidẽ faciant, quam ipſæ præſentes facẽrent ſi eſsẽt exhibitæ vel oſtẽſę. Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginã noſtrarũ declarationũ, voluntatum, permiſsionis, cõceſsionis, indulti, ſtatuti, ſanctionis, decretorum, derogationis, ſublationis, & abrogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præſumpſerit indignationẽ omnipotẽtis Dei, ac Beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ in monte Quirinali. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingẽteſimo octuageſimo octauo, xij. Cal. Nouembris. Põtificatus noſtri anno quarto.

E. Car. Prodat. Io. Ang. Papius.

Regiſtrata apud Io. Angelum Secretarium.

S. de Vrſinis.

Anno à Natiuitate Dñi milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, indictione prima, die vero ſeptima menſis Nouembris Põtificatus Sanctiſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. anno quarto. Retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixę & publicatæ fuerunt in valuis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Sancti Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe, nec non Cancellarię apoſtolicæ & aciei Campi Floræ, vt moris eſt per nos Ioã. Baptiſta Bagni,

Bagni, & Octauium Tagliettum S.D.N. PP. Curſ. *Alex. Perabiachus Mag. Curſ.*

MODERATIO CONSTITUTIONŪ Sixti V. fœlicis recordationis, contra illegitimos regularium facta à S.D.N. Gregorio Papa. XIIII.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

CIrcunſpecta Romani Pontificis prouidentia, ea quæ rationabilibus cauſis authoritate Apoſtolica ſancita fuerunt ipſa rerum experientia ſuadente & alijs interdum non minus iuſtis cauſis moderatur, & immutatur, prout in Domino cōſpicit ſalubriter expedire. Sanè licet alias fœlicis recordationis Sixtus Papa V. prædeceſſor noſter nonnulla circa qualitates, modum, & formam admittendi religioſos ad quoſcunque ordines ſalubriter ſtatuerit, prout in duabus deſuper, prima videlicet ſub datum 6. Kal. Decemb. anno tertio, & altera ſub datum 12. Kalend. Nouemb. anno quarto ſui Pontificatus editis conſtitutionibus latius continetur, quia tamen vſu cōprobatum eſt multa inuepta fuiſſe impedimenta propter quę ea quę in pręmiſsis ſtatuta fuerunt, executioni minime mandari potuerūt. Vnde quā plures literis & pietate inſignes viri à ſancto propoſito regularē ducendi vitā abducti, ac impediti, atq; etiā alij diu cū magna eorum laude in religione verſati ab illius dignitatibus, honoribus prę laturis cū non modico religionis & ordinū huiuſmodi detrimento repulſi, & inhabiles penitus redditi fuerint. Nos igitur ea quæ docuit experientia ſalubriter fuiſſe conſtituta confirmare, quæ verò moderatione aliqua indigere moderari volentes, ac dictarū conſtitutionum, & inde ſequutorum quorū cūq; tenores etiā veriores prę ſentibus pro expreſsis habentes habita cū venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus ſuper negotijs & cōſtitutionibus regulariū deputatis matura deliberatione de eorundē cōſilio prædictas conſtitutiones in ea parte qua cauetur. Ne illegitimi ex certo inibi expreſſo dānato toro, vel cōplexu ad quamcūque religionē, neque ad habitum, aut profeſsionem regulares, ſed tantum ad habitū cōuerſorum, aut famulorū in monaſterijs, alijſq; locis regularibus ſeruientium admittantur, & ſi poſt dictam conſtitutionē profeſsionē emitterent voluit eam nullius eſſe momenti. Et in altera parte in qua illegitime genitos etiā ante ipſas conſtitutiones profeſſos vigore priuilegiorum, aut indultorum apoſtolicorum cuiuis ordini, religioni monaſterio, aut congregationi, eorumque ſuperioribus in genere, vel in ſpecie cōceſſorū etiā ipſi per ingreſſum religionis, vel per eoſdē ſuperiores legitimatos, ſeu ad gradus, honores, & dignitates habilitatos, ſeu integratos ab honoribus gradibus & dignitatibus quibuſcumque tam antiquis, quā alijs, priuilegijs literis Apoſtolicis indultis, aut declarationibus nō obſtantibus excludi, atq; diſpenſationes quaſcūque, aut legitimationes non ſuffragari, nec in futurū cū his, niſi à ſede Apoſt. priuilegijs quibuſcunq; non obſtātibus diſpenſari poſſe voluit authoritate Apoſt. tenore præſentiū ad terminos iuris reducimus, & moderamur, ac omnes diſpenſationes, & habilitationes vigore priuilegiorū, aut indultorū Apoſtolicorū cuiuis ordini religioni, monaſterio, aut congregationi eorum ve ſuperioribus, in genere, vel in ſpecie vt præfertur conceſſorum, quæ tempore conſtitutionum huiuſmodi vſu recepta, & non ſub illis, & alijs reuocationibus comprehenſa erunt per quoſcunque eorum ſuperiores factas in priſtinum ſtatum, & validitatem, in quibus ante ipſas cōſtitutiones exiſtebāt reſtituimus & reintegramus, volentes ijſdē conſtitutionibus nō obſtātibus eos, qui quouis modo illegitime procreati fuerint ad habitū, & profeſsionē regulares admitti poſſe, quēadmodum admitti poterāt, ſi ſupradictę cōſtitutiones editæ nō fuiſſent, ita tamen vt cum de recipiēdis quomodocūque illegitimè natis ad habitum, & profeſsionē ordinū, quorūcunque agetur ij ad quos huiuſmodi receptio ſpectat præter alia ex quibus ex dictarum conſtitutionum præcepto circa quoſcumque etiā legitimos diſquirere debent diligenter vitam eorū, & mores inquirant, & ita demū recipiant, ſi tamen bonā indolē, & virtutis ſpeciē præferant, ac tot eis merita ſuffragentur, vt nataliū ſuppleant defectum, eorumq; receptio religionis cōmodo & vtilitati profutura videatur. Et ſuper hoc ipſo ij ad quos (vt dictū eſt) pertinet huiuſmodi receptio matura delibe-

ratione

ratione habita ita cẽſuerint, & iudicauerint dummodo tamẽ filius illegitimus in religione in qua pater ſiue ante, ſiue poſt natiuitatẽ dicti filij profeſſus fuerit ipſo patre viuẽte nõ admittatur, quod expreſſe prohibemꝰ volumꝰ quoq; ac ſtatuimus licere generali, aut prouinciali ſingulorũ ordinũ aut congregationũ, aut hoſpitaliũ, ad quos dicta diſpenſatio ſpectat iuxta tenorẽ priuilegiorũ & indultorũ apoſtolicorũ eis cõceſſorũ, quę dũmodo vſu recepta, nec alias ſubvllis reuocationibus cõprehenſa ſint, vt præfertur in hac parte reualidamus cũ illegitimis, quos alias dictus generalis, aut prouincialis, cũ generali, prouinciali, ſeu intermedio capitulo & non alias ſuffragãtibus meritis dignos iudicauerint ad honores, gradus, & dignitates obtinẽdas diſpẽſare, ac diſpẽſationes huiuſmodi pro tẽpore ita factas & inde ſequuta quæcunq; vt antea valere & tenere perinde acſi ſupradictę cõſtitutionesnõ emanaſſent. Cæterũ cum acceperimusnõnullarũ religionum, & ordinũ præſertim monachaliũ monaſteria ita inſtituta eſſe, vt in eis perpetua quidẽ filiatio cõſtituatur, ideoquè receptio nouitiorum in vnoquoq; monaſterio ad ſuperioré prælatũ, & capitulum eiuſdẽ monaſterij tantũ pertineat, quæ etiã monaſteria, vt plurimũ inter ſe lõge diſtant, nec generalia prouincialia, aut intermedia capitula niſi perraro celebrare ſolẽt: ideo ſtatuimus vt ſuperiores illorũ monaſteriorũ de cõſenſu ſui capituli, præhabita ſimul cum his de quibus in vnaquaquè religione, aut monaſterio, iuxta eius conſtitutiones, recipiẽdus interrogari ſolet aliqua informatione ſuper his quæ in dictis cõſtitutionibus continentur ad receptionẽ huiuſmodi procedere valeãt, dũmodo tamẽ antequã ad profeſsionẽ admittatur plenaria, & eo modo prout inditis cõſtitutionibus habetur inquiſitio fiat, vt poſtea ab eis à quibus examinari ſolẽt diligenter examinentur & approbentur, & demum in dicto capitulo coram ſuperiore referantur volentes, quod ſuperiores prædicti cum eorum capitulo, aut vbi mos non fuerit celebrandi capitula cũ tribus aut quatuor ad id in generali congregatione, per vota ſecreta, deputatis ſeruatis eorũ regularibus inſtitutis, ac ſupradictis omnibus eandẽ in recipiendis nouitijs habeant autoritatẽ, quæ per dictas conſtitutiones prouincialibus capitulis eſt attributa decernentes ſic, & nõ alias per quoſcumque iudices, & commiſſarios, quauis authoritate fungentes etiam Romanæ curiæ Cardinales, & cauſarũ Palatij Apoſtolici auditores ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari non obſtantibus præmiſsis ac quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem quod præſentium tranſumptis etiam impreſsis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati, vel perſonæ indignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtræ reductionis moderationis reintegrationis, prohibitionis reualidationis, ſtatutorum voluntatum, & decreti infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo, Idibus Martij Pontificatus noſtri, Anno primo.

Clemens Papa Octauus ad perpetuam rei memoriam.

ALtiſsimæ paupertatis via, quæ ducit ad vitam, quam Domini veſtigijs illuſtratam Seraphicus ille B. Franciſcus diuino ſpiritu ductus ſecutus eſt, cupiẽtibus illam ingredi apoſtolicæ ſedis prouidentia circunſpecta debito conſueuit adeſſe præſidio. Dudum ſiquidem Fel. Rec. Sixtus Papa V. prædeceſſor noſter perpetuo ſtatuit & ordinauit iuuenes in aliquã religionem recipi non poſſe nec debere, niſi prius de eorum parentibus, patria & anteacta vita & moribus diligenter inquiratur, ac compertum ſit eos deuotionis, & pietatis feruore vitam religioſam ſponte, & ex animo elegiſſe & de ijs in generalibus vel prouincialibus capitulis plena & indubitata fides fieri debeat prout in literis dicti prędeceſſoris

ſexto

ſexto Kalendas Decembris Pōtificatus ſui anno tertio confectis plenius continetur, cum autem ſicut accepimus prædicta capitula non niſi ſexennij vel triennij ſpatio celebrari ſoleant animaduertentes tanti temporis mora poſſe pias profiteri volentium mentes tepefieri & à tanto propoſito ad implendo forſan etiam abſtrahi nos ad ea remouenda, quæ religioſum eorum propoſitum impedire quoquo modo poſsint, intenti, harum ſerie in Hiſpanijs tantum concedimus miniſtro & commiſſario generalibus ac etiam miniſtris prouincialibus dicti ordinis fratrum minorum de obſeruantia nuncupatorum, quod extra capitulum quocunque tempore poſsint, & valeant recipere iuuenes ad habitum de conſenſu quatuor diffinitorum, vel de conſenſu quatuor fratrum ex antiquioribus illius domus in quâ iuuenes recipiendi ſint. Concedimus quoque quod ipſi coram notario, vel fratres per eos ad hoc deputati poſsint, ac debeant ad inquiſitionem huiuſmodi faciendam vocare teſtes, & ab eis recipere iuramentū, quod ſi à prædictis ſuperioribus dicti ordinis, ac fratribus per ſuperiores, vt præfertur, deputatis in præmiſsis contra factum fuerit, voce actiua, & paſsiua, necnon officijs, gradibus & honoribus, & dignitatibus quibuſcūque per eos obtentis eo ipſo in perpetuum priuati & tam ad illa, quam ad alia quæcumque in poſterum obtinenda perpetuo inhabiles, & incapaces, ac excommunicationis ſententia innodati ipſo facto exiſtant decernentes ſuſceptionem habitus, & profeſsionē ac inde ſequēda quæcumq; valere perinde ac ſi iuxta tenorem dictæ conſtitutionis facta fuiſſent: Non obſtantibus dicta & altera illius declaratoria, Feli. Recor. Sixti V. conſtitutionibus, necnon moderatione Felicis Recor. Greg. XIIII. prædeceſſorū noſtrorū, quas in omnibus alijs ſub pœnis in illis cōtentis obſeruari prorſus volumus, & mādamus ac quibuſcūq; alijs in cōtrariū facientibus. Cæterum quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca vbi neceſſe fuerit deferri, volumus & ſimiliter authoritate Apoſtolica decernimus quod præſentiū trāſumptis, etiam impreſsis, & manu miniſtri, ſeu cōmiſſarij, vel procuratoris generalium dicti ordinis ſubſcriptis, de eorū ſigillo obſignatis eadem fides prorſus adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die decimoquarto Aprilis M.D.XCII. Pontificatus noſtri anno primo M. Veſtrius Barbianus, F. Ferdinandus Gemener, procurator generalis ordinis.

Romæ apud Paulum Blandum impreſſorem Cameralem. 1592.

Sequitur bulla conceſſa à S. D. N. Clemente VIII. Papa illuſtri monaſterio Sancti Stephani Salmanticenſis ordinis Prædicatorum, qua conceſsione fruuntur aliæ religiones mendicantes in domibus, vbi adeſt magiſter ſtudentium, cum omnia conceſſa vni domui ordinum mendicantium cenſeātur totis ipſis ordinibus indulta prout probatum eſt inſuperioribus quæſtione X.

CLEMENS Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. In his quæ ad religionum propagationem ſpectant, authoritatis noſtrę partes libenter interponimus, prout in Domino ſalubriter cō ſpicimus expedire, alias, ſiquidē Felic. Rec. Sixtus Papa V. prædeceſſor noſter, iuſtis tunc ſuadentibus rationibus ductus ſua perpetuo valitura conſtitutione, quæ incipit, *cum de omnibus eccleſiaſticis ordinibus.* ſub dat. ſexto Kalen. Decemb. Pontificatus ſuī anno tertio emanata, inter alia ſtatuit, & ordinauit, vt iuuenes decimumſextum ætatis ſuæ annum excedentes aliquam religionem ingredi volentes, non prius ad habitum recipi, & ad profeſsionem admitti poſſent, quam de eorum anteactæ vitæ, ac morum honeſtate, ac de legitimis natalibus, alijſq; eorū qualitatibus, tunc expreſsis iuridice, ita inſtrumēta deſuper formāda, corā deteſtibus, & notario, ad capitula generalia, vel prouincialia, in quibus per diffinitores capituli approbarētur, deferri deberēt cōſtitiſſet, prout in eadē cōſtitutione latius continetur. Quæ cū difficile adimpleri poſſe experientia poſtmodū cōpertū extitiſſet, eadē cōſtitutio Sixti prædeceſſoris Fel. Rec. Greg. Papa xiiij. & prędeceſſor noſter moderatus fuit, vt huiuſmodi receptiones, & approbationes per priores quatuor domorū fierent, ita vt qui ad religionem admitti vel lēt, ad quatuor eiuſdē religionis, quam elegiſſent domos accederent, & ab earundem

Prio-

Prioribus approbationem deferrent, vt in aliqua ipſarum domorum recipi poſſent. Denique Sixtus V. ordini fratrũ Minorũ cõceſsit, vt huiuſmodi recipiendorum approbationes per quatuor fratres ex antiquioribus eiuſdem domus in qua habitum peterent à diffinitoribus nominatos fieri poſſent, ipſique quatuor antiquiores nominati ad inquiſitionem faciendam procedere ac ad hunc effectum teſtes vocare, & ab eis iuramentum recipere coram tabellione, & alia requiſita facere valerent, prout in diuerſis eorũdem prædeceſſorum literis plenius continetur. Cum autem pro parte dilectorum prioris, & conuentus domus Sancti Stephani Salman. ordinis fratrum Prædicatorũ nobis expoſitum fuit, eiſdem priori, & conuentui, per dictum Sixtum prædeceſſorem, ad petitionem bo. me. Antonij tituli ſanctorum Ioannis, & Pauli Presbyteri Cardinalis Carrafæ nuncupati, viuæ vocis oraculo indultum fuerit, vt inſtrumenta per tabellionẽ coram teſtibus facta ſuper qualitatibus iuuenum in dictum conuentum adhabitum recipi petentium, per priorem, ſeu præſidentem, ac ſubpriorem magiſtrum nouitiorum & magiſtrum ſtudentium, eiuſdem domus iuridice approbari, vel reprobari deberent. Cumque huiuſmodi receptionis forma facilior, & cõmodior exiſtat, quam aliæ ſupradictæ, nihilominus hanc etiam multa incommoda pati compertum eſt, multoſq; à religionis ingreſſu, diuerſis rationibus propterea arceri, atque à propoſito abduci & ea de cauſa religioſorum numerus indies minui. Quod ſi eiſdem priori, & conuentui licitum eſſet iuuenes huiuſmodi religionis habitum ibi ſuſcipere volentes præuio tantum ipſorum iuramento ſe non eſſe criminoſos rationibus obligatos, à quibus nõ poſſent faciliter expediri, nec furto, latrocinio, aut homicidio notatos, nec alijs impedimentis, in dicta bulla Sixti V. contentis detineri adhabitũ admittere, poſtea intra tẽpus probationis, de eiſdẽ qualitatibus inquiſitionẽ, & indagationẽ iuxta indultum Sixti V. ſcriptum viuæ vocis oraculo cõceſſum facere, ex hoc profecto domus præfata, quæ valde inſignis extitit priſtino ſplendori, cum religioſorum propagatione, & diuini cultus augmento reſtitueretur, ideo nobis dictorũ prioris, & conuentus nomine fuit humiliter ſupplicatũ, vt in præmiſsis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui religioſorum propagationem, & diuini cultus augmentum, quantũ cũ Domino poſſumus libenter procuramus, ſingularum literarum præfatarum tenores præſentibus pro expreſsis habentes, ac priorem, ac conuentum præfatum ſingulares perſonas â quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis, vel interdicti alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, de venerabilis fratris noſtri Michaelis Epiſcopi Albanenſis Cardinalis Alexandrini nuncupati, ordinis Prædicatorum protectoris, conſilio, eiſdem priori, & conuentui, *Nunc & pro tempore exiſtentibus, vt quoſcumque iuuenes, etiam decimum ſextum ætatis ſuæ annum excedentes adhabitum in eodem conuentu admitti petentes, recepto ab eis iuramento, quod criminoſi, rationibus, vt præfertur obligati furto, latrocinio, aut homicidio notari, aut alijs impedimentis indicta bulla Sixti Quinti contentis detenti non ſint, recipere ac poſtea per aliquem, eiuſdem conuentus religioſum, adhoc deputatum adinueſtigationem, anteactæ illorum vitæ, ac morum, & reliquorum præmiſſorum, abſque ſtrepitu iudiciario, ſed per ſcrutinium ſecretum procedi facere, qui adhoc deputatus proceſſum, & informationẽ captam dictis priori, ſeu præſidenti, ac ſuperiori, & magiſtro nouitiorum, & ſtudentium, á quibus approbari, & reprobari poſsit, referre fideliter debeat, libere, & licite poſsint, & valeant àuthoritate Apoſtolica tenore præſentiũ cõcedimus, & indulgemus.* Decernentes præſentes literas de nullitatis vitio, aut intẽtionis noſtrę, vel alio quopiã defectu, notari vel impugnari, aut quomodolibet infringi, ſuſ-

ſuſpendi, limitari, vel retractari, aut in ius, vel cõtrouerſiam reuocari nullatenus poſſe, ſed ſemper validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ita perpetuo in eodem conuentu obſeruari debere, ſicque per quoſcumque iudices, ordinarios, aut delegatos etiam cauſarum palatij Apoſtolici auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis conſtitutionibus, & ordinationibus, ac eiuſdem conuentus, & iuramento confirmatione Apoſtolicæ, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſsis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datis Romæ apud ſanctum Marcum, ſub annulo piſcatoris, die decimo Septembris, MDXCVII. Pontificatus noſtri, anno ſexto.

M. Veſtrus Barbianus.

S. D. N. CLEMENTIS diuina prouidentia Papæ VIII. reductio.

Ad terminos iuris, & ſacrorum Canonum, vnius ſuper qualitatibus, ac modo & forma recipiendorum religioſorum, & alterius illius declaratoriæ conſtitutionum fælicis recordationis Sixti Papæ Quinti, quoad nullitates profeſſionum ſaluis pœnis contra ſuperiores ordinũ in receptione religioſorum peccantes inflictis.

Romæ M. DC. II.

Ex typografia Cameræ Apoſt.

Clemens Papa VIII. ad perpetuã rei memoriã.

IN ſuprema Eccleſiæ Catholicæ ſpeculameritis licet in paribus diuina prouidentia diſponente conſtituti, omnibus incõmodis, quæ in eadem Eccleſia non, ſine fidelium animarum periculo, & detrimento oriri poſſunt, ob variam & ſiniſtram conſtitutionum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorũ, quas iuſtis de cauſis edi derunt, interpretationem pro noſtri paſtoralis officij munere conamur prouidere, prout in domino ſalubriter conſpicimus expedire. Cum igitur fœlicis recordationis Sixtus Papa V. prędeceſſor noſter ad integritatem, & candorem in regularibus & religioſis ordinibus in Eccleſia ſancta inſtitutis retinendum & conſeruandum, quadam ſua quæ incipit. *Cum de omnibus Eccleſiaſticis ordinibus*, ſub datis, ſexto Kalendas Decembris Pontificatus ſui, anno tertio nonnulla circa modum formam, & qualitates admittendi religioſos ad quosvis regulares ordines decreuerit. Et deinde alia ſimili quæ incipit, *ad Romanum ſpectat Pontificem*, ſub datis duodec. Kalendas Nouembris, Pontificatus ſui anno tertio, quædam dubia ſuperdicta priori conſtitutione exorta declarauerit. Et præterea piæ memoriæ Grægorius Papa Decimuſquartus, etiã prædeceſſor noſter alia ſua perpetuo valitura Conſtitutione, quæ incipit, *Circunſpecta Romani Pontificis prouintia*, ſub datis edibus Martij, Pontificatus ſui, anno primo reſpectiuè editis cõſtitutiones Sixti prædeceſſoris ſupradictas, quoad illegitimos moderatus fuerit, prout in eiſdem conſtitutionibus plenius continetur. Tamen quia longo vſu & experientia compertum eſt, ex nimia facilitate, & multitudine caſuum in quibus profeſsio â ſuſcipientibus habitum alicuius regularis ordinis à dicto Sixto prædeceſſore nulla declaratur, multos hac occaſione arrepta fraudulenter petiiſſe, & in dies petere, vt profeſsio, quam in aliquo regulari ordine emiſſerũt, nulla declaratur. Ex quo nõnulli eorũ regulares ordines & inſtituta, ſub hoc prætextu deſeruerunt, & id circo pleriſq; in locis maxima incommoda, & ſcandala exorta fuerunt. Nos ea ſcandala & incommoda quantum in Domino poſſumus remouere, & ne in poſterũ

alia

alia eiuſmodi hac de cauſa oriantur, opportuna ratione prouidere cupientes, ſingularum conſtitutionum prædictarum tenores præſentibus pro expreſsis habentes, matura ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Eccleſiæ Cardinalibus ſuper negotijs Epiſcoporum & regularium deputatis, conſultatione præhabita, ex illorum ſententia, & voto conſtitutiones prædictas Sixti prædeceſſoris quoad eam partem per quam eorum, qui formam in dictis conſtitutionibus præſcriptam de cætero non ſeruauerint, & quoad alios etiam caſus ibidem expreſſos, in quibus receptorum in quibuſcumque etiam mendicantium ordinibus profeſsio nulla declaratur ad terminos iuris & ſacrorum Canonum perinde, acſi prædictæ conſtitutiones in illa parte editæ non fuiſſent, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium reducimus. Cæterum pœnas contra ſuperiores quorumcumque ordinum etiam mendicantium huiuſmodi, qui in admittendis regularibus ad habitum, & profeſsionem earundem conſtitutionem formam non ſeruarint, aut aliter quouis modo contra fecerint in ipſis conſtitutionibus inflictas ſaluas eſſe volumus: & ſtatuimus. Sicque & non aliter in præmiſsis omnibus & ſingulis per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum palatij Apoſtolici auditores, ac ſanctæ Romæ Eccleſiæ Cardinales etiam delatere Legatos, ſublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & authoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his â quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari pariter decernimus. Non obſtantibus præfatis conſtitutionibus, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſsis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in iudicio & extra habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſe. Dat. Romę apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 2. Aprilis 1602. Pontificatus noſtri, anno 11.

M. Veſtrus Barbianus.

Circa quam conſtitutionem, ibi. *Ob variam & ſiniſtram conſtitutionum Romanorum Pontificum, & interpretationem,* Nota ex his verbis noſtram opinionem comprobari, qua ſuprain hac quæſtionem latè defendimus eos, qui nullis debitis, & ratiocinijs obnoxij, & de nullo delicto denuntiati, aut accuſati, aut alio modo in iudicium deducti fuerint, verè eſſe in religione profeſſos etiã ſi in ipſorum admiſsione adhabitum, & profeſsionem non fuerint ſeruata forma conſtitutionis Sixti Quinti, in quo multos alluci natos fuiſſe credidi propter ſiniſtram præfatæ conſtitutionis.

Secundo eſt notandũ, quod ſiqui ante promulgationem huius conſtitutionis fuerunt admiſſi ad religionem, qui reuera erant criminoſi, aut debitis, aut ratiocinijs obnoxi, & ſic inhabiles ad ſuſcipendum habitum, & emittendam profeſsionem, huiuſmodi tamẽ ſi poſt promulgatam hanc conſtitutionem, profeſsionem emiſſerint erit eorum profeſsio valida, & annus probationis eorum integer licet ſecundum ius fuetit non legitimus attenta tamen voluntate ſummũ Pontificis in hac conſtitutione reputatur legitimus & canonicus, vt inuit ſummus Põtifex ibi. *Ad terminos iuris, & ſacrorum Canonum perinde ac ſi prædictæ conſtitutiones in illa parte editæ nõ fuiſſẽt.* Quod licet debeat gloſſari, vt intelligatur habere locum tantum, quo ad futura, ita vt habitus ſuſceptio & profeſsio illorum, qui poſt eius promulgationem intrauerunt religionem ſit valida, non autem ſuſceptio habitus illorum, qui ante præfatam promulgationem eam ſunt ingreſsi, attamen ex mẽte ſummi Pontificis exiſtimo profeſsionẽ horum valere ſi poſt factam promulgationẽ emittatur, & quod ſuſceptione habitus tractu temporis fauore religionis conualeſcat, & ad hoc mouear ex deciſione cuiuſdam Legis, [a] in qua codicili, in quibus libertas relicta eſt, licèt fuerint confirmati per teſtatorẽ ſuo teſtamento in tẽpore inhabili ad teſtandũ valẽt facti poſtea in tẽpore habili ad faciendũ tales codicilos, & huius deciſionis aſsignat imperator rationẽ dicens nõ enim, *poteſtas iuris, ſed iudicij conſideratur*, & ſic in noſtro caſu non debemus conſiderare rigorem iuris, ſed iudicij & voluntatem Summo Pontificis in hac cõſtitutione volentes ſcandala & incommoda remouere per eam. Tertio eſt notandum quod pœnæ appoſitæ à Sixto V. contra admittentes ad habitum, & pro-

[a] L. ſi codicil. C. de teſtam. mil.

& profeſsionem non ſeruata forma ſuæ conſtitutionis non tolluntur in hac conſtitutione à Clemente Octauo, vt patet ex eius verbis ibi *Caterum pœnas contra ſuperiores, &c.* Quæ pœnæ, prout defendimus ſupra in hac quæſtione *b* tantum habent locum quando ſuperiores adhabitum, & profeſsionem admittunt inhabiles, de quibus diximus in ſecundo notabili nō autem quando admittunt habiles etiamſi non ſeruetur forma ipſarum conſtitutionum.

b art. 4.

QVAESTIO *LV.*

De reliquijs ſanctorum, in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *Quomodo reliquiæ ſanctorũ ſunt adorandæ.*

2 *Cuius authoritate poſſunt tranſferri ſanctorum reliquiæ de vno loco in alium.*

3 *Vtrum Agnus Dei poſsit depingi & vendi.*

ARTICVLVS I.

Quomodo reliquiæ ſanctorum ſint adorandæ.

a Conc. Tr. ſeſſ. 25. de reform. in decreto. de inuocata bene data & de reliq. ſanct.

RESpondeo dicēdo, quod Concilium *a* Tridentinum definit ſanctorum, martyrum, & aliorum cum Chriſto viuentium ſancta corpora, quæ viua membra fuerunt Chriſti & templum Spiritus ſancti ab ipſo ad æternam vitam ſuſcitanda & glorificanda à fidelibus eſſe veneranda, per quæ multa beneficia, â Deo hominibus præſtantur, ita vt affirmantes ſanctorũ reliquijs veneratiōnē, atque honorem non deberi, vel eas aliaque ſacra monumenta á fidelibus inutiliter honorari, atque eorum opis impetrandæ cauſa ſanctorum memorias fruſtra frequentari omnino damnandos eſſe, prout iam pridem eos damnauit, & nunc etiam dānat Eccleſia, & ita in ſynodo *b* Magunt. celebrata anno Dñi 1549 dicitur, reliquias etiā ſanctorũ velut diuinę gratiæ olim receptacula & veriſsima Chriſti membra & pura Spiritus ſancti domicilia monemus in Eccleſijs noſtris, vel ob id proponendas & religioſa pietate venerandas, vt per eas fideles communiti diſcant virtutē, & fidem ſanctorum imitari & alicubi in his ſanguinolentas notas & pro fide Chriſti tolerati Martyrij veſtigia cernentes admoneā tur, ſpem fidei noſtræ non eſſe inanem pro qua omnia dira pati ſancti Martyres in animum ſibi induxerunt, quorum exemplo ipſi etiam ad aduerſitatum omnium tolerantiā animentur, quam venerationem ſecundum doctiſsimū & acutiſsimum Burgenſem vaticinatus nobis fuit Iſaias, *c* in his verbis, *Et annunciabunt gloriam gentibus, & adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus donum Domino in equis & in quadrigis & in lectics & in mulis, & in turribus ad montem ſanctum meum Hieruſalem dicit Dominus, quomodo ſi inferant filij Iſrael munus in vaſe mundo in domum Domini*, quæ Iſaiæ authoritas ait Burgenſis eſt exponenda de martyribus Chriſti Domini, qui in diuerſis partibus mundi fuerunt pro teſtimonio Dei interfecti, quorum corpora, ſeu oſſa adducūtur frequenter de cunctis gentibus in equis & quadrigis, ſcilicet honorifice & diuerſis & varijs modis admō tem ſanctum meum *H*ieruſalem, ſcilicet, Eccleſiam, & ait Iſaias, *quomodo ſi inferant filij Iſrael munus in vaſe mundo in domum Domini*, in quibus verbis ſignificare vult quod tanta fiet veneratio reliquis ſanctorum in Eccleſia ſicut olim fiebat in templo, cum aliquod munus ſolemniſsimum ibi offerebatur & in hocinnuit Prophera quoddam notabile pertinens ad perfectionem noui ſtatus in lege gratię: in lege enim veteri corpora, ſeu oſſa mortuorum erant immunda in tantum, quod contaminabatur ſacerdos per contactū mortuorū, vt in libro *d* Leuitici patet, ſed in lege noua, hoc nō habetur, imo reliquias ſanctorū in altari-

b Magna. e. 43.

c Iſa. 66.

d Leui. c. 11

taribus ponuntur, & in vaſis mundiſsimis collocãtur, & minime immunda iudicantur ſed vt munus ſolẽniſsimũ, & grauiſsimum coram Chriſto Domino offeruntur, Differẽtiæ autẽ ratio inter legẽ nouam & veterem ea eſſe poteſt, quia animæ defunctorũ in lege veteri quantumcumque ſanctæ fuiſſent à diuina viſione ſeparabantur, vnde & corpora eorũ merito ſeparãda erant à ſanctuario, cuius oppoſitum eſt in lege noua, in quã animæ ſanctorũ beatifice Deo coniunguntur, vnde ad profeſsionẽ ſui ſtatus pertinet, vt eorũ corpora & reliquiæ à fidelibus venerẽtur, & ita reliquiæ ſanctorũ ſunt reuerenter obſeruandæ, & ſi ſunt antiquæ extra cauſam oſtendi non debent, prout in quadã decretali præcipitur, & ratio huius prohibitionis ſecundũ Abbatẽ *f* eſt, quia cum oſtendũtur extra caſam oſſa nuda, & vetera & antiqua multorũ deuotio tepeſcit, & datur detractoribus cauſa obloquendi. Dicent enim, quod ſi fuiſſet ſanctus, oſſa non fuiſſent ſic diſperſa, non aduertentes, quod omnibus puris hominibus generaliter dictum eſt, cinis es & in cinerem reuerteris, ab hac tamen vniuerſali lege excipitur Beata Virgo Maria prout tenet vniuerſalis Eccleſia & tradit doctiſsimus Cordoua. Vnde ego proprijs oculis vidi in feſto canonizationis Sancti Didaci noſtræ ſacræ religionis alumni, quæ Cõpluti fuit celebrata de conſilio & mandato inuictiſsimi, & Chriſtianiſsimi Philippi Secundi Regis Hiſpaniarum, vt facies corporis ſanctiuelo obtenderetur tempore quo eius chariſsimus filius Princeps adhuc puerulus (nunc Philippus Tertius Rex Hiſpaniarum) ad adorandum corpus ſanctũ accedere debebat, & hoc non alia ratione niſi vt ipſe non videret extremitatem naſi, & labia oris ſancti conſumpta, ſed occuparetur in viſione totius corporis inconſumpti, & integri & miro & cœleſti odore refecti, odorẽ ſuauiſsimum ſuauitatis dantis, & occuparetur in viſione corporis rubicundi, quod ego vidi, palpaui, & oſculatus fui, vt hac ſola viſione imbutus magis in deuotione, & veneratione Chriſtianiſsimus Princeps inflammaretur, & â deformitate extremitatis naſi & labiorum minimè à tali fetuore retraheretur, & ita comparatum fuit, vt ipſe Chriſtianiſsimus Princeps odore talium vnguentorum tractus, ſit modo Rex deuotione huius ſancti maximè affectus, cuius affectu omnes ſuos ſubditos ad eandem deuotionem incidat, & prouocat, & monaſterium diſcalciatorum, quod cum primum ingreſſus Valliſoletum eſt ædificari mandauit Sancto Didaco conſecrati præcepit. h d.c.1.

Reliquiæ autẽ de nouo inuentę nõ ſunt venerãdæ in publico ſine authoritate ſedis Apoſtolicæ, vt in dicta *h* decretali præcipitur, vbi gloſſa intelligit de omnino nouis, ſecus ſi eſſent reliquiæ ſãctorum approbatorum: nam quando certum eſt quod ſunt reliquię ſancti canonizati bene poſſunt ſine authoritate Papæ in publico venerari, eo enim quod ſanctum canonizauit concedit omnes eius reliquias publice poſſe venerari, quãdo autem oritur aliqua dubitatio tunc habet locum deciſio præfatæ decretalis, vt non venerentur publicè ſine authoritate Papæ, priuatim autem veneratione quadam virtuali non prohibet ſummus Pontifex, has reliquias venerari.

e c.2. de reliqui & venerat. ſanct.

f Abba. in d.c.2.n.2.

g Cord. li.2 quæſt.q.17. pa.150. col. 2.

ARTICVLVS II.

Cuius authoritate poſsunt transferri ſanctorum reliquiæ de vno loco in alium.

REſpondeo dicendo, quod reliquiæ ſanctorum authoritate Papæ, vel Epiſcopi, vel ſanctæ ſynodi, prout in quadam canone *a* mandatur debent tranſferri, quod intelligunt Doctores eſſe verum loquẽdo de corporibus ſanctorum traditis perpetuæ ſepulturæ iuxta terminos cuiuſdam legis *b* niſi neceſsitas immineat, quia tunc authoritate præſidis prouinciæ iuxta aliam legem, *c* quando autem non ſunt tradita ſepulturæ, bene transferri poſſunt ſine alicuius authoritate ad alium locum religioſum, vt in alia lege *d* conceditur, & cum ſæpe â ſummis Pontificibus cenſuræ promulgentur contra has portantes ab vrbe aliquas reliquias conceſsit. *Alexander Sextus fratribus Minoribus, vt poſsint ſine ſcrupulo alicuius cenſuræ mittere reliquias extra vrbem pro conſecratione altarium, & lapides cuiuſcumque generis, ſiue conſecratos, ſiue non, ita* refer

a c. corpora de conſecratio. diſtinct.

b l. vlt. C. de reli. & ſumpt. funer.

c L. 1. eod. tit.

d l. ſi. neclũ eodem ti.

tur

e In pri. impr. fol. 79. concel. 574.

tur in monumentis e ordinum, & viuæ vocis oraculo conceſsit Pius Quintus, vt quas reliquias ab amicis poſſunt habere religioſi Societatis abſolute extra vrbem fas eſſet mittere, ita in compendio f Societatis refertur.

f Com. Soiet. tit. reliquiæ.

ARTICVLVS III.

Vtrum Agnus Dei poſsit depingi & vendi.

REſpondeo dicendo, *Quod Gregorius Tertiusdecimus, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, octauo Kalendas Iunij Pontificatus ſui anno primo, in conſtitutione, a quæ incipit omni certe ſtudio ſtatuit, & ordinauit ac ſub excommunicationis pœna ipſo facto prohibuit, & interdixit nequiſquam ſiue vir, ſiue mulier ſecularis, aut eccleſiaſtici etiam regularis ordinis ille ſit, & quocunque gradu, conditionem, ſtatu nomine dignitate & honore præcellat poſthac in perpetuum Agnus Dei per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentē benedictos depingere inficere minio notare, vel aurum, aut colorem aliquem illis imponere, aut quidquam aliud ſuperinducere, neque depingi, aut miniari facere, neque illos venales proponere, ſeu tenere quouis prætextu qualibet ve de cauſa audeat: verum eos albos, & mundos Agnum illum purum & innocentem repræſentantes, qui occiſus precioſiſsimo ſanguine ſuo nos redemit, & decenter, ac reuerenter à cunctis haberi, deferri, & cuſtodiri præcepit, & ita ab omnibus fieri, & cenſeri debere decreuit, & mandauit omnibus, & ſingulorum locorum ordinarijs per vniuerſum Chriſtianum orbem conſtitutis eorumque vicarijs in ſpiritualibus generalibus, vt præſentem conſtitutionem, & prohibitionem in ſuis quiſque ciuitatibus diœceſibus ſtatim publicari*, procurent, ita vt ad omnium notitiam quam primum peruenire poſsit.

a habetur in ter cōſt. Apoſt. Greg. cōſti. 1.

Circa quam conſtitutionem notandum eſt, quod non vidi illam ſeruari in his Hiſpaniarum partibus ab omnibus, licet aliqui habentes aliqualem huius conſtitutionis notitiam eam tranſgredi formident, quæ à Dominis Epiſcopis deberet certe publicari, vt ad omnium notitiā peruenirent, & ab omnibus obſeruaretur, ea obſeruantia, qua Summus Pontifex Gregorius Decimustertius iuſtiſsime præcipit ab omnibus cuſtodiri.

Circa hanc quæſtionem vide, quæ ſupra habes in Tomo a ſecundo. a 2.to.10a.

QVÆSTIO. LVI.

De reſtitutione, in quatuor articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 QVID ſit reſtitutio & quotuplex.

2 *Vtrum monaſterium poſsit impetrare beneficium reſtitutionis eo quod priuatur quibuſdam bonis ſibi relictis; ne ſuper his aliqua alienatio & hypotheca fieret, aut aliquis cenſus conſtitueretur ſub*

pœna quod ſi talis alienatio, aut cenſus conſtitutio fieret ad illud monaſterium pertineret.

3 *Vtrum is qui contraxit cum monacho abſque licentia prælati ſit obligatus reſtituere monaſterio rem ex illo contractu acquiſitam.*

4 *Vtrum bona incerta, quæ habent nouitij poſſint applicari & reſtitui monaſterijs, in quibus ſumunt habitum.*

ARTICVLVS I.

Quid ſit reſtitutio, & quotuplex.

RESPONDEO dicendo, certiſsimum eſſe lege naturali diuina, & humana reſtitutionem ablati neceſſariã eſſe ad peccati dimiſsionem, & cum regulares propter Deum omnia reliquerint oportet de reſtitutione aliquid agere, ne ipſi reſtitutionibus implicati peccatis innodentur, pro quorum remiſsione ad religionem confugerunt, & ſciendum eſt reſtitutionem læſioni opponi, nam & ea illud reddit, quod læſio abſtulerat, vt dicitur in aliquibus legibus & tradit *a* Bartolus, ideo reſtitutio de qua agimus eſt, illius redditio, quæ ablata eſt, ſecundum Diuum Thomam, *b* qui probat eam ad iuſtitiam commutatiuam pertinere, etenim ſicut acceptio rei alienæ actus eſt iniuſtitiæ circa commutationem, ita & reſtitutio, quæ ei opponitur, erit actus iuſtitiæ commutatiuæ, cum per intelligentiam vnius contrariorum cognoſcatur & alterum, & vis eius percipiatur, prout in multis doctrinæ ſuæ locis nobis ſcriptum reliquit *c* Ariſtoteles, quod Dynus iuris conſultus optime adnotauit, in commutatiua autem iuſtitia potiſsime attenditur damni per acceptionem illati compenſatio per reddi-
tionem, & æqualitatem quemadmodum ex eadem *d* Ariſtotelica conſtat doctrina. Damnum vero infertur alicui varijs modis per occupationem iniquam propriæ rei, per eiuſdem rei detentionem, atque idem per impedimentum nequis aſſequatur, quod ei debitũ eſt. In ſumma reducitur læſio his modis contingens alicuius boni priuationem, cum is qui detinet rem alienam, aut alteri debitam eam videatur ab altero abſtuliſſe & eadem ratione, qui impedit nequis aſſequatur bonũ aliquod plane dicitur bonũ hoc ab altero auferre, prout reſoluit doctiſsimus *e* Couarruuias dicens, quod reſtitutio aliquas habet radices à quibus deducitur ab acceptione, ſcilicet, aut à re accepta. Ab acceptione tunc procedit quando quis ratione ſolius acceptationis tenetur alteri reddere, quod ſuum eſt, aut eſt ei debitum, vt in cauſis mutui, depoſiti, furti rapinæ & ſimilibus. A re accepta tunc deducitur reſtitutio, quoties quis rem alienam, aut alteri debitam habet ſicut diligenter tradiderunt Diuus *f* Thomas Caietanus, & Soto.

Duplex autem eſt reſtitutio, prima eſt qua prior ſtatus totaliter innouatur, & ſic dicitur reſtitutio in integrũm, qua redditur poſſeſsio rei, aut æquiualentis & fructus priſtinum ius & omnia, quæ à iuriſperitis dicitur eſſe prioris ſtatus, vel iuris reintegratio, per quam ſubuenitur minoribus Eccleſijs, & monaſterijs, & de ea in *g* iure late agitur & de hac dicimus in articulo primo huius quæſtionis, ſecunda eſt, qua prior ſtatus nõ renouatur in totum, ſed ſolum rei poſſeſsio vel æquiualentis per quam ſatis fit dere ablata & dãno, & intereſſe, quæ aliquando ſignificatur nomine reddditionis, vt patet ex iure *h* aliquando vero nomine ſatisfactionis, vt dicitur in quadam decretali, & de hac agemus in ſecundo, & alijs articulis huius quæſtionis.

d Ariſt. lib. 5. ethicor.

e Cou: regi poſſeſſ. 2. p. in initio.

f D. Tho. & Caie. 2. 2. q. 62. ar. 6. So. lib. 4. deiuſ. q. 7. ar. 1.

g l. 1. C. de ſentẽ. patris. ca. auditis de in integrũ reſtitu.

h c. cũ tu de vſuris e. litis de captoribus.

ARTICVLVS II.

Vtrum monaſterium poſsit impetrare beneficium reſtitutionis eo quod priuatur quibuſdam bonis ſibi relictis, ne ſuper his aliqua alienatio, & hypotheca fieret, aut aliquis cenſus conſtitueretur ſub pœ-

na,

na, quod ſi talis alienatio, aut cenſus conſtitutio fieret ad illud monaſterium pertineret.

REſpondeo dicendo, quod Doctor Ioannes *a* Gutierrez, hâc quæſtione dubiã eſſe putat, & vtrãq; partẽ poſſe controuerti, ſed tandem ſe reſoluens, ait quod in caſu propoſito monaſterio competit reſtitutio in integrum aduerſus dictã alienationem, & cenſus conſtitutionem à ſe factam contra prohibitionem teſtatoris, ne incurrat dictam pœnam priuationis, quia minor inſtitutus hæres reſtituitur aduerſus ſubſtitutum, vt in iure *b* probatur, ergo in propoſito, cum dictum monaſterium fuerit inſtitutum, quod æquiparatur minori, & aliud monaſterium fuerit ſubſtitutũ, quod æquiparatur ſimiliter minori, vt dicitur in iure, *c* & infra probabitur merito monaſterium inſtitutum reſtituitur contra monaſterium ſubſtitutum, quia priuilegiatus certans de damno euitando bene vtitur priuilegio reſtitutionis cõtra pariter priuilegiatum certantem de lucro captando vt multis allegatis iuribus, tradit *d* Iaſon, & allegando alios Couarruuias, ſed certum eſt quod monaſterium prædictum agit de damno euitando, quia ſibi fuerunt puré dicta bona relicta cum prædicta prohibitione pro ſui, verbi gratia dotatione erectione, & ſuſtentatione quibus ſemper vſus fuit, atque nunc fruitur: ſicque ſunt effecta proprium patrimonium, & in eorum dominio radicata, & licet per contrauentionem prædictam competat, & ſit quæſitum ius alteri monaſterio, & bona alienata propria ipſius efficiantur, non ſunt tamen radicata in eius monaſterij ſubſtituti patrimonio neque ipſa vnquam habuit realiter, & ſic agit tantum de lucro ſibi delato captando, non vero de damno euitando, vnde preferendum eſt monaſterium agens de hoc damno euitando.

Secundo probatur hæc pars ex quadam lege, *e* in qua minori competit reſtitutio in integrum, vt hæreditatem ſibi relictam conſequatur, aduerſus propriam negligentiam, & licet ille textus loquatur in minori, idẽ tamen dicendum eſt in cauſa, vel loco pio cum minori æquiparetur, vt dictum eſt ſupra & probat late Euerardus, *f* & confirmatur, quia minor reſtituitur aduerſus propriã negligentiam non ſoluendi canonem in triennio, ne incidat in commiſſum, vt tenet Speculator, *g* refert, & tenet alios allegans Iaſon.

Tertio probatur, quia Eccleſia ſemper, quod læditur reſtituitur intra quadrienniũ, vt dicitur *h* in quadam decretali vbi Abbas & Doctores communiter, ſed hic læderetur enormiſsime monaſterium ſi cogeretur carere toto legato propter prædictam alienationem, aut cenſus conſtitutionem ſuper ea factam, ergo reſtitui debuit in integrũ non ſolum intra quadriennium à die dictæ alienationis & conſtitutionis cenſus, verum etiam intra triginta annos iuxta quandam egregiam legem *i* partitarum vbi doctiſsimus Gregorius Lopez.

Quid plura hanc opinionem intelligunt ex noſtris, ſcilicet, in hæreditate relicta hoſpitali ſub conditione, vt bona ipſi relicta non poſſint aliquo modo, vel cauſa per rectores dicti hoſpitalis, ſiue per aliam perſonam vendi alienari, vel permutari, vel donari, & ſi contra facerent, quod dictum hoſpitale caderet à dictis legatis & quolibet eorũ tenet K Angelus exiſtimans, quod ſi contra voluntatem teſtatoris fieret alienatio Eccleſia poteſt contra prælatum habere recurſum ad damna, & intereſſe, & ita poterit agere hoc caſu hoſpitale contra ſuum rectorẽ, qui alienauit, vel vendidit contra voluntatẽ teſtatoris, & ſi contra eũ non poteſt ſibi bene eſſe conſultum poterit petere reſtitutionem in integrum aduerſus tales alienationes, ſi tempora ad id præſtituta à iure patiãtur, hoc eſt ſi nondum eſt elapſum trienniũ datum à iure *l* ad petendam dictam reſtitutionem, ſed in propoſito nõpoteſt eſſe bene conſultum primo monaſterio contra alterũ monaſterium ſubſtitutum, niſi in integrũ reſtituatur, cum non poſſit agere contra alienantes, quia ſunt monachi, & bona propria minime habent, & per talem in integrum reſtitutionem, cum dictis bonis manebit, tantum enim affert reſtitutio, quantũ abſtulit læſio, ſed ſi quis dicat, quod in caſu Angeli prædicto nõ fuit ſubſtituta cauſa piain euẽtum alienationis, ſiue contrauentionis volũtati teſtatoris, prout ſupponitur, quod fuit in noſtro caſu, ſubſtitutũ verbis directis ſecundum monaſteriũ, cui ſtatim perdictam cenſus conſtitutionem, videtur ius quæſitũ & ſic videtur, quod in eo non cõpetat reſtitutio aduerſus aliud monaſterium, quod eſt pariter priuilegiatum, cum etiam agat de dã

a Gutier. li. 2 pract. q. 115.

b l. & ſi ſin. §. ſed quo. Papin. & in l. quod ſi minor. §. Sceuola. ff. de minor. cl. orphan. trophos. & ibi Bald. C. de Epiſ. & cler.

d l. verũ §. fin. ff. de minor. DD. in c. inpræſen. de probati. Iaſ. & cæter. in aut. quas actiones C. de ſacroſan. Eccle. Co. 1. in prac. qq. c. 7. nn. 4. & in reg. poſſeſſ. p. 1. §. 2. num. 4.

e l. 3. §. ſed ſi hæres ff. de minor.

f Euerar. in centur. leg. c. 31.

g Speculat. de Emphy. §. nunc aliqua q. 15. n. 25. & 26. Iaſon. in l. 2. nu. 59. C. de iur. Emphyteuth.

h ca. 2. de in integrũ reſtit.

i l. fin. tit. ſi. 96. vbi Gregorio.

K. Ange cõſil. 168. n. 2. &. 5.

l L. petendi C de in integrũ reſt.

no euitando, reſpondeo breuiter, adhuc idē eſſe etiā ſi ſit ſubſtitutus alius locus pius vt expreſſe decidit *m* Baldus, vbi eius editio ait, teſtator reliquit monaſterio S. Petri hæreditatē ſuā ſubcōditione cōſtruendi hoſpitale intra annū, & quod ſi dictū hoſpitale nō fuerit intra terminū cōſtructū hæreditas debeat pertinere ad hoſpitale miſericordiæ de Peruſio, quęritur, nūquid ſi monaſterium dictū hoſpitale nō cōſtruxerit intra annū poſſit reſtitui in integrū tanquā lęſum, & quāuis Baldus, primo fluctuet allegans pro, & contra tādē affirmat verius videri cōcludēdū, quod monaſteriū poſsit in integrum reſtitui, niſi ipſum fuerit in dolo, quia cūſciret & poſſet noluit cōditioni parere, & quia cōtra dolū etiā in omittēdo datur reſtitutio & Baldū ſequūtur *n* Alexander, & Romanus, vbi eius additionator admiratur, quod nō allegauerit *o* legē ad hoc ſingularē, quæ licet loquatur de minoribus, idem eſt ex dictis in pio loco, & ita dicit ſe vidiſſe per illā legem iudicatū, quā opinionē ſequūtur Angelus *p* Ancharranus, & Nicolaus Euerardus loquens expreſſe in præiudicium alterius pij loci.

m Bald. in l. pupillo C. de repudiā. vel abſtinēhæred. & additio ibi in huiuſmodi. quæſt.

n Alex. ind. l. pupillo n. 3. Roma. ſingulari. 93. o L. 3. §. ſed ſiheres ff. de minorib.

p Angel. in l. inſulā circavl. chartā. ff. de verb. obli. Anch. conſil. 188. Euerard. in cent. leg. c. 31. col. 2. nu. 103.

Aduertendū tamē, quod dolus cōtra monaſteriū inſtitutū, vt eidē non cōpetat prædicta in integrū reſtitutio iuxta opinionem Baldi nō eſt præſumēdus in propoſito, vt in regula iuris *q* vulgari probatur præmaxime, cū monachi prædicti monaſterij forſan ſucceſſerint in ius aliorum, qui nō ſunt de illis, qui dictā alienationē fecerūt, neque cēſum cōſtituerunt, ſuper dicta bona, ſed eis ſucceſſerunt & iuſtā cauſam habent ignorātiæ, & licet præſumeretur dolus cōtra eos, eo quod ſit credendū, vel in veritate probetur penes ſe fuiſſe, & eſſe teſtamentū, in quo dicta alienatio, & cenſus cōſtitutio prohibebatur cū prædicta pæna, & ſic quod, ſciuerit, prædictā prohibitionē, quia habens penes ſe inſtrumētum præſumitur ſcire omnia in eo cōtenta, vt tradit Thomas *r* Gramaticus, & alios allegās Craueta, adhuc hic dolus, cū ſit præſumptus, & de præterito non ſufficeret, quia cōtra ipſum cōpetit etiā in integrū reſtitutio, vt notāt Doctores, & tradit Bartolus, & alios allegans, deciſio Pedemontana reſoluit, & hoc maxime procedit ſi monaſteriū fuerit monialiū, ná cum ſint expertes literarū tēpore cōſtitutionis cenſus ignoraſſe præſumūtur prædictā prohibitionē quāuis penes ſe reperiretur dictum inſtrumentum.

q l. quoties §. qui dolo ff. de prob.

r Gram. deciſio. 103. n. 31. & 33. Craue. conſ. 73. n. 19.

ſ D. in l. vbi ff. de edendo Bart. in l. auxilium. n. 2 ff. demi nori. deciſi. Pedemo. 87 n. 2. & 4.

At cōtra prædicta tenet doctiſsimus Bernardus *t* Diaz de Lugo dicens quod imo ecclęſia nō reſtituitur cōtra alterā eccleſiam, quia priuilegiatus contra pariter priuilegiatū nō gaudet ſuo priuilegio, niſi quādo certat de damno vitando, vt dicitur in quadam lege, *u* ſed certum eſt quod Eccleſia negligendo adimplere conditionen non dicitur pati damnum, quia illud ius conditionale non erat ſibi quæſitum ante conditionem impletam iuxta aliam legem, *x* & ſic Eccleſia, quæ peteret reſtitutionem diceretur certare de lucro amiſſo captādo, eccleſia verō contra quā peteretur videretur agere de dāno, quia agit de iure iā ſibi quęſito cū certet de lucro eradicato, quod amittere eſt damnum iuxta quādam gloſſam communiter receptam ſecundum *y* Iaſonem & Dominum Antonium de Padilla.

t Lugo 219. in 3. fumi.

u L. ver. §. fi. ff. de mi.

x l. vnic. §. fin autē. C. de ca. l. cis tollen.

At reſpondetur, quod hoc fundamentum in noſtro propoſito ceſſat, in quo non cōditionaliter, ſed pure fuerunt relicta prædicta bona monaſterio præfato adiecto præcepto de non alienando, vt ſupra viſum eſt, ſicq; præfata fuerūt adquiſita pure prædicto monaſterio pro ſui dotatione, & ſuſtentatione & illa ſemper libere, & quiete tenuit atque poſſedit, ſicque vere certat de dāno euitando, monaſterium autē aliud ſubſtitutum nū quam habuit, neque poſſedit hæc bona, ſed tantum habet ius ad rem idque reuocabile per reſtitutionem, quare non tam de damno euitando ſicut monaſterium primum agere videtur, ſed potius de lucro ſic adquiſito captando quorum non eſt parratio præmaxime quod opinio communis gloſſæ præfatæ quæ habet quod admittere lucrum iam radicatum eſt damnum non procedit quando lucrum iſtud quæſitum reuertitur, ad eum à quo proceſſerat, vt ſentit quædam gloſſa *a* quam ſequitur Iaſon, & commendat Tiraquelus, & Antonius de Padilla, præterea etiam ſi dictum monaſterium non ageret de damno euitando, adhuc ſuperioralocum haberent, quia & ſi ambo monaſteria lædantur, prius tamen monaſterium damnum pateretur, maxime ſi non reſtitueretur, ergo reſtitui debet etiam contra pariter priuilegiatum iuxta tradita per Couorruuiam. *b*

v glo. in l. §. quis propter ver. quid in integrū ff. de itinere actuque priuato Iaſ. in l. reprehēdi in fi. n. 4. C. de conſtitu. inſtit. Padil. in l. 3. nu. 7. C de iuris & facti ignorantia.

a glo. in ver. cōprehēſis in l. ſi vt ſti pul. ff. de v. obli. vbi Iaſ. n. 4. Tiraq. in l. ſi vnquā v. donatio. largi. n. 146. C. de reuoc. donatio. Padilla in d. l. 3 nu. 8.

Sed cōtra prædicta fortiter arguitur, quia teſtator primo legauit dicta bona dicto monaſterio ſciens, vel ſcire debens poſſe ipſum fungere iure minoris & nihilominus percō trauentionē ſui præcepti voluit ſtatim dicta

b Coua. 2. p. reg. poſſeſſ. §. 2. n. 4.

bona

bona pertinere & transferri ad aliud monasterium, & sic vltra processit & hæreditatem in aliud transtulit, vnde contra testamentum non datur restitutio, quia ea quæ a testatore geruntur pro disciplina regulari non decet in irritum reuocari, argumento eorumquæ in c iure notantur, in quo probatur, quòd vbi testator siui prouidit standum esse ei, quòd statuitur, quia in hoc casu, hic non est pœna nequè damnum monasterij, sed fauorabilis executio vltimæ voluntatis, quæ non debet alterari, nequè violari, vt dicitur in quadam clementina. d Item, quia esset restituere ad lucrum, cum iniuria testatoris, & ad talia lucra non pertinet nequè competit restitutio, vt dicitur in iure, e item, quia si aliud diceremus iam monasterium primum haberet, in hoc casu dicta bona contra voluntatem testatoris, quæ nunquam adimpleretur, nequè ad effectum perduceretur, etiam si prædictæ res alienentur contra expressam conditionem ipsius, si ipsis alienantibus competeret restitutio ad hoc.

c ea quæ á parte C. de test. mili. l. liber. §. Lucius ff. de annuis legat.

d Cle. quia cóting. it de relig. dom. el. sciẽdũ ff. ex quibus causis mai.

Sed respondetur, quòd omnia supradicta procedunt restitutione non petita aduersus prædictam læsionem quam petere testator non prohibuit, nequè visus est prohibere, quia nemo potest agere, quòd leges in suo testamento locum non habeant, vt in iure f dicitur: imo in dubio visus est testator se conformare cum dispositione iuris communis, vt probant iura, h sed iura vbiquè proclamant, tam ciuilia quam canonica minorẽ & ecclesiãre stitui debere aduersus læsionẽ nó modicã.

f l. nemppo test cũsimilibus ff. de legatis 2. g l. hęredes l. neiõ. cũta ff. ad Trebe.

Nec obstat, quòd sic volũtas testatoris esset illusoria, & absquè effectu, quia respondeo quod transacto tẽpore petendæ restitutionis poterit habere effectũ voluntas testatoris, itẽ & etiam sibis contra eã ventũ fuerit, & semel cõcessa dicta restitutio, nã iterũ nõ cedetur, vt in toto titulo, si sæpius in integrum restitutio fuerit postulata.

His tamen est superadẽddũ. *quod si qua læsio in bonis & vsibus monasteriorũ ordinis per quãuis cuiuscũq; status gradus habitus seu conditionis ecclesiasticæ seu secularis mundanæ vel regularis personã etiã si culpa prælatorũ monachorũ seu procuratorum facta fuerit ipso iure rescinditur, nequè opus est aliquã in integrũ restitutionẽ á quo quã super eam quomodolibet impetrare, & hoc ius, & priuilegiũ trahitur ad præterita nõ dũ decisa præsentia & futura, ita cõcessit Ioannes xxij. congregationi montis Oliueti:* ita refertur in cõpẽdio h ordinis Cisterciẽsis, & in cõpẽdio Societatis Iesu, circa quod priuilegium est notandũ quod ipsa læsio attento iure cõmuni nõ rescindetur post quadraginta annos post quos præscribitur contra res ecclesiæ, prout in superioribus dictum est, dixi attento iure communi quia attentis priuilegijs, de quibus in superioribus fecimus mentionem contra bona & iura monasteriorum nó præscribitur nisi per spatium centum annorum sicut præscribitur contra res & iura ecclesiæ Romanæ.

h Com. Cister. tit. rest. in integ. & Socie. eodẽ tit. §. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrúm is qui contraxit cum monacho absqué licentia prælati sit obligatus restituere monasterio rem ex illo contractu adquisitam.

RESpondeo dicendo, quòd hoc dubium à Doctoribus in simili casu vẽtilatur vtrum, scilicèt, is qui contraxit cum muliere absquè licentia viri sit obligatus, restituere rem ex illo cõtractu adquisitam, & omnes concludunt in foro exteriore teneri, in foro autem conscientiæ contrarium tenent Tiraquelus, a & Soto, sed contrariam opinionem sequẽs alios tenet b Couarruuias, nàm lex iusta, quæ principaliter non se fundat in præsumptione seruãda est, nó solũ in foro exteriori, sed etiã in foro cõscientiæ, quã opinionẽ tenet c Palatius Rubius dicẽs, quòd licentia viri in contractu mulieris per eandẽ legẽ est de substantia actus, vnde ea omissa cõtractus est nullus & idem tenet Cifuentes, d nam secundum Bartolum dicit, quod quando lex restitit alicui præcipiendo ne aliquid fiat dirigendo præceptum ad personas, ne contrahant, vel ad vnum,

a Tira. post leges cõnu. glo. n. 21. Soto. lib. 4. de iust. q. 7. ar. 1. b Coua. in reg. peccatũ 2. p. §. 3. in fin. c Palat. Ru. in l. 55. Tauri. n. 17. d Cifuen. in d. l. 55.

vnum, tunc non valet contractus, nec ex eo oritur obligatio ciuilis nequè naturalis, & in noſtro caſu à fortiori, hoc eſt aſſerendum cum religioſus, nullam adminiſtrationem, nequè dominium habeat ratione ſuæ profeſsionis, & quidquid adquirit monaſterio, adquirit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrúm bona incerta quæ habent nouitij poſsint applicari & reſtitui monaſterijs, in quibus ſumunt habitum.

REſpondeo dicendo, *Quod Sixtus Quartus conceſsit magiſtro generali & prioribus prouincialibus, ac prioribus localibus ordinis fratrum Carmelitarum, vt ſinguli eorum in locis ſibi commiſsis poſsint & valeant in pios vſus conuertere bona quæ nouitij ad ordinem pradictum venientes tenentur reſtituere diuerſis perſonis, quæ ſciri & inueniri non poſsunt*, ita in monumentis *a* refertur.

a in 1. imp. fo. 103 & in 2. fo. 186.

Et Clemens IIII. conceſsit, quod ſi aliqui habitum fratrum minorum aſsumentes diuerſis perſonis, quæ ſciri & inueniri non poſsunt aliqua bona reſtituere teneantur poſsint miniſtri & cuſtodes & vicarij eorum ſinguli in locis ſibi commiſsis bona ipſa in pios vſus conuertere, prout ſecundum Deum viderint expedire, ita habetur in ordinis monumentis. *b*

b in 2. imp. fo. 88 & in 2 fo. 141. conceſſ. 139 c Reg. frat. min. c. 2.

Circa quas conſtitutiones eſt notandum quod pro fratribus minoribus priuilegium continet, cũ ipſi ſecundũ eorũ regulam teneantur, remittere liberos nouitios vt diſponãt de ſuis rebus tẽporalibus, ſecundũ quod Deus illi inſpirauit, quæ bona incerta licèt non ſint ſua in eorum tamen poſſeſsione ſunt, & ad eos pertinet eorum diſpoſitio ea eleemoſynaliter erogando libere pauperibus quos elegerint, pro alijs autem religionibus ſolum ad ſe dandas lites maximè deſeruiunt, cùm lis ſit vtrum ad Epiſcopos huiuſmodi incertorum reſtitutio pertineat, an ad ipſos reſtituere obligatos de quo agit Nauarrus *d* dicens, non pertinere regulariter hoc ad Epiſcopos, imo ait quod contrarium iubere non poterunt, nec regulariter in eo contra voluntatem debitoris volentis reſtituere pauperibus ſe interponere.

d Nau. c. 17 num. 92.

QVÆSTIO LVII.

De ſacramentis miniſtrandis in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *VTrùm religioſi ſint excommunicati adminiſtrantes ſacramẽta in parrochia vbi à tempore immemoriali nunquam fuit parrochus.*

2 *Vtrúm monachus prohibitus à prælato ne celebret videatur ſuſpenſus.*

ARTICVLVS I.

Vtrûm ſint excommunicati religioſi adminiſtrantes ſacramenta cuidam Domino temporali cuiuſdam Caſtelli habentis eius iuriſdictionem & territorium, in quo maiores eorum á tempore immemoriali ſemper ab eis ſumpſerant ſacramenta nullo vnquam tempore exiſtente parrocho curam animarum gerente in præfato territorio.

Reſpondeo

a Naua. n.5. consi tit. de priu. cõsi.19

REspõdeo dicendo, quod hæc quæstio vt ait Nauarrus *a* videtur, noua, & talis qualis vix reperta tur similis cõtigisse, in Italia nec in Gallia nec in Hispania nostra saltim ætate & ait esse difficilis solutionis propter eaquæ parit consuetudo, cuius initij non est memoria ex vna parte, & exaltera, quod si dicti religiosi erant Franciscani regularis obseruantiæ non sunt capaces iurisdictionis parrochialis, nec iurium parrochialium, & ita non potest dici conuentum ipsorum fratrum eam vsu cepisse vel præscripsisse, atrespondet Nauarrus, ad quæstionẽ quod prædicti fratres non sunt excommunicati per *b* Clementinam quandam quæ excommunicat ipso iure omnes religiosos, qui sacramẽta Eucharistiæ vel extremæ vnctionis, vel matrimonij benedictionem administrant, cum possint probare consensum Papæ, vel diœcesani per consuetudinem immemorialem, argumento cuiusdam *c* canonis cum quorum licentia præsumpta possunt administrari prædicta Sacramenta.

b Clem. relig. de pri. l.

cc. cũcta per mod. 9. q. 3.

ARTICVLVS. II.

Vtrum monachus prohibitus à prælato ne celebret, & ne administret sacramenta videatur suspensus.

REspondeo dicendo quod nulla forma verborum, est præscripta ad ferendam neque ad tollendam suspensionem, sed sufficiunt quæcunque verba id significantia prout resoluit *a* Nauarrus verum tamen est quod suspendens, verbo sine scriptura delinquit & punitur suspẽsione, vt dicitur iniure, *b* & ita magna cum prudentia debet imponi, vt in eodem iure præcipitur, ex quo colligo quod si prælatus in scriptis faciat huiusmodi prohibitionem censetur suspendere: prohibens autem verbo tantum præsumitur, solam simplicem facere prohibitionem, argumẽto eorum quæ in iure *c* notantur, quatenus probat neminem præsumi facere actum eo modo, quod sit delictum, at qui prohibet administrare sine scriptura facit actum qui potest iudicari delictum, & non delictum, nam si facit animo suspendendi delinquit adeo quod ipso iure incurrit suspensionem, si vero facit animo nõ suspendendi, sed simpliciter prohibendi non videtur delinquere, ergo præsumendus est nolle suspendere, vnde prædictus religiosus videat quo pacto sit illi facta præfata prohibitio, nam si verbo tantum fuit interposita peccabit sacramenta administrando contra voluntatem sui prælati se gerendo at si scriptura fuit talis prohibitio intimata vltra peccatum incurret irregularitatem in quam incurrunt ij, qui suspensi ab administratione sacramentorum ipsa administrare non desistunt.

a Nau. c. 27. n. 161.

b c. 2. de sen ten. excom. li. 6.

c l. si procurator. ff. de cond. in debiti.

QVÆSTIO LVIII.

De sepulturis quantum ad libertatem sepeliendi in vndecim articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur vndecim.*

1 *VTrum corpora defunctorum in Ecclesijs debeant sepeliri.*

2 *Vtrum committatur simonia vendendo capellas pro sepultura.*

3 *Vtrum regularibus in eorum Ecclesijs libere litentiam sepeliendi omnes concedatur.*

4 *Vtrum inuitis fratribus possit aliquis in eorum ecclesijs sepeliri.*

5 *Vtrum aliquis iunitus possit in ecclesijs fratrum Minorum sepeliri.*

6 *Vtrum confratres, & familiares fratrum debeant inuitis curatis sepeliri in Ecclesijs fratrum.*

Q R. X 4 7 *Vtrum*

7 *Vtrum fratres poſſint indecure ad vouendum ſeculares, vt in eorum Eccleſijs ſepeliantur circa quod aliqua dubia proponuntur.*

8 *Pone quod pater, & auus ſunt ſepulti apud fratres prædicatores, maiores vero vt abauus, & ſuperiores ſunt ſepulti in Eccleſia parrochiali, iſte nunc deceſſit non electa ſepultura, quæritur vbi debeat ſepeliri.*

9 *An conſtitutio prouincialis ne ſepulturæ locus quouis nomine cuiquam detur, neue ſepulturæ fiant in vlla quauis Eccleſia ſine Epiſcopi conſenſu valeat etiam contra regulares exemptos qui habent priuilegia libere ſepeliendi in Eccleſijs ſuis.*

10 *Religioſi habent capellas in eorum Eccleſijs, quas concedunt, quo ad vſum ſepulturæ alicui domui nobilium & deſcendentium & poſteriorum ſuorum, quæritur an ille qui non eſt de progenie illorum nobilium poſſit eligere ſepulturam in illis capellis.*

ARTICVLVS I.

Vtrum corpora defunctorum in Eccleſijs debeant ſepeliri.

REſpondeo dicendo, quod antiqui maioris noſtri cenſuerunt in Eccleſijs non fore humanda corpora defunctorum & ratio illorum erat, nam in eo loco vbi diuina celebrantur officia, & Deus aſsidue colitur humana corpora defunctorum turpe & indignum videbatur, ſed in cæmeterijs locisque deſignatis ſepelire conſueuerunt, atque deinde dignitatis cauſa in Atrio Porticu ve Eccleſiarum humari cæperunt cadauera, vt patet ex quodam Canone, *a* in Eccleſijs autem ſepeliri cadauera minime permittebatur, ſecundū *b* ius; & tradit Laurentius Vell. cæterum, paulo poſt digniſsimis, ac præſtantiſsimis viris dumtaxat id fuit conceſſum, vt explicat Ioannes c Aſinius, in quo loco etiam ipſe aſſerit, quod id quod antiquis temporibus dignitate & ſanctitate fulgentibus, cō cedebatur ſucceſſu temporis omnibus nulla habita perſonarum diſtinctione permiſſum extitit, atque ita omnes poſſunt hodie in Eccleſijs ſeperiri, quod non temere, & ſine cauſa cōſuetudine receptū fuiſſe credēdum eſt, ait enim Gregorius *d* cum grauia peccata nos deprimunt, tunc prodeſt mortuis ſi in Eccleſia ſepeliantur, ob id quod, qui ad Eccleſias ſacrificij cauſa accedunt, cum maiorum ſuorum ſepulchra intuētur facile accidit, vt pro eis preces effundant, quod & Iacobus de Simancas *e* late proſequitur, præterquam quod illorum ſanctorum, quibus Eccleſia dicata eſt patrocinio, & interceſsione releuantur, vt in quodam decreto dicitur: quibus accedit, quod minus eo in loco ab ſpiritibus immundis vexātur & ideo in cæmeterijs dicitur *g* eſſe requies ſanctorum, pro quibus omnibus *h* Lapus, & Durandus videndi ſunt.

a c. præci. 13. q. 2.
b Le. nemo. Apoſt. de ſacroſ. Eccle. Vel. inc. nullus mortuus 17. q. 2. in princ.
c Aſin. in le. 2. § in locū ff. de reli & ſumptib. funer. n. 19. & 72.
d c. cū grauia. 13. q. 2.
e Siman. de cathol. inſt. c. 18. n. 9. ad medium
f c non eſt. memus 13. q. 2.
g ca. aurum 12. q. 1.
h Lap. alleg. 83. Durand. in rational. diuino offi. li 1. ca. 5. & n. 12.

ARTICVLVS II.

Vtrum committatur ſimonia vendendo capellas pro ſepultura.

REſpondeo dicendo, videri ſimoniacū illud quod fit à clericis & regularibus dantibus cappellas laicis pro ſepultura ſui & ſuorum conuentione præcedente, pro certo pretio, vt patet ex his quæ poſt Hoſtienſem *a* tradit Gregorius Lopez, & in tantum prohibetur pactio circa ſepulturas, quod ſi paciſcatur, cum Eccleſiaſticis perſonis de ſepeliendo ſe etiam in ſepulsura maiorum committitur ſimonia, vt quædam *b* Gloſſa innuit.

a Hoſt. in c. ex literis de iur. epatron. Greg. in l. 2. ti. 13. par. 1. l. gloſſ. 5. ver. c. vēderet ſua gar.

At

Ar cum ſæpe ſæpius contingat apud viros timoratos & doctos vẽdi capellam pro ſepultura neceſſe eſt, hunc vſum ſaluare ne tot, & tam præſtantiſsimi viri, prædicta pacta ineuntes labe ſimoniacâ notentur, & ſic hic vſus ſaluatur ab aliquibus relatis *c* à Salazar dicente precium nó recipi pro ſepultura ſimpliciter, ſed pro altiori loco ſepultu ræ, nam cum ſepultura ſecundum Gloſſam *d* communiter receptam ſit quid ſpirituale precium pro ea peti, non poteſt abſque labe ſimoniæ quod ceſſat quãdo locus honorabilior petitur pro ſepultura, quia eccleſia cæmeteria habet in quibus ſepeliri homines poſſunt, & hæc eſt ſententia *e* Soti, cuius non meminit Salazar.

Aliter ſaluatur prædictus vſus ſcilicet datum pro ſepultura eſſe quandam eleemoſynam pro reparatione Eccleſiæ, aut fabricæ quod non eſt ſimoniacũ, ſicut nó eſt ſimoniacum accipere ſtipendium aliquod ad ſuſtentationem pro diuinis adminiſtrandis & miſsis celebrandis, prout tenet *f* Nauarrus, & Couar. Et confirmatur ex doctrina *g* Caieta. dicentis, quod cuilibet licet recipere aliquid temporale pro re ſpirituali, vel ei annexa non in modum pretij, ſed ad ſuſtentationem nullo præcedente pacto, ſed exvi donationis, vel legati, aut ex vi legis aut conſuetudinis, quam doctrinam approbat *h* Nauarrus, pro cuius doctrinæ explicatione ibi, *ex vi legis ſeu conſuetudinis.* quantum ad noſtrum propoſitum eſt aduertendum, quod cum recipere pretium pro ſepultura ſi ſimoniacum, quia prohibitum, vt ait quædam *i* Gloſſa communiter recepta ex tacito conſenſu Papæ propter vtilitatem Eccleſiarum videtur ius hoc prohibẽs eſſe relaxatum & ſic conſuetudinem vendẽdi capellas, aut ſepulturas vires obtinuiſſe, quia ſi ij quorum eſt ius poſitiuum mutare ſciuerint conſuetudinem legibus contrariam & placuerint, videntur velle antiqua iura mutare, & nouæ conſuetudini authoritatem impartiri, prout tradunt K Diuus Thomas Syluеſ. & Hippolytus qui dicit quod patientia cum taciturnitate inducit conſenſum, & ita dici poteſt purgari hoc vitium ſimoniæ propter tacitam authoritatẽ ſuperioris, ſicut per expreſſam poteſt purgari, vt tenet quædam Gloſſa *l* quam refert & ſequitur Lambertinus. Nec huic ſolutioni obſtant: quædam decretales *m* prohibẽtes pretij exactionem pro ſepulturis, & abolentes omnem contrariam conſuetudinẽ nam ipſa iura non procedunt, ſi conſuetudo inducatur cum licentia principis, vt notarunt Ioannes *n* Andreas & Dominicus à Sãcto Geminiano, Abbas, Antonius de Butrio & Dueñas, quia in his, quæ ſunt de iure poſitiuo poteſt omnia princeps cum cauſa mutare ad libitum, vt in iure ò probatur, & tradit Marchiençus. Aduertendũ tamen videri ſimoniacam, quandam conſtitutionem ſynodalem iubentem, vt pro qualibet apertione ſepulturæ ad corpus humandũ ſoluãtur tres argentei regales fabricæ Eccleſiæ, niſi ipſa fabrica ſit pauper, & pro ſui cõſeruatione tali ſubſidio indigeret, nam ius habentibus ſepeliendi in illo loco ab antiquo libere cõceditur eius vſus tam apud *p* leges imperiales, quã apud ſeſsiones pontificias ob quod non poterit Epiſcopus etiam ſtatuendo contra eorum iura eis inuitis onera & grauamina imponere cum prædictam prærogatiuam à ſacris Canonibus conceſſam habeat, contra quam Epiſcopus ſtatuere aliquid minime poteſt, maxime in preiudicium tertij, nec in parte arctando ſecundum Ioannem *q* Monachum Probum, & Ioannem Andream. Et notat Cardinalis *r* Alexandrinus, quod ille mutare dicitur, qui addit aliquid, vel detrahit.

b Gloſſ. in clem. inuit. de ſepul. ver ſepult.

c Sal. de vbi ſu. & cõſuetud. c. 10. n. 24.

d Gloſſ. c. fi. de ſepu. l. 6. inverb. ſep.

e Sot. l. 9 de iuſt. q. 7. ar. 1 fo. 819 co. 1. in initio.

f Naua. in c. inter ver. 11. q. 2. coro. 2. p. 82. n. 282. Cou. n. 1. variar. c. 20. n. 5.

g Caiet. 2. 2. q. 100. art 3.

h Nau inca. 23. n. 102.

i Gloſſ. inc. ex parte. el primero de offi. deleg. K D. Tho. quodli 9 q. 7. Syl. verb b. n. in 4. n. 1. in fi. H p. ſingul 77. l Gloſ. inca. niſi eſſet de preb. & inc. cum pridẽ de pactis Lãb. de iur. patro. art 3 q. 8. princi. 1. p. li. 2. n. 7. fo. 87. m c. nõ ſatis deſim. c. ad

n And. in ad dit ad ipe. ti. de inſt. §. cõpend. n. 17. Ge. in ſumma d. n. 4 Abb. inc. recedent. n 6. de reſcr. Butri. in c. fi. n. 15. de conſ. dueñas reg. 14. li. n. 2.

o ea propoſuit de cõcpreb. Matiẽ in l. 6. ti. 10. gloſſ. 2. n. 4. li. 5 recop.

p L. ius ſecuti C. de reli. & ſum. func. fi. de ſepul

q Monach. Prob. & Anc. 2. in ca. 1. de ſepul. l. 6 r Card. in c. 1. co. fi. d. 8.

abolend. de ſepul.

ARTICVLVS III.

Vtrum regularibus in eorum Eccleſijs libera licentia ſepeliendi omnes concedatur.

REſpondeo dicendo, quod ius ſepulturæ cõperit ſecundum ius ciuile *a* omnibus quibus ineſt ius inferendi mortuos ſecundum vero ius canonicum competit generaliter omnibus Eccleſijs parrochialibus vel habentibus populum, & alijs quibus iure, vel priuilegio id conceſſum eſt, ſicut competit *b* religioſis ordinum prædicatorum, & Minorum, & per communicationem alijs religioſis, qui habentes ius funerandi intra-

a ff. de mortuis inferẽ. per totum.

b Cle. ſud. üe ſep.

re poſſunt proceſsionaliter aliam parrochiam, & per ſe accipere funus & aliâ conſueta facere etiam contradicẽte Epiſcopo & curato etiam non obſtante ſtatuto, quod excommunicat intrantes alienam parrochiam, vt notat Oldradus c & probatur in iure: & ratio eſt, quia conceſſa libera ſepultura conceſſum eſt iter ad capiendum funus ſicut in ſimili conceſſo hauſto aquæ conceſſum eſt iter ad illud, vt dicitur d in iure & conceſſo ſine cõceſſa ſunt omnia præparatoria ad ipſum finem, vt etiam in iure e notatur. Vnde cum ſepultura ſit libera nõ oportet primo funus portare ad Eccleſiam curatam, quia non eſſet ſepultura libera, ſi impediretur etiam ad tempus, hoc enim ad uerbium libere excludit omnem moram & conditionem, vt in multis f iuribus notatur, imo ſecundum g multos denotat, quandam prærogatiuam abſolutam ſeu dominium ſuperadditum, cui adiungitur. Vnde liberum dominium non habet, qui ſuper actum circa quem cum illũ vult exercere aliqualiter impeditur: omnis enim prohibitio, ſiue temporalis, ſiue perpetua libertati contradicit, h vt in iure diffinitur, & ſic, *conceſſit Innocẽtius Quartus vt in Eccleſijs fratrum minorum ſit libera ſepultura, ita quod nullus valeat impedimentum præſtare quominus poſſint omnes volentes ibidem libere ſepeliri ſalua tamen iuſtitia Eccleſiarum parrochialiũ*, Ita habetur in monumentis ordinum, *& Clemens Quartus conceſſit quod in Eccleſijs fratrum minorum ſit omnibus libera ſepultura, vt eorum deuotione & extremæ voluntati illorum, qui ſe illic ſepelire deliberauerint nullus obſiſtere valeat, niſi excommunicati, aut interdicti, vel publice vſurarij fuerint ſalua tamen iuſtitia Eccleſiarum illarum á quibus corpora defunctorum aſſumuntur*, vt in eodem libro k continetur, *& Syxtus Quartus declarauit ſuper ſcriptam conceſſionem ſcilicet, quod fratres minores habeant in Eccleſijs ſuis liberam ſepulturam ſic debere intelligi, quod fratres prædicti nullius, ſuper hoc petita licentia poſſint cum cruce proceſſionaliter ingredi parrochias in quibus fuerint corpora defunctorum, ac corpora ipſa ad eorum Eccleſias ſepelienda deferre, vbi hoc fieri conſuetum foret, vel quando preſbyteri parrochiales requiſiti idfacere recuſauerint, & voluit quod neque prædicti fratres, neque conſanguinei defunctorum poſſint cogi, etiam prætextu cuiuſcumque conſuetudinis ad deferendum huiuſmodi corpora ad Eccleſias parrochiales, aut alia loca & inibi ante, vel poſt ſepulturam aliqua diuinæ officia pro eiſdem defunctis celebrare, aut celebrari faciant, ita habetur in ordinum l monumentis, pro quo eſt notandum, quod Leo Decimus in Concilio Lateranenſi ſtatuit, quod fratres quorumlibet ordinum non poſſint intrare parrochias cum cruce ad leuanda corpora defunctorum, qui apud Eccleſias domorum eorundem fratrum ſuam elegerint ſepulturam, niſi prius præmonito, ac requiſito, ac recuſante parrochiali præſbytero, & tunc ſine illius, aut ordinarij præiudicio, niſi eiſdem fratribus ſuper hoc antiqua conſuetudo, quæ ſit in viridi obſeruantia, & cum pacifica poſſeſſione ſuffragetur.*

Ita habetur in ſupplemento m ordinis.

Circa

c Old. conſ. 23. c. cum liberum & c. præſent. de ſepul.

d L. 3. §. vlt. §. de ſeruit. ruſt. præd.

e c. præd. de offi. delega.

fc. extirp. §. pen. de præbẽd. c. ad beneſ. eodem ti. li. 6.

g L. procur. qui ibet. ff. de procura. Bar. in l. alio ff. de alim. & cibar. leg. Pan. in d. c. cum liberũ. h L. liberas ff. de ſta. hominum.

i In ſecunda imp. fo. 22. & in 2. f. 23.

k In 1. imp. f. 98. & in 2. fo. 44. con ceſ. 336.

l In 1. impr. fo. 60. & in 2. fo. 143. cõceſ. 346.

m Supp. fo. 26. conc. 66

Circa quas conceſsiones primo notandum quod hæc Leonis Decimi inſtitutio non obſtat quo minus libere hodie religioſi poſsint intrare parrochias cum cruce, & luminaribus ad deferendum corpora defunctorum quæ in eorum Eccleſijs ſepeliuntur, cùm priuilegia regularium reuocata in Concilio Lateranenſi ſint per aliqua ſummorum Pontificum diplomata non ſolum in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro exteriori in priſtinum ſtatum reſtituta exceptis his, quæ decretis Sancti Concilij Tridentini ſunt contraria, prout in primo tomo *n* ſatis diximus. At hoc non obſtante attendant fratres conſuetudinem locorum, & ſecundum eam procedere oportetne litigio inuoluantur.

n pri.to.q.1ar. 1.

Secundo eſt notandum quod *Sixtus Quartus declarauit, quód iuſtitia parrochialium Eccleſiarum, de qua in literis Clementis facta eſt mentio, ideſt Canonica portio tunc locum dumtaxat habet reſpectu dictorum fratrum minorum, quando in eorum Eccleſijs ſeu cœmeterijs corpora defunctorum ſepeliuntur, ſed ſi non apud huiuſmodi loca fratrum, ſed apud aliorum ordinum mendicantium profeſſores ſepeliantur decreuit, quod ex his, quæ ad fratres minores prædictos apud quos eunt corpora defunctorum non ſepeliuntur de bonis defunctorum quomodolibet obuenientibus, quouis particulari, vel vniuerſali titulo directè, vel per obliquum nullā canonicā portionem dare teneātur.* Ita habetur *o* in ordinum monumentis quo modo autem teneantur religioſi ſoluere, quartam Canonicam vide quæ latè in primo tomo *p* diximus.

o In1.impr. fo.60. & in 2.f.143. cõceſſ.346.p.1 tom.q.

(?)

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm inuitis fratribus poſsit aliquis in eorum Eccleſijs ſepeliri.

REſpondeo dicendo, quod *Clemens Quartus diſtrictè inhibuit, vt nulli religioſi, vel ſeculares præſumant ſine aſsenſu & voluntate fratrum minorum aliquorum defunctorum corpora in ſuis cœmeterijs ſepelire, nequè etiam in Eccleſijs prædictorum fratrum ipſis inuitis audeant miſſarum ſolemnia, vel exequias, pro animabus eorum, qui ad huiuſmodi loca tumulandi deferuntur celebrare.*

Ita habetur *a* in ordinum monumentis.

a In 1.impr. f.98. & in 2.f.141. conc. 336.

ARTICVLVS V.

Vtrùm aliquis inuitus poſsit in Eccleſijs fratrum Minorum ſepeliri.

REſpondeo dicendo, *Sixtum Quartum decreuiſſe, quód illi qui cum habitu fratrum minorum aut ſororum tertij ordinis elegerint ſepelirì, tales in Eccleſijs, ſeu cœmeterijs prædictorum fratrum, vel ſororũ ſepeliantur etiãſi alibi ſuam elegiſſent ſepulturam, niſi de licentia expreſsa, & aſsenſu fratrum domus, ſeu cõuentus illius loci, vbi tales deceſſerint.* Ita habetur *a* in monumentis ordinis, & ſimilem conceſsionem fecit idem Syxtus Quartus, pro Carmelitis excommunicans contradictores ſe tali conceſsioni opponẽtes, vt in eodem libro *b* continetur.

a In 1.impr. fo.60. & in 2.f.144. cõceſſ.350.

b In2.impr. fo.99. & in 2 fo.182. cõceſſ.444.

Aduerten-

Aduertendum tamen quod *Leo Decimus in Concilio Lateranenſi ſtatuit, quòd volentes ſepeliri cum habitu fratrum ſi non ſint perſonæ in claustro eorumdem fratrum degentes, ſed in propriis domibus habitantes poſsint in eorum vltima voluntate, ſeu teſtamentis ſepulturam ſibi libere eligere.* Ita refertur c in ſupplemento ordinis & hoc ſeruatur:

c Suppl. f. 26. cõc. 57.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm confratres & familiares fratrum debeant inuitis curatis ſepeliri in Eccleſijs fratrum.

REſpondeo dicendo, quod Ioãnes Vigeſimus Secundus, *Conceſsit fratribus ordinis Prædicatorum de gratia ſpeciali, quòd confratres, & germani præfati ordinis poſsint ſepeliri tempore interdicti in Eccleſia, vel cæmeterio prædictorum fratrum, niſi fuerint excommunicati publicè, vel nominatim.* Ita habetur a in ſupplemento ordinis, quàm conceſsionem iam in ſecundo tomo *b* ſatis explicauimus, in quo etiam *c* ſecundo tomo ſatis diximus quomodo poſſumus libere familiares noſtros & ſeruitores in noſtris Eccleſijs ſepelire.

a Supp. f. 98 cõc. 162.
b 2. tom. q.
c 2. tom. q.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm fratres poſsint inducere ad vouendum ſeculares, vt in eorum Eccleſijs ſepeliantur.

REſpondeo dicendo, a quod *Bonifacius Octauus vniuerſis religioſis, & clericis ſæcularibus cuiuſcunquè ſtatus, vel conditionis exiſtant in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub interminatione maledictionis æternæ diſtrictiſsimè prohibuit ne aliquos ad vouendum iurandum, vel fide interpoſita ſeu alias promittendum inducant, vt apud eorum Eccleſias ſepulturam eligant, vel iam electam vlterius non immutent, & ſi ſecus actũ fuerit decreuit talẽ electionẽ nullius penitus exiſtere firmitatis: ſtatuit etiam, vt ij qui ſic elegerint, neque apud ſic electas Eccleſias vllatenus ſepeliri, neque alibi ne contra votum, iuramentum, aut promiſsionẽ huiuſmodi à ſe factam materiam habeant veniendi poſsint eligere ſepulturam, ſed contradictione quacunquè ceſſante ſepeliantur omnino apud illas Eccleſias, apud quas ſepeliendi de iure fuiſſent, ſi alias ſepultura non electa forſitan deceſsiſſent, ſi verò ijdẽ religioſi, vel clerici prædictos in ſuis Eccleſijs, vel cæmeterijs præſumpſerint ſepelire ad reſtitutionem tam ſepultorum corporum ſi petantur, quàm etiam omnium, quæ occaſione ſepulturæ illorum prouenerit quomodolibet ad eoſdem in-*

a c. vt anī. peri. deſep. li. 6.

fra decedentium integraliter facienda sint obligati, quam nisi fecerint Ecclesiæ ipsæ, apud quas sepulti fuerint, neq; non cæmeteria eorundem, ex nunc sint & tandiu maneant Ecclesiastico supposita interdicto donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria omnium prædictorum. Ita habetur in quadam decretali.a

a c. anim. periculis de sepul. li. 6.

Circa quam constitutionem aliqua dubia sunt proponenda, vt ita omnia in ea contenta clarius elucescant.

Primum dubium est, vtrum is qui de iure communi sepeliri debet in Ecclesia vbi est suorum parentum sepultura, si inducatur per religiosos illius Ecclesiæ ad iurandum, vel vouendum, vel promittendum sibi sepulturam, vel electam non mutare possit in ea Ecclesia sepeliri, & Glossa,b quædam hoc dubium proponit & videtur, quod non debet ibi sepeliri. Hæc enim constitutio denegat sepulturam in Ecclesia sic electa, sed alia fuit opinio, quod debet in illa Ecclesia sepeliri non ex virtute electionis sed ex virtute iuris communis disponentis morientem abintestato, in loco maiorum esse sepeliendum: cum ergo talis electio sit nulla reputatur ille, quo ad dictam electionem ab intestato decedere, vnde in illa Ecclesia sepelietur, in qua suorum maiorum est sepultura, sicut in iure c in simili videmus, quod ex duabus seruitutibus vna sublata altera remanet. Præterea constitutio præfata emanauit in fauorem Ecclesiæ, in qua est sepultura maiorum, qui fauor per electionem sepulturæ nullam minime tolli debet ita Petrus de Vvaldis.d

b Glos. in c. de eo de sepul. li. 6.

c c. pasto. de priu.

d Vvald. de canonica. posse. ca. 11. n. 13.

Dubitatur secundo, aliquis elegit sepulturam sponte, apud Ecclesiam sancti Francisci, demum inducitur, per religiosos alterius religionis in Ecclesia eorum illam eligere constat, quod non tenet hæc secunda per iura superius allegata. Quæritur an illa sepeliatur in Ecclesia Sancti Francisci, an vero in Ecclesia suorum maiorum. Respondetur, quod debet sepeliri in Ecclesia Sancti Francisci, nec obstat nostra constitutio definiens. quod nulla existente secunda electione apud illam Ecclesiam sepeliri debet, apud quam de iure sepeliendus fuisset: de iure e autem est, quod sepeliatur in Ecclesia suorum maiorum. Nam respondetur pro qua responsione duo casus sunt considerandi. Primus est quando quis legitime eligit sepulturam in vna Ecclesia, & tamen secundo inducitur ad eligendum sepulturam in alia Ecclesia & in hoc casu, hæc electio nulla non tollit primam electionem, quæ erat de iure valida, argumento illius strictissimæ in iure regulæ quod scilicet vtile, per inutile non vitiatur. Secundus casus est, quando quis primo inducitur ad eligendum sepulturam in vna Ecclesia, & tandem eligit sepeliri in alia Ecclesia, tunc enim in nulla istarum sepelitur, & ratio quare non sepeliatur in vltima Ecclesia ponitur in nostra constitutione, ibi, *ne contra votum iuramentum vel promissionem, &c.* Papa enim reprobat electionem, quæ fit in alia Ecclesia post quam erat inductus ad electionem faciendam, non autem tollit electionem, quæ primo fit in vna Ecclesia, licet secundo inducatur ad eligendam sepulturam, & hunc casum ait Petrus de Vvaldis.g Canonistas non aduertere.

e c. est quis de sep. li. 6.

f ca. auditis de ecle. reg. vtile de reg. iuris li. 6.

g Vvald. de canonica Epis. c. 11. n. 14.

Tertio dubitatur, circa eandem constitutionem, an si vnus solus religiosus inducat aliquem ad sepulturam eligendam, tunc electio sit nulla & respondetur, quod non, cum secundum Archidiaconum, h in dicta constitutione locus est et cum interuenerit dolus & fraus omnium religiosorum, aut maioris partis illius Ecclesiæ, in qua quis inducitur ad sepeliendum, vnde ait Glossa i super dictam constitutionem, *nota, puniri Ecclesiam ex facto omnium de Ecclesia*, quod argumento aliquorum K iurium comprobatur, delictum enim vnius non debet alijs nocere, vt est vulgatum in iure.l

h Archi. in di. c. animarum peric.

i Glos. vlt.

K L. iubem C. de sacro. san. Eccle. c. ita nos 16. q. 6.

Ex his infert Petrus de Vvaldis, m quod si solus prælatus induxisset illum ad sepulturam ibi eligendam non esset locus decretali, & tunc valeret electio, quia delictum solius prælati non nocet Ecclesiæ, quæ opinio mihi non placet prælatus enim cum sit caput Ecclesiæ, & monasterij omnes in suo facto, quantum ad hoc videtur repræsentare, quia solus prælatus potest præiudicare Ecclesiæ in adquirendis, vt patet in quodam n decreto, sicut etiam seruus potest præiudicare

l Reg. delic. de reg iuri. li. 6. ca. 2. de ordine cog.

m Vval. vbi su n. 15.

n 16. q. 6. §. fin.

care domino in adquirendis, vt in quadam lege *o* eſt obſeruatum, ſecus in adquiſitis prout in ſimili caſu aduertit Doctiſsimus Siluester. *p*

o L.fi.C.de acqui. poſſeſ.

p Silu. ti. ſepul.n.11.

Quarto circa eandem conſtitutionẽ dubitatur, religioſi Beati Patris noſtri Franciſci inducunt aliquem, vt eligat ſepulturam in loco prædicatorum, an tunc valeat electio, reſpondetur, quod ſic: quia illa decretalis annullat electionem, quando quis inducitur per religioſos illius Eccleſiæ, in qua quis elegit ſepulturam, & probatur ratione quia ſi contrarium diceremus eſſet parata fraus annullandi electionem ſepulturæ, ſi electio annullaretur per faudem religioſorum cuiuſcumque ordinis, quod procedit, niſi conſtaret defraude inijcientis eos ad inducendum illum, vt apud ſuam Eccleſiam ſepulturam promitteret, quia in hoc caſu haberet locum diſpoſitio iſtius conſtitutionis, nam quod per me non poſſum facere, neque per alium licet, ne quod vna via prohibetur alia permittatur, præcipue interueniente fraude & circunuentione Canonis, vt aduertit Gutierrez, *q* & nota quod non eſſet locus decretali quando laici inducerent aliquem ad eligendum ſepulturam, in aliqua Eccleſia, quia decretalis illa annullat electionem, quando quis inducitur per religioſos, vel ſeculares clericos illius Eccleſiæ, in qua quis elegit ſepulturam, ſecus vero, ſi induceretur per laicos, vel parentes, vel amicos illius, qui illos inducunt ad ſepulturam, ita Vvaldis. *r*

q Gut.de iura. confir.2. p.ca.fi.n.15.

r Vvald.vbi ſu.n.16.

Quinto circa eandem conſtitutionem dubitatur. An ſi clericus, vel religioſus inducat aliquem ad vouendum, & tamen non eſt ſequutus effectus, quia moribundus noluit vouere, an ſcilicet incidant in excommunicationem huius conſtitutionis. Reſpondetur quod Zab. dicit quod ex ſola inductione, non ſunt excommunicati, niſi inductio effectum fortiatur, vt quia ſcilicet inductus fecit illud, ad quod fuit inductus: verba enim debent intelligi cum effectu, maxime in hoc caſu in quo agitur de pœna ſpirituali, quod ex dictis in ſuperioribus *ſ* maxime conſtat.

12.tom.q.

Sexto quæritur. Vtrum iuramentum, vel votum factum per taliter inductum à clericis, vel religioſis valeat, ita vt eligendo alibi ſepulturam iurans ſit periurus. Reſpondetur quod non valet electio ſepulturæ facta prædicta inductione, quamuis iurans, vel vouens huiuſmodi voluntatem, & electionem, ſic factam non poſſit mutare alibi eligendo, ne ſit periurus, & ita iuramentum, quantum ad ipſum iurantem ſpectat ſeruandum eſt, & hoc operatur vt iterum eligere, ſic iurans non poſſet, quamuis Papa ſua authoritate declaret, ſic iurantem ſepeliendũ non eſſe in ſepultura, quia ſic inductus iurauit in quo iurans ipſe cum ſit mortuus, non contrauenit iuramento.

Et aduertendum, quod hæc conſtitutio, prout aduertit Gutierrez *t* eſt edita in odium clericorum, & monachorum, ſic inducentium morientes, ad compeſcendam eorum auaritiam, & cupiditatem ob quam inducebant morientes ipſos ad electionem huiuſmodi faciendam iurandamque, atque vouendam. Vnde merito ait Gloſſa *v* in eadem conſtitutione, quod inter duas Eccleſias bene valet pactum cum rectore parrochialis Eccleſiæ factum, cum quibuſdam religioſis, ne aliquos, vel certos, ipſius Eccleſiæ parrochianos reciperet ad ſepulturam Eccleſiaſticam, etiam ſi monaſterium habeat indultum liberæ ſepulturæ à ſummo Pontifice conceſſum, & parrochiani, apud religioſos eligerent ſepulturam, quia per pactum præfatum indulto fuit derogatum, nam in hoc caſu ceſſat egregia illa deciſio noſtræ conſtitutionis.

t Gut. de iura. cõf. 1.p. c.4.n.11.

v Gloſ.in d. c.1. v.ſepul.

Pro complemento autem declarationis huius conſtitutionis duo ſunt aduertenda. Primum eſt quod diſpoſitio ipſius habet locum, quando infirmus inducitur ad vouendum, vel iurandum electionem ſepulturæ à clericis, vel religioſis, apud ſe, non tamen quando aliquis proprio motu abſque inductione aliorum iurauit, vel vouit eligere ſepulturam in tali loco, quia tunc ceſſat ratio, & mens noſtræ conſtitutionis; ac per conſequens debet ceſſare eius diſpoſitio, & ſic iurans, vel vouens motu proprio tenetur iuramentum, & votum ſeruare, niſi cauſa noua ſuperueniat, vt conſiderat *x* Hoſtienſis quem ſequuntur, Ancharranus, & Franciſcus de Platea. Dixi niſi cauſa noua, ſuperueniat, vt ſi mutetur ſtatus ſuus, vt quia factus eſt Epiſcopus, vel intrauit religionem, idem ſi mu-

x Hoſtien. in ſum. de ſep. §. an liceat.

ſi mutetur ſtatus loci, puta, quia diſſipatus eſt materialiter, vel ſpiritualiter, quia iuramentum habet tacitam conditionem rebus ſic ſe habentibus, & in eodem ſtatu permanentibus, vt reſoluit Gutierrez. y

y Gut. de iuram. conf. 1. p. c. 71. n. 6.

Secundum notabile eſt, quod dicta conſtitutio non habet locum contra ſimpliciter exhortantes ad eligendam ſepulturam noninterueniente promiſsione, vel voto ſeu iuramento, quia ij tales non incurrunt pœnam eius, ita tenet Ioannes Andreas, & Ioannes de Lugo, & alij, quos refert Gregorius Lopez. z

z Greg. in l. 5. ti. 13. par. 1.

ARTICVLVS. VIII.

Pone quod pater & auus ſunt ſepulti apud fratres prædicatores, maiores vero, vt abauus, & ſuperiores ſunt ſepulti in Eccleſia parrochiali, iſte nunc deceſsit non electa ſepultura quæritur, vbi debet ſepeliri.

RESPONDEO dicendo quod pro Eccleſia parrochiali facit quædam decretalis *a* dicens, quod in ſepulchro maiorum: nam maiorum appellatio proprie, & ſtricte ſumpta comprehendit tantum ſuperiores vltra tritauum, vt in quadam *b* lege dicitur. Item pro Eccleſia parrochiali ſunt duo iura, ſeu vincula ſcilicet ius parrochiale, & ſepulchra maiorum: contrarium tamen determinat Oldradus, prout refert Baptiſta de Salis in ſua ſumma & mouetur his rationibus ſicut domicilium eſt inter viuos, ita ſepultura inter mortuos, ſed quis conſequitur domicilium, ſeu originem patris, & matris, & non ſuperiorum, vt notatur *d* in iure, ergo idem dicendum eſt in iure ſepulturæ. Secundo vnio ſepulturæ procedit, ex quadam mutua dilectione, quæ eſt inter viuos, vt dicit quidam *e* canon, ſed maior eſt charitas inter patrem, & auum, quam inter eum, & ſuperiores cum illi ſint remotiores in gradu, ergo potius debet ſepeliri in ſepulchro patris, & aui, quàm in ſepulchro maiorum: in hac autem difficultate, mihi videtur, prima opinio ſequenda, quam expreſſe tenet quædam *f* Gloſſa, quæ dicit quod ſi in vna Eccleſia eſt ſepultus pater in alia reliqui maiores filius ſepeliendus eſt in ſepulchro maiorum, & quamuis rationes Oldradi multum vrgent, quædam tamen decretales, huius Gloſſæ *g* opinioni maxime fauent, dum ponderant ſepulchra maiorum ab antiquobis illud verbum ab antiquo, repetendo, quam Gloſſæ opinionem contra Oldradum ſequitur Panormitanus. *h*

a c. nō inſt. extra de ſep.

b L. iuris cō ſul. §. paren. ff. de gradi.

c Salisia ſſimati. ſepul. 1. fo. 227. p. 2. col. 1.

d L. aſſum. ff admunic. c. ſi extra de par. c. 6. 1. 3. q.

f Gloſ. in c. 3 is qui de ſepul. li. 6.

g ca. 2. & 3. de ſep. li. 6.

h Pano. in c. nō ſtatu. n. 5. de ſep.

ARTICVLVS IX.

An conſtitutio prouincialis, ne ſepultur. locus quouis nomine cuiquam detur, ne ve ſepulchra fiant in vlla quauis Eccleſia, ſine Epiſcopi conſenſu valeat & vtrum valeat etiam, contra regulares exemptos, qui habent priuilegia libere ſepeliendi in Eccleſijs ſuis.

RESPONDEO dicendo, quod locus ſepulturæ poteſt dari tribus modis, primo vt is cui datur fiat Dominus. Secundo vt habeat ius ſepeliendi, in eo mortuos ſuos, & impediendi ne aliquem ſepeliant in eo. Tertio vt non poſsit ſepelire aliquem in eo vt ſatis videtur colligi ex iure in quo *a* Innocentius, Panormitanus, Calderinus, & alij id pertractant. Et primo modo nulli poteſt dari locus ſepulturæ etiam cum authoritate Epiſcopi, quia rei ſacratæ dominiū nullus habere poteſt, vt in iure *b* definitur. Secundo modo non poteſt dari, ſine authoritate Epiſcopi, neque cum illa ſine iuſta cauſa & ſer-

a c. abolen. de ſepu. vbi Inno. rano. & alij Cle. dudū §. huiuſmodi de ſepult. vbi Cald. & alij

b L. interſti pulan. §. ſacram. dever bo. obl. §. ſa cræ inſti. de rerum diui,

& ſeruata forma in alienandis rebus Eccleſiæ ſeruanda, quia licet per illum modum non transferatur rei dominum transfertur tamen vſus eius & quoddam ius ſepeliendi, quod fieri nequit, niſi ſeruatis Canonibus de non alienandis rebus Eccleſiæ. Tertio modo poteſt dari à quolibet habentes liberam ſepulturam, vel ius admittendi ad ſepulturam in ſua Eccleſia, per iura ſuperius allegata, ſine authoritate ſpeciali Epiſcopi, per authoritatem, quam habet á iure communi, vel priuilegio aliquo legitimo, prædicta autem conſtitutio nihil præiudicat exemptis, cum prouincialis ſynodus non ſit ſuperior eis & extra ſuum territorium lex non liget, *d* vt in iure definitur. Et aduerte, quod idem dicendum eſt, de conceſsione facultatis faciendi, vel conſtituendi ſepulchrum, quod dictum eſt de ſeruando modo dandi alicui locum ſepulturæ cum de ſimilibus, idem debeat eſſe iudicium iuxta *e* regulam iuris vulgarem.

ec. ſine exceptione 12. q. 2. c. nulli. de rebus Eccle nõ alienandis.

d c. 1. de conſtit. li. 6. l. fi. ff. de iuriſd. omnium iudicum.

e L. illud ff. ad legem aquiliam ca. dudum 2. de elect.

ARTICVLVS X.

Religioſi habent capellas in eorum Eccleſijs, quas concedunt, quo ad vſum ſepulturæ alicui domui nobilium, & filiorum, & liberorum, & deſcendentium, & poſterorum ſuorum, quæritur, an ille qui non eſt de progenie illorum nobilium poſsit eligere ſepulturam in illis capellis.

RESPONDEO dicendo, quod non: quia illud quod noſtrum eſt à nobis auferri non poteſt, ſine noſtra voluntate, vt ratio naturalis dictat, & regula *a* iuris diffinit. Quod confirmatur, quia tales capellæ quantum ad ſepulturam, vt hoſpitia deputantur, ſed de iure eſt, quod in fundo, in quo quis habet vſum, non poteſt aliquis habitare inuito vſurario, vt dicitur in iure ergo inuitis ſupradictis non poteſt prælatus conuentus in præfatis Eccleſijs, & capelis etiam ſuos monachos ſepelire, & hanc opinionem tenet Azo, *b* quem ſequitur Petrus de Vbaldis. Verum tamen eſt, quod ſi progenies illorum nobilium, ſit extincta, per eorum mortem, quod poteſt prælatus ibi ſuos fratres ſepelire, imo & concedere illis capellas ad vſum aliarum perſonarum quia vſus conceſſus illis nobilibus eſt extinctus, per illorum mortem, & ideo ius funerandi libere redit ad ipſos religioſos, ſicut dicimus de vſufructuario, vel vſurario vbi ille vſusfructus vel vſus libere redit ad proprietarium, ſecundum leges, *c* & hanc opinionem ſequitur Petrus de Vbaldis.

a Lege illũd quo noſtrũ ff. de reg iuris.

b Azo. in ſumm. inſt. de vſu & habitatione. § ſi vero vſus & § illud videtur Vbal. de canonica E. piſc. c. no. n. 15.

c L. pen. C. de vſufruc. legato Val. vbi ſu. n. 6.

QVAESTIO LIX.

De ſepultura, quo ad modum ſepeliendi in habitu religioſo ſeculares, & quo ad priuilegia ipſis conceſſa in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *QVO MODO ſint ſepeliendi ſeculares in habitu regulari.*

2 *Quid lucrentur ſeculares cum habitu ſepulti.*

ARTI-

ARTICVLVS I.

Quomodo ſunt ſepeliendi ſeculares inhabitu regulari.

REſpõdeo dicẽdo, quod *Sixtus Quartus ſtatuit, quod nullus valeat dare habitum fratrum ad ſepeliendum aliquam perſonam, niſi guardianus domus loci in quo aliquis decedere contigerit, aut alij prælati ſuperiores, vel illi cui ipſi duxerint committendum dumtaxat; & non alius quauis authoritate, vel prælatione fungatur, & ſimiliter ſtatuit, quod præfati quibus committit authoritatem dandi prædictum habitũ teneantur declarare recipientibus, quod apud eorundem fratrum Eccleſias debent cum obierint ſepeliri.* Ita habetur *a* in monumentis ordinum & notat collector *b* priuilegiorum mendicantium, vt colligitur ex dictis literis, quod poſſunt præfati quibus committit authoritatem dandi dictum habitum dare illum non ſolum ijs qui morantur in locis, quibus morantur fratres, ſed etiam ijs, qui intra illorum guardianias deceſſerint.

Statuit inſuper idem ſummus Pontifex, quod corpora volentium cum prædicto habitu ſepeliri deferantur ad ſepulturã, ſine alio pallio, vel tegumẽto ſuperimpoſito nõ obſtante quacũq; ordinatione, vel prohibitione ordinariorum locorũ etiã ſub cenſuris facta, Ita habetur in monumentis ordinum. *Et ideo Sixtus IIII. authoritate Apoſtolica perpetuo indulſit omnibus, & ſingulis vtriuſq; ſexus perſonis in habitu fratrũ minorũ ſepeliri volentes, quod eis liceat (ſine tamen alterius præiudicio) diſtrictius inhibens curatis & rectoribus Eccleſiarum ſub excommunicationis pœna, quam canonica monitione præmiſſa contra facientes incurrant, & a qua per alium, quam Romanum Pontificem, & in mortis articulo dumtaxat abſoluere, non poſſint nec taliter ſepeliri volentibus, quouis modo impedimentum afferant. Sed permittant illos patenter ad Eccleſias, & locum ſepulturæ in habitu huiuſmodi deferri iure parrochialium Eccleſiarum, & cuiuſlibet alterius in omnibus ſemper ſaluo.* Ita habetur in ordinis *d* ſupplemento, quæ verba ibi, *iure parrochialium Eccleſiarum*, etiamſi non apponerentur appoſita cenſerentur, quia veriſimile eſt, quod princeps noluerit concedere priuilegium cũm graui præiudicio Eccleſiæ parrochialis argumento cuiuſdam legis *e* vnde priuilegium ſolum videtur concedere, vt habeant ij ſepulturam ſicut illi quibus competit de iure communi, & pro hoc adducit Panormitanus textum *f* quaſi expreſſum in ſimili, vbi dicitur, quod ſi alicui inhabili princeps concedit liberam facultatem teſtandi non intelligitur concedere vt ſine ſolemnitatibus alias debitis poſsit cõdere teſtamentũ, ſed videtur cũ reſtituere ad ius cõmune, nã ſatis eſt quod priuilegiũ aliquid operetur, quando tractatur de præiudicio tertij, vel de derogatione iuris, ita in propoſito, ſed ad meiorem cautelam, & ad tollendam dubitationem ſolet apponi illa clauſula, vel ſimilis puta *ſaluo iure parrochialis Eccleſiæ.*

a In t. impr. fo. 60. & in 2. fo. 144. cõceſſ. 30.
b Colle. tit. ſepul. §. 14.
d Sup. fo. 88 conc. 251.
e L. 2. §. ſi quis á prin. ff. nequidin loco publico.
f L. ſi quando C. de inoffi. teſt.

ARTICVLVS II.

Quid lucrentur ſeculares cum habitu ſepulti.

REſpondeo dicendo, quod Leo X. *a* & Adrianus V. *omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus in Regnis Caſtellæ Le-*

a Sup. fo 88 con. 252.

gionis, & Granatæ exiſtentibus, qui deuotionis feruore ducti in habitu ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis deceſſerint aut eorum corpora, ſeu cadauera, cum ab hoc ſæculo migrauerint in Eccleſijs monaſterior um ordinis prædicti ſepeliri ordinauerint: conceſſerũt omnes, & ſingulas indulgentias & peccatorum remiſsiones fratribus prædicti ordinis conceſſas. Ita refertur in compendio mendicantium.

b Com. mẽdic. ti. ſepultu. §. vlt.

Nota autem hanc eſſe maximam conceſſionem: nam primo concedit decedentibus cum habitu dicti ordinis indulgentias, & peccatorum remiſsionem, quas fratres dicti ordinis conſequuntur, quando ex hac vita cum habitu migrant, ſecundo eandem facultatem concedit his, qui ordinauerint ſepeliri in Eccleſijs prædictorum fratrum, at ego non potui inuenire, quas indulgentias conſequantur fratres huius ſacræ religionis cum habitu morientes eo ſolũ, quod cum habitu ſepeliuntur, bene tamen verum eſt quod in articulo mortis indulgentiam plenariam ipſis cõceſsit Sedes Apoſtolica: at non puto dictam indulgentiam ſupradictis ſecularibus communicari, in hac conceſsione. De hoc autem videndã ſunt ea, quæ in ſecundo tomo c latè diximus, in quo de hoc & de his quæ conſequuntur ſeculares, qui eligunt ſepeliri in Eccleſijs fratrum, & cum habitu moriuntur, tempore interdicti aut ceſſationis latè agitur.

c 2. to. q. 76. ar. 10. & q. 110.

QVAESTIO LX.

De ſepultura religioſorum in quatuor articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur quãtuor.

1 VBi ſunt ſepeliendi *Abbas & prior.*
2 *Vbi ſunt ſepeliendi religioſi profeſsi.*
3 *Quibus expenſis debet ſepeliri monachus decedens extra monaſterium, aut qui præeſt beneficio annuali.*
4 *Quibus expenſis debent ſepeliri nouitij decedentes intra annum probationis.*

ARTICVLVS I.

Vbi ſunt ſepeliendi Abbas & prior.

REſpõdeo dicendo, quod Abbas ſepelietur in ſuo monaſterio quia ibi cẽſetur habere domicilĩũ, vt dicunt Archid. Ioan. Andr. Item quia talis non poteſt eſſe Abbas niſi ſit profeſſus in religione, prout dictũ eſt in ſuperioribus *b* cõſtat autẽ profeſſos eſſe ſepeliẽdos in ſuis monaſterijs. Si tamen Abbas eligit ſibi ſepulturã, *c* quod poteſt cũ habeat in multis velle & nolle, ſed tandẽ renunciat Abbatiæ, vel deponitur ab ea, & ſic remanet monachus & profeſſus illius monaſterij, in illo monaſterio ſepelietur, nõ autẽ in eccleſia in qua ſepulturã elegit. Et ratio eſt, quia inſpicitur tẽpus mortis, an quis ſit habilis ad eligẽdã ſepulturã, atiſte tẽpore mortis tãtũ erat monachus profeſsus & nõ Abbas & nõ habet velle & nolle, ita Petrus de Vval. *d* loquẽdo autẽ de aliquo profeſſo, qui præficitur alicui prioratui, qui eſt de mẽbris monaſterij, eſto quod talis ſit obediẽtiarius, & manualis ſi talis prior moriatur cũ ipſe reputetur monachus monaſterij, & etiã reperiatur monachus illius prioratus, vt dicitur in iure *e* ſepelietur in loco monaſterij, vel illius prioratus, quod ex volũtate ſui Abbatis pẽdebit argumẽto illius, quod in quadã decretali *f* habetur: Abbas enim poteſt pro monacho profeſſo ſibi ſubdito eligere ſepulturã cũ cẽſeatur, tanquã pater vt colligitur ex iure: *g* æquiparãte eũ profeſſum filio impuberi, quia ſicut impubes nõ habet velle, neq; nolle propter vinculũ profeſsionis, & cõfirmatur, quia electio ſepulturæ filij cõceditur patri ratione patriæ poteſtatis, quæ patria poteſtas ratione profeſsionis magis militat in Abbate reſpectu monachi, quia monachus nõ habet velle, neq; nolle, ſicut habet filius & ita tenẽdũ puto, licet Petrus de Vvaldis *h* dicat cõtrariũ, cuius ratio eſt, & fundamẽtũ quia canõ dat patri naturali poteſtatẽ eligẽdi ſepulturã filio impuberi & nõ debet fieri extẽſio ad Abb. qui nõ eſt verus pater, ſed fictus pater argumẽto eorũ, quæ in iure notãtur ſcilicet quæ cõpetũt patri verò, ad fictũ minime debẽt extẽdi, nõ aduertẽs, q in noſtro caſu verſatur eadẽ ratio in patre ficto quę verſatur in patre vero, ſcilicet patria poteſtas & quãdo eadẽ ratio verſatur in patre ficto, quæ militat in patre vero diſpoſitio loquẽs de patre vero extẽditur ad patrem fictum,

a Archi. & Ioan. And. in c. ſtat. de reſc. li. 6.
b Sup. hoc rom. q. 6 ca. reli. de ſepul. li. 6.
d Vvald de canon. Epi. c. 10. n. 11.
e c. 1. de priui. li. 6.
f ca. quanto de offi. deleg.
g c. vl de regul. c. licet de exceſ. præl. li. 6.
h Vval. vbi ſu. c. 11. n. 6.

vt patet ex quadam lege vbi Baldus & Doctores communiter & reſoluit Baldus.

ARTICVLVS II.

Vbi ſunt ſepeliendi religioſi profeſſi.

REſpondeo dicendo, quod profeſsi ſunt ſepeliendi in monaſterio, vt dicitur in iure, *a* & idem dicendum eſt de conuerſis profeſsis. Idem etiam dicendum eſt de cõuerſis non profeſsis, ſi ſunt plene trãſlati ad monaſterium, quia ſe, & ſua obtulerunt monaſterio, & mutauerunt habitum, & alio habitu vtuntur diſtincto ab eo, quẽ habebant in ſæculo; ij enim etiam in monaſterio debent ſepeliri, ſecus ſi non ſunt plene translati, vt quia non mutauerunt habitum, ſed remanent in coniugio, & cum proprietate ſuorum bonorũ, prout in iure *b* eſt definitum, imo plene translati poſſunt ſibi eligere ſepulturam, quia habent velle & nolle & poſſunt ad ſæculum redire ſi non ſunt profeſsi, argumento eorum, quæ in iure *c* notantur, & tradit quædam Gloſſa: profeſsi autem, qui præficiuntur beneficij regularibus, quæ ſunt de membris monaſterijs poſſunt ſibi eligere ſepulturam, quia habent velle & nolle.

Aduertendum tamen eſt, quod religioſi â propriis monaſterijs ita remoti, cum ad ea cum moriuntur non poſsint commode portari, poſſunt ſibi eligere ſepulturam, vt Bonifacius e VIII. ordinauit.

Nouitius autem intra annum probationis decedens ſecundum ius commune non videtur in monaſterio ſepeliendus cum poſsit ad ſæculum redire, & ita videtur ſepeliendus in illa Eccleſia, in qua ſepeliri debuiſſet ſi ad monaſterium nõ tranſiſſet, pro quo faciunt notata per archidiaconum. *f* Dixi ſecundum ius commune: nam attentis regularium priuilegijs debet in monaſterio, in quo eſt nouitius ſepeliri, imo ſi tempore interdicti decedit poteſt ſolemniter ſepeliri vt dictum eſt ſupra, in quo etiam aliqua circa ſepulturam tempore interdicti, & ceſſationis â diuinis conceſſa reſoluta ſunt.

a ca. vlti de ſepul. li. 6.

b c. vt priu. §. de fratri. de pri.

cc. vt lexcõtinẽt. 27. q. 1. c. vt priu. de priuile. gloſ. in c. vlti. de ſepul. in 6.

cc. relig. de ſepul. li. 6.

f Arch. inc. cũ quis de priu. li. 6.

g Supra 2. q. 90.

ARTICVLVS. III.

Quibus expenſis debet ſepeliri monachus decedens extra monaſterium aut qui præeſt beneficio manuali.

REſpondeo dicendo, quod monachus decedens extra monaſterium in monaſterio ſepelitur, prout dictum eſt articulo ſuperiori, & caſu quo non ſepeliatur in monaſterio qui deceſſerit in partibus remotis, ita quod corpus commode nõ poſsit ad monaſterium portari, Abbas monaſterij tenetur mittere pecuniam ad locum vbi ille deceſſerit, pro funerando eum, ita reſoluit Vvaldis *a* ſi tamen præſidet beneficio manuali, quod eſt de membris Eccleſiæ videtur, quod debet ſepeliri expenſis monaſterij cum ſit monachus, ſed contrarium eſt dicendum, quod ſcilicet expenſis beneficij manualis debet ſepeliri cum curam illius gerat, & ſic onus huiuſmodi beneficio incumbit argumento eorũ, quæ in iure *b* notantur quod ipſum de canonicis regularibus eſt aſſerendum, ita Vvaldis.

a Vvald. de canon. Epiſc. c. 13. n. 3.

b Clem. duũ. §. verũ de ſepultu. Vval. vbiſ. n. 4.

ARTICVLVS IIII.

Quibus expenſis debent ſepeliri nouitij decedentes intra annum probationis.

REſpondeo dicendo, quod cum reputẽtur religioſi videtur, quod debẽt ſepeliri de bonis monaſterij, argumẽto eorum quæ in iure *a* notantur. In contrarium tamen videtur, quod de bonis patrimonialibus debent ſepeliri cum non ſint plene translati, & ad ſeculum poſsint redire; vt in ſimili notant Doctores, *b* & per hoc videtur dicendum, quod ſi Abbas ſepeliat illũ de bonis monaſterij, quod expenſas illas repetere poſsit ab illis qui tali nouitio ſuccedunt, ſicut diximus in extraneo, qui ſepelit aliquem, qui poteſt repetere expenſas ab hærede defuncti, vt dicitur in quadam lege *c* de ſuo enim debet quis ſepeliri, & nõ de alieno: putare tamẽ quod ſi talis nouitius nõ haberet aliquid in bonis, quod tunc monaſterium debeat illum ſepelire, eſſet enim contumelia monaſterio relinquere corpus illius inſepultum, prout tenet Vvaldis *d* fundatus in quodam iuris argumento.

a c. priui. de priu.

b Doct. in c. ſtatui. & in c. conſu. de reg.

c L. ſi quis de relig. do mi.

d Vval. ca. nouic. por. ca. 13. n. 1. l. ſi nulla de reg. iur.

QVÆSTIO. LXI.

De ſepultura quo ad eos, quibus prohibetur in quatuor articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur quatuor.

1 *VIbus neganda eſt ſepultura Eccleſiaſtica.*

2 *An priuari debeat ſepultura Eccleſiaſtica meretrix, quæ inuenta eſt mortua in domo ſui amici, de cuius contritione nõ*

eſt aliquod teſtimonium.

3 *In quas pœnas incurrunt ſepelientes in loco ſacro eos qui ſepultura Eccleſiaſtica legitime ſunt priuati.*

4 *In quas pœnas incidunt religioſi ſepelientes vſurarios manifeſtos.*

ARTICVLVS I.

Quibus neganda eſt ſepultura Eccleſiaſtica.

Eſpondeo dicẽdo, quod ſepultura Eccleſiaſtica primo negatur à iure *a* omnibus iniuſte decimas detinentibus, ſecundo blaſphemis impęnitẽtibus, tertio morientibus in peccato mortali, vt notat quædam Gloſſa, *c* & ſumma confeſſorum & Siluester, quod intellige, niſi ſint Eccleſiæ reconciliati, vel ſaltem ſigna contritionis appareant, ad quod probandum ſufficit vnus teſtis ſecundum Archidiaconum. *d* Vnde ei quem manifeſtum eſt, non fuiſſe confeſſum, vel non communicaſſe ſemel in anno debet denegari ſepultura Eccleſiaſtica, niſi ſigna contritionis, ſeu emendationis oſtenderit. Dixi, manifeſtum eſt, ſecus ſi eſt dubium, nam tunc non præſumitur, quod ſit ſaluatus ſuæ immemor.

a c. prohib. de decimis vbi doct.

b c. ſtatu. de maled.

c Gloſ. in c. pro obeun. 13. q. 2. ſum. confeſſ. li. 1. ti. 16. q. 3. Siluc. verb. ſepul. n. 9. v. 7.

d Arch. in c. qui recedũt 26. q. 6.

Quarto manifeſto vſurario, niſi pœniteat & faciat cautionem, vt in iure *e* eſt definitum.

e c. quia de vſuris & ca. qua quã eo. d. m. ti. li. 6. f Clemẽ. de ſepul.

Quinto interdicto nominatim, & hoc ſub pœna excommunicationis, vt dicitur, etiam in iure, *f* & tempore interdicti illi qui ſunt de loco interdicto, interdicto durante, vt in ſuperioribus ſatis dictum eſt. *g*

g 2. tom. q. 96. h Edit. de reſti. ſpol. Sil. vbi ſu.

Sexto excommunicatis maiori excommunicatione etiã iniuſte, vt in iure *h* mandatur, & Syluester ait idem dicendum de indebito excõmunicatione minori notorie.

Septimo illi cui eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ, vt dicitur in iure. *i*

i c. is qui de ſent. excom. li. 6.

Octauo illi ſacerdoti, qui filijs ſuis hæredem inſtituit. K

K Diſt. 88 neque apud l. c. Eccle. de eo ſec d. c. ſane 24. q. 2.

Nono neganda eſt ſepultura Eccleſiaſtica, infideli pagano, Iudæo, vel hæretico etiam ſi poſt mortem appareat de hæreſi. *l*

l m c. r. de torneam.

Decimo moriẽti in torneamẽto, *m* quod tamen de ſtante non intelligitur, ſed de eo qui venit cauſaſe exercendi, & ſimiliter negatur Armigeris, & ſeruientibus in armis, quod intelligitur etiam ſi quis ibi, vulnus lethale acceperit, licet poſtea ſuperuixerit, qui quamuis pœniteat, & ei Euchariſtia non denegetur tamen Eccleſiaſtica ſepultura carebit, quod fieri in iure mandatur in aliorum terrorem, & intellige de illis, qui ſe exercent in torneamentis, quæ magno armorum conflictu in æquis exercitantur, ſecus in alijs, qui in aliquibus ciuitatibus fieri conſueuerunt, in quibus, ſine dubio minora ſunt pericula, quam in primis in quibus ſolo equorum concurſu aliquando multi vitam finierũt, ita Vitaldus. *n* Sed aduerte ſecundum ſummam Roſelam poſt Ricardum, *o* quod qui haſtiludia faciunt peccant mortaliter cũ ſimili ratione videantur eſſe prohibita, vt torneamenta, ex quo innuitur, quod morientes in ipſis nõ ſepeliãtur in loco ſacro. At Siluester *p* ait haberi, quod haſtiludiũ & torneamentum nõ ſunt idem & conſequenter, quod neque ſemper iſta pœna habet locum in haſtiludio, vt tenet Angelus, ſed ſolum quando inde immineat probabiliter periculum, vt etiam Siluester aſſerit, & in quæſtione de taurorum agitatione aliqua dicemus.

n Vitald. in ſuo cãde. arco. 29. ti. d inter. n. 112.

o Ric. in 4. dict. 22.

p Sil. vbi ſu. ver. 2.

Vndecimo denegatur ſepultura Eccleſiaſtica ei, qui ſe occidit vt in iure *f* eſt definitũ, quod intellige quãdo ſe occidit ex deſperatione, vel iracundia, ſecus ex fatuitate vel contra ſuam intentionẽ, vt ſi quis vt euaderet præcipitauit ſe inſtumẽ intelligẽs eo modo ſe ipſum ſaluum facere: verum eſt tamẽ, quod poteſt ei dari ſepultura ſi creditur ipſum in vltimo vitæ ſpiritu crimĩs dolorẽ, & contritionem pœnitentia ductum habuiſſe, ſicut explicat Palud. *t* quem ſequitur Nauarrus, vel ſi forſan coniecturis aliquot præſumi queat cum furore, aut mẽtis alienatione ſe ipſum occidiſſe, nam & tunc & Eccleſiaſticæ ſepulturę is traditur ſecundũ Ioannem v Gallum. *His* accedit quod repertus mortuus in puteo non eſt priuandus Eccleſiaſtica ſepultura, quia non præſumitur, ſe ipſum præcipitem dediſſe, quod in hac ſpecie notat Socinus iunior, quem allegat & ſequitur Couarruuias. *x*

f Clem. de ſepul.

t Palu. in 4. d. 20. q. 1. co. 26. aua. in c. 1. de pœn. diſt. 7.

v. Gal. q. par ti. 127.

x Cou. li. 2. var. c. 1. iux. finem.

Ex his infertur, quod confeſſus & abſolutus à cõfeſſario, qui tota die & veſpere ſtetit lætus & mane fuit inuentus mortuus intra ſuam cellam oſtio clauſo habens laqueum pendentem ex collo, ipſe autem non pendebat neq; omnino iacebat, ſed quaſi flexus ſtabat, poteſt & debet in loco ſacro ſepeliri & ex

& ex loco profano, in quo fuit ſepultus ad locum ſacrum transferri cum non noſcatur, neque ſciatur à ſe fuiſſe occiſum, neque præſumendum eſt ſe occidiſſe: de nemine enim præſumendum eſt, quod deliquerit, vt probant iura, *y* præſertim, tam grande delictum, & tam abominabile conditioni & inclinationi humanæ, & maxime de confeſſo abſoluto, & communicato eodem die. Vnde mulier cadens de Cymba in fluuium iubetur ſepeliri in loco ſacro etiam ſi fugiendo ceciderit, quia non præſumitur voluntarie ad ſe occidendum decidiſſe iuxta notata à Doctoribus, *z* & hanc partem intrepide tenendam eſſe affirmat Nauarrus. *a*

y l. merito. ff. pro ſocio ca. 2. de reg. iuris.

z Doct. in c. ex parte, el ſegundo de ſepul.

a Naua. li. 3. conſ. ti. de ſepul. conſ. 6. in capit. 1.

Duodecimo negatur ſepultura Eccleſiaſtica pueris morientibus, ſine baptiſmo. Decimotertio negatur ſepultura Eccleſiaſtica morientibus in duello, prout determinatur *b* in Concilio Tridentino, & eſt ſumme notandum hoc procedere nó ſolum in duellis ſolemnibus, in quibus arma, & campus & alia eliguntur. Sed etiam in duellis priuatis, ſine ſolemnitate initis prout declarauit Gregorius Tertius decimus, in quadam ſua conſtitutione publicata. Anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo, prout affirmat Nauarrus, *c* quæ Gregorij Tertij decimi conſtitutio incipit, *ad tollendum*, & eſt numero octuageſima ſecunda inter conſtitutiones pontificales eiuſdem Pontificis.

b Conc. Tr. ſeſſ. 25. de reſor. c. 19.

c Nau. lib. 5. conſ. tit. de purg. vulg. conſi. 1. & 2 pa 564. col. 1. & 2. in 1. edit.

Ex quo colligitur, quod explicatio *d* Salzedi dicentis prædicti Concilij Decretum habere locum, tantum in ſolemnibus duellis, non autem in priuatis omnino eſt reijcienda, cum nobis conſter de mente legislatoris ad quem primo explicatio ſuæ legis ſpectat. Neque obſtat, quod in aliquibus Regijs tribunalibus fuerit iudicatum prædictum decretum non habere locum in duellis priuatis, prout affirmat Salzedo: nam reſpondetur quod ſi apud dicta tribunalia præfata declaratio proponeretur, vtique ſecundum eam patres conſcripti in ipſis iudicarent Decimotertio regularibus decedentibus proprietarijs negatur in iure *e* Eccleſiaſtica ſepultura, circa quod eſt notandum primo quod ſi religioſus inuentus fuerit in morte cum burſa denariorum non propterea præcipitanter debet Eccleſiaſtica ſepultura priuari: multa enim prudentia in huiuſmodi vti neceſſe eſt: *f* ſacri enim Canones non remouent à communione altaris religioſum inuentum cum proprio peculio, ſed eum tantum qui ab Abbate commonitus noluit ipſum peculium reſignare, cum enim huiuſmodi pœna ſit grauiſsima contra inauditam partem imponi non debet, & ſic tali pœna minime eſt plectendus monachus, niſi contra ipſum prius opponatur, talis burſæ denariorum detentio, & ipſe ſe purget, aut de proprietate conuincatur, & per conſequens defunctus inuentus cum prædicta denariorum detentione non debet ſepultura Eccleſiaſtica ſtatim priuari cum contra eum non ſit prædictum delictum propoſitum, neque poſsit proponi vt ſe defendat.

d Sal. in pra ctica crim. c. 100.

e cap. ſuper quodam de ſtat. monac. vbi Doct. & cap. monac. eod. tit.

f Dict. c. ſuper quodã & dict. cap. monac.

Quod confirmatur ex dictis Socini iunioris, quem ſequitur Couarruuias, prout in ſuperioribus dictum eſt, qui tenent non debere priuari ſepultura Eccleſiaſtica illum, qui inuentus fuerit in puteo mortuus, quorum ratio eſt, quia non debemus præſumere ſe in puteum deiecisse & occidiſſe, & ita in propoſito non debet priuari Eccleſiaſtica ſepultura, ille qui cum dicta burſa fuerit in morte inuentus, non enim debemus præſumere ipſam noluiſſe in manibus prælati renunciare, ſed obliuione quadam naturali anguſtijs infirmitatis irretitum talem reſignationem præterijſſe.

Confirmatur deinde ex traditis, *g* à Siluestro, dicente quod ei qui intra annum non eſt confeſſus, neque communionem accepit non poteſt parrochus interdicere Eccleſiaſticam ſepulturam, quia in dubio præſumi debet, quod non fuit ſalutis ſuæ immemor, vt dicitur in quodam decreto *h* potuit enim alicui mendicanti legitime confiteri, & de eius mandato ab euchariſtia abſtinere, & ita poteſt & debet præſumi de tali monacho, quod ab aliquo ſuperiore viuæ vocis oraculo licentiam fuit conſecutus vt apud ſe dictam denariorum burſam retineret quam in morte obliuione aut infirmitate abſorptus non reſignauit, quod afortiori habet locum ſi præfatus religioſus eſt ſacerdos cui propter tantæ dignitatis excel-

g Sil. tit. ſepul. n. 11.

h ca. ſanct. 1. q. 7.

excellentiam maxime eſt deferendum, nam Iehu Rex Iſrael Iezabel iuſtiſsime interfectæ detulit honorem dicens ſuis Eunuchis, *Ite & videte maledictam illam, & ſepelite eam, quia filia Regis eſt,* & innuit quædam decretalis *i* cuius caſus eſt ſuper quodam Canonico regulari, qui in mortis articulo agens licet à priore ſuo cõmonitus proprium, quod contra regulam latenter habebat noluit reſignare, & ſic diẽ clauſit extremum, quem Innocentius Tertius declarauit non eſſe in loco ſacro ſepeliendum. Ponderanda enim ſunt verba huius decretalis ibi; *licet à priore ſuo commonitus*, quæ maxime noſtram ſententiam confirmant.

i cap. ſuper quodam.

K Gerg. li. 4 theo. ca. 55.

Neque contra hoc aliquid Diuus Gregorius K fecit qui legitur condemnaſſe quendam monachum à priuatione ſepulturæ, quia in morte inuentus fuit cum denarijs, nam vt conſtat ex ibi ab eo propoſitis dictus monachus fuit admonitus, qua admonitione non obſtante mortuus eſt proprietarius.

l Naua. li. 3. con. ti. de regul. conſ. 6. 75. n. 3. in 1. edit.

Secundo eſt notandum ſtatutum quoddã ordinis Cartuſienſis referri à Nauarro *l* diſponens, quod monachi defuncti in proprietate duodecim denariorum, & infra non ſepeliantur in cœmeterio, aut ſepulti exhumentur. Circa quod ſtatutum aduertit ipſe Nauarrus *m* forte eſſe intelligendum, de illo monacho proprietario rei minimæ, qui ex aliquot coniecturis præſumitur per contemptum legis, vel animo maiora appropriandi eam apropriaſſe, cum non debeat quis carere Eccleſiaſtica ſepultura, ob peccatum, tantum veniale, vt ſatis ſignificant Canones, *n* & tradunt Doctores communiter, & merito quidem, nam peccatum veniale non excludit gratiam Dei, & charitatem, vt tradit Diuus Thomas, *o* & in Concilio Tridentino definitur, detentio autem tam minimæ quantitatis peccatum mortale non videtur includere, cum furtum huius quantitatis ipſum minime arguat. Supradicta autem ſunt vera non in religioſis ordinis fratrum Minorum de obſeruantia, qui ſi inuenti fuerint defuncti, cum burſa denariorum etiam minimę quantitatis non poſſunt in loco ſacro ſepeliri cum in eorum regula ipſis præcipiatur non recipere denarium, neque pecuniam.

m Nau. vbi ſup. n. 17. in fin,

n e. pro obeuntib. & c. non æſtim. 13. q. 2. Gloſ. in c. ex parte 2. de ſep. o D. Thom. 2. 2. q. 24. 3. vlt. Conci. Trid. ſeſſ. 14 ca. 5.

Eſt item aduertendum, quod cadauera mortuorum, qui fuerunt vltimo ſupplicio affecti, ſine licentia principis non ſunt ſepelienda in loco ſacro, & per conſequens peccant mortaliter, ea à ligno, ſine prædicta licentia deponentes, prout reſoluit *p* Antonius Gomez.

p Ant. Go. c 14. de del. n. 3.

ARTICVLVS II.

An priuari debeat ſepultura eccleſiaſtica meretrix, quæ in Paſchate confeſſa eſt, & communicauit, & modo reperta fuit innumeris vulneribus confoſſa, & mortua in domo cuiuſdam ſui amici, nulloque pacto conſtare potuit, quod mortua fuierit contrita, vel contritionis ſigna dederit, cum id nocte acciderit, & clauſo oſtio, certum eſt tamen eã ab illo amico fuiſſe iugulatam.

REſpondeo dicendo, quod omnis qui confeſſus eſt in quadrageſima, & communicauit in Paſcate ſepeliendus eſt in loco ſacro, niſi conſtet eum in peccato mortali fuiſſe mortuum, vt tenet quædam Gloſſa *a* communiter recepta, & præſuppo nitur præfatam meretricem fuiſſe confeſſam & communicatam in Paſchate, neque conſtat eam in peccato mortali fuiſſe mortuam: præterea non conſtat de mente, qua illam amicus eius duxit in domum ſuam, quoniam licet veriſimiliter crederetur illam duxiſſe ad meretricandum ſi eam non occidiſſet, quia tamen occidit veriſimilius credi poteſt deduxiſſe illam ad ſumendam vindictam de aliqua iniuria, quam putabat iuſte, vel iniuſte ſibi fuiſſe factam, tum quia veriſimile eſt ipſum occiſorem, cum Chriſtianus eſſet præmonuiſſe illam, vt ſe commendaret Deo, & de ſuis peccatis doleret

a Gloſ. inc. ex par. 2. de ſep.

ret quoniam communiter id faciunt occiſores vxorum ſuarum & aliarum cognatarum, quas propter earum delicta ferro clam occidunt, & validum eſt argumentum à cõmuniter accidentibus, ſi non conſtat de contrario, vt in iure *b* notatur. Ex quibus cõclu dit Nauarrus, *c* prædictam meretricem in loco ſacro eſſe ſepeliendam.

b L. neque natal. C. de proba. c im præſen. eo. tit.

c Nau. lib. 3. conſ. ti. de ſepul. conſ. 4. d. c. fures de vſuris.

Neque obſtat quædam decretalis *d* definiens furem, qui furando occiditur, non eſſe in loco ſacro ſepeliendum, in quo loco Ioannes Andreas, & Ioannes ab Anania referunt eum, qui veroſimiliter moritur in peccato mortali non eſſe ſepeliendum in loco ſacro, nam reſpondetur eam decretalem intelligendam eſſe, de illis qui furando rapiendo, vel alias mortaliter delinquendo occiduntur, nos autem loquimur de illa quæ non præſumitur occiſa meretricando prout dictum eſt.

ARTICVLVS. III.

In quas pœnas incurrunt ſepelientes in loco ſacro eos, qui ſepultura Eccleſiaſtica legitime ſunt priuati.

REſpondeo dicendo, quod ſepelientes præfatos in loco ſacro peccant mortaliter, ſecundum Archidiaconum, *a* & vlterius ſepelientes publice excommunicatos, vel interdictos nominatim vel manifeſtos vſurarios ſunt maiori excommunicatione innodati, vt dicitur in quadam Clementina, *b* & explicat Syluеſter, & generaliter recipiens aliquem ad ſepulturam Eccleſiaſticam, in caſu non conceſſo tenetur reſtituere corpus ſi petatur non ſolum recenter ſepultum, ſed etiam poſt, ita vt ſola oſſa ſupereſſe videantur, ſecundum *c* Panormitanum: tenetur etiam reſtituere, quidquid ratione illius corporis perceperit cum id mala fide ab eo ſit perceptum, ſecundum Gloſſam *d* communiter receptam. Vnde ſi ſacerdos parrochialis corpus eius, qui alibi elegit ſepulturam violenter rapuerit, vel funus ſpoliauit ante quam veniret ad manus eorum, quibus debebatur, ſecundum Hoſtienſem *e* amittitius quod habebat, & idem ſi aliquis conuentus totus, vel maior pars eius hoc fecerit ſecus ſi minor pars, vel ſolus prælatus. Vnde, ſecundum Oldradum *f* tenetur reſtituere, quidquid accepit & ipſum corpus & vltra hoc perdit quartam Canonicam ad ſimilitudinem hæredis, res hæreditarias ſubtrahentis, qui in eis, quartam Trebellianicam perdit, & ius inſtitutionis debitum, quod alias erat detracturus; vt in iure *g* eſt diffinitum, quantum autem ad quartam canonicam Petrus de Peruſio contrarium tenet, quia delictum preſbyteri Eccleſiæ nocere non debet, vt in iure *h* eſt vulgatum. At primum eſt verum ſi tale quid fiat à prælato, quia ſolus prælatus poteſt præiudicare Eccleſiæ in adquirendis, vt patet ex quodam *i* decreto, ſicut ſeruus Domino in adquirendis poteſt præiudicare, vt in quadam lege K eſt obſeruatum, ſecus in adquiſitis, prout aduertit Siluеſter. *l*

a Arch. inc. quia Doct. 25. q. 1.

b Clemen. 1. de ſepul. Sil. & excõ. 9. tit. 66. & 67.

c Panor. in c. cum liberum extra de ſepul.

d Gloſ. in d. c. cum liberum.

e Hoſt. in d. c. cum liberum.

f Old. conſ. 224.

g L. Paul. reſpondit. ff. ad legẽ falc. l. reſcrip. ff. de his quibus.

h Regul. de lictum de regul. iur. li. 6. i 16. q. 6. §. fin.

K L. fi. C. de acquirend. poſſ.

l Sil. de ſep. n. 11.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum religioſis ſepelientibus de facto vſurarios manifeſtos excommunicatos & interdictos poſsit Epiſcopus facere, vt corpora eorum exhumentur & proïciantur procul.

REſpondeo dicendo, quod in Clementina *a* quadam ſatis innuitur poſſe Epiſcopum excommunicatos publicè vſurarios manifeſtos & nominatim interdictos facere exhumari in loca etiã exẽpta intrando, cũ in ea Clementina priuilegia in contrariũ abrogentur, in reliquis autẽ, quibus negatur ſepultura Eccleſiaſtica, ait Abbas *b* ſe non credere Epiſcopum poſſe hãc authoritatem exercere in locis exemptis, quia perinde eſt, ac ſi non eſſent in ſua diæceſi ſepulti, poſſet tamen dare remedium, vt impediat ſepulturam ante quã corpus deducatur ad locum exemptum, nam cum delinquatur in ſuo territorio poteſt obuiare, & illud in loco priuato facere ſepeliri.

a Clem. eos de ſepul.

b Abbas in c. ſacris n. 7. de ſepul.

Quod ex decreto Concilij *c* Tridentini maxime confirmatur. Aduertendum tamen pro complemento, quod horum corpora debẽt proijci procul ab Eccleſia in tanta diſtantia, quod voces clericorum non poſsint ibi audiri, vt argumento cuiuſdam decretalis tenẽt communiter Doctores. *d*

c Con. Tri. ſeſſ. 25. de regul. c. 14.

d c. quodin te de pæni. & remi. Docto. in dic. c ſacris.

QVÆSTIO. LXII.

De ſepultura quo ad exhumatiõẽ corporum, & exportationem de vno loco ad alium in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *VTrum corpora defunctorum poſsint exhumari, & transferri de vno loco in alium.*

2 *Vtrum corpora defunctorum poſsint exenterari, vel inhumaniter tractari.*

ARTICVLVS I.

Vtrum corpora defunctorum poſsint exhumari, & transferri de vno loco ad alium.

REſpõdeo dicendo, quod Imperatores *a* Diocletianus & Maximianus ordinauerunt, quod ſi nec dum perpetuæ ſepulturæ corpus traditum eſt tranſlatio eius fieri minime prohibeatur. Et Imperatores Valẽtius *b* Theod. & Archadius ita reſcripſerunt, nemo hominum corpus ad alium locum, ſine Auguſti affatibus tranſferat: ſuper quem locum Gloſſa ait ſine Auguſti affatibus, id eſt Papę minimè eſſe trãſferendum. Vnde Vlpianus iuris conſultus etiam ait oſſa, quæ ab alio illata ſunt, vel corpus an liceat domino loci effodere, vel eruere ſine decreto Pontificum, ſeu iuſſu principis, quæſtionis eſt, & ait Labeo expectandum, ſeu permiſſum pontificalem, ſeu iuſsionem principis, alioquin iniuriarum fore actionem aduerſus eum, qui eiecit. Et idem Vlpianus, *d* ait, ſi in eo monumento, quod imperfectum eſſe dicitur reliquiæ hominis conditæ ſunt, nihil impedit quo minus id perficiatur, ſed ſi religioſus locus iam factus ſit pontifices explorare debent quatenus ſalua religione deſiderio reficiendi operis medendum ſit, in quo loco Gloſſa per Pontifices Epiſcopos intelligit, qui in talibus ſuum exercent officium. Et in Concilio *e* Maguntienſi dicitur, quod corpora ſanctorum de loco ad locum nullus tranſferre præſumat, ſine conſilio principis, vel Epiſcoporum, ſãctaque ſynodali licentia.

a L. ſine ced ũ C. de reli. & ſum. fun.

b L. nemo homi eod. tit.

c L. oſſa ff. eod.

d L. ſi in eo. ff. de mort. in ferend.

e c. corpora ſanct. de cõſec. diſt. 1.

Circa quas leges & decreta notandum eſt primo, quod verba præfata non includũt tranſlationem corporum nondum perpetuæ ſepulturæ traditorum de vno loco Eccleſiæ ad alium eiuſdem Eccleſiæ, quoniam non includunt etiam translationem de vna Eccleſia ad aliam per Gloſſam *f* tam per praxim, quam per theoricam receptam: ergo à fortiori non includunt translationem de vno loco vnius Eccleſiæ, ad aliũ eiuſdem, & conſequenter non includũt reliquias corporum ſanctorum, quæ manent extra ſepulturã perpetuam in ſacrario, vel alijs locis, vnde accipiuntur, & afferuntur frequenter ad proceſsiones, ſiue ſupplicationes publicas, vel priuatas miſſas, & alias deuotiones.

f Gloſ. in d. l ſi. necdũ.

Secundo notandum eſt, quod verba præ dicta includunt corpora ſanctorum, & partes eorum, quæ deputatæ ſunt perpetuæ ſepulturæ, de vno loco Eccleſiæ ad aliũ eiuſdem Eccleſiæ, quia non videtur negari poſſe ea non transferri de vno loco ad aliũ locũ quia omnia loca eiuſdem Eccleſiæ non ſunt eadem loca, neque æque honorabilia, imo ſunt maximæ cõtẽtiones inter ſummates, & mediocres, imo infimæ notæ, alijs cõtendẽtibus ſua ſepulchra debere eſſe ſita propius altaribus maioribus, vel aliquorum ſanctorum, quæ ſunt incluſa legitime altaribus ad illorum conſecrationem non poſſe mutari de illis ad alia, ſine authoritate legitima, quia videntur mutari de loco, cui iam ſunt illa perpetuæ ſepulturæ deputata, ita Nauarrus, *g* in quodam conſilio.

g Nau. li. 3. conſ. tit. de ſepul. cõſ. 5.

ARTI-

ARTICVLVS II.

Vtrum corpora mortuorum poſsint exenterari, vel inhumaniter tractari.

REſpondeo dicendo, Bonifacium, Papam, in quadam extrauaganti, quæ incipit, *deteſtandum*, excommunicare omnes etiam Pontifices exenterantes, vel infuſta concidentes corpora mortuorum, aut in aquis coquẽtes, vt carnem ab oſsibus euellant, vt alibi tumulanda ferant & abſolutio Papæ reſeruatur, prout aduertit Siluester. *a*

Circa quam extrauagantem primo eſt notandum, quòd non habet locum in cadauere mortui quod datur medicis ad faciendam anatomiam, licèt enim Bartolus *b* relinquat cogitandum, an hoc ſit licitum Iulius *c* tamen Clarus, ait non reperiri in iure deciſum, ſed conſuetudine paſsim ſeruari, quod dantur huiuſmodi corpora medicis habita tamen prius licentia à iudice ſi corpus eſt alicuius delinquentis puniti, & ita practicari teſtatur Bertachinus, & non eſt hæc praxis dãnanda cum à timoratis iudicibus ſit recepta. Et ita refert Antonius e Gomez, quod Carolus Quintus, anno Domini milleſimo quingenteſimo, quinquageſimo requiſiuit votum vniuerſitatis Salmanticenſis, an hoc facere liceret, & reſpondit vniuerſalitas quod ſic. Et hanc opinionem tenet in proprijs terminis doctiſsimus Siluester *f* dicẽs in eius comprobationem quod pœnæ vltra proprios caſus non ſunt extendendæ, vt dicitur in iure, g & extrauagans ſupradicta ſolũ loquitur caſu quo exenterantur, & in fruſta conciduntur corpora mortuorum eo fine, vt alibi ſepeliantur. Præter eũ etiã hanc partem ſequenti ratione confirmo. Reipublicæ enim intereſt, vt fiant anatomiæ, & prædicta corpora exenterantur, vt poſsint facilius cognoſci infirmitatum radices, quibus homines ſunt repleti quibus cognitis facilius medelæ ſalutiferæ applicantur, quod communẽ bonum nõ debet impediri ex leuiſsimo prejudicio, quod dictis corporibus ex tali exenteratione prouenit.

Secundo eſt notandum quod prælatus alicuius conuentus conſentiens, vt conſanguinei alicuius defuncti ipſius corpus exhumẽt, & præbens illis ſtabulum, in quo inferuenti aqua igne ſuppoſito fuit eius corpus poſitum & caro conſumpta, & dum ab oſsibus ſeparata, vt ea oſſa tranſportarentur in aliã partẽ ad tumulandũ nõ incidit, ſcilicet, ipſe prælatus in excõmunicationẽ huius extrauagantis, nã lex excõmunicans facientẽ aliquod delictũ, nõ videtur includere ſolum conſentientem in illo & deſiderantem, vt fiat ſi ad aliud nõ cõcurrant, vt colligitur ex aliquibus iuribus. *h* Secundo facit, nam lex excommunicans facientem aliquid non includit conſentientem neque mandantẽ, niſi eadem lex, vel alia ſimilis, cuius autor id facere poteſt illud exprimat prout cõcludit & reſoluit Nauarrus *i* poſt Caietanũ & alios, & hæc extrauagans non proponit excõmunicationem contra conſentientem conſulẽtẽ, aut mandantẽ, vt patet ex eius litera. Et dato quod ipſa contra conſentientem etiam ſuam ſententiam fulminaret, quia tamen dictus prælatus non probatur ſciuiſſe eam ex orbitantem pœnam eſſe â iure impoſitã facienti huiuſmodi delictum, & præſumitur ignorantia vbi non probatur ſcientia, & ignorantia legis excõmunicantis videtur excuſare ab excõmunicatione, vt innuit quædam decretalis *K* præſertim cum religioſi non teneantur ſcire huiuſmodi leges de rebus ordini ſuo adeo exteris diſponentes, vt ex ſacris canonibus *l* conſtat. His & alijs rationibus hanc partem defendit doctiſsimus Nauarrus. *m*

Nec obſtat, quod prædicta extrauagans ſignificat illud eſſe peccatum contra ius naturale, quod nemini licet ignorante argumẽto eorum, quæ in quodã decreto *n* notãtur, & quòd ignorantia iuris non excuſat, vt eſt regula *o* iuris vulgaris. Nam reſpondetur, quod multa concurrerunt propter quæ prædictus prælatus probabiliter potuiſſet ignorare, primo, quia dicta extrauagãs nõ eſt poſita intra corpus iuris communis, & multis etiam Doctoribus vtriuſque iuris eſt incognita, ſecundo quia non eſt directè contra illud naturale præceptum, non occides, non enim fuit occiſioneq; mutilatio, neque perciſsio hominisque directè vetãtur per quintum præceptum Decalogi, ſed quædam diuiſio & partitio cadaueris quod planum eſt non eſſe hominem.

Nec etiam obſtat illud Pauli, *p* ſcilicet, quod facientes & conſentientes digni ſunt morte, & per conſequens quod cum prælatus prædictus tali maleficio conſenſerit dignus

a Sil. excommuni. 7. nu. 79.

b Bart. in l. fi. ff. de cada. punito.

c Clarus in pract. crim. q. 10. in fin.

d Bertachi. v. cadauera. n. 4.

e Gome. de delict. c 14. n. 8.

f Sil. vbiſu.

g De pœnit. d. 1. §. pœna

h ca. cũ quis de ſent. excom. lib. 6. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. c 1. decõſan. & aſſin.

i Nau. c. 17. n. 51.

k c. 2. de cõſtit. li. 6.

l c nõ magno ne cleri. vel monac. c. 2. iũct. gl. de poſtulat. m Nau. li. 5. conſi. tit. de ſent. excõ. conſ. 54. in 1. edit.

n c. notand. n. q. 7.

o regul. ignorantia de regu. iur. li. 6.

p Ad Ro. 1.

nus est vt supradicta pœna puniatur. Nã respõdetur, quod si prædictus prælatus sciebat prefatũ factũ esse peccatũ mortale mortaliter peccauit, at non incurrit excommunicationem pro tali relatam, qui enim consentit & complacet de percussione clerici peccat mortaliter, non tamen incurrit excommunicationem nisi actu ipse percutiat, vt expresit quædam decretalis. q Et certum est etiã in iure r contrahentes matrimonium intra gradum consanguinitatis prohibitum, vel contra votum solemne ordinis, vel religionis peccare mortaliter, incurrereque excommunicationem, sed non eos quibus placent illa matrimonia, imo neque consulentes illi neque approbantes.

q c. cũ quis de sen. exc. lib. 6.

r elem. 1. iũcta gloss. de consang. & affin.

QVÆSTIO LXIII.

De simonia, in sex articulos diuisa.

Circa quam quæruntur sex.

1 *Quid sit simonia.*
2 *Vtrum pro datione habitus regularis. & professione aliquid dare & accipere simonia committatur.*
3 *Quomodo se debet habere regularis per simoniam ingressus monasterium.*
4 *Vtrum sit simoniaca conuentio qua regulares conueniunt vt alter in vna electione suffragetur vni & alter alteri in alia.*
5 *Qua pœna sint puniendi regulares respectu prælationum simoniaci.*
6 *Vtrum prælati regulares possint absoluere, & dispensare cum suis religiosis simoniace ordinatis.*

ARTICVLVS I.

Quid sit simonia.

a gl. in sum. 1. q. 1. Cano. in rub. de simon. Theolog. in 4. d. 25. D. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 1

RESpondeo dicendo, quod simonia sic denominata à Simone, qui voluit spiritualia emere, est voluntas studiosa emendi, vel vendendi spiritualia, vel spirituali annexum secundum glossam *a* ab omnibus receptam & á D. Thoma approbatam. Dixi *voluntas*, ad significandum, quod simonia mentalis, qua quis vult cõmittere simoniam conuentionalem, vel realem est verè peccatum mortale simoniæ etiam non secuta conuentionali, vel reali, quia radix malitiæ simoniæ sicut & cuiuslibet alĩus peccati in actu interiori voluntatis consistit secundum D. Thomã *b* iuxta illud Matthæi, *c* quod intrat per os non coinquinat hominem, id est, quod sine assensu & complacentia voluntatis intrat per os non coinquinat homines, cum de corde procedant peccata. *Dixi studiosa*, ad excludendam indeliberatam. Dixi *emendi, vel vendendi*, ad includendum omnem voluntatem dandi, vel accipiendi aliquid pro spirituali non gratuito, sed in quoddam pretium, vel causam principalem, vel immediatam iure id permittẽte prohibẽte. Dixi *spirituale, vel spirituali annexum*, ad includendum omne diuinitus datum, vel institutum ad salutem animarum. Pro quo est notandum, quod spirituale quantum ad nostrum propositum est donum supernaturale á Deo datum ad animarum salutem, vel quid institutum supernaturaliter ab eodem ad eam efficiendam, vel ab Ecclesia potestate supernaturali sibi data ad conficiendum illud, vel annexum eis. Dixi *donum supernaturale* ad includendum dona supernaturalia per essentiam & ad excludendum dona naturalia. Dixi *ad salutem animarum*. Ad excludenda insignia seu arma data & victorias Regibus & Principibus aliquot, vel alijs in alium finem, quam salutem animarũ supernaturaliter concessa. Dixi *vel quid institutum supernaturaliter ab eodem ad eam efficiendam*, ad includendum spirituale per causam, qualia sunt sacramenta, quæ ipse solus instituit & sola efficiũt instrumentaliter gratiã. Dixi *vel ab Ecclesia potestate supernaturali sibi data*, ad includendum spiritualia propter institu ta, qualia sunt sacramẽtalia, & eis annexa ab eadem instituta, quibus sacramenta parantur conficiuntur & conseruantur, vt consecratio benedictio Ecclesiæ, vel altaris, vasorum ornamentorum, á quæ baptismalis, vel benedictæ, exorcismus Catechismus ius patronatus, beneficia collationes præsentationes, datio habitus regularis & professio religionis, ita colligitur ex sacris á Canonibus Durando & Diuo Thoma.

b D. Tho. 2. 2. q. 72 ar 7.

c. Matt. 15.

de gratia. c. qui studet, 1 q. 1. D. Tho. 2. 2. q. 10. ar. 3. & Duran. in 4. d. 25. q. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum pro datione habitus regularis & profeſsione aliquid dare & accipere ſimonia committatur.

REſpondeo dicendo, quod nullo titulo, aut iure poteſt defendi in hoc caſu non cõmitti ſimoniam, tũc quia certum eſt ſimoniam incurri quoties pro ſpirituali datur, vel accipitur aliquid temporale, ſecundum notata à quadam gloſſa *a* communiter recepta à iuriſperitis á D. Thoma, & ab alijs Theologis & ab eodem D. Thoma declaratam & dilatatam à Nauarro. Et certum eſt in iure, *b* precium eſſe quid temporale ingreſſum autem monaſterij eſſe quid ſpirituale, neque poteſt negari datio nem habitus eſſe quid ſpirituale, aut ſpirituali annexum, cum datio & ſuſceptio ipſius faciat, quem de laico Eccleſiaſticum. Vnde ſi aliquis ignorans talem commiſerit ſimoniam dando aliquid pro receptione habitus, tamen cum primũ hoc ſciuerit, tenetur ipſum relinquere. Verũ eſt tamẽ quod dimiſſo habitu & purgata ſimonia poteſt denuo recipi ſi receptio non fuerit ſcandaloſa iuxta ea quæ in quadam decretali *c* notantur.

Adeo ſupradicta ſunt vera, quod etiam ſi Abbas & prælatus acceperit illud pretium tanquam donum, & quid ſponte oblatum, daturus nihilominus habitum etiam ſi illud non fuiſſet ſibi collatum in foro exteriori, vt ſimoniacus erit iudicandus, in eo enim foro per ea quę fiunt exterius, & probantur eſt iudicandũ iuxta quandã legẽ, & ex his quæ exterius facta ſunt in hoc caſu clare probatur (vt ſupponitur) promiſsio pro ingreſſu. Dixi in foro exteriori, nõ in foro cõſciẽtiæ ſi verẽ corã Deo prælatus accepit illud pretium tanquam donum ſponte oblatum, & tanquam eleemoſynam principaliter propter Deum oblatam, licet minus principaliter habuiſſet etiam reſpectum ad habitus dationem, & quod promiſsio pretij non fuit cauſa principalis dationis illius nõ eſſet verè coram Deo iudicandus ſimoniacus prout allegando aliqua concludit *e* Nauarrus.

a gloſ. 1. q. 1. in ſum. & in rub. de ſimo D. Th. & alij in 4. d. 25. & 22. q. 100. arti. 1. Naua. c. 23. num. 10.

bca. quoniã de reg. c. ex inſinuatione. eod. ti.

c ca. quoniã de reg. in fi.

d l. illicitas. §. veritas ff. de offi. præſid.

e Naua. vbi ſup.

ARTICVLVS. III.

Vtrum regularis per ſimoniam ingreſsus monaſterium poſsit, & debeat manere in eo & habere victum & portionem canonicam vel monachalem vt ali rectè poſsit.

REſpondeo dicendo, quod per profeſsionem canonicalem, vel monachalẽ duo quæruntur aut fiunt. Alterum eſt mutatio ſtatus de ſeculari in regularem, & hoc nõ impeditur per ſimoniam, vel excommunicationem: profeſsio enim ab excommunicato facta, tenet iuxta quandam decretalem, *a* quam in hoc commendant plurimũ Panormitanus & Felinus, vnde in alijs decretalibus ordinatur ſimoniacè profeſſum non debere manere vbi eſt male profeſſus, ſed in aliud eiuſdem ordinis monaſterium ad agẽdum pœnitentiã retrudẽdus eſt, prout infra articulo vltimo dicetur, ſi ergo debẽt retrudi ad agendum pœnitentiã clarũm eſt quod ſupponitur eſſe regularem. Et confirmatur per id quod ſtatim in dictis decretalibus ſubditur, quod, ſcilicet, ſi nõ inuenitur tale monaſteriũ, in quod detrudi poſsit, maneat diſpenſatiuè in eo ne damnabiliter euagetur, confirmatur etiam per id quod ſtatim ſubditur quod, ſcilicet, poſsit manere diſpenſatiue nulla de noua profeſsione facta mentione.

Alterũ quod per profeſsionẽ acquiritur eſt ius habendi victũ determinatũ ex cõmuni, aut per portionẽ priuilegiatã ſeu determinatam canonicalem ſeu monachalem, quod quilibet canonicus vel monachus rectè profeſſus habet. Et hoc impeditur per ſimoniã & excommunicationem donec ſubſequatur abſolutio & diſpenſatio, nam monachatus comparatur beneficio, quatenus eſt ius percipiendi victum, aut portionem priuilegiatam ſiue determinatam monachalem ſecundum Hoſtienſem *b* & Panormitanum. Vnde ſicut acquiſitio ſimoniaca beneficij eſt nulla vt patet ex iure, *c* ita etiam acquiſitio portionis regularis & monachatus eſt nulla.

Sed inquirẽda eſt ratio diuerſitatis in prędictis duobus caſibus, & reſpondetur, quod acquiſitio ſtatus eſt quaſi acquiſitio cuiuſda ſtatus

a c. cũillorũ de ſen. exc. vbi Panor. & Feli.

b Hoſtien. ca. ſuperdi. nata. col. 3. & Panorm. ead. col. de præben.

c Extrau. 2. de ſimo.

ſtatus characteris ordinis, qui perpetuo durat prout reſoluit Nauarrus, *d* ius autē percipiendi vſum indeterminatum eſt quod dam beneficiū, cuius acquiſitio impeditur per ſimoniam & excommunicationem donec abſolutio & diſpenſatio ſubſequatur, vn de à miniſtris generalibus, aut ab alijs prelatis ad id autoritatem habentibus petēda eſt abſolutio & diſpenſatio ſi talis regularis vult ſupradicta percipere.

d Nau. in c. non dicatis num. 67.

ARTICVLVS IIII.

Virum ſit ſimoniaca conuentio qua regulares conueniunt, vt alter in vna electione ſuffragetur vni, & alter alteri in alia.

REſpondeo dicēdo, quod ſic, quia omnes qui faciunt aliquam conuentionē quo ſibi, vel alteri quæratur beneficium ſpirituale cōmittunt ſimoniam, vt in ſacris *a* canonibus definitur, & prædicti vt ſupponitur faciunt huiuſmodi conuentionem, tum quia canonici, ita conuenientes, vt vnus ſuffragetur alicui in vna electione, & alius ſuffragetur alteri in altera cōmittūt ſimoniam vt poſt Sylueſtrum tradit *b* Nauarrus dicens, quod frequenter cōmittitur ſimonia, ſine interuentu pecuniæ numeratę vel rei ca æſtimabilis, nam cum quis renunciat beneficium ſuum in fauorem alicuius, vt ille, vel alius renūciet aliud in fauorem alterius, vel ſuffragatur cuipiam in aliqua electione, vt alius ſuffragetur alteri, vel renunciet beneficium ſuum ſimpliciter vt alius ſibi impetret aliud ab Epiſcopo, vel ab alio collatore, & alijs ſimilibus caſibus nō datur pecunia, neque aliquid aliud ea æſtimabile & tamen eſt ſimonia, quia id tanquā ſimoniacum prohibet Eccleſia. Ratio autem qua re id prohibet Eccleſia eſt quia in his omnibus datur vel reijcitur ius ſpirituale cum onere vt fiat aliquid, quaſi pro pretio rei ſpiritualis, vel cauſa principali mediata eam habendi quod in ſacris canonibus *c* prohibetur.

a ca. quā pio 1. q. 2. ca. cū pridē, &c. fin. de pact.

b Nau. c. 23. nu. 10.

c ca. ſicut 3. & c. non ſatis de ſimo. c quam pio. 1. q. 2. ca. fi. de pact.

Ex quibus infertur primo, quod ſcientes ſe fuiſſe electos virtute huius conuentionis tenentur ſtatim ac ſciuerint renunciare prælationes ſic per talia ſuffragia obtentas iuxta gloſſam ſuperius allegatam, & quod ſic conuenientes cōmittunt ſimoniam mentalem & conuentionalem tantum ſi nō fuerit completa, ſi autem fuerit ab vtraque parte completa erit ſimonia realis per quam inciderunt in pœnas multas de quibus latē agit Nauarrus. *d*

d Naua. vbi ſup.

Infertur ſecūdo, quod prędicti cōuenientes tenentur vlterius pœnitere tā grauis peccati cuius antequam pœniteat peccatum durat & poſt pœnitentiam etiam excommunicatio Papæ reſeruata per quādam extrauagantem, *e* & niſi fuerint à Papa abſoluti celebrando remanent irregulares argumento eorum quæ in iure *f* notantur.

e Extra 1. de ſimon. fc. 2. 4. & c. ſcele. decle. excom. miniſtr.

Infertur tertio, quod preſbyter regularis renuncians officium ab eo per ſex annos pacifice poſſeſſum in manibus ſui Abbatis cū pacto, quod dictus Abbas eum in alio dicti monaſterij, vel eccleſię officio teneretur remunerare, prout cum effectu poſt modum fecit cōmiſit ſimoniā conuentionalem cū dictum officium ſit illius ſpecici quæ comprehendit illa beneficia Eccleſiaſtica, quæ appellātur officia, & ſic malè tenet prædictum officium cum illūd male acceperit in recompenſationem prioris virtute pacti ſimoniaci per quam acceptionem pactū fuit ex vtraque parte completum iuxta tradita à Nauarro. *g*

Aduerrendum tamen eſt circa ſupradicta quod in hūiuſmodi pactis condemnādis nō debent iudices præcipitanter ſe habere: debent enim attendere, an tale pactum fuerit magis ſpei oblatio quam pactum, nā ſi fuit ſpei tantum oblatio quam ſuperiores ſolēt inferioribus facere dicendo, relinque hoc amore mei, & prouidebitur tibi de alia re, &c. Quod quotidie generaliter ſolent facere ſuperiores ſine animo ſe obligandi iuxta quandam decretalem, *h* & ea quæ tradit doctiſſimus Nauarrus ſuper extrauagantem Gregorij XIII. de datis & promiſſis, in hoc caſu non erit ſimonia, ſpeciem tamen cuiuſdam ſubornationis præſeferunt huiuſmodi oblationes quibus interdum contingit peſſimas fieri electiones prout ſupra in ſecundo tomo *i* declarauimus. Et iuxta ſupradictam doctrinam debent gloſſari & intelligi omnia quæ in hoc articulo dicuntur, vt ſcilicet à labe ſimoniæ liberentur multi qui dicunt ſuis amicis, amore mei ſuffragium mihi præſtate, & ego quoque meum vobis ſuffragiū præſtabo, in hac enim oblatione non interuenit aliquod pactum ſed ſpei tantum oblatio ſine

g Nau. in c. 23. n. 110.

h c. cū veniſſent de inſt. Nau. de dat. & promiſ. n. 21.

i 2. tom.

tio ſine

tio ſine animo ſe obligandi, verum, tamē eſt quod hæ oblationes, vt ſubornatoriæ, & à ſacris decretis prohibitæ à religioſis maxime debent condemnari.

ARTICVLVS V.

Qua pœna ſint puniendi regulares reſpectu prælationum ſimoniaci.

a Fel. in rub. de ſimo.

RESpondeo dicendo, quod ait Felinus *a* ſimoniacos velut primos & præcipuos hereticos ab omnibus fidelibus eſſe reſpuēdos, quod ſacri canones *b* innuūtur. Ex quibus videtur, quod ſimoniacis pœnę quę hæreticis imponūtur ſint infligendæ excōmunicationis, ſcilicet, amiſsionis bonorum priuationis negotiationis, & alijs pœnis hæreticis applicatis, quæ ſunt quatuordecim, vt apud Angelum *c* videri poterit. At conſiderare debemus quod non omnis ſimoniacus hæreticus eſt cenſendus ille enim tantū eſt hæreticus, qui credit gratiam Spiritus ſancti pretio emi poſſe, illi autem hoc non credentes, ſed dantes pecuniam pro auidita te rei ſpiritualis conſequenda, non ſunt hæretici, ſed ſimoniaci, ita explicat Abbas, *d* & ait Hoſtienſis, quod per iudicem pœna ſimoniaco imponitur. Pro cuius rei explicatione eſt aduertendū, quod aut agitur de crimine in modum inquiſitionis, aut in modū accuſationis. Si in modum accuſationis ſi is qui accuſatur infamatus eſt, debet eum iudex ſuſpendere ab executione ordinis, aut prælationis, aut officij per ſimoniam adepti vſque ad verificationem, & probationem accuſationis, aut querelæ, vt dicitur in iure. *f* Quod idem dicendum eſt ſi occultū ſit crimen, dummodo de eo habeantur certa indicia, & probata accuſatione debēt ſtatim eliminari de eccleſia Dei, vt colligitur ex quadā decretali, *g* id eſt, cū grauiſsima infamia deponi ab his quæ per ſimoniam eſt adeptus vt conſtat ex alijs decretis. *b*

b 1. q. 1. c. paſter ad fin. c. quiſquis 1. q. 1.

c Aug. v. hæreticus ver. quæ pœna.

d Abb. in c. quoties de ſimo.

e Hoſt. in in. §. præiu.

f c. accuſatū &c. quoties de ſim.

g c. ſicut de ſim.

Si vero procedatur abſque accuſatore per viam inquiſitionis ſi infamatus ſit regularis qui prælationem ſimoniacē eſt conſecutus ignorāter cogetur talem prælationem renūciare, at nullo modo eſt deponendus, vt ex quibuſdam decretalibus *i* colligitur. Dantes tamen & recipientes pœna canonica ſunt feriendi. Vbi vero ſcienter promoti ſunt ad conſortium regulare pœna depoſitionis remittitur, verum tamen recepti circa concilium generale de monaſterijs, quæ totaliter adepti ſunt remouentur, & in alijs monaſterijs arctioris regulæ traduntur, ſed cum ijs, qui ante præfatū concilium recepti ſunt miſericorditer diſpēſatur, vt in alijs locis eiuſdem ordinis collocentur, vel ſi præ nimia multitudine hoc fieri nō poterit permittitur, vt in eodem monaſterio poſt libe ram reſignationē permaneant mutatis prioribus ſedibus & inferioribus aſsignatis, & hoc modo ſunt intelligendæ quam plurimę decretales K de hac materia agentes, ſed cū his qui citra concilium ſunt recepti aliquando per Papam diſpenſatur, & quod dicitur de monachis etiam ad Abbates extenditur. Et quare ſecularis conuictus in modum inquiſitionis degradetur & non degradetur regularis ea ratio eſt, quia in inquiſitione ſecularis ſubtilitas iuris requiritur, in inquiſitione verò regularis de plano proceditur, & ideo non de plano punietur, item regula eſt quod qui in vno grauatur in alia releuamen habere debet. Hæc omnia traduntur à *l* Redoano.

i c. de reg. 1. reſpon. & ca. dilectus l. 2. & c. quoniā ſimoniaca labes de ſimo.

l Relu. de ſim. 14. p. c. 10. n. 10.

ARTICVLVS VI.

Vtrū prælati regulares poſsint abſoluere & diſpenſare cū ſuis religioſis ſimoniace ordinatis.

CIrca hunc articulum vide quæ habes in Primo *a* Tomo Quæſtionum Regularium.

a 1. to. q. 26. ar. 13.

QVÆSTIO LXIIII.

De ſcientia & ignorantia, in quinque articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur quinque.

1 *VTrum omnes religioſi teneantur ſcire quæ pertinent ad ſuum ſtatum.*

2 *Vtrum ignorantia præceptorum regulæ excuſet religioſos à peccato ſicut excuſat impoſſibilitas & neceſsitas, quod late proſequitur.*

3 Quę

3 *Quæ ad vitam monaſticam debitè peragendam debeat ſcire monachus facienda.*
4 *Vtrum licitum ſit religioſis diſcere ſcientias.*
5 *Vtrum licitum ſit religioſis diſcere ſcientias Philoſophiæ, mathematicæ & artium liberalium.*

ARTICVLVS I.

Vtrum omnes religioſi & qualiter teneantur ſcire ea, quæ pertinent ad ſuum ſtatum.

REſpondeo dicendo, quòd ſicut in republica eſt graduum differentia, & iuxta eos vnuſquiſque tenetur ſcire magis explicite ea quæ ad dogmata fidei pertinent, prout reſoluunt D. Thomas *a* Sotus, & Couarruuias, ita quo ad religioſos reſpectu ſuæ regulę & inſtituti eſt philoſophandum, multa enim tenentur ſcire prælati quorum ignorantia ſubditis non eſt culpabilis, multa itidem viri literati & docti, quorum notitia ſine peccato ſimplicibus & illiteratis eſt abſcondita. Vnde cum in religione diuerſi gradus religioſorum conſtituantur ſiquidè in ea ſunt prælati, ſunt viri docti, ſunt prædicatores ſunt confeſſores, ſunt & alij ſimplices ſacerdotes ſunt & conuerſi pro miniſterio tẽporalium deputati, nõ debemus affirmare omnes ad eadem ſcienda eſſe æqualiter aſtrictos ita vt omnes etiam ſimplices religioſi, & cõuerſi teneantur ſcire omnes quæſtiones & ſubtilitates & difficultates regulã cõcernentes, ad quas ſciendas viri docti tantùm tenẽtur, alij autem ſimplices & conuerſi ſufficit, quod ſolum habeant notitiam explicitã præceptorũ generaliũ, ad modũ, quo in anno nouitiatus ipſis declarãtur, non autẽ aliarũ ſubtilitatũ & profunditatũ, reſpectu quarũ iudicio ſuperiorũ ſubijciũtur, & à doctioribus debẽt illuminari. Ex quo colligo inſaniã, imo ſuperbiã aliquorũ ſimpliciũ religioſorũ & conuerſorũ, qui cum ſint literarum penitus ignari, in ſcientia eorũ, quæ ad ſuũ pertinent inſtitutum præſumunt excellere eos qui totam vitam in ſtudio eorum conſumpſerunt, dicentes eos: ita eſſe in religione profeſſos ſicut alij viri docti, & quòd nemo eos in his quæ ad ſuum ſtatum ſpectant ante cellit. Quod vltra impoſsibilitatẽ quã arguit eorum humilis & ſimplex ſtatus, aduertere debent ipſos hierarchicam peruerterе monaſticitatem, in qua diuerſi monachorum gradus conſtituuntur ad imitationem illius cœleſtis hierarchiæ, in qua licet omnes Angeli ſint glorioſi, inferiores tamen à ſuperioribus illuminantur, prout nobis D. Dionyſius ſcriptum teliquit, vnde in Eccleſiaſtica hierarchia ad illius ſimilitudinẽ, vt caſtrorũ acies ordinata conſtitutum eſt, vt nemo plus velit ſapere quam oportet, & vt doctrina Eccleſiæ à ſupremo eius capite ad Epiſcopos, & ad alios inferiores prælatos dimanaret, & ab ipſis ad alios inferiores per ſuos gradus ſecundum eos gradus deriuaretur. Vide quid circa hoc ſcribat D. Paulus *b* ad Corinthios, ait enim, ſicut enim in vno corpore multa mẽbra habemus, omnia autem mẽbra nõ eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto: ſinguli autem alter alterius membra. Habentes autem donationem ſecundũ gratiã quæ data eſt nobis differenter, ſiue prophetiam ſecundum rationem fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in ſimplicitate, qui præeſt in ſolicitudine, qui miſeretur in hilaritate. Quę verba protulit D. Paulus poſt quã dixerat, dico enim per gratiam Dei, quæ data eſt mihi omnibus qui ſunt inter vos non plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, vnicuique ſicut Deus diuiſit mensurã fidei. Ex his reſolutiue dico ſcientiam quã religioſus reſpectu ſui inſtituti tenetur in medio quodam conſiſtere ad modum quo vnaquæque virtus moralis in medio dicitur cõſiſtere, ita quod omnia extrema in ea per exceſſum, aut defectum ſunt vitioſa, ſicut enim eſt vitium aliquem velle plus ſapere, quam oportet ſapere vt D. Paulus nobis inſinuauit & quædam regula c iuris nos docet ita etiam eſt vitium negligentia eorum, qui illud quòd pertinet ad ſuum ſtatum ſecundum gradum eorum ſcire, vt debent nõ procurant. Conſiſtit ergo medium in eo vt vnuſquiſque ea tantum quæ ad ſuum gradũ pertinent, ſcire ſatagat, à quo neque per defectum, neque per exceſſum deuiet.

Nec ex hac doctrina infert religioſus, nouum regulas monachales addere præceptum, ita vt virtute eius teneantur religioſi ſcire omnia quæ ad eorum ſpectant ſtatum ſecun-

a D. Tho. 2 2. q. 76. ar. 2 Scotus in 3. d. 25. q. 1. Coua. in regu. poſſeſſor. 2 pa. §. 7. n. 7

b 12. ad Cõrint. 2.

c l. culpa. ff. de reg. iur.

ſecundum vniuſcuiuſque gradũ. Hoc enim non eſt nouum regularum præceptũ, ſed eſt quædam obligatio annexa ſtatui prædictorũ religioſorũ, ſicut enim præceptũ diuinũ obligat confiteri peccata, ex qua obligatione conſequitur neceſſario alia de examinanda diligenter conſcientia, ita præcepta dictarũ regularum obligãt impleri per præfata præcepta mandata, ad quam obligationẽ conſequentia neceſſaria ſequitur eorum præceptorum & obligationis ſcientia, & intelligentia. Ex dictis colligitur grauiorem eſſe ignorantiam in doctis quam in his qui literas minime ſunt profeſsi & in prælatis magis quam in ſubditis, cum culpa à conditione perſonæ ſumat etiam quandam grauitatis circunſtantiam iuxta tradita á D. Thoma, *d* de quo latè per Tiraquellum.

ARTICVLVS. II.

Vtrum ignorantia præceptorum regulæ excuſet religioſos á peccato, ſicut excuſant impoſsibilitas & neceſsitas.

REſpondeo dicendo ad reſolutionẽ articuli tituli quæſtionis non eſſe neceſſarium nouas leges nec nouam Theologiam in medium adducere, ſufficit enim in medium proferre, quod nos diuina docet Theologia, loquendo de implendis præceptis naturalibus diuinis & hũmanis eccleſiaſticis: per ea enim in cognitionẽ clarã, & verã rei propoſitæ deueniemus: nõ enim debemus imaginari nos religioſos, maiori vinculo teneri ad præcepta regulæ obſeruãda quã ad præcepta naturalia diuina, & humana eccleſiaſtica nos obligat diuina illa veritas. Ex quo ſequitur quod in omnibus caſibus in quibus lex diuina & naturalis, & humana excuſat mortales, in his etiã omnibus præcepta regulæ nos excuſabiles reddit. Pro cuius rei clara inueſtigatione notãdũ eſt ad tres ordines eſſe reducendos caſus, in quibus præfata ceſſat obligatio. Primus eſt impoſsibilitas, ſecundus neceſsitas, tertius ignorantia: pro quibus ſequentes concluſiones proponũtur

Prima concluſio eſt, quod nullum regulæ præceptum obligat ad peccatum mortale, quando impoſsibile eſt illud adimpleri. Pro cuius concluſionis explicatione notãdum eſt impoſsibilitatem dupliciter conſiderari. Primo enim conſideratur Logicè, & *M*etaphyſicè, ſecundo moraliter. Logica autem, & Metaphyſica impoſsibilitas contingit quãdo aliquid nullo modo fieri iuſtè poteſt, quod impoſsibile abſolutè vocatur. Moralis autem impoſsibilitas non denotat omnino impoſsibilitatem, ſed tantum difficultatem in executione talis præcepti. Neceſsitas etiam dupliciter conſideratur. Prima enim dicitur abſoluta, & metaphyſica ſicut cibus dicitur ſimpliciter neceſſarius ad viuendum. Alia eſt neceſsitas moralis quæ non denotat abſolutam neceſsitatem, ſed quid magis accõmodum, & opportunũ ad cõſequutionẽ alicuius finis, vt eſt equus ad ambulandum. Quibus ſuppoſitis certum eſt & indubitabile apud omnes quod interueniente impoſsibilitate logica, tã ex parte rei, quam ex parte perſonæ tenentis præceptum adimplere omnino excuſatur religioſus ab obſeruatione præcepti obligantis, vt affirmant Silueſter *a*, & Nauarrus. Quod ipſum in impoſsibilitate & neceſsitate moraliter eſt affirmandum iuxta quandam Caietani *b* doctrinam, quam bene explicat & declarat Sotus. Et in regula *c* Patris noſtri Frãciſci hoc clare proponitur, ait enim quod tẽpore manifeſtæ neceſsitatis non teneantur fratres ieiunio corporali. Et addit deinde, quod non debent fratres equitare, niſi manifeſta neceſsitate, vel infirmitate cogantur. Imo in prima regula *d* Beatus Pater noſter Franciſcus dixerat, tempore manifeſtæ neceſsitatis faciant omnes de eorum neceſſarijs, ſicut eis Dominus gratiam largietur, quia neceſsitas non habet legem. Quod autem vbi adſunt impoſsibilitas, & neceſsitas moralis lex non obliget ſequenti ratione manifeſtatur, nam lex generalis, licèt ad ſui obſeruantiam obliget ad mortale non tamẽ debet intelligi ſemper, & in omnibus caſibus eandẽ habere vim, poſſunt enim caſus obuenire talibus circunſtantijs veſtiti vt in eis obligatio minimè aſtringat, imo eius legis pro tunc literam ſequi eſſet à mẽte legislatoris recedere. Legis enim lator non poteſt omnes particulares caſus præuidere, quos ſi præuidiſſet non in omnibus eãdem regulam ſtatuiſſet, vnde ad epiKeiam quotidie, ex mente legislatorũ cõfugimus, vt rigor legis benignitate miſericordiæ leniatur.

Deus enim, & eccleſia nõ intendit ſuis præceptis nos obligare ad vix poſsibile, & nimis difficile in ſe, quia moraliter, & ciuiliter ſe

a Sil. v. ſcrupulus n. 4. Nau. in ma. c. 27. n. 284.

b Caiet. 1. 2 q. 96. ar. 4. Soto li. 1. de iuſt. q. 6. ar. 4.

c Reg. ca. 3.

d Reg. c. 9. in fin.

ter ſecundum iura impoſsibile eſt, quod vix niſi cum magno detrimento fieri poteſt, ad quod nemo regulariter obligatur, alioquin quomodo ſaluaretur illud Matthæi, e iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue, neque Deus eſſet homine benignior, ſed durior, quod abſit, & pie credendum eſt, neq; Deum in lege gratiæ velle, neque Eccleſiã debere imponere nobis iugum, vix poſsibile & difficillimum ſaltẽ ſub pœna peccati mortalis, nec enim Deus vt homo quęrit occaſionem ad calumniandum, cum dicat Scriptura, f ſentite de Deo in bonitate, cum hoc concordat Angeſt. g in ſuis moralibus explicans de motu ſenſualitatis ſubito inſurgente, ad quem refrẽnandum eſt tenuiſsima facultas voluntatis, & valde tenuis deliberatio, & modica poſsibilitas, quamuis ſit abſolute poſsibilis refrænatio aliqua: ideo tũc erit ſolum venialis illa omiſsio, quæ alias eſſet mortalis ſi poſſet ibi eſſe plena deliberatio, & facilis refrænatio. Vnde dicunt Doctores, quod ideo non obligamur ſub mortali confiteri peccatum quando ex eius confeſsione explicita imminet probabile periculum ſpirituale, aut corporale cuiuſcunque. Neque tenemur quærere confeſſorem cum magna difficultate puta itinerando viginti leucas ad confeſſorem, ſed tunc reputatur homo non habere copiam cõfeſſoris quando vix ſine magna difficultate haberi non poteſt, Sed cauendum eſt ne quis facile iudicet eſſe maximam difficultatem vbi non eſt, quia in hoc poteſt quis facile decipi maxime in cauſa propria dum non conſtat aperte de tali maxima difficultate, ideo in dubijs ſtet ſubditus conſilio ſuperiorum & ſapientũ, in caſibus enim inquibus dubitat ſubditus an præcepta obligent necne poteſt ſubditus ad ſuperiorem recurrere, & eius ſententiam ſequi etiam ſi tempus & commoditas ad ipſa implenda ante eius oculos proponi videatur, vt tenet expreſſẽ Caietanus g quem ſequitur Soto.

Vnũ tamen ſummopere debent attendere regulares, quod quando caſus nõ eſt adeo certus, ſi tamen ipſi vtentes epiKeia non obſeruant aliquod præceptum intelligẽtes ad eius obſeruantiã minimè teneri in tali caſu cuius cõtrariũ eſt verũ, ſcilicet quod ad implendũ tale præceptũ in eo caſu obligantur bona fides ſubditorũ eos à peccato mortali excuſat, licèt venialiter peccẽt eo ſolũ quod ſuum ſequentes iudicium legem tranſgredi ſunt auſi. Quæ admirabilis doctrina & timoratis maxime conſolatoria, vt clarior fiat exemplis illucidatur, prætermittit quis ieiunium, aut officium diuinum propter quãdam corporis ægritudinem intelligens ipſam ab obligatione ieiunij, & officij diuini recitãdi excuſare omnino, quod ſi aliter intelligeret minime prætermitteret, licet præfata ægritudo in rei veritate minime ſufficeret, propter ſuam bonam fidem mortaliter non peccaret præcepta ſupradicta tranſgrediendo. *Hæc* doctrina traditur à Paluda no *h* Diuo Antonino, Siluestro, Gabriele Adriano Armilla, Caiet, & Nau. & in materia regulæ fratrũ minorũ hanc propoſitionẽ ponit Corduba *i* dicens, quod quando aliquis frater nõ obſeruat aliquod prædictæ regulæ præceptum intelligens in tali caſu ad eius obſeruantiam minimè teneri licet ipſe reuera fallatur, cum cauſa excuſans ab ipſo putata ſufficiens, ſit reuera inſufficiens non peccabit mortaliter. Quod ex cõmuni Theologorũ opinione cõprobatur, quæ aſſerit ad receptionem aliquorum ſacramentorum attritionem putatam contritionem ſufficere. Hæc tamen rationabilis pia & vtilis conſciẽtijs timoratis doctrina in prædictis timoratis eſt admittenda, non autem in his quorũ Deus vt ita dicam vẽter eſt, hi enim cũ cõſcientiam habeant cauterizatam non ita debent ſuo deprauato iudicio adhærere, nec de ipſis tantum eſt fidendum prout aduertit doctiſsimus K Cano in caſu quaſi ſimili. Quod ipſum in caſu noſtræ regulæ, & aliorum religioſorum cenſeo eſſe ſequendum, quod ſcilicet, ſi religioſus eſt circunſpectus & in obſeruatione ſuæ regulæ ſolicitus ſi aliquod præceptũ in caſu particulari nõ obſeruat intelligẽs adeſſe cauſam eum à tali obligatione excuſanté ſufficit vt nõ peccet mortaliter, etiã ſi cauſa realiter nõ ſit ſufficiens, at ſi eſt religioſus non ita reformatus minime à peccato mortali ipſum excuſarem inſufficientia cauſæ realiter exiſtente ſuum ſequens iudicium in alijs ſatis deprauatum, & obſcuratum, prout aduertit Corduba. *l*

Secunda concluſio, alia eſt via qua quis prætermittit obſeruare aliquod præceptum quæ ſe habet ex parte ipſius prætermittentis, & hæc eſt ignorantia, quæ per omnia præcepta diuina, & humana vagatur. Pro huius autem concluſionis explicatione eſt notandum, quod ignorantia duplici-

ter con-

e Matth. 11.

f Sapien. 1.

g An eſt in moral. c. 9. & 10.

g Caie. 1. 2. q. 96. Sot li. 1. de iuſt. q. 6. ar. 8.

h Pal. in 4. d. 15. q. 4 ar ti. 1. Anto. 2 p. ti. 6. ca. 2, Syl. v. ieiu. q. 28. Gabr. in 4. d. 16. q. 3. nota 6. Andr. l. 6. ar. 2. Armi. v. ieiun. n. 3 & 6 Caiet. 2. 2. q. 149. arti. 2. & in ſum. v. ieiũ. §. qui ad tertiũ, & v. præceptũ Nau. præludio. 9 n. 14. & ca. 21. n. 20. & 23. n. 43.

i Cord. ſuper reg fra. minor. c. 10 q. 2. pun. 1. K Cano. de pœnit. 5. p. propoſi. 4.

l Cord. vbi ſu.

ter cõsideratur, quædam enim est facti, alia vero iuris vt exrubrica de iuris & facti ignorantia colligitur. Notoriu autem est quod ignorantia facti quasi semper excusat â peccato, factum enim non est ignorãtia culpabilis cum soleat sapientes etiam decipere, licet sapientissimus religiosus ordinis fratrum minorum, cui ex vi suæ regulæ prohibetur ingressus in monasteriũ monialium aliquod ipsarum monasteriuin ingrederetur existimans tale non esse monasterium minimè censuris aliquibus irritaretur. Alia est ignorantia iuris, quæ si est iusta, & probabilis etiam excusat â peccato, cum non possit esse peccatum sine eo quod sit voluntarium, cum autem nihil sit volitum quin præcognitum, sequitur quod deficiente præcognitione ratione ignorantiæ deficit voluntas & per consequens peccatum à voluntate necessario dimanans. Dixi probabilis & iusta ignorantia: nam si ignorantia non est huiusmodi, tunc in sua causa erit interpretatiue peccatum, peccatum enim, tunc non consistit in ignorantia impossibile enim est vt in ea præcise consistat, cũ ignorãtia præcise cõsiderata nõ sit aliquid voluntariũ, cõsistit igitur peccatũ in negligẽtia sciẽdi illud quod vnusquisq; tenetur & debet scire, quæ negligẽtia ad voluntatem nolentem apponere diligentiam ad sciendum reducitur, vt D. Bonauentura l Castro, & Couarruuias resoluunt.

l D. Bonau. in 2. d. 22. ar. 2. q. 2. ad 4. Castr. de potest. leg. prænal. li. 2. c. 14. Coua. in reg. post 2. p. §. 7. n. 7.

Ex quo sequitur quod habẽs ignorãtiã inuincibilẽ alicuius præcepti ab eius obseruatione vtiq; excusatur, siquidẽ in ea nõ est negligẽtia volũtaria â qua actus nomẽ peccati sortiatur. Dico negligẽtia volũtaria nõ in se, sed in sua causa, qui enim eã habet nolẽs apponere media necessaria ad præcepti ignorati scientiã habendã in sua causa vult ipsam ignorantiã culpabilẽ prout explicat D. m Thomas.

m D. Th. 1. 2. q. 76. a. 2.

Dubitatur tamẽ quomodo in religiosis respectu sui status regularis possit dari ignorãtia inuincibilis eos â peccato mortali excusans. Et ratio dubitãdi est in prõptu, quia omnes religiosi antequã professionẽ emittãt præcepta sui instituti diligẽter addiscũt & antequã sit probatũ per examẽ patrũ ad hoc deputatorũ eos ipsa scire & intelligere minime ad professionẽ admittũtur, & sic quãdo professionẽ emittũt præsupponitur ipsos huiusmodi habere notitiam sufficientem iuxta quandam n legem. At respondetur quod cõsideratis difficultatibus quæ in regulis monasticis quotidie excitantur, nõ est dubiũ circa earum nõ paucas posse dari ignorantiã inuincibilem in aliquibus fratribus, præsertim in simplicibus & illiteratis, qui cum literarum studijs minime fuerint occupati nõ est mirum quod prædictæ difficultates & obscuritates inculpabiliter ipsos lateãt, inuincibilis ergo ignorãtia eos à peccato excusabit sicut excusat in omnibus præceptis diuinis & humanis. Quod ex quadã Innocẽtij o doctrina cõfirmatur dicẽtis nõ esse peccatũ mortale trãsgressionẽ alicuius legis humanæ, ex eo quod ipsa varie à Doctoribus intelligitur propter suã maximã difficultatẽ & obscuritatẽ quã doctrinã cõmuniter receptã esse affirmat Nauarrus.

n l. qui cum alio cõtrah. ff. de reg. iu.

o Innoc. in c. pertuas el 2. n. 4. de simon. Naua. in c. nullam n. 32. in fin.

Neque obstant in contrariũ adducta, nõ enim ante professionem solũ præcepta cõmunia regulæ, & quæ in ea clare & expresse cõtinẽtur addiscũt, nõ vero extraordinarias quæstiones & difficultates circa præfata præcepta ab autoribus excogitatas vtrũ, scilicet in tali casu obligẽt necne, quæ cũ à religiosis præsertim simplicib' iuste ignorẽtur nõ est cur propter eorũ trãsgressionẽ eos peccato mortali innodatos esse cẽsea mus. Quod exẽplo illustratur & declaratur. Si enim rusticus quidã faceret bona fide cõtractũ vsurariũ intelligẽs esse licitum, quia eius parrochus cõsultus ipsum esse licitũ affirmauit, nõ eũ in præfato cõtractu ineundo peccauisse affirmaremus propter ignorãtiã inuincibilem quam habebat, sic in proposito ignorantia eorum, quæ in regula præcipiuntur implicite, & non ita clare & distincte, sicut alia, quæ ita manifesta sunt vt nulli etiam simplici religioso sint abscondita, excusat simplicẽ religiosum â peccato, si ea bona fide transgrediatur consulendo prius religiosos doctos aut suum prælatũ quid ipsi in tali casu facere sit licitum. Et aduertendum quod ad vincẽdã ignorãtiã præcipue in casibus quotidianis non tenetur quis ad partes alias ire ad cõsulendũ neque mittere epistolam ad id efficiendum, sufficit enim quod cum doctis quos ad manus habet veritatem casus illis patefaciendo ineat consilium, quia leges humanæ nõ obligãt nos ad maiorem diligentiam, quam quod nõ simus nimis aut notabiliter negligẽtes, remissi, aut dissoluti ad sciendum, aut quod non simus in lata culpa, aut in dolo ignorandi, sed vt adhibeamus eam diligentiam quam alij homines nostri status, seu conditionis seu qualitatis circa talem legem & negotiũ

cõmuniter habere ſolent aut habent rationabiliter, ignorantia enim iuſta, & inuincibilis dicitur non quidem quod talis ignorãs non poſsit eam ſimpliciter vincere, & oppoſitam ſententiam habere faciendo totum, quod in ſe eſt, nã ſimplex parrochianus dicitur habere ignorantiam inuincibilem de ieiunio ſeu deſtato aliquo quãdo ſuus ſacerdos non pronũciauit die ſolito, quãuis talis ignorantia ſimpliciter vinci & tolli poſsit: quia enim fecit quod debuit eundo ad eccleſiam, vt communiter faciunt alij parochiani, ideo dicitur illi eſſe ignorantia inuincibilis, vt patet ex his quæ late & docte more ſolito tradit Corduba. p

p Cord. lib. qq. q. 1.

Tertia cõcluſio, ſimodus viuẽdi prælatorũ & maiorũ eſt euidẽter malus cõtra regulã quã ſunt profeſsi, non excuſantur ſimplices eorũ facta & dicta ſequẽtes, dicit enim Redẽptor, ſi cæcus cæcũ duxerit nõne ambo in foueã cadent? Imo tenẽtur eis obedire in eis quæ promiſerũt Domino obſeruare, & nõ ſunt cõtraria animæ, & regulæ ſuæ, nõ autẽ in his quæ animæ & regulæ aduerſantur, vt in regula P. N. Frãciſci cõtinetur quod licet in inſtitutis aliarũ religionũ nõ exprimatur, pro expreſſo tamen ita cenſendũ eſt vt poſt Alexãdrũ de Ales tradit Corduba f dicẽs, quod fratres nõ profeſsi ſunt, neq; promiſerũt vitã ſuorũ maiorũ & prælatorũ ſequi, ſed tantũ regulam & inſtitutũ ſuæ religionis. Quod & ipſum tenẽt Sumiſtæ & expreſſe Angelus. t Hoc tamẽ eſt intelligendũ quãdo vita & dicta ſuorũ maiorũ ſunt euidẽter mala, quãdo enim nõ ſunt hęc ita manifeſte mala & caſus eſt dubius, vtrũ ſit cõtra eorũ regulã ſequi eorũ placita nõ erit peccatũ, prout tradũt Cord. u & Nauarrus, in eo enim caſu ignorãtia inuincibilis eos excuſabit, ſiquidẽ ſubditis in talibus dubijs poſsũt optimo iure prælatorũ ſequi ſententiã, & ſimplicis & inferioris notæ religioſi in talibus ſententijs maiorũ ſubijci oportet præcipue ſi ſibi viri docti & timorati videretur, & tantũ de eorũ ſcientia & bonitate cõſiderent, vt intelligerent eos talia minimẽ acturos ſi ſibi illicita iudicaſſent,

f Cor. ſuper reg. frat. mino. in intro duct. q. 4.

t Ang. v. religioſus.

u Cor. d. q. 4. Na. c. 27. n. 282.

Quarta concluſio, ignorantia affectata nõ ſolũ non excuſat à trãſgreſsione præcepti, ſed etiã ipſam trãſgreſsionẽ efficit grauiorẽ, ita tenẽt Gabriel x Almain & Adrianus. Et probatur, quia volẽs ignorare legẽ velfactũ, aut circunſtantiã perquã retrahi poſſet à peccato magis cõtẽnit, & talis volitio eſt magis volũtaria, qua vult quis nõ ſolũ ignorãtiã, ſed etiã peccatũ inde ſequens, & malũ finẽ à quo mouetur, ergo grauius peccat volens multa quã vnicum tantũ malũ, pluralitas enim obiectiua cæteris paribus auget culpam actus, vt tradit Angeſt y Sed antecedẽs probatur, quia magis cõtemnit, qui nõ auertitur ſolũ à dictamine rationis, ſed etiã ab ea ſcientia qua ipſa ratio rectẽ gubernari poſsit & retrahi à peccato, & ita ait D. Bernardus, qui ſcire nõ vult, ideſt, qui poſitiuẽ vult neſcire nõ de ignorantia, ſed de cõtẽptu iudicabitur. Et D. Ambroſius ſuper illud Lucæ, z qui cognouit voluntatẽ Domini, &c. ait qui cũ poſſent ſcire ſi vellẽt ſtudiũ adhibere nolũt nõ neſcientes, ſed contẽptores iudicantur, vnde grauius peccat qui habet pro obiecto grauiorẽ finẽ, ſcilicet, peccare ſine remorſu cũ maiori libidine, & alia peccata probabiliter indeſecuta, quod & videtur quodammodo ad peccatũ contra Spiritum ſanctum pertinere.

x Gab. in 2. d. 22. q. 2. cõ cl. 3. Alm. in mor. tract. 1. ca. 6. Adria. in 4. quod. art. 2.

y Augnſ. in moral. c. 9.

z Luc. 12.

Pro maiori autẽ huius concluſionis & eorum quæ in ea dicuntur explicatione notandũ eſt quod in peccato ex ignorãtia affectata ex malo fine duo ſunt cõſiderãda. Primũ eſt velle ignorare, ſecundũ eſt ex tali ignorãtia agere, vel omittere aliquid cõtra legẽ, Et licet hoc ſecundũ peccatũ ſi cõſideretur ſecundũ ſe ſolũ ſit minoris grauitatis & cõtemptus, quã ſi fieret ſcienter cum cognitione peccati, tamẽ conſideratum ſimul cũ præfata ignorantia affectata ſeu cũ volitione ignorandi, à qua procedit, & cũ qua manet actualiter, eſt peccatũ maius & grauius non ſolum extenſiuẽ & coniũctim ſecũdũ Angeſt. a ſed etiã intenſiue ſecundũ D. Bonauenturã b quã ſi ipſummet peccatum fieret ſcienter, quia licet ratione ignorãtiæ ſit minus graue, vt potè minus voluntarium & cũ minori contemptu, tamẽ ex alia parte voluntatis ipſius ignorantiæ eſt magis volũtariũ habetq; magis de contẽptu, & ideo dicitur quod ſimpliciter aggrauat. Dixi ignorãtia affectata ex malo fine: nã ſi loquamur de ignorantia affectata, ex bono fine aliter eſt theologizãdũ, ſcilicet, qnõ aggrauat peccata ex ea ſecuta, imo ea alleuiat, quia in ea nõ eſt ratio contemptus, vel libidinis ſed conatus prauæ voluntatis ad malũ, neque maior malitia ex obiecto fine, aut circunſtantijs proueniens, ſed minor quãſi ſcienter fieret, aut peccaretur, quod patet, tum ex parte ipſius ignorãtiæ, tũ ex parte boni zeli, ſcilicet, indiſcreti, & ex parte bonæ volũtatis reſpectu boni finis intẽti, & talis fuit ignorãtia

a Angeſt. in moral. c. 6.

b D. Bon. in 2. d. 22. q vlt.

Diui

Diui Pauliante eius conuerſionem ad fidem, de qua ipſe ſcribens ad Timotheum *c* fatetur ſe ignoranter peccaſſe perſequendo eccleſiã Dei ex zelo legis Moyſaicæ indiſcreto, vt ayunt Altiſiodorenſis *d* & Caietanus, nam licet ipſe videatur ſe diligentem exhibuiſſe ad legem veterem ſciendam, & defendendam ex zelo ipſius, vt ipſe ait ad Galatas ſcribens, & per conſequens non habuiſſe prædictam ignorantiam affectatã ex malo fine, vel vt prauam peccati affectionẽ proſequeretur, at vero illam ignorantiã habuit ex nimio zelo legis veteris in deſerto, credebat enim iniuriam fieri legi & ipſi Deo, ſi vetere lege relicta fidem Chriſti ſuſciperet, quam male putabat erroneam, ideo hæc eius ignorantia affectata non fuit tam grauis, vt illa alia affectata ex malo fine procedens ad liberius affectionem prauam proſequendum. Et hac ratione ait Diuus Paulus, miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci, non ignorantia affectata ex malo fine, ſed ex bono cum conſcientia erronea.

c ad Tim. 1.

d Altiſio. l. 2 tract. 20. c. 1 q. 3. Cai. 1. 2. q. 79. art. 4. dubio 4. ead Gal. 1.

Ex quibus omnibus infertur religioſos magis peccare ex ignorantia affectata præceptorum regulæ peccantes, quam ſi ſcienter ea transgrederentur, cum eorum ignorantia affectata ex malo fine procedat & nullo bono zelo etiam indiſcreto poſsint aliquo prætextu in bonum finem prædictam ignorantiam dirigere. Quorum paucos exiſtimo, in religione inueniri poſſe, qui poſitiue velint intelligere, vt bene agant dicentes Deo, recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus, loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte à nobis viã. Verum eſt tamen quod ignorantia craſſa & ſupina præceptorũ regulæ laborãtes multos reperiri poſſe exiſtimo pro quibus ſequens proponitur propoſitio.

Quinta concluſio, alia eſt ignorantia vincibilis craſſa & ſupina, & eſt quæ conſequitur negligentiam inquirendi ſcienda, quæ quidem non affectatur, neque volita eſt formaliter nec placet, ſed interpretatiue, quia ſcilicet, negligatur cognitio, & poteſt tolli ſi velit homo diligentẽ ac debitã curam ad ſciendum apponere. Pro cuius explicatione nota quod ignorantia craſſa differt à ſupina in cauſa, ſeu occaſione, à qua oritur, nã craſſa dicitur quæ procedit ex deſidia & pigritia laborandi ad inquiſitionem debitæ ſcientiæ, quæ negligentia, quia frequenter adhæret craſsis & pinguibus hominibus, ideo dicitur craſſa, ſupina dicitur, quia ex nimia ſolicitudine, pronitateque ad terrena mundi fit in homine difficultas, & incuria mentis ad dirigẽdũ ſe ad ſalutaria ſciendũ quia pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus, de quibus Hieremias *g* ſapiẽtes ſunt vt faciant mala, bene autẽ facere neſcierunt & apud Matthæum *h* & Lucã dicitur quod ſolicitudo ſeculi & fallacia diuitiarum ſuffocant verbum Dei, & ideo dicitur ſupina ignorantia quia tales homines cõſiderationẽ rationis & deſiderium, vt talpa in terrenis demerſum habent, nõ eleuantes ſe ipſos ad debitam conſiderationem, & affectionẽ ſalutarium, vt declarant Magiſter *i* ſententiarũ & Adrianus. Et hanc ignorantiã ſupinam reducuntur illi, qui ex auaritia ambitione & huiuſmodi ſe intromittũt in multis offi cijs adquæ ſimul vel diuiſim debitè exercẽda non ſunt ſatis apti neque ſufficienter inſtructi neque potentes, vt ad prælaturã ſeu iudicaturã vnã vel plures quæ non poſſunt debite exerceri ab eis ignorantibus, multaque ad ea ſcire oportet. Reducuntur etiã illi religioſi, qui profeſsionẽ emittunr & perſeuerant in religione nõ apponẽdo diligentiam neceſſariam ad ſciẽdũ & intelligẽdũ ea quæ ad eorum ſtatũ recte dirigendũ ſecundum vniuſcuiuſque gradum ſunt præciſe neceſſaria.

g Ierem. 4.

h Matte. 15. Luc. 8.

i Magiſt. in 2. d 22. Ad. in l. 4. quod liber. ar. 1.

Hæc autẽ ignorantia craſſa & ſupina iuris vel facti cuiuſcunque nõ excuſat ſimpliciter à tota culpa peccatũ, inde ſequẽs, ſed ſolũ excuſat in parte ſeu à tanto, & per conſequens ſimpliciter alleuiat peccatũ. Quod autẽ nõ excuſet ſimpliciter à tota culpa probatur à Gabriele, *k* quia omittit culpabiliter contra legẽ præcipiẽtẽ inquirere quæ recta ſunt & neceſſaria ad ſalutẽ cõtra illud eccleſiaſtici cogitatũ habe in præceptis Dei & in mãdatis illius aſsiduus eſto, ideo D. Paulus ſcribẽs ad *m* Corinthios, ait ignorans ignorabitur, & ad Epheſios *n* ait. Nolite fieri imprudentes. Quod autẽ prædicta ignorantia excuſet & alleuiet culpã probatur: nã ratione ipſius eſt minor cõtẽptus, quã ſi ſciẽter fieret minorq; conatus & libido, quia cæteris paribus minor conatus minorq; libido eſt in omiſsione, in qua eſt voluntariũ interpretatiue, quã in cõmiſsione, in qua eſt voluntariũ formaliter prout tradit Angeſt. *o* Et quãuis ſit maius peccatũ extẽſiue, quia ſunt ibi duo peccata, vnũ omiſsio culpabilis

k Gab. in 2. d. 22. q. 2.

l Eccleſ. 16.

m Cor. 14. nad Eph. 5.

o Angeſt. in moral. c. 10

lis ſciendi, & aliud peccatum inde ſequens tamen quia ipſum peccatum inde ſequens non habet tantã grauitatẽ intenſiue quantã habet ſi ſcienter fieret: ideo abſolutè & ſimpliciter dicitur minus graue, & prædictam ignorantiam alleuiare.

Ex his infertur in quam periculoſo ſtatu ſint religioſi qui ſubtilia Theologiæ & profunditates ventilantes & ſuper ſenſus ſcripturæ varia commentaria edentes, & multa erudite ad prædicandum & cõfitendum in mediũ adducentes ſuæ ſalutis quaſi immemores difficultates ſuæ regulæ & ea quæ pertinent ad ſeruandam paupertatem, quã Deo optimo maximo promiſerunt ſcire, & intelligere diligentia debita non procurant: de quibus poteſt dici, quod alios parturiri faciunt fætus ſpirituales, ſibi autem ſunt ſteriles, & poteſt etiam dici illud Annæ. p Et quæ multos habebat filios infirmata eſt.

p 1. Reg. 2.

ARTICVLVS III.

Quæ ad vitam monaſticam debit èperagendam debeat ſcire monachus faciendo.

REſpondeo dicẽdo, quod vt propoſitũ in articulo quæſtionis regularibus indicetur & in eorũ animabus quæ ad vitã monaſticã peragendã ſunt neceſſaria imprimãtur operæ pretium eſſe duxi quemdam tractatum Diui Bernardi in medium adducere, cuius titulus eſt ſpeculum monachorum, in quo lucido ſpeculo vnuſquiſque monachus ea contemplabitur quibus de virtute in virtutem aſcendat. Verba igitur Diui Bernardi ſunt ſequentia.

Si quis emendatioris vitæ deſiderio tactus cogitationum locutionum, operumque ſuorũ ſolicitus explorator vniuerſos exceſſus ſuos corrigere nititur in præſentis paginæ frequenti lectione & aſſidua meditatione (tamquam in ſpeculo) interioris hominis ſui faciem contempletur. In primis ergo ex quo ſurgit ad vigilias vitæ ſuæ tempus per ſingula momenta debet monachus computare, & videre ſemper vt bonum faciat, & malum caueat in omni opere ſuo, & hoc dicat ſibi ipſi. Si modo moriturus eſſes faceres iſtud? Ad pſalmodiam cor habeat, niſi fortaſſis ad aliquid ſublimius rapiatur, ſed etiam omnium quæ ibi dicuntur vſque ad vnam literam ſe pro certo nouerit debitorem. Ad interuallum debet ſtare ad orationem, vel corporis neceſſitati prouidere, ita tamen vt vadens ſibi dici nouerit, ſurſum corda. Eſt autem ſpiritualis propoſiti detrimentum ſi cogat infirmitas rigoris priſtini aliquantulum relaxari. Poſt lectionẽ eſt orandum, & ſi ad legendum accedat non tam quærat ſcientiam, quam ſaporem. Eſt autem ſcriptura ſacra puteus Iacob ex quo hauriuntur aquæ quæ in oratione funduntur. Nec ſemper ad oratorium eſt eundũ, ſed in ipſa lectione poterit contemplari, & orare. Sacris altaribus ſi ſacerdos eſt tamquam vnus ex ſummis Angelis in ſpiritu totus aſſiſtat, ſi miniſter tamquam Angelus Domino miniſtret cum aliis eat ad laborem, vbi conſideret non quid agat, ſed propter quid venerit, ceſſante manu ſpiritus laboret vel orando vel meditando, quamuis & ipſo labore id ipſum facere teneatur. Ad menſam non ſolum fauces cibum capiant, ſed etiam aures exhauriant verbum Dei. Non enim debet totus mãducare, ſed ſic occupetur cor ad verbum Dei, vt ſolæ fauces ſumant cibum aures verbum. De hoc autem plurimũ gaudeat

gaudeat si ei viliora quã alijs apponũ tur. Nã reuera sæliciores sunt, qui in parcitate sustinendi fuerint fortiores. In gratijs agẽdis pro duobus sibi nouerit supplicãdũ, vel pro peccatis eorum quorum eleemosynis sustentantur, vel forsan pro se ipso, quia corpori suo supra necessitatem indulserit. Si vocatur ad colloquium secundum regulam leniter & sine risu pauca verba, & rationabilia loquatur, & antequam ea proferat, bis ad limam veniant quã semel ad linguam, si cum secularibus loquendum est tunc maxime adhibeãt custodiã ori suo vt nihil proferat, quod non ædificet audientem. Sic in cunctis se habeat vt ædificet videntes, & nemo dubitet cum viderit eum vel audierit, quin vere sit monachus. Post completorum singulis diebus capitulum sibi teneat, & cõuocatis cogitationibus suis ponat rationem diligenter quid ipso die cogitatione, locutione, vel opere deliquerit publicè, vel priuatim per singulas noctes lectum suum lauans: hoc est singulis peccatis lachrymis, & doloribus purificatis diligenter de singulis computet. In crastino publice de apertis, de occultis vero facturus confessionem secreto quæ vt perfecta sit tria debet habere, scilicet vt sit voluntaria, nuda & munda. Voluntaria idest ex propria deliberatione & proposito. Nuda vt nude prout gessit confiteatur peccatum suum. Munda ne peccatum suum prædicet sicut Sodoma, sed pura & simplici intentione se accusit. In capitulo, qui publice offendit manifeste re-

uelet tamquam assistens iudici. In omnibus sic ibi loquatur, respondeat, vel proclamet vt sermo eius interius, vel exterius sit perunctus oleo charitatis. Ad nemine qualecunque munus accipiat. Neminem habeat familiarem. In omnibus fugiat singularitatis & admirationis notam. Loquens nihil dicat, vnde multum eruditus, multum religiosus possit putari. Ad interrogationem paucis respondeat. Si de scriptura, vel moribus agatur aurem paret, non linguam. Cum loquitur non studeat eloquentiæ, sed sermo eius sit potius rusticanus, quam vrbanus. In omnibus agendis non studeat curialis videri. Salua honestate fugiat omnes homines in potestate positos maxime seculari. Sectetur communia orationes labores, lectiones & cæteras obseruantias, in quibus non sit tamquam vitula Ephrain b docta diligere triturã, idest ad huiusmodi non consuetudine sed deuotione trahatur. Orationes, quæ imperantur, primo loco habeat, nec sibi blandiatur de priuatis orationibus suis (quæ in secundo loco ei habendæ sunt) cum in præceptis orationibus desidiosus fuerit. Si autem familiaritas interdicitur hominum, quanto magis mulierum? Sic facies communis cum cæteris intus vero dissimili, hoc est non nimia grauitate contracta, neque nimia locutione dissoluta, sed bona quadã mediocritate regatur, vt de sancto Martino legitur. Faciem eius non fuscauit mæror, nec leuigauit risus. Erit enim

b Oseæ. 10.

prudentis animæ theſaurum ſuum ſolicite cuſtodientis (more Moyſi) cornutam velare faciē, & quodam riſu qui tamen modeſtus ſit interioris gloriam hominis & mentis grauitatem abſcondere. Comparanda eſt dies inſtans diei præteriti, vt ex eorum collatione ſuum deprehendere poſſit monachus vel profectum, vel defectū. In omni actu vel cogitatu ſuo ſibi Deum adeſſe memoretur, & omne tempus quo de ipſo non cogitat perdidiſſe ſe computet. Tædio affectus componat ſe meditando ſupra Petram in qua lauantur mortui, & cogitet apud ſe quomodo tractentur ibi ſepeliendi, nunc in tergum, nunc in faciem verſantur, quomodo nutet caput, cadant brachia, rigeant crura, tibiæ iaceant, quomodo induantur, & conſuantur, quomodo deferantur humandi, quomodo exponantur in tumolo, quomodo puluere contegantur quomodo vorantur à vermibus, & qua ſi ſaccus putrefactus conſumuntur Sumaq; eſt philoſophia meditādo mortis aſſidua. Hanc vbicunque perrexerit ſecum portet, & in æternum non peccabit, ſit monachus quaſi Melchiſedech ſine patre ſine matre, ſine genealogia, nec patrem ſibi vocet ſuper terram. Imo ſic exiſtimet quaſi ipſe ſit ſolus, & Deus. Ecce in primis habemus ordinem & modum viuendi, remedium vero polliceatur aſſiduitas tenendi capitulum ſpirituale ſuperius expreſſum ſemel ad minus in hebdomada confiteatur, vt veniam mereatur de perpetratis & maior ei detur gratia de vitandis malis, amē.

Hæc Bernardus, quæ omnia mente reuoluere & in corde plantare debēt religioſi, vt reliquiæ cogitationū diem feſtū agant Deo propter quem omnia reliquerunt, vt ſic his apprehenſis & temporalibus dimiſsis ipſum ſequantur.

ARTICVLVS IIII.
Vtrum licitum ſit religioſis diſcere ſcientias.

REſpōdeo dicēdo, quod D. Thomas *a* ait religionē poſſe ordinari ad vitā actiuam & ad vitam cōtēplatiuā. Inter opera autē vitæ actiuæ principaliora ſunt illa quæ ordinantur directē ad ſalutem animarum ſicut prædicare, & alia huiuſmodi. Competit ergo ſtudium literarum religioſis tripliciter. Primo quantum ad id quod eſt propriū contēplatiuæ vitæ, adquā ſtudium literarum dupliciter adiuuat, vno modo directe adiuuādo ad contemplandū illuminādo, ſcilicet, intellectū. Vita enim contemplatiua de qua nunc loquimur principaliter ordinatur ad conſiderationem diuinorū, vt ipſemet Diuus *b* Thomas tradit in qua dirigitur homo per ſtudium ad conſiderandum diuina, vnde in laudem viri iuſti dicitur in Pſalmo *c* quod in lege Domini meditabitur die ac nocte. Alio modo ſtudiū literarum iuuat ad contemplatiuam vitam indirecte, remouendo contemplationis pericula, ſcilicet, errores, qui in contemplatione diuinorū accidunt his qui ſcripturas ignorant ſicut in collationibus patrū legitur quod Abbas Serapion propter ſimplicitatē incidit in errorem tunc Anthropomorphitarum, ideſt, eorū qui Deū habere humanā formam arbitrantur. Secundo neceſſarium eſt ſtudium literarū religioſis inſtitutis ad prædicandum, & alia huiuſmodi exercēdū, vnde Apoſtolus ſcribit ad Titū *e* de Epiſcopo, ad cuius officium huiuſmodi actus pertinet, amplectentē eum, qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, vt potēs ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere. Tertio ſtudium literarum religioni congruit quantum ad id, quod eſt omni religioni commune, valet enim ad vitandā carnis laſciuiam. Vnde Hieronymus *f* dicit ad Ruſticū monachum. Ama ſcripturarū ſtudia, & carnis vitia non amabis. Nec his obſtat ſtudium ſcientiarum, quod eſt pri-

a D. Th. 2. 2. q. 188. art. 1. 2. & 3.

b D. Th. 2. 2. q. 10 8. ar 4.

c Pſal. 1.

d collat. 10. cap. 4.

e Ad Tit. 1.

f Hiero. de viuendi for ma circame diū 1. tom.

eſt principium diſſenſionis, & per conſequens videtur à religione alienum, in qua multi in vnitatem pacis congregantur, hoc enim eſt, quando tale ſtudium ad ſcientiam tantum ordinatur, quæ ſine charitate, inflat & per conſequens diſſenſiones nutrit ſecundū illud prouerbiorū inter g ſuperbos ſemper ſunt iurgia. Vnde Apoſtolus ad Corinthios, cū dixiſſet, diuites facti eſtis in omni verbo, & in omni ſcientia. Poſt modū ſubdidit, id ipſum dicatis omnes & non ſint ſchiſmata, ſic reſpondet D. K Thomas. Cui eſt addendum illud quod tradit D. l Bernardus in quodam ſermone ſuper cantica canticorū qui adducens Petrū & Andreā & alios Chriſti Domini Apoſtolos & Diſcipulos cæteroſque cōdiſcipulos omnes notas mūdo feciſſe vias vitæ & non in ſublimitate ſermonis, aut indoctis humanæ ſapiētiæ verbis, ſed per ſtultitiā prædicationis eorū ſaluos feciſſe credentes. *Ait, videat forſan nimius inſugillatione ſciētiæ, & quaſi reprehendere doctos ac prohibere ſtudia liberaliū. Abſit. Non ignoro quantū eccleſiæ profuerint, & proſint literati ſui ſiue ad refelendos eos qui ex aduerſo ſunt, ſiue ad ſimplices inſtruendos. Denique m legi, quia tunc repuliſti ſcientiam, repellam, & ego te vt non fungaris mihi ſacerdotio. n Legi qui docti fuerint fulgebunt quod ſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiā eruduint multos quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Sed & ſcio vbi legerim o ſcientia inflat, & rurſum p qui apponit ſcientiam, apponit & laborē. Vide quia differentia eſt ſcientiarū, quādo alia inflans, alia contriſtās eſt. Tibi vero velim ſcire, quæ nā harū videatur vtilior, ſed magis neceſſaria ad ſalutem, illane quæ tumet, an quæ dolet? Sed non dubito quin dolentem tumenti præferas, quia ſanitatem quā tumor ſimulat, dolor poſtulat. Qui autem poſtulat propinquat ſaluti, quoniā q qui petit accipit. Denique r qui ſanat contritos corde exoratur inflāmatos, dicente ſapientia. s quia Deus ſuperbis reſiſtit humilibus autē dat gratiam, & Apoſtolus t aiebat, dico autem per gratiā quæ data eſt mihi omnibus qui ſunt inter vos nonplus ſapere quā oportet, ſed ſapere ad ſobrietatem nō probibet ſapere, ſed plus ſapere quā oportet. Quid eſt autem ſapere ad ſobrietatē. Vigilātiſſimè obſeruare quid ſcire magis priuſue oporteat, tempus enim breue eſt. Eſt autem quod in ſe eſt omnis ſcientia bona, quæ tamen veritati ſubnixa ſit, ſed tu qui cū timore & tremore tuā ipſius operari ſalutem pro temporis breuitate feſtinas, ea ſcire prius ampliuſq; curato quæ ſenſeris viciniora ſaluti. Nōne medici corporū medicinæ portionem dēfimūt eligere in ſumēdis cibis quid prius quid poſterius, & quemadmodū quidquid ſumi oporteat? Nam & ſi bonos conſtat eſſe cibos quos Deus creauit, tu tamen ipſos tibi ſi in ſumendo modum, & ordinem non obſerues, reddi ſplane nō bonos ergo quod dico de cibis hoc ſentite de ſcientijs, ſed melius mitto vos ad magiſtrū. Non eſt enim voſtra iſta ſcientia, ſed illius, imo & noſtra quoniam veritatis. Qui ſe u inquit putat aliquid ſcire nondum ſcit quomodo oporteat eū ſcire, vides quoniam non probat multa ſciēntem, ſi ſciendi modū neſcierit. Videſ, inquam, quomodo fructum, & vtilitatē ſcientiæ in modo ſciendi cōſtituit Quid ergo dicit modum ſciendi. Quid niſi vt ſcias quo ordine, quo ſtudio quoſi ne quæ*

g Prou. 13.

e. Ad Co. 1 K D. Th. 2. 2. q. 188. art. 5. & ad 2.

l Bernar. ſuper can. ſer. 36. B. &c.

m Oſeæ. 4.

n Dan. 12.

o 1. Cor. 8.

p Eccleſ. 1.

q Luc. 12.

r Pſal. 146.

s Iacob. 4.

t Ad Ro. 12.

u 1. Cor. 1.

ne quæque noſſe oporteat? Quo ordine, vt id prius quod maturius ad ſalutem. Quo ſtudio? vt id ardentius, quod vehementius ad amorem. Quo fine vt non adinanem gloriam, aut curioſitatem, aut quid ſimile, ſed tantum ad ædificationẽ tuã vel proximi. Sunt namq; qui ſcire volunt eo fine tantum vt ſciant, & turpis curioſitas eſt. Et ſunt qui ſciri volunt vt ſciantur ipſi, & turpis vanitas eſt, qui profecto non euadent ſubſannãtem ſatyricum, & ei qui eiuſmodi eſt decantantẽ, ſcire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter. Et ſunt itẽ qui ſcire volunt, vt ſcientiam ſuam vendant, verbi gratia pro pecunia pro honoribus, & turpis quæſtus eſt, ſed ſunt quoque qui ſcire volunt vt ædificent, & charitas eſt. Et item qui ſcire volunt vt ædificentur, & prudentia eſt. Horum omnium ſolum vltimi duo non inueniuntur in abuſione ſcientiæ quippequi adhoc volunt intelligere vt bene faciant, denique x *intellectus bonus omnibus facientibus eũ. Reliqui omnes audiant ſcientiã bonum & non facienti peccatum eſt ei.* y *Ac ſi per ſimilitudinem dicat ſumenti cibum, & non digerenti perniciоſum eſt ei. Cibus ſiquidem indigeſtus, & qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores, & corrumpit corpus, & non nutrit. Ita & multa ſcientia ingeſta in ſtomacho animæ, quæ eſt memoria ſi decocta igne charitatis nõ fuerit, & ſic per quoſdam artus animæ, mores, ſcilicet, atque actus trã fuſa, atque digeſta, quatenus ipſa de bonis quæ nouerit vita atteſtante & moribus bona efficiatur nõne illa ſcientia reputabitur in peccatum tamquã cibus conuerſus in prauos noxioſque humores?* Hæc D. Bernardus. Ex quibus colligitur regulares non debere fugere ſtudia ſcientiarum, vt ædificent proximos & ipſi ædificentur, debere tamen fugere tumentem ſcientiam, & inſtantem, quam aliqui volunt adipiſci tantum vt ſciant, vt ſciantur, aut per totalem ſcientiam humanos honores conſequantur. Vnde mihi nunquam placuit querela religioſorum vſque ad cœlos voces emittentiũ eo quod ipſi apud ſe ipſos & apud alios ſapientes & multum ſcientes iudicantur, & in eorum religione in officijs & honoribus eos alij non tã ſapiẽtes antecellant, ſcientia enim â religioſis adepta non hos tam abiectos fines proſpicere debet, ſed tantũ Deũ & ſuam ſalutem propter quæ omnia temporalia & ſemetipſos reliquerunt. Non diffiteor tamẽ malè agere prælatos ignaros ſapientibus præferentes, cum ſapientes apud diuinas literas honore digni reputentur. Et illi qui docti ſunt fulgere debeãt quaſi ſplẽdor firmamenti.

x Pſal. 160.

y Iacob. 4

ARTICVLVS V.

Vtrum liceat religioſis diſcere ſcietias Philoſophiæ mathematicæ, & artium liberalium.

REſpondeo dicẽdo, quod profeſsio Chriſtianæ religionis differre debet á profeſsione gentilium, vnde cum apud gentiles prædictæ ſcientiæ profiterentur videtur aſſerendum eas â religioſo ſtatu eſſe omnino repellendas. At cõſiderando, quod Philoſophi profitebãtur ſtudia literarum quantum ad ſeculares doctrinas, & quod religioſi principaliter intẽdunt ſtudio literarum pertinentium ad doctrinam quæ ſecundum pietatem eſt, vt dicitur in quadam D. Pauli *a* Epiſtola alijs doctrinis intendere non oportet religioſos, quorum tota vita diuinis obſequijs mancipatur niſi in quantum ordinantur ad ſacram doctrinam, prout ait Diuus *b* Thomas ſuper quem

a Ad Tit. 1.

b Tho. 2. 2. q. 188. art. 5. ad 3.

quem ait Caietanus. Nota diligentiſsimè concluſionem & rationem illius ſcilicet, quod religioſis non conuenit ſtudium Philoſophiæ & huiuſmodi, quia tota eorum vita mancipata eſt diuinis obſequijs. Vnde ſicut negotia ſecularia ſunt abſolutè prohibita religioſis omnibus, ita ſtudium ſcientiarum ſecularium ſcilicet Philoſophiæ Mathematicæ, & artium liberalium. Verum ſicut pietatis gratia de ſuperiorum licentia moderatè poſſunt religioſi ſæcularia tractare negotia, ita diuinæ ſcientiæ gratia licitũ eſt religioſis cum ſuperiorum ſuorum bene placito vacare Logicæ Philoſophiæ naturali & huiuſmodi, vtſcilicet poſsint errores confutare, & diuinitatis myſteria intelligere. Et hæc bene aduertant religioſi, qui totum vitæ ſuæ tempus in ſcientijs ſecularibus conſumunt. Vnde iuſtiſsime pontifices *c* excommunicauerunt Doctores, qui docent leges, aut Medicinam religioſos qui reliquerunt ſuum habitum, aut detinent eos arroganter in ſuis ſcholis. Et Caietanus *d* dicit quod ad incurrendam præfatam excommunicationem quatuor debent interuenire, ſcilicet quod auditor ſit religioſus, & audiat leges, vel Medicinam, & id fiat relicto habitu, & quod Doctor id ſciat eũque doceat, vel arroganter detineat in ſcholis. Archidiaconus *e* tamẽ & Ioannes Andreas quos ſequuntur Sylueſter, & Nauarrus tenet non eſſe neceſſe, vt relinquat habitũ ad incurrendam aliã excommunicationem latam per alias decretales *f* contra participantes cum excommunicato in crimine ob quod eſt excõmunicatus, vt participat Doctor qui prælegit Leges, vel Medicinã religioſo, poſtquam ob auditionem incurrit excommunicationem, de hac autem decretali latius infra agemus.

c c.2. ne cleric. vel. mo nac. li.6.

d Caiet. v. excomm. caſu 61.

e Archid. & Andre. ind. c.2. Sylu. v. excom. 9. caſu 16. Na. c. 27. n. 134.

f ca. nuper. &c. ſi conc. deſent. exc.

QVÆSTIO LXV.

De ſuſpenſione in octo articulos diuiſa.

¶ *Circa quam quæruntur octo.*

1 *Quid & quotuplex ſit ſuſpenſio.*
2 *In quibus caſibus fiant regulares ipſo iure ſuſpenſi.*
Vtrum in generali ſuſpenſione iuris comprehendantur generales, & prouinciales religionum.
4 *In quadam religione eſt conſtitutio, vt ſi prælatus deliquerit poſsit correctione fraterna præuia ſuſpendi, & de facto fuit ſuſpenſus, quæritur vtrum præfata ſuſpenſio ſit irrita.*
5 *Vtrum clericus ſuſpenſus ab Abbatiſſa contraueniendo ſuſpenſioni remaneat irregularis.*
6 *Vtrum religioſus ſuſpenſus à temporalibus ſi contrauenerit fiat irregularis.*
7 *Vtrum acta per prælatum ſuſpenſum valeant.*
8 *In quibus vitandi ſunt interdicti, & ſuſpenſi.*

ARTICVLVS I.

Quid & quotuplex ſit ſuſpenſio.

REſpõdeo dicẽdo, quod ſuſpenſio de qua in præſentiarum nobis eſt ſermo eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua alicui perſonę Eccleſiaſticæ prohibetur exercitium ſui officij, vel beneficij Eccleſiaſtici in totum, vel in partem in certum tẽpus, vel in perpetuum quo ad partem ob ſuam culpam. Dixi cenſura Eccleſiaſtica pro genere, quia omnis ſuſpenſio eſt cenſura non tamen ê contra omnis cenſura eſt ſuſpenſio, cum cenſura comprehendat excommunicationem ſuſpenſionem & interdictum, vt dicitur in iure *a* & ad ſignificandum, quod non poteſt ferri niſi ab habẽte iuriſdictionem Eccleſiaſticam exteriorem ad quam pertinet ferre cenſuras argumento cuiuſdam decretalis. *b* Dixi quæ prohibentur perſonæ Eccleſiaſticæ, ad excludendas prohibitiones aliorum exercitiorum, ab alijs factas alijs perſonis profanis, aut Eccleſiaſticis alio reſpectu, quã quia ſunt Eccleſiaſticæ. Dixi vel in perpetuum quo ad partem, quia prohibitio totius exercitij officij, vel beneficij in perpetuum eſt depoſitio, vel priuatio, & non ſuſpenſio iuxta ſententiam Cardinalis *c* communiter receptam. Dixi ob ſuam culpam, quia licet ſuſpenſio ob qualemcumque culpam mortalem ferri poſsit ſecundum Aretinum *d* illa tamen culpa debet eſſe propria.

a c. quærẽt. de verb. ſig.

b c. dudũ 12. de elect.

c Cardin. in Cle. 1. §. cæterum n. 6. de priu.

d Aret. in c. cum nõ ab homine de iudi.

Aduertendum tamen pro explicatione, quod in præſenti definitione ſolum definimus ſuſpenſionem ſpecialẽ, prout eſt quædam cenſura Eccleſiaſtica, quæ non eſt peccatum, ſed eſt pœna peccati, nam loquendo de ſuſpenſione generali latius patet dicta ſuſpenſio, prohibitio enim, qua mortali peccato infectus prohibetur celebrare, & ſumere Euchariſtiam, licet vocetur ſuſpenſio, vt patet ex iure e non eſt tamen ſuſpenſio ſpecialis & ſtrictè ſumpta, cum ſuſpenſio non ſit peccatum, ſed pœna peccati, & peccatum mortale antiquius ſit omni iure Canonico, cuius inuentum eſt ſuſpenſio.

e c. fin deco habitat. cle ri. fin de cle ric. excom.

Ex quo infertur, quod licet Doctores appellent irregularitatem depoſitionẽ verbalem degradationem, realem ſuſpenſionẽ, non tamen ſupradicta ſunt ſuſpenſio ſtrictê ſumpta, ſed ſuſpenſio generaliter accepta cum ſint priuationes, vel inhabilitationes, quæ priuant officio, vel inhabilem faciunt omnino ad ordinem obtinendum, vel exercendum, at ſuſpenſio ſtrictè ſumpta eſt impedimentum exercitij officij iuxta Panormitanum. f

f Pano. inc. atſi. n. 7. de iud.

Diuiditur autem ſuſpenſio, quædam enim eſt lata à iure, âlia ab homine, ſic autem diuiſa multipliciter fertur, ſuſpenſus enim â quibuſdam actibus non eſt ſuſpenſus ab alijs non annexis, vnde ſuſpenſus â iuriſdictione non eſt ſuſpenſus ab ordine nec ê contra ſuſpenſus ab ordine eſt ſuſpenſus â iuriſdictione, nec ſuſpenſus â beneficio eſt ſuſpenſus ab ordine, neque à iuriſdictione, quæ ei cõuenit alia ratione quam beneficij, à quo eſt ſuſpenſus, neque ſuſpenſus, ſimpliciter ab officio cenſetur ſuſpenſus â beneficio quo ad ea, quæ dantur non intereſſenti diuinis officijs, modo ſuſpenſio non ſit tam diuturna, vt tacite vel expreſſe habeat vim priuationis iuxta Bonifacium g quia multa ad beneficium pertinentia poteſt facere ſuſpẽſus ab officio clericali, qualia ſunt regere & gubernare illa, quæ adſe attinent, & alia quæ non ſunt officia diuina. Vnde tenet Nauarrus h beneficiarium ſuſpenſum, ideo quod presbyter factus eſt ante vigeſimum quintum annum cœptum nõ perdidiſſe fructus beneficij, quia per illam transgreſsionem ſuſpẽditur tantum ab officio. Vnde ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ tantum poteſt extra excõmunicare, & poteſt itidem abſoluere quia adhuc retinet iũriſdictionis vſum, nam cõmunis eſt i Doctorum ſententia, quod ſiquis ſit ſuſpẽſus â ſolo ingreſſu Eccleſiæ poterit extra eã celebrare excommunicare e & abſoluere, quia cum hæc ſit pœna non vltra ſuos limites extendi debet iuxta vulgaria iura. k

g Boni. inc. cupiẽtes de pœnis: g Nauar. in man. c. 27. n. 160. i Ang. v. ſuſpẽſio. 3. ver ſi. quod ſiin terdict. Syl. q. 5. ver. ſiue ro ſuſpẽſio. ab ingreſſu Armil. n 8. Na. c. 47 n. 161. Polu. in tract de ſacer. ſuſpẽſo.

K c. odia de reg. iur. l. 6.

ARTICVLVS II.

In quibus caſibus fiant regulares ipſo iure ſuſpenſi.

REſpondeo dicẽdo, quod regulares â iure ſuſpẽſi ſunt in multis caſibus, primo ſi abſque reuerẽdis proprij prælati ſacris initientur, de quo iam in ſuperioribus a late dictum eſt.

a Supr. hoc tom. q. 23.

Secundo fit ſuſpenſus prælatus regularis aut qui habet adminiſtrationem bonorum monaſterij ſi alienet rem ſtabilem, ſine ſolemnitate, & facultate capituli, aut generalis, de quo in primo tomo b late diximus.

b 1. to. q. 30.

Tertio ſuſpenditur prælatus regularis, ſi ſubmittat laicis bona immobilia, aut iura Eccleſiæ ſine licẽtia Papæ, aut ſi Romę exiſtens non denunciet eum, qui bona ſic laicis ſubmiſit, ita ordinatur in iure c & tradit Sylueſter.

c c. hoccon ſul. de reb. eccl. nõ ali. li. 6. Sylu. v. ſuſpẽſio. §. 6. ver. 17.

Quarto d ſuſpenditur in ordine mendicantium prælatus ſi admittat ad profeſsionem ante finitum integrum probationis annum.

d c. ad cõſt. de reg. li. 6.

Quinto religioſus ſi decimas nouales, vel quaſcunque alias pertinentes ad parrochiã vel aliam Eccleſiam, ſibi vſurpat abſque cauſa & priuilegio fit ſuſpenſus ab officio & beneficio, niſi intra menſem requiſitus, qui habet adminiſtrationem deſiſtat, & intra duos ſatisfaciat, ſiautẽ adminiſtrationẽ non habeat regularis ſit excommunicatus, ita habetur in quadam Clementina, e quod quomodo ſit intelligendum in ſecundo tomo dictum eſt.

e Clem. reli. de decim.

Sexto ſuſpenduntur ab officio prædicationis omnes religioſi exceptis illis, qui decimas recipiunt, ſi poſtquam fuerint requiſiti per rectores Eccleſiarum ſcienter omiſerint facere conſcientiam confitẽtibus de decimis ſoluendis, & hoc quãdiu non fecerint, ſi commoditatem habuerint, ita habetur in quadam Clementina, de quo iam in ſecundo tomo ſatis dictum eſt.

f ca. cupi. de pœn. 2. to. q.

Septimo ſuſpenditur à beneficiorum collatione

latione Abbas, vel prior non habens Abbatem proprium, alias vero ab adminiſtratione ſi quam habet, quam ſi non habet inhabilitatur adhabendum beneficium, & adminſtrationem, & per annum ſi fotulares non corrigiatos, & altos vel non capuccia non ſciſſa portare præſumpſerint, ita habetur in quadam Clementina g & notat Sylueſter quod ſecundum præmiſſam perſonarum diſtinctionem præfatas pœnas ſuſpenſionis, & inhabilitationis per biēnium ipſo facto incurrunt ſi venationi, aut aucupationi clamoroſæ, vel alias cum canibus aut auibus ex propoſito interfuerint, & loquitur de monachis, & collatio pertinet ad priorem clauſtralem cum conſilio & conſenſu maioris partis capituli, ſeu conuentus durante tempore ſuſpenſionis Abbatis, vel prioris.

g Cle. 1. de ſtat. mona. Sylu. V. ſuſpenſio §. 6. ver. 32.

Octauo ſuſpenduntur religioſi, qui ex adminiſtratione Euchariſtiæ, extremæ vnctionis, vel ſolemnizationis matrimonij, aut quacumque abſolutione indebita aliquid acquiſiuerint, niſi poſtquā fuerint requiſiti intra menſem reſtituerint donec ſatisfecerint, ita habetur in quadam decretali. h

h c. relig. de priu.

Nono ſuſpenſi ſunt ab executione pontificalis miniſterij fratres prædicatores promoti ad Epiſcopatus, vel alias prælaturas, ſi prius recipiunt munus conſecrationis, quā reſignauerint ordini libros & alia quę habēt tēpore ſuæ promotionis de quo videndum eſt ſupra in ſecundo tomo.

Decimo ſuſpenduntur ab executione ſacrorum ordinum, & per ſolum Papam diſpenſabiles fratres prædicatores perturbantes fratres minores in officio inquiſitionis, & è contrario prout ſupra K eſt declaratum.

i 12. to. q. 38.

K 2. to. q. 81. ar. 6.

Vndecimo ſuſpenditur religioſus prælatus, niſi damno ſatisfaciat intra menſem poſtquam fuerit requiſitus, quod aliquis ex ſuis ſubditis intulit detrahendo de prælatis Eccleſiæ, ita habetur in quadam Clementina. l Quæ ſuſpenſio non comprehendit prælatum nolentem ſatisfacere parrochiæ damnum, quod ipſi eſt illatū, eo quod eius regularis ſubditus ne ad parrochiam accedant prædicando retraxerit, licet in dicta Clementina proponi videatur, poſſunt regulares prædicatores prædicare, vt ad eorū monaſteria accedant ad audiēdam miſſam & prædicationem, prout reſoluit Nauarrus m & late in primo tomo probauimus.

l Clem. 1. §. opibus inſi de priu.

m Nauar. in man. c. 21. n. 5. 1. to. q. leg. q.

Duodecimo in præfata Clementina prohibetur ſub grauibus pœnis regularibus, ne impediant liberam teſtatoris voluntatem maxime ne legatum fiat Eccleſiæ matrici, aut parrochiæ, & per cōſequens eorū prælati ſuſpenduntur, ſi intra menſem ex quo fuerint requiſiti damnum, quod ex tali ſuaſione Eccleſiæ matrici, aut parrochiali prouenit non ſatisfecerint. Quod â fortiori habet locū in prælatis ordinis fratrum minorum, cum hoc diſtrictius fratribus Minoribus in iure n prohibeatur & tradit Angelus. Aduertendū tamen, quod non prohibētur regulares inducere morientes, vt ſpōte legēt aliquid ſuo monaſterio dum indiget vt colligit Nauarrus o & tradunt Medina Sarmiento, & Nauarra. Nec prohibentur regulares proprias reducere ad memoriam morientium neceſsitates, neque prohibentur prælati regulares debita incerta ſuis monaſterijs applicare.

n reg. fratr. min. cap. 2. Cle. exiuit. de parad. §. dubitau. de ver. ſig. Angel. v. relig. 1. §. 5.

o Na. c. 26. n. 36. Meti. in ſtru. c. 14 n. 21. Sarm. li. 8. ſelect. Nau. li. 3. de reſ. c. 2. n. 80 p. 1. to. q. 48.

Decimo tertio ſuſpenduntur â diuinis prælati & regulares, qui intra monaſteria virorum mulieres introducere audent, vel præſumunt, de quo iam in primo tomo p diximus & in explicatione motus proprij Pij Quinti, hoc prohibentis, quæ explicatio habetur in fine Explicatione Bullæ Cruciatæ. Quid ſit autem ſuſpenſio à diuinis infra q dicemus & latè declaratum eſt in primo tomo r præfato.

q Infra art. 11. tom. q.

ARTICVLVS III.

Vtrum in generali ſuſpenſione iuris comprehendantur generales, & prouinciales religionum.

REſpondeo dicendo videri prima facie quod non, cum in generali iuris ſuſpēſione non comprehendantur epiſcopi ſed tantū clerici vſque ad ſacerdotem inclusiue, niſi de Epiſcopo & alijs fiat expreſſa mentio, ita habetur in quadam decretali a & tradunt Sylueſter Armilla, Nauarrus Couuarruuias, Maiolus, & Epiſcopus Scalēſis. Vnde cum ordinū generales, & prouinciales habeant, vt notum eſt, iuriſdictionē quaſi Epiſcopalem videtur dicēdum, quod in generali ſuſpenſione, & interdicto à iure latis licet veniāt monachi & prælati conuentuales non habentes iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, non tamen veniunt ſupra

a c. quā periculoſum. de ſen. exc. li. 6. Nau. in n. 27. nu. 16. Cou. in Clemen. ſi furioſus 1. part. § 1. n. 1 Maio. de irr. l. 3. c. 19. n. 26. Scalēſi de cenſ. de ſuſpen c. ii.

pradicti patres. Quod cõfirmatur: nam prædicta decretalis non ſolum fuit edita infauorem Epiſcoporum, ſed etiam in fauorem diœceſanorum ne propter Epiſcoporum ſuſpenſionem priuarentur ab his, quæ ab ipſis neceſſario debent fieri & communicari, ad quorum conſecutionem non poſſunt ad alios recurrere, prout innuit ibi Gloſſa, *b* quæ ratio militat etiam in prouincialibus, & generalibus reſpectu ſuorum ſubditorum.

b Gloſſ. v. quia peric.

At contrarium eſt dicendum, ſcilicet, quod dicta decretalis non comprehendat dictos generales & prouinciales. vt patet ex ea cum ſolum præfatum priuilegium Epiſcopis & Archiepiſcopis conceſſerit, non ratione iuriſdictionis, quam habent ſed ratione pontificalis officij, quia plures grauarentur ſi illud impediri contigerit, conſiſtit enim horum officium in Chriſmatis confectione, in frontis chriſmatione, ordinum collatione, Eccleſiarum & altariũ conſecratione, quorum defectus maximum cauſaret ſubditis periculum, quæ omnia ceſſant in prædictis generalibus & prouincialibus, cum eorum officium adhæc minimè deſignetur. Et licet ſuſpenſis ſuæ iuriſdictionis damnum aliquod in eorum ſubditis cauſaret, non tamen ipſum eſt par damno cauſato ex Epiſcoporum ſuſpenſione, & damnum ex ſuſpenſione generalium & prouincialium cauſatum in ſubditis eſt facile reparabile per conſtitutiones generales, & prouinciales ordinis & prouinciæ. Huic enim damno & alijs ſimilibus, per eas ſatis eſt prouiſum, & ideo quæ quoad ſuſpẽſionem Epiſcopis conceſſa ſunt ad prædictos fratres minime eſſe extendenda puto.

ARTICVLVS IIII.

In quadam religione eſt conſtitutio, vt ſi prælatus deliquerit poſſit correctione fraterna præuia ſuſpendi, & de facto fuit ſuſpenſus, quæritur vtrum præfata ſuſpenſio ſit irrita.

REſpondeo dicẽdo, quod iure communi excommunicatio, & ſuſpenſio à iudice competenti lata valet regulariter, etiam ſi ſit iniuſta, & eſt ſeruanda ſaltem in foro exteriori, niſi in quinque, vel ſex caſibus, quos enumerat Nauarrus, *a* & in propoſitione caſus præſentis non narratur aliquod ob quod ſuſpenſio prædicta debeat indicari ipſo iure nulla quamuis ſit iniuſta, & ita in ea debet locum habere quidam Canon *b* cum ſua Gloſſa definiens cẽ ſuram Eccleſiaſticam timendam eſſe ac ſeruandã etiam ſi ſit iniuſta, modo non ſit nulla, ſed valida. Et certe nullo iure cauetur, quod cenſura lata à iudice ſit nulla ipſo iure propter omiſſam correctionem fraternam, niſi cum proceditur per viam denunciationis euangelicæ iuxta quandam decretalem, *c* & in caſu non narratur, an hac via fuerit contra religioſum proceſſum. Vnde iudices regulares habentes talem ordinationem in ſua religione volentes ſecundum eam aliquem ſuſpendere debent diligẽter attendere, qua via procedant, vt videant an præfata via procedentes poſsint religioſum hac ferire cenſura, vt colligitur extraditis à Nauarro *d* in quodam Conſilio.

a Nauarr. in man. ca. 27. n. 4.

b 11. q. 3. c. 1.

c c. ſup. his de accuſa. & c. cum dile.

d Nau. li. 5. con. 11. de ſen. excom. conſi. 65.

ARTICVLVS V.

Verum clericus ſuſpenſus ab Abbatiſſa contrauenendo ſuſpenſioni remaneat irregularis.

REſpondeo dicẽdo, quod licet mulier ſuſpendere non poſsit clericos ſuos ſicut, neque excommunicare, & propterea attento iure communi non videtur talis irregularitas naſci contrauenicndo tali ſuſpenſioni ex ſententia Abbatis *a* tamen omnis notabilis inobedientia inducit peccatum mortale, & certum eſt hanc Abbatiſſę ſuſpenſionem reſolui in præceptum de non adminiſtrando, ita quod etiam extra iudicialiter factum obligat ne adminiſtrare poſsit argumento eorum, quæ in Concilio *b* Tridentino notantur. Propterea legitimum & canonicum impedimentum eſt, quod ſurgit ex ſuſpenſione, interdicto, vel excõmunicatione Abbatiſſæ quoniam inducit hanc obligationem abſtinẽdi licet non inducat veram irregularitatem, prout tenent Sylueſter, *c* Armilla, Maiolus, Antonius & Epiſcopus Scalenſis.

a Abb. in c. dile. de mai. & obed.

b Con. Tri. ſeſ. 14. de reform. c. 14.

c Syl. v. Abbat. n. 6. Armil. n. 4. Maiol. de irre. l. 3. ca. 29. n. 12. Ant. 3. p. tit. 27. ca. 4. Scalen. decẽ ſur. ti. de ſuſpẽſio. c. 12.

ARTI-

ARTICVLVS VI.

Vtrum religiosus suspensus à temporalibus, si contra venerit fiat irregularis.

REspondeo dicendo, quod non, vt patet ex definitione suspensionis posita in articulo primo huius quæstionis. Hanc opinionem tenet Glossa *a* quædã cõmuniter recepta. Imo notarios quoscũque etiam regali, vel imperiali authoritate creatos potest Episcopus ab officio suspendere per Concilium *b* Tridentinum, qui sic suspensi contraueniendo non fiunt irregulares iuxta tradita à Syluestro. *c* Vnde suspensus ab eligendo præsentando nominãdo, vel prouidendo, aut etiam beneficia conferendo, si contra veniat nõ fit irregularis, ita Innocentius *d* Hostiensis, & Calderinus. Quod intellige, quando dicti actus temporales fuerunt principaliter & expresse prohibiti, at vero siquis sit prohibitus ab ordine aliquo, à quo isti actus pendent cõtraueniẽdo fieret irregularis, etiam in his temporalibus: proquo facit quædam decretalis *e* iuncta sua Glossa, Exquibus respondetur quæsito in articulo quæstionis, quod religiosus suspensus à temporalibus quæ ex sua natura, aut ex Ecclesiastica institutione nõ pendent ab ordine aliquo, si contrauenerit nõ remanet irregularis, verbi gratia, si suspendatur ab officio cellarij, aut procuratoris: nam si contrauenerit præfatæ suspensioni non remanebit irregularis,

a Glos. in c. 1. §. hæc ea dẽ defent. excom. l. 6.

b Conc. Trid. sess. 22. de ref. form. c. 10.

c Sylu. v. suspensio q. 5. versi. si vero sic ab offi.

d Innoc. & Hosti. in c. fi. de excess. prælato Cal. inca. si eele. de cler. exc.

e Tex. iũ. gl. in c. tãta de excess. præl.

ARTICVLVS VII.

Vtrum acta per prælatum suspensum valeant.

REspondeo dicendo, quod nõ solũ suspensus, sed etiam excõmunicatus, & interdictus potest exercere iurisdictionem, quam habet publicam, & valent ea, quæ facit vt iudex, donec denuncietur, & declaretur suspensus excommunicatus, vel interdictus non debet euitari donec declaratus, & denunciatus per iudicem competentem sit iuxta ea, quæ in iure *a* sunt definita, per quod limitantur omnia decreta antiqua, tam decretalium, quam decreti, quam Clementinarum, & omnium extrauagantium impressarum & non impressarum adeo quod illustrissimum prætorium Rotę ita hoc seruat & nunquam pronunciat acta quæ fiũt per Episcopos, & alios prælatos, & iudices esse inualida & nulla, propterea, quod fuerunt facta ab excommunicato etiã per auditorẽ Rotæ si fuerint facta antequã per Rotã fuisset declaratus excommunicatus, vel suspensus, vt etiam Felinus, *a* qui fuit auditor Rotæ expressit. Quibus addit Nauarrus *b* quod licet excõmunicatio, & aliæ censuræ latæ sine monitione valeant ipso iure secundum receptiorem opinionem, & appellatio quæ ab eis fit non suspẽdat eas, neque earum effectum licèt deuoluat iurisdictionem ad superiorem per ea quæ in iure *c* habentur, declaratio tamen quod aliquis incurrit in illas non potest fieri absque citatione eius, & antequam audiatur, vel contumax iudicetur, & si fiat declaratio absque vlla citatione, & auditione est ipso iure nulla, & per consequens nullũ impedimentum facit quominus facta per ligatum censuris valeant per Glossam *d* & multa quæ ipse Felinus *e* cumulat & congerit, vnde videant prælati regulares quid inferendis censuris contra aliquos religiosos faciunt, nam licet in iure communi, & in extrauagantibus apostolicis, & in constitutionibus generalibus sui ordinis aliquæ contra suos religiosos ferantur censuræ, nõ tamen possunt declarare in ipsas incurrisse nisi citentur & iuridice audiantur, eorum enim declaratio religiosis delinquentibus non accersitis neque auditis erit ipso iure nulla & virtute talis declarationis nihil contra eos agi potest,

a Extrau. ad euitanda de sen. excom.

a Felin. in c. adprobã de reiud. lib. 6.

b Nau. li. 5. conf. tit. de sent. excõ. con. 65. n. 5.

c e. pasto. §. tuorum. & c. ad repri. de offi. ord.

d Gloss. inc. cupiẽtes §. quod si per de elect. l. 6. e Felin. in c. Rodol. n. 9. de resc.

ARTICVLVS VIII.

In quibus euitandis sunt interdicti & suspensi.

REspondeo dicẽdo, quod interdicti, & suspensi nominatim sunt euitandi in illis actionibus à quibus eis interdicitur vel à quibus suspenduntur, & non in alijs, quia pœnæ non debent extendi extra casus proprios, & interdicti & suspensi simpliciter non sunt prohibiti prædicare, prout tradit Nauarrus, *a* saltem si expresse non interdi-

a Nauar. in ma. c. 27. n. 176. & 1. q.

terdicátur, vel ſuſpendantur ab officio prędicandi, & ideo poſſunt audiri prædicátes quia prædicatio non eſt de numero officiorum diuinorum, quæ interdicuntur interdicto perſonali, vel ſuſpenſione ab officio diuini, vt idemmet Nauarrus *b* tradit. Quæ autem dicantur officia diuina à quibus interdicti ſimpliciter debẽt abſtinere & quæ illa à quibus ſuſpenſus â diuinis debet abſtinere declarat ipſemet Nauarrus *c* dicens quod malè definiunt Angelus, & aliqui alij diuina officia in hac materia eſſe officia diuina in miſſali & breuiario, nam non omnia in illis ordinata ſunt officium diuinum neque omne diuinum officium eſt in illis ordinatum, ſiquidem multa ſunt ordinata in pontificali, & multa in miſſalibus & breuiarijs, quæ non ſunt officia diuina prohibita tempore interdicti, de quibus ſupra in ſecũdo tomo *d* ſatis diximus. Poſſunt igitur definiri officia diuina, eſſe officia ordinata in dictis tribus libris, aut in alijs legitimè ad vſum ordinum & aliorum ſacramentorum vel ſacramẽtalium, vel ad horas canonicas. Quod ex ſequentibus maxime declaratur.

Ex his infertur, quod regularis ſuſpenſus à diuinis poteſt confiteri, & communicare corpori Domini, & audire miſſam, tũ quia ſuſpenſus â diuinis ſolum prohibetur in officio ſuo agere ſicut prius, vel officium ſuum exercere ſicut prius, vt eſt textus expreſſus *e* iuncta ſua gloſſa, quæ id notat. tum quia tunc demum ſuſpenſus à diuinis incurrit irregularitatem, quando exercet aliquẽ actum ordini ſuo ſpecialiter deputatum, & ſibi per ſuſpenſionem prohibitum ſecũdũ Innocentium *f* communiter receptum, & Philippum Francum. Tum quia ſuſpenſio vt eſt cenſura Eccleſiaſtica definitur eſſe cenſuram Eccleſiaſticam, qua alicui perſonæ Eccleſiaſticæ prohibetur exercitiũ ſui officij, vel beneficij in totum, vel in partem prout diximus in primo articulo huius quęſtionis, & ita non prohibetur illi quidquam quod poteſt, vt laicus exercere. Cum ergo confiteri, & communicare & audire miſſam poſsit religioſus ſuſpenſus à diuinis facere vt laicus, non cenſentur illi ipſa prohibita, & conſequenter faciendo illa non peccat, neque quidquam contra ſuſpenſionem âdiuinis facit, vt ipſum irregularẽ iudicemus. Tum denique quia ſuſpenſio à diuinis intelligitur ab eis ex officio exercendis, & non ab audiendis, neque ſuſcipiendis, nec aliter quam ex officio exercendis per prædicta. Reliqua autem, quæ ad ſuſpenſionem à diuinis ſpectant vide in primo tomo. *g*

b Nau. vbiſ.

c Nau. c. 27. n. 172. & n. 1.

d 2. tom. q. 109.

e c. 1. §. fi. de reiud. lib. 6. vbi glo. v. ſicut prius ca ſiquis Epiſ. 11. q. 2.

f Innoc. inc. fi de excel. prælat. Frã. in c. 1. §. fide reiu. li. 6. & inc. 15. §. fi. de ſent. excom eod lib.

g 1. to. q. 20. ar. 14.

QVÆSTIO LXVI.

De ſcrupulo & ſcrupuloſis. in tres articulos diuiſa.

¶ *Circa quam quæruntur tria.*

1 *Quid ſit ſcrupulus & in quo differat à dubio.*

2 *Quæ ſint remedia contra ſcrupulum in generali,*

3 *Quomodo ſit particularibus ſcrupulis medendũ, & in hoc articulo aliqua dubia ipſum concernentia proponuntur.*

ARTICVLVS I.

Quid ſit ſcrupulus, & in quo differat à dubio.

REſpondeo dicendo, quod cum ſcrupulizantes ſint viri timorati, qui vt plurimum ad religionẽ confugiunt ad conſilium remediũ petendum, tum etiã ad vitã regularem profitendã, ideo operæ pretium eſſe duxi de eius materia & de eius remedijs in generali & in particulari in præſentiarũ diſſerere per aliquas quæſtiones, vt religioſi medici ſpirituales poſsint ſibi & alijs ſpiritualiter medicare, & vt aſſumptum clarius patefiat operæ pretiũ eſſe duxi â definitione ſcrupuli ſermonẽ incipere, & ideo quæſitum fuit quid ſit ſcrupulus, & in quo differat âdubio & reſpondeo, quod regula certa ad diſcernẽdũ ſcrupulũ à dubio eſt, quod dubium eſt quãdo intellectus non magis in vnam quã in aliam partem inclinat, & ſcrupulus eſt argumẽtum, quo apparentia, quæ intellectui repræſentantur contra id quod ſcit, quod latine vocatur ſcientia, vel contra idquod firmiter credit ita eſſe quod latine dicitur fides

fides, aut credulitas, vel contra id quod ipſe cogitat verum eſſe etiam ſi id firmiter non credat quod latine dicitur opinio, vel contra id quod intellectus, neque tenet pro vero, neque pro falſo, quod latine dicitur dubietas, vel dubitatio prout latè proſequitur Nauarrus *a* in multis doctrinæ ſuæ locis inferens, quod licet nulli horum quatuor ſcilicet ſcientia fides opinio, & dubium interſe compatiantur, ipſe tamen ſcrupulus compatitur omnibus & ſingulis eorum, eo quod non eſt niſi argumentum, vel apparentia quæ contra illa quatuor poteſt haberi.

a Nau. in c. 27. n. 279. & inc. nouo deiud. inru. n. 43. & de pæn. diſt. 7. c. ſiquis autē à n. 9. vſque ad n. 25.

Ex quo colligitur, quod cum hoc vitium tale vagetur per alia, late etiam de eius remedio eſt in præſentiarum tractandum cū in religioſis ſit hoc prætextu virtutis ſeminarium quoddam inquietudinis maximæ, & diſtractionis à cultu diuino & â contemplatione non modicæ.

ARTICVLVS II.

Quæ ſint remedia contra ſcrupulum in generali.

REſpōdeo dicēdo, quod conſcientia nimis ſcrupuloſa naſcitur ex vitio naturali, vel acquiſito non perſiſtendi firmiter in conſtitutis, quæ gignit in cō ſtantiā, augmentum peccatorum, animi paruitatē, nebulas intellectus, inquietudinem mentis accidiam, puſillanimitatē, & id genus alia mala. Et huius vitij cauſæ ſecundū D. Antoninū. *a* ſunt complexio timida melancholia, & mania, dæmon tranquillitatis oſor, vigiliæ, ieiunia immodica & conuerſatio cum ſcrupuloſis, pro quo nota ſecundū Florentinum. *b* quod ſcrupulus ſeu puſillanimitas conſciētiæ, quod idem eſt aliquando cauſatur ex complexione apta ad timorem, vel dubium, vt eſt complexio frigida, qualis eſt in fœminis vetulis, & melancholicis: timor enim naturaliter ſecundum Damaſcenum & Philoſophos conſtringit cor, ſicut & cætera frigida conſtringunt, & congelationē faciunt, ad quem motum contractionis imaginatio mouetur à timoris diſpoſitione, ita vt concipiat quis aliquod malum eſſe futurum, & per cōſequens fugiendum. Quandoque autem cauſatur ex ægritudine maniaca, vel melancholica, quæ eſt infirmitas capitis, perquam læditur imaginatiō quandoque inde læditur ratio, vt Gerardus & Auicēna dicunt, quod mania eſt infectio interioris cellulæ capitis cum diminutione rationis. Quandoque etiā cauſatur ex tentatione diabolica: poteſt enim diabolus Deo permittente mouere melancholicos humores in homine, & phantaſmata, per quæ maginatio poteſt turbari, & errare, & duci ad timorem inordinatum gaudium, aut triſtitiam & huiuſmodi. Vnde & Auicēna dicit quod quibuſdam medicis viſum eſt, quod melancholia contingat à dæmone prouenire. Aliquando etiam ſcrupulus cauſatur ex malo regimine corporis, ſcilicet ex nimia, & immoderata abſtinentia, aut vigilia, & huiuſmodi. Vnde *B.* Hieronymus dicit, rationalem hominis dignitatē amittit, qui vel ieiunium charitati, aut vigilias præfert, vt per immoderatam abſtinentiam, vel indiſcretam Pſalmorum, vel officiorum decantationem incurrat notam amentiæ aut triſtitiæ, id eſt melancholiæ iuxta quendā canonem, *c* aliquando cauſatur ſcrupulus ex ſocietate timidorum, nā vnus ſcrupuloſus facit alium ſcrupuloſum aliquando ex ignorantia, ex qua timetur, quod & vbi non eſt timendum, aliquando ex nimia imaginatione, conſideratione, cura & ſolicitudine nimis intenta, ad cauendum omnino, vnde & plus debito, id omne quod male accidere poteſt, ſeu quod poteſt illi nocere in via Dei, ſicut qui per locum altum ambulans, ſi nimis intenſe conſiderat profundum in quod cadere poteſt, ecce turbatur ſenſus & imaginatio, & cadit vbi non caderet per locum demiſſum, ſi ſine tali imaginatione ambularet, aut ſicut ſi alicui per excelſa ambulanti acclamaretur, vide quod cades, cades, caue, caue, certē caderet perterritus, qui alias non caderet ſi non ita turbaretur in illa ſua imaginatione intenſa, ſicut etiam qui eſt nimis ſolicitus ad cauendum omnia venialia, & minima peccata, quæ vix poteſt homo in hac vita vitare: inde fit timidus & ſcrupuloſus inquietus & aliquando dubius, & aliquando etiam habens conſcientiam erroneā, quod peccat vbi non eſt peccatum, ſicut igitur multiplex eſt huius infirmitatis origo, ita multiplex ipſi eſt adhibenda medicina, prout â doctoribus aſsignatur.

a D. Anto. 1. par. ti. 3. c. 10. §. 10.

b Flor. vbiſ. §. 5. Gerſ. in locis infer. alleg.

c Diſt. 9. ca. nō eſt. med.

Prima medicina generalis eſt debita præparatio ex parte noſtra ad gratiam ſeu auxilium

xilium Dei promerendum, & vt ſic illuminemur & ſanemur, idque præcipuè quãdo à diabolo in nobis excitatur ſcrupulus occultè, & cõſcientiæ inquietudo, vel etiam quãdo neque nos neque noſtra, neque aliorum humana induſtria ſufficit, tunc etiam requiritur humana præparatio, qua habitã ſufficienter Deus nõ deerit inuocantibus eius auxilium opportunum & neceſſariũ. Hæc autem præparatio ad Dei gratiam, & fauorem habendum ſit proprijs & alienis orationibus, & inuocationibus ſanctorum, ieiunijs & eleemoſynis & alijs bonis operibus humiliter & deuotè, quo ad Deum, & homines ſe habendo, & cum fiducia diuinæ largitatis & diuinæ miſericordiæ, & cum contritione præuia, vel puritate conſcientiæ vt colligitur ex latè traditis à Floretino, *d* Caietano, & Gerſone.

d Floren. 1. p. n. 5. §. 10. Cai. in ſum. ti. ſc. u. Gerſon 3 p. ſum tract. de remed. cont. puſi. alpha. 69. li. Q. & de deu. dia. ten. alphab 70 lit. Q. e Floren. & Ger. vbiſu. & de reme. contra ſpir. blaſphe. alphab. 71. li. N. O. P. & tract. de medit. conſ. 16. Alph. 68. li. P. f Iſai. 35.

Secunda Medicina eſt de conſilio ſapiẽtum contemnere, & agere contra eos, vt ex cõſuetudine fiat homo robuſtior in via Dei vt dicunt Floretinus, e & Gerſon. Pro quo facit illud Iſaiæ *f* confortamini puſillanimes. Vnde Gregorius in moralibus ait quod diabolus aſsimilatur myrmicaleoni, quod animal dicitur Leo formicarum, quia formicis, quæ minutiſsimæ ſunt inſidiatur & eas occidit, ſed eum alia animalia maiuſcula conculcant ambulando & perimunt, ſic diabolus inueſtigat complexiones hominum, & quos videt parui cordis ſeu puſillanimes, & ſcrupuloſos aggreditur, vt ſcrupulis, & vitijs occidat, ſed à fortioribus & magnis ſpe, & vigore rationis vigentibus diabolus ipſe proſternitur, & abijcitur contemnẽdo, & contra ſcrupulos agendo. Ideo ait Gerſon, mille inſurgunt apud aliquos ſcrupuli more canum oblatrantes, & lacerare minantes eos, qui volunt ire per viam Dei, quos cõuincere & compeſcere nõ melius poteſt homo, quam per contemptum, & non habendo curam eorum, dummodo cõtemptus ille ſit timoratus, & regulatus non abſque præuio alterius prudentis præſertim ſuperioris conſilio, imo ipſe & Syluester g dicunt, quod hoc quiſque facere poteſt cum tota conſcientia ex conſilio proprio, quando habet probabilem ſufficientẽque rationem, quod ſic poſſet facere, & quod ſic ipſe conſuleret alteri in ſimili negotio, maxime ſi ipſe ſit doctus, ſicut ſiquis vellet lignum diſtortum ad rectitudinem reducere, oporteret ipſum retorquere ad partem oppoſitam recuruando, vt ſic tandẽ ad rectitudinem reducatur.

g Sylue. tit. ſcrup. q. 3.

Ex hac doctrina infertur, quod quando quis ſcrupuloſus iudicat iuxta ſuum iudicium eſſe excommunicatum, & quam pluribus excommunicationibus innodatum à iure, vel ab homine, & etiam Bullæ Cænæ Domini reſeruatis tuta conſcientia poteſt, & debet acquieſcere, ac credere reſponſis, & dictis ſui confeſſarij docti & pro tali habiti & reputati, etiam ſi dictus confeſſarius circa hæc quæſita erraret, eo quod ipſe conſulens in rei veritate ſit prædictis excõmunicationibus irretitus. Ita conſuluit Nauarrus *h* dicens quod debet credere tali confeſſario taliter quod non credendo & ſe eius authoritate non tranquillando peccaret. Et ratio eſt, quia qui vbi, quando & cur oportet non acquieſcit conſilijs peritorũ nõ poteſt eſſe immunis ab aliqua culpa per multa iura naturalia diuina & humana, quæ in hoc facile adduci poſſunt. Imo ait Nauarrus, quod nõ tenetur quærere alios, quia ſufficit conſilium vnius cõfeſſarij talis ad eo, quod peccaret ſaltem venialiter quærendo alios, tum quia eadẽ ratione teneretur quærere alios, & alios in infinitũ, quod eſſet ſtultitia ferè mortifera, tum quia attenta ſua conditione naturali ſcrupuloſa faceret habitum vitioſum inquietandi ſe in omnibus, & ſeparãdi ſe ab illa trãquillitate, & pace Dei, quæ exuperat omnẽ ſenſum, & quietat ſpiritũ amantẽ Deũ, & generare talẽ habitum vitioſum eſt peccatũ, ſaltẽ veniale, & è cõtra procurare trãquillare ſe ſubdendo ſuũ iudiciũ humiliter iudicio peritorũ & piorũ eſt quærere habitum quietandi animũ, perquẽ pax prædicta paulatim acquiritur. Vnde ait Naua. quod tenetur ſaltẽ ſub pæna venialis culpæ procurare aſſuefaciendo ſe ad parendũ iudicio eorũ, quibus recta ratio dictat eſſe parendum: pro quibus faciunt, quę inſequẽti Medicina dicuntur.

b Nau. li. 5. conſi. tit. de pænit. & remiſ. cou. 17

i Nau. vbiſ. n. 4.

Tertia Medicina generalis deponẽdilicite & rationabiliter conſcientiã dubiã, & ſcrupulũ eſt Doctorũ & prudẽtũ bonorum que virorũ, præſertim ſuperiorũ conſilio, iudicio, vel imperio humilis ſubiectio. Et ita aiunt Floren. K & Gerſon, quod qui habet conſciẽtiã inquietã dubiã, vel ſcrupuloſam deponẽdã captiuet, & ſubijciat ſuum intellectũ non ſolum obediẽtiæ & iudicio ſuperiorũ, ſed & ſapientũ, & honorũ virorũ quãtumcũq; ſibi aliud videatur, & ſic ſecundũ

K Flor. & Gerſ. vbiſ.

ſenten

ſententiam ipſorum formata conſcientia, quòd licitè agit poteſt licitè agere idquè rectè æſtimare. Et ratio eſt, qvia in prædictis rationabiliter agimus, & ſalte nõ peccamus illis acquieſcendo, etiã ſi ſic inuiſibiliter erremus, & operemur, quia excuſamur per ignorantiã inuincibilẽ inſuper meremur per humilitatẽ, nàm cum nos nobis metipſis non ſufficimus rationabiliter, cõfugimus ad ſapientiores, & eos ſequimur, vt ſupra tetigimus, nâm hic eſt ordo Hierarchicus à Deo inſtitutus in Eccleſia, vt minores illuminentur per ſuperiores ſicut fit inter angelos, ſecundũ Dionyſiũ, & Gloſſ. ordinariã, & Greg. ſuper illud Pſalmi *l* boues arabant, & asinæ paſcebãtur iuxta illos, ideò diciturin Prouerbijs. *m* Ne inniteris prudentiæ tuæ, & apud Tobiã *n* habetur, cõſiliũ ſemper à ſapiente require, & iterum in prouerbijs *o* Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. Vndè ait Gerſon. *p* Vnum generale damus documentũ credere ſcilicet ſapientiorũ & bonorũ iudicio, & contra cõmunes eorum ſententias, non leuiter agere, nequè ſibi ſcrupulos anxios, & timidos formare, hoc præcipuũ neceſſarium eſt, religioſis reſpectu ſuorũ ſuperiorum, & ignaris diuinarum legũ & iunioribus. Item idem Gerſon. *q* dicit quod moralis certitudo ſufficiens ad bonitatem actus, quo adinſipientes, & iuniores in via virtutum acquiritur præcipuè per authoritatẽ maiorũ, & principalis cauſa inſtituendi religiones fuit authoritas regiminis, cui magis obedientia præſtaretur, quàm propriæ rationi, quæ in plurimis dubia eſt valde debilis, & incerta, præualere ſimiliter habet hæc authoritas reſpectu quorũlibet ſuniorũ ad magiſtros, vel parẽtes. Sic Pythagoræ ſchola ſeruabat, ſic & in Deuteronom. *r* dicitur interroga maiores tuos, & annũciabunt tibi. Maiores intelligo eos, qui multis experimẽtis eruditi ſunt in agibilibus, quorũ iudicia dicit Ariſt. *s* eſſe recipienda tãquã principalia, propter multa quæ viderunt Itẽ idem Gerſon. *t* ait quod cũ quidam diſcipulus B. Bernardinõ poſſet deponere ſcrupulos ſuos, dixit ei B. Bernardus. *Vade frater, & in fide mea celebra*, obediuit ille ſimpliciter, & omnis ei ſcrupulus perpetuò receſsit.

Quod ſiquis ſcrupuloſus dicat vtinam talis eſſet meus prælatus qualis erat B. Bernardus, crederem facile imperanti, ac quiſcerem conſulenti. Nunc autem cum mei ſuperioris paruam ſapientiam conſpicio non audeo meam conſcientiam ſuæ fidei committere. Reſpondit Gerſon. Quiſquis ita dicis & deſipis, debes enim illi obedire nõ vt homini, ſed vt Deo iubenti, cuius vices ipſe gerit, *u* quivos audit me audit, dummodo prælatus non iubere contra Deum probabiliter conſtet, nàm prælatus eſt medicus ſpiritualis cui ſubditus infirmus tenetur obedire, & credere indubijs, vt latius probat Gerſon. *x*

Quarta medicina eſt vitare, & non curare de ſcrupulis, ſed diſtrahere cogitationem & imaginationem ab illis cauſis à quibus talis ſcrupulus oritur, aut conſcientiæ inquietudo irrationabilis, quia in hoc videtur conſiſtere naturalis cauſa prædictorum ſcrupulorum, quòd mota vna phantaſia oportet multas conſequentes moueri, ita quod non eſt in poteſtate compeſcere ſequentes phantaſiarum commotiones, ſicut in lapidibus, aut lateribus ordinatè cohærentibus eſt videre, quòd moto vno cæteri ſequuntur, & vnus poſt alium cadit, ipſa ſiquidem attentio ad ſcrupulum vitandum parit ſcrupulum, quia mouet phantaſiam impedientem libere, & rectè incipere aut proſequi, ideo optimum medicamentum eſt, vt diſtrahatur à talibus ſcrupulis, cogitationibus & imaginationibus.

Vndè ego ſemper in ea fui opinione, vt viri docti & confeſſarij periti ab ſcrupulo ſis conſulti non adducant ipſis multas rationes ad eorum ſcrupulos tollendos, ſed paucis verbis ſimpliciter, & abſolutè illos dimittant, dicendo eorum ſcrupulos nulloniti fundamento, & ſi dicere fas eſt, dicant ipſos eſſe fatuos, & mentecadtos, vt tali reſponſo confuſi verecundiæ vexatio det illis intellectum, nam ſi procurant eos rationibus conuincere ex ipſis rationibus ad ſcrupulizandum ſumnit occaſionem.

Quinta medicina generalis deponendi licite conſcientiam dubiam, vel ſcrupulũ eſt prudens legum & ſcripturarũ ſecũdũ æquitatem, ſeu epicheiam moderatio, ſeu interpretatio de quo latè iam in ſecundo tomo *y* dictum eſt.

Sexta medicina generalis deponendi licite & rationabiliter cõſciẽtiã dubiam, vel ſcrupulũ eſt ſolutio quorũdã argumẽtorũ,

l Iob. 10. *m* Prou. 3. *n* Tobiæ. 4. *o* Prou. 22. *p* Gerſon. 2 par. lect. 4 de vit. ſpi. cor. 3. *q* Gerſo. de con. Theo. li. 4. proſ. 4 *r* Deut. 32. *s* Ariſt. 1. eth. *t* Gerſon. de diuer. diab. tẽt. alph. 70 lit. E & de conſid. 16 alph. 68 p. & derem. cõt. puſ. li. T. & in epiſt. contra prof. in obed. alph. 37. li. S.

x Gerſ. vbi ſup.

y 2. tom. q. 66.

quę ab ſcrupuloſis proponũtur, quibus in eis tenaciter perſiſtũt. Primũ eſt q̃ tutior pars eſt eligenda, vt dicitur in iure. z

ac. iuuenes de ſpõ. li. 6 Eccl. 3

Secundũ quod qui amat a periculũ peribit in illo, & ſic periculoſè agẽs peccat. Quibus duobus argumentis reſpõdetur, has authoritates in quibus fundãtur eſſe intelligẽdas in hunc modũ, ſcilicèt, quòd tutior pars ſit eligenda, & quod tutior hæc pars contingat quando agitur ſecundũ modos & regulas ſupra appoſitas, nã oppoſito modo agendo ſe opponit quis periculo peccandi & temerè eligit partẽ minùs tutã. Tertiũ argumentũ eſt illud D. Auguſti. b, & D. Greg. bonarum mentiũ eſt cognoſcere culpã vbi nõ eſt. At reſpondetur quod bonarum mentiũ eſt cognoſcere culpã in generali ſcilicèt ſe eſſe peccatorẽ recognoſcẽdo, & habere peccata occulta, non autẽ in ſpeciali abſolutè, ſine aliqua limitatione. Item cognoſcere idẽſt timere culpã etiam in ſpeciali, & ſic cauere opportunè, & debitè culpam, & eius occaſiones autequã adſit culpa, idq; aliquãdo de conſilio, aliquando de præcepto eſt,

b Diſt. 5 c. ad eius.

e Sylue. vbi ſup.

Quartũ argumẽtũ eſt, ſieſſes in articulo mortis certè nõ velies cũ tali ſcrupulo ſic agẽdo mori, ergò. Reſpondetur cum Sylu. e quod in articulo mortis multa homo faceret, & teneretur facere, quæ non eſsẽt neceſſaria, ne quidẽ expediret ea facere in vita, ſicut diſponere de domo ſua per teſtamẽtum, & huiuſmodi, quæ non eſt neceſſariũ facere in vita, quantò magis, quòd deponendo ſcrupulos & conſcientiam ſecundum modos & regulas ſupra appoſitas bene licitum eſt, ſic velle mori tanquam cum electione partis tutæ ac tutioris.

ARTICVLVS III.

Quomodo ſit particularibus ſcrupulis medendum.

REſpondeo dicendo, quòd ſicut infirmitates particulares habent ſua particularia remedia, & non ſufficiunt generalia propter particulares circunſtantias morborum, ita cõtingit in ſpiritualibus, ideò oportet ſpeciales modos pro aliquibus ſpecialibus ſcrupulis dictare de his, qui vt plurimũ contingunt, ad quorum reſolutionem ſequẽtia dubia in medium adducere propoſui.

Primum dubium, quid ſit conſulendum ſcrupuloſis, qui replicant confeſsionem?

Reſpondeo quod nimis ſcrupuloſis in replicando confeſsiones putantibus non eſſe ſufficienter confeſſos de omnibus peccatis eſt ad nonendũ, quòd talis confeſsionũ repetitio eorundem peccatorum magis inquietat, vel fatigat ipſos, & ita vt tranquillitatem animi conſequantur, cùm cõſilio ſuperiorũ & peritorum à talibus recõfeſsionibus omnino debẽt ceſſare proijciendo ſe fiduciaſiter & humiliter ad pedes miſericordiæ Dei, & de ea ſolũ principaliter confidendo non autem de eorum diligentia. Et ratio huius eſt ſecundũ Gerſonem, a quia non debet homo, quòd impoſsibile quo ad nos eſt habere certam ſcientiã, quòd quis ſit ſufficienter cõtritus & confeſſus de ſuis peccatis, ita quod nemo per infallibilẽ & abſolutã certitudinem etiam moralẽ ſine ſpeciali reuelatione ſcire poteſt, an ſit in gratia verè ſufficienterq; pœnitens etiam per ſacramentum confeſsionis, & ideò non ſe fatiget homo ſtultè ad ſciendum, vel faciendum impoſsibile ad quod non obligantur.

a Gerſon de rem. contr. puſi alpha. 70, lit. B. c. & intra. de diuer. diab. tent.

Secundum dubium, quid conſulendum eſt ſcrupuloſo recõfitenti peccata venialia?

Reſpondeo quod ſiquis ſcrupuletur, aut inquietetur in confitendo, aut reconfitendo peccata venialia minuta remedium eſt, ſecundũ Gerſonem, quòd nõ curet nimis peccata hæc confiteri præſertim particulariter niſi aliqua, quæ videntur grauiora, reliqua autem omnia ſimul, vel in generali breuiter & ſuccinctè confiteatur, & ſic ponderet ſuã negligentiã, vt præponderet fiducialiter clementiam Dei infinitã, quia cũ ſecundũcõmuniter Doctores in ſtatu naturæ lapſæ ſit moraliter impoſsibile, ſine ſpeciali gratiæ priuilegio omnia peccata venialia vitare, & non obligemur ea vllomodo confiteri vanum erit, ſiquis ſolicitetur nimis ea omnia omnino confiteri, præſertim cum inquietudine conſcientiæ, & cum maiori eius detrimento. Item quia ex tali confeſsione, vel ſolicitudine ſæpè non inquietatur conſcientia, nec mundatur, ſed potius fædatur magis & inquietatur, ſicut ex frequenti recentis lateris lotione plus luti, & ſordium in aqua contrahitur, ideo melius eſt dimittere conſcientiam in pace ſuper his, & quod ſolum imbre lacrimarum irrigetur. ſicquè fæcunda radio gratiæ cæleſtis ſolidetur iuxta illud Eccleſiaſtici b noli eſſe nimium iuſtus, & non ſis nimius,

b Eccle. 7.

Tertium

Tertium dubium, quid conſulendũ ſcrupuloſis, qui volunt nimis attenti eſſe officio diuino.

Reſpondeo quod aliqui ſunt ſcrupuloſi ſubſpecie boni ſeducti volẽtes eſſe nimis attenti, & intenti orationibus ſuis & officio diuino, qui ſcrupulizantes ſæpè replicant orationes & verba, & ſemper ſibi ſuadẽt nõ fuiſſe attentos, nec plenè verba conſecrationis protuliſſe. Quibus remedium eſt ſecũdũ Gerſonem contra tales ſcrupulos agere nõre plicando, quod ſemel dictũ eſt etiam ſine actuali attentione, & quod conſideret quod ſufficit virtualis attentio ad hæc debite peragenda, & ꝙ homo non ſe deſtrahat ex propoſito, ſeu per notabilẽ negligentiã ſecũdũ cõmuniter Doctores, & D. Thomã. *a* & quã do fuit aliqua modica negligentia venialis & parua diſtractio melius eſt, ſine reiteratione dolere de illa negligẽtia conſiderãdo miſericordiã Dei, quam exnimia reiteratione non neceſſaria valde, inquietari, præterea expræfata reiteratione nõ habetur intentũ ſed potius oppoſitũ, quia ſcilicet nõ quietatur, ſed magis inquietatur conſciẽtia, & attentio. Et hoc etiam eſt verum in reiteratione verborũ conſecrationis in quibus ſi ſunt ſic prolata, quod manſi verborum ſignificatio ſufficit, quãuis non fuerit exacta pronũciatio literæ. m. vel. n. vt communiter tenẽt Doctores. Imo vt ait Caiet. *d* ſæpẽ fit à ſcrupuloſis, quôd occupãt ſuam mẽtẽ ad hoc vt velint eſſe intẽti & attenti, quòd potius eſt eua gatio, quã attentio, quia potius habent attentionẽ pro obiecto intentionis, quã ipſam attentionẽ ad verba diſtinctè & reuerẽter dicenda, & quamad ipſum Deũ, attentio enim mentis in Deũ in conſecratione debet eſſe maxima nõ intenſiuè & per abſtractionẽ à ſenſibus, ſed maxima obiectiuè & quo ad conatũ infra latitudinẽ tamẽ attentionis ad ipſa verba dicenda, vt decet.

cD Dhom. 2.2.q.83.

dCaiet.2.2. q.83.ar.17.

Quartum dubium quid conſulendum ſit contra importunas cogitationes blaſphemiarum & ſpurcitiarum.

eGer.dediſcret.exerci. deuot.& cõ traſpiritum blaſp. alpha. 71.li.M.N. O.P.&dedi uerſ.diab. te ta.alph.70. lit. T. & de med. conſi. 16.alp.68 P.

Reſpondeo quodaliqui agitantur & tentã tur à dæmone importunis cogitationibus blaſphemiarum & ſpurcitiarũ cõtra Deũ, & *B.* Virginẽ, cõtra fidẽ cõtra caſtitatẽ multipliciter, præſertim inter orandum & cõtẽplãdũ ad Deũ ad imagines, & huiuſmodi. Quibus multiplex remediũ à Doctoribus aſſignatur. Primũ ſecundũ Gerſo. *e* quoddebent taliter affecti cõſiderare, quòd nũquã eſt peccatũ ſaltẽ mortale in talibus cogitationibus horrẽdis, niſi quando eis volũtas cõſentit & ſauet, aut cũ delectatione eas amplectitur, & deliberatè gaudet eas adeſſe, vnde quãdo diſplicent & nõ cõſentitur eis, ſed potius illæ hominẽ cruciant imputanturad meritũ & purgationẽ propter difficultatẽ & repugnãtiã contra eas. Ideo non debet homoexhoc turbari, aut deſperare, aut inquietari, ſed potius cõfortari & magis ſperare demaiorigratia & gloria, quia etiã ſi cõtra pugnãdo quis cõmittat aliqua venialia ex negligentia, ſeu alias, tamen ex feruore charitatis, & labore quem contra pugnando patitur deletur pæna debita illis venialibus, quæ obſeruantur & conſumuntur ab igne charitatis.

Vnde debet homo ſic tẽtatus tranſire gaudẽter, conſideranter, & fortiter agens in via Dei, nõ curanſtalia ſpurca tentamẽta, quę lędere nõ poſſunt nõ conſentientẽ, ſicut bellator fortis magis animatur & proſequitur victoriam petrãſitque ſordes ab inimicis immiſſas ſuper caput eius nõ lædentes eũ, quia tunc ſignũ eſt, quòd inimici iamdeficientes non habent alia arma fortiora, quibus ipſum victorẽ lędant, ideo irridens tales ſordes inimicorũ parũ lędentes homo fortiter trãſeat quia & inde habet ſignũ victoriæ & gratiæ maioris, vt dictũ eſt. Quare optimũremediũ eſt, nõ curare de eis, neque litigare, neque examinare, neq; diſputare cõtra eas vllomodo, & hoc maximè cauendũ, quia impoſſibile eſt eis ſic ſatisfacere, ſicut impoſſibile eſt retinere ventũ, & caniculũ latrantẽ reprimere contra pugnando, imo magis homo inquietabitur eis reſpõdẽdo & litigãdo, autre cõfitẽdo eas in ſpeciali, ſed homo taliter tentatus prædicto modo cõfortatus cõtẽnat, & irrideat tales ſordes & inimicũ immittentẽ, & quaſi in ipſum inimicum eas reijciat dicens intra ſe gaudenter, oimmunde ſpiritus nihil aliud iam potes, hoc nihil eſt: ex quo non mihi placẽt neque illis aſſentio, & ideo tuæ ſordes incaſsũ caduntnõ melædunt tuę ſordes inte ſint, ego Deum meum adoro, & ſic dicat Aue *Maria*, aut genu flectat in reuerentiã illius myſterij, contra quod ſic tentatur homo, & ſic immundus ſuperbuſque ſpiritus non patietur ſe ſic diu contemni, & cum ſordibus ſuis recedet. Imo non curet homo ſolicite has tentationes confiteri, aut reconfiteri, ex quo non ſunt peccata ſaltem mortalia, at ex deuotione & humilitate, & timore conſcientiæ aliquando, & raro eas poteſt confiteri ſacerdoti diſcreto & experto inhis, vt ſunt cõmuniter re

ligioſi & hoc faciat nō deſcendendo nimis ad particularia, ſed ſufficit ſemel ita dicere aut tangere, vt confeſſor intelligat mentem confitentis. Verū eſt tamen, quòd ſi ex cauſa culpabili hominis tales tentationes prouenerint, putà ex negligentia, otio curioſitate, aſpectū incauto, labore ſeu abſtinentia indiſcreta & huiuſmodi, tūc tales cauſæ in cōfeſſione debent explicari ad culpam declarādū & ad remediū debitū tali cauſæ apponēdū.

Quintum dubium, quòd remedium ſit dā dum ſcrupuloſis nimis ſolicitis, nimiſque timentibus ne Deum offendant putantes ſe in omni bono deficere & peccare.

fGerſon. de diuer. diab. cen. in fi. & dediſ. exer. deuot. & in i. alphab. 7 it. R. S.

Reſpōdeo fecūdū Gerſonē, *f* quòd ipſe ſcrupuloſus per ſe, vel per alios debitè inquirat ad quid ſub mortali tenetur cūquadā morali & probabili certitudine, ſecundū iudiciū prudentū, & id caueat ſolicitè & emendare conetur, venialia autē non nimis ſolicitus ſit in ſpeciali confiteri prout in dubio præcedenti dictū eſt, ſed ea caueat ſolicitè, quæ ſi omnino cauere, & emundare nō potuerit non anxietur, quia nullū ibi periculū eſt. Deus enim ſemper id permittit, vt Iebuſeos, & *A*morreos ſub tributo ſeruire, & ſæpius rebellare in terra promiſsionis, vt ſic humiles & timorati de Dei miſericordia potius confidētes ſe exhiberent, conſideret igitur homo ſcrupulo hoc agitatus Dei miſericordiam dicendo cum pſalmiſta, g in te Domine ſperaui in iuſtitia tua libera me, quaſi dicat non in mea iuſtitia, ſed in iuſtitia tuorum meritorum, o Chriſte & percon ſequens in tua miſericordia libera me, alias per rigorem iuſtitiæ noſtræ non iuſtificabitur omnis homo viuens.

gPſal. 53. & 70.

Sextum dubium eſt, quid dicendum eſt ſcrupuloſo nimis timenti & ſecum diſputanti an ſit prætcitus, vel prædeſtinatus.

Reſpondeo quod aſtutia dæmonis aliquando homini in mentem venit, quòd ex quo Deus ſcit quid tandē de illo erit, & cum voluntati eius nemo reſiſtere poſsit, & ipſe immutabilis & infallibilis ſit, & quod ei nihil proderit contra niti, & per conſequēs, quòd per fas, & nefas eo tandem homo de facto proueniet, etiam ſua vtens libertate propter quod ducitur in deſperationem ſalutis, aut in profundum peccatorum, ſe ad omnia laxando, vel præcipitando, cui graui tentationi multipliciter debet ſuccurri ſecūdū Gerſonem, *h* primo quod taliter tentatus curet vitare, aut potius non curet de talibus cogitationibus, ſed diuertat ſeipſum ad alia conſiderandū & agendū, præcipuè in hora mortis timeatur talis diſputatio cū diabolo, & meditatio de his, ſed tunc homo fortiter permaneat in fide & ſpe, in qua dū eſſet ſanus toto tempore vitæ permanſit, dicat tēptationi, quòd tunc nō eſt tali diſputationi locus, ſecundo quod cogitet homo, quidquid Deus de illo ordinauerit bene, & rectè eſſe factū, & quod ipſe facit quod ſuū eſt ſeruando Dei mandata, & Deus tūc faciet ſimiliter, quòd ſuū eſt ſtando promiſsis. Et conſideret quod licet Deus illū poſitiue omnino reprobauerit, tamen adhuc debet illi ſeruire & obedire præcipienti, propter ſuam excellentiā & magnificentiā, & miſericordiā in beneficijs collatis, cōſideret etiāquod bene viuendo minus in inferno, aut alibi punietur, quāſi male egerit. Cōſideret prēterea quod Deus ipſe dicit ſe non velle mortēpeccatoris, neque delectari in eius perditione, ſed vult omnes homines ſaluos fieri, ideoait D. Chryſoſto. Deus quaſi dolet cū hominē propter peccata damnare debet ſecundū iuſtitiam ſuā, quaſi coactus. Et cōcordat gloſ. ſuper illud Iſaiæ, heu vendicabor de inimicis meis dicens, vt pater pius & punit, & dolet, quia punire nollet. Cōſideret deniq; homo ſcrupuloſus in his quod licet ſibi ſit ignotus eius finis, an bene an malè debeat mori, & per cōſequēs eius gloriā, aut damnationē eſſe illi ignotā, non tamen propter hoc à bonis operibus, & abſpe gloriæ eſt ceſsādū cū per talē ignorantiā non deobligetur ab obſeruatione mandatorum, cū etiā bona vita ſignum ſit boni exitus, & raro aliter accidit ſecundū D. Hieronymū in ſuo teſtamento, & tradit Angeſt. *K* quòd bona vita & humilitas id promeretur à Deo, & econtra mala vita. Quod exēplo illuſtratur, ſicut infirmus, vel agricola ſeminans licēt neſciat finē infirmitatis ſeu laborandi ſeminādi, vel arādi, vtrū videlicet ſanitatē cōſequetur, aut fructum ſeminis, non tamē per hāc incertitudinē ceſſat à medicamentis accipiendis, nec à ſua ſeminatione, vel agricultura. Imo ſtultè aliter faceret dicēs Deus ſcit, ergo ita erit ergo fruſtra facio, ita ſimiliter in noſtro caſu eſt Theologizādū, quamlicet Deus ſolus ſciat finē peccatoris, nō tamē talis peccator à Medicinis ſpiritualibus debet abſtinere necà ſeminādo ſpiritualiter ceſſare cū qui parcè ſeminat parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus de benedictionibus & metet.

i Iſai. 1.

K Ange. in mora. c. 15.

hGerſ. dediuer. diab. rēt. alph. 70 l. q. & deme dit. ſpiritu. alph. 72 c. & de conſola. Theo.

Septimum dubium, quid dicendum ſit illis, qui ſcrupulizantur de ſua ſalute videntes ſe carere dulcedine ſpirituali.

Reſpondeo, aliquos eſſe nimis ſolicitos de quærenda dulcedine ſpirituali, & valde triſtes & ferè deſperantes, quia illā nō ſentiunt, ſed potius ariditatem & indeuotionem, & fere nullam affectionē ad diuina, & ideo nimis affliguntur, quia vellent deuotè feruenter, & cum ſapore bonum exequi, & quia ſic nō ſentiunt reputant ſe eſſe in peccato, vel reprobatos. Quibus triplex remediū aſſignatur à Gerſone. *l* Primo conſiderent, quod prædicta dulcedo & experientia deuotionis nō ſunt efficacia, & infallibilia ſigna gratiæ & charitatis, neq; econuerſo ariditas eſt ſignum peccati, & reprobationis, neq; reddunt hominem perfectiorem quam uis de ſe iuuent ad bonum.

l Gerſon. in tra. de rem. cōtrà puſil. & de cōſol. Theolo. li. 4 pro. 3. & de diuer. diab. tent.

Secūdo quod quāuis illa de ſeiuuēt adbonū & perfectionem, tamen propter noſtram fragilitatē ſæpè ſunt occaſiones periculi & præſumptionis, erroris & propriæ affectionis, nimiæ cōfidentiæ, otij, vanægloriæ, & huiuſmodi ariditas, aut econtra ſi homo fortiter in Dei obſequiū cū labore ſuæ aridita tis amplius annectitur, qui in medio iſtarum petrarum *m* collocatus ad Deū optimūmaxi mū dabit vocem auxiliū ad ipſo deprecans cōſolatus, quod magis placet Deo cæteris paribus aridus faciēs bonū propter Dei honorem, quam habens illā dulcia experimenta, & hoc ratione difficultatis & pugnæ, & propter hoc impetrabit magis, aut ſaltē æ què, vt ille alius, quia quaſi ſuis expenſis laboret & ſeruit Deo, & pugnat pro eius honore & amore, ideo ſi humiliter confidendo de Dei auxilio, & miſericordia ſic operetur bonūfaciens, quod in ſe eſt conādo viriliter & à Deo auxiliū petendo ſimul & bonā volūtatē, & quod reſeruet ſibi Deus hāc dulcedinem protēpore & loco prēmij inglo ria faciet opus ſuū & alienū abeo, ſuū dico, quia cū gratia Dei confortatus ipſum operefuit exequutus, alienū vero ab eo, quia nō in iuſtificationibus noſtris, quas facimus nos ſed in meſericordia ſua ſaluos nos facit Deus

m Pſal. 104.

QVÆSTIO LXVII.

De ſtudentibus in octo articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur octo

1 *AN valeat licentia data religioſo ad exiſtendum in ſtudio per prælatū abſque licentia conuentus.*

2 *An monachi poſſint exire extra clauſtra ad audiendum ius canonicum, aut Theologiam.*

3 *Si monachus exiuit clauſtra eo animo vt audiret leges, vel phyſicam, poſtea autem nō audiuit an incidat in pœnas iuris.*

4 *Vtrum ſummus Pontifex poſſit diſpenſare cū religioſis, vt audiant leges ciuiles.*

5 *Vtrum legatus à latere poſſit diſpenſare cum monachis & clericis, vt audiant leges & phyſicam.*

6 *Vtrum monachus quando eſt in ſcholis ſtudendo agere & conuenire poſſit in iudicio.*

7 *Vtrum monachus abſens cauſa ſtudij poſſit eleemoſynam facere.*

8 *Vtrum relictum fratri minori regularis obſeruantiæ cauſa ſtudij valeat.*

ARTICVLVS I.

An valeat licentia data religioſo adexiſtendum in ſtudio per prælatum abſque licentia conuentus.

REſpondeo dicēdo videri, quod nō, ex argumento cuiuſdā decretalis, *a* prout concludit capella Tolo. At præfata decretalis non requirit cōſenſum cōuētus, ſed quod licētia cōcedatur per prælatū cum cōſilio ſui cōuētus, vnde prælatus nōtenetur ſequi conſiliū cōuentus, ſed ſatis eſt petere ipſum & debito tēpore expectare reſpōſum, vt probari videtur in alia decretali, *b* & ita voluit Bartolus, & Abbas Siculus cōcludit, quod vbicū q; quis tenetur aliquid facere cū conſilio alicuius qui no eſt particeps officij, tūc ſatis eſt requirere conſiliū, neque tenetur ſequi.

a c. vt peric. necle. l. mo nac. l. 6. capell. Toloſ. deciſ. 270.

b c. cū olim de arb. c Bart. in l. 1. §. ſi plure. ff. de exercit Abbas ſicu. in c. cum veteri de elec.

Et nolēte Abbate dare licentiā monacho ad exeundū ad ſtudendū non poteſt Epiſcopus eam ipſi præbere etiā ſi ad præfatam negationem licentię, nullam cauſam Abbas aſſignaret: licet enim olim Dominicus tenuerit contrarium dicēs negata iniuſtē licentia per Abbatē epiſcopum poſſe ipſam cōcedere cū legitima cauſa ſubſiſtente poſſit auferre monachū de religione, etiā inuito Abbate & negligente vt notatur in iure *d* modo tamen cū regulares ſint à iuriſdictione Epiſcoporū exempti nō poſſunt Epiſcopi ineos præfata munera exercere.

d c. ſi reli. de elect. li. 6.

ARTICVLVS II.

Vtrum monachi poſsint exire extra clauſtrum ad audiendum ius canonicum, vel Theologiam.

REſpondeo dicēdo primo viderinonpoſe, quia ius canonicū pro maiori parte verſatur circaexpeditionemnegotiorū Eccleſiaſticorum & litiū dirimendarum, vt patetpertotā capitulationemGregorianam, & leges ciuiles non addiſcūtur abeccleſiaſticis al aliū finem, niſi quia in his Eccleſiaſticis dicendis ſunt adiumēto, argumento aliquorum iuriū; *a* Et ſunt ita adiumēto, quòd multæ materiæ de quibus ius canonicū tractat ſine legibus haberi non poſſunt, vt eſt materia teſtamentorum, poſſeſsionū, dominiorum de emptione vēditione donatione, &c. In quibus intelligendis ſimplices Canoniſtas in ipſis terminorum primordijstur piter errare videbis, vt ait Ancharr. *b* & tamen non habita ratione huius Eccleſiaſticorū negotiorum terminationis Papa inhibet monachis ne leges audiant, prout infra dicemus, ergo neque etiā Canones adidem tēdentes audire poſſunt, quoniam vbi eſt eadem ratio, eadē erit diſpoſitio. Ratio enim ne à contemplatione retrahantur, tā in iſta, quam in illa viget. At communis opinio quam vſus comprobat habet, vt ius canonicum atque Theologiam audire poſsint, quoniam ſunt meræ pietatis diſciplinæ, & nullo iure eas ſcientias audire prohibentur, ſūtque Chriſtiani populi regimini ſpirituali admodum neceſſariæ, vt dicitur in iure. *c* Ius autem Ciuile prohibetur, quia nimium à contemplatione diſtraheret, nec ſimpliciter dirigit hominem in Deum ſicut ius canonicum argumento eorum, quæ in quadā decretali *f* dicuntur.

Adargumentum autem in contrarium, quod ſcilicet Papa prohibuit monachis ius ciuile audire. Reſpondetur Papam id prohibuiſſe, vt ipſi ſint promptiores ad ſtudium Theologiæ, non enim ſapientiam ciuilem damnat, ſed certis perſonis vetat ne in illo immenſo pelago immerſi Theologiæ ſtudia deſerant. Item quia clerico vel monacho oſtendere ſe peritum forenſium cauſarum eſt opprobrium, vt ait Imperator Iuſtinianus, *g*

Nec obſtat, quòd ius ciuile ad iuris canonici ſcientiam eſt neceſſarium. Nam reſpondetur, quòd ex lectione Doctorum Canoniſtarum, Leges quæ ad hoc negotium attinēt haberi poſſunt, vt inquit Hoſtienſis, *b* & tota practica legalis eſt hodie Canonibus explicata, vt patet intuēti & tradit Gābarus. *i* Nec hoc debuit morderi à Papyrio KMoſoniodevitis Pōtificū in vita Honorij, quaſi velit Papa monachos eſſe ignorantes: non enim vult Papa vt ipſi ſint ignorantes, ſed vt relicto ſtudio legum ciuilium, & Medicinæ ſe totos ſtudio diuinæ & pontificiæ legis tradant.

ARTICVLVS III.

Si monachus exiuit clauſtrum eo animo vt audiret leges, vel Phyſicam poſtea autem non audiuit an incidat in pœnas iuris,

REſpōdeo dicēdo certū eſſe monachū vel clericū incidere pœnas, ſi exeunt clauſtrū ad audiendum legesvel phyſicam, prout dictū eſt in ſuperioribus, *a* nunc autem dubitatur an incidant dictam pœnam tantum ex opere conſummato exeundo ſcilicet clauſtrum & eas ſcientias audiendo an vero ſufficiat exire â clauſtro ad eas audiendas? Abbas *b* credit ſufficere exire ad audiendum quòd ex textu ibi comprobat, quòd ait adeo eſſe verum quod ſi monachus ſe cōferat ad ſtudium pro Theologia audienda, & poſtea audiret Leges non incurreret hanc pœnā, quia ſtrictè ſunt intelligendæ pœnę, & non excedunt caſum proprium.

At Gambarus *c* putat vtrum que dictum Abbatis eſſe falſum, quo ad primum ait expeditum eſſe regulariter verba intelligenda eſſe cum effectu iuxta ea quæ iniure *d* notantur, at non dicitur exiſſe ad audiendum, qui realiter non audit, & hoc notatur per Ioannē de Anania *e* dicentem, quod quando pœna imponitur ipſofacto, nunquam incurritur per conatum, qualiſcunque fuerit: & hanc ſe ntentiam ſentiunt Ioannes de Anania, & ipſemet Abbas, & Nauarrus in ſimili caſu.

Similiter ſecūdū videtur falſum, quia eſſet aperta via manifeſta ad fraudem illius prohibitionis & iret monachus ſubnomine Theologiæ, & poſtea ſtuderet iuriciuili, eſſetq; deluſa cōſtitutio cōtra ea quæ in iure gnotātur

ARTI-

nu. ſi inadiuto. 20. diſ. c. 2. de noui. oper. cnun.

bancha. inc. c. ſup. ſpec. ne cler. vel monac.

ec. inter cætera de offi. ord. doct. in c. ſedes Apoſto. de reſer.

fc. vt anima de conſt.

g L. conſult. diualia iuxta C. de teſt.

h Hoſt. in c. Rai nucius de teſtam.

i Gamb. li. 2 de aut. lega. alat. §. 2 nu. 298. KMoſ. deu. pontif. in vi ra Hon. fo. 216.

a Sup. hoc tom. q. 188. c. non mag. necleric. vel mona.

b Abba. inc. non magne cle. vel monach.

c Gam. li. 2. de aut. lega. alatere §. 2. n. 304. cūſe. d L. 4. §. hæc verba ff. de neg. geſt. c. intel. dever. ſign.

e Anan. in c. perp. de ele. l. 6.

f Anan. in c. 15. no. de adul. Abb. in c. cūmin cd ctis §. pæ de elect. Naua. g ca. quanto de diuor.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Summus Pontifex poſsit diſpenſare cum religioſis, vt audiant leges ciuiles.

REſpondeo dicendo ſummum Pontificem clericis religioſis vè diſpenſationem poſſe concedere, vt iura Cæſarea audiant, vt ſcribunt Archidiaconus, *a* & Perufinus. Quæ opinio communis eſt & ſtylus Romanæ Curiæ eam ſeruat teſte Rebufo. *b* Nec ipſis tamen interdicitur operam dare dictis literis, vt melius canonica decreta intelligant vt ſcribit *Albe*. Trotius *c* dicēs hoc eſſe mirū in modū notandum ad defendendum prælatos & religioſos, qui ſtudiū libris legalibus refertum habent. Vnde ſingulariter ſcribit Abbas, *d* quod licet monachis interdictū ſit legibus operam dare, illud procedit ſi principaliter id faciunt ſecus autem ſi prius addiſcunt ius canonicū, ad cuius cognitionem iuri ciuili incumbunt, quia ex eo quod hoc prouenit ſecundario & per occaſionem prohibitio nō extenditur, ſequūtur Gomez, *e* & Maiolus, ſunt enim Canones magna ex parte iuri ciuili noniuncti, vt ait quædam decretalis. *f* Vnde dicebat Barbacia, *g* quōd ius pontificum ſine legibus non poteſt intelligi, cū ſit medulla legum, & ait Bald. *h* quod nisi quis ſciat Canones cum legibus non poteſt practicam iudiciorum cognoſcere.

a Archid. in c. non dica. 12. q. 2 Perufinc. 2. ne cleric. vel monach.
b Rebuf. in tract. nomi. q. 5. n. 33.
c Trot. li. 2. de perfect cleric. c. 36.
d Abb. in c. non ma. co. 3. ne cle. vel monac.
e Gom. in regul. de non tollen. iu. quæſt. q. 3. infin. Maio li. 2. de irre. c. 1. n. 13.
f c. 2. de pri. lib. 6.
g Barb. in c. conqueſtus co. 3. defor. compet.
h Bald. in c. cum cauſam de prob.

ARTICVLVS V.

Vtrum legatus â latere poſsit diſpenſare cum monachis & clericis, vt audiant leges & phyſicam.

REſpōdeo dicendo, quod Card. *a* & Abbas tenet quōd nō. At Gamb. *b* videtur in contrariā partē ſe inclinare cum hoc non ſit de maioribus cauſis, & huiuſmodi diſpenſatio nō eſt Papæ reſeruata, ſed ſedi Apoſtolicæ, quo caſu inhis materijs leuibus appellatione ſedis Apoſtolicę venit legatus vt notatur in multis decretis canonicis. *c*

At contra arguitur, nā capitulum nō mag nod eſt conciliare decretū contra quod nō diſpenſat legatus, vt dicitur in iure. *e* Cui argumento reſpondetur quōd quādo cōcilū aliquid ſimpliciter vetat quōd in ſe ſit damnabile, vt ſucceſsionis futuræ ſpes in beneficijs & ſimilibus legato interdicitur talis vetiti cōceſsio, vt innuit ius pro cōtraria parte allegatum, quando autē non eſt ſimpliciter vetitū, ſed vetitū ſicriſine licentia ſuperioris tunc legatus qui tenet vicem Papæ poteſt talē dare licentiā vt probatur in iure *f* & ſentit Dominicus. Reſpondetur deinde quod quāuis conſtitutio prædicti capituli ſit edita à Papa in Concilio, tamē ex quo non apparet materiam originatā â cōcilio, imo â Papa, quia ſub eius nomine inſcribitur & editur, per conſequēs erit conſtitutio pōtificalis & non cōciliaris, per ea quæ tradunt Abbas g & moderni, ſed vrget multum dictio omnino, quæ omnē penitus excludit diſpēſationem iuxta cuiuſdā gloſſę *b* ſētētiam, propter quam hoc relinquit cogitādū Gamba. *i*

a Card. & ab basin di. canon mag. ne cler. vel monach.
b Gamb. l. 2 de auct. leg. §. 2. n. 304.
c c. cum dilect. de elec.
d Neclerici. vel mona. ex dile ct. de præb.
e venerade cōſue. ca. fi. Abb. de ele. li. 6. vbi Domi inſi.
g Abb. in c. 1. in nor. §. deſpon. mo derniin c. 1 deiud.
h Gloſ. in cle me. vt hi de æta. & qual.
i Gam. vbiſ. ac. nolo & c. non dic. 12. q. 1. & ibigl. in c. deperſ. inv. aut monac. 11. q. 1.

ARTICVLVS VI.

Vtrum monachus quādo eſt in ſcholis ſtudendo agere & conuenire poſsit in iudicio.

REſpondeo dicendo, q̄ licet monachus neque agere nec cōueniri poſsit cūpriū nihil habeat, vt eſt in iure *a* cōmuniter receptū, hoc tamē fallit quando eſt in ſcholis ſtudēdo, tunc enim agere & conueniri poteſt, ſi ibi eſt cū licentia ſuperioris vt tenent cōmuniter Doctores *b* quos refert & ſequitur Horatius Lucius, quia tunc omnia poteſt, ſine quibus in ſtudio commode eſſe non poteſt argumento cuiuſdam decretalis *c* iuncta ſua gloſſa.

Adeo hoc eſt verū vt licet monachus agere non poſsit contra Abbatē ſicut ſeruus nō poteſt agere contra *Dominū* iuxta quandā legē, *d* nec filius familias aduerſus parentes iuxta aliā legem, *e* & tradita ab *Abbate*, tamen agere poteſt ſaltē implorando ſofficiū iudicis, vt ſibi Abbas, & monaſterium vtiles ſeu neceſſarios ſumptus in ſtudia ſubminiſtret, vt voluit Abbas, namſi Abbas recuſat poteſt à ſuperiori compelli, vt licentiā concedat & etiam expenſas ſecundum Hoſtienſem *f* Ioannem Andream, Dominicum, & Perufinum, & quantæ ſit vtilitatis, vt monachus ſtudeat oſtendit D. Hiero. g ad Ruſticū monachū & ampliſsimè tradit D. Thomas i.

Et Notandum, quod monachus exiſtens in ſtudio de licentia Abbatis, & cōſenſu conuentus poteſt actionem iniuriarum intētare, prout cōcluſum fuit in capella Toloſana *a* per quādā legē *b* & Gloſ. vbi Colle

k Hoſt. ti. de mag. n. 9. Ioan. An. in c. cum exeo & ibi. Do. n. 3 Peruſ. in pri. de elec. li. 6.
g Habe. inc. iuiuecūſeq. 16. q. 1. D. Thom. 2. 2. q. 188. ar. 5.
a Cape: Tol. diſt. 88.
b L. ſi long. §. 1. ff. de iuglo. inca. ex par. deaccuſ. vbicol. Bar. ind. l. ſi lon. Bal. in au. ha

bita. 7. co. C. ne. filius pro pat. ſpec. tit. de act. v. porro. Abbas. & intit. de proc. §. 11. infi.

ctor quo videndus est Innoc. quod ipsum tenet Bartolus Baldus,& Speculator,si tamen idem monachus succumbat agendo potest condemnari in expensis, quia non habet proprium, prout tenet Innocentius c & Baldus. Et si Syndicus fratrũ minorum legitimè constitutus agat pro monasterio in nomine Papæ actione iniuriarum & succumbat puto, quod in expensis potest condemnari, quia cùm id agat nomine sedis Apostolicæ, nomine cuius est æconomus& administrator rerum temporalium habet quoadhoc proprium ex quo possit soluere expensas.

Innoc. in c. reprehe. de appel. Bald. in Marga. v. mon. ver. 6.

ARTICVLVS VII.

Vtrum monachus absens causa studij possit eleemosynam facere.

REspondeo dicendo, quod licet monachus sine licentia sui prælati non possit eleemosynam facere, vt post alios tradit Diuus Thomas, *a* hoc tamen fallit in monacho, qui absens est causa studij, vt post alios tradit Felinus, *b* Quod confirmatur, nam regularis qui habet salarium, quorem præceptam à prælato diligentius agat potest de ipso disponere, quia tunc tacitè videtur ei dari licetia in suos, vel pios vsus disponendi, prout concludit Nauarrus c & ita in proposito cum certum peculium concedatur regularibus ad suum studium peragendum tacite eis videtur concessa facultas ad dictum peculium in suos, vel in pios vsus disponendum.

a D. Tho. 2. 2q. 32. ar. 8.
b Fel. inc. cũ dile. n. 18. de rest.
c Naua. in 2. cõmen. de regul. n. 8.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum relictum fratri Minori causa studij valeat.

REspõdeo dicẽdo, quod licet fratres minores nõ possint aliquod legatum cõsequi & bonorũ sint incapaces, vt est iniurea definitũ, si tamẽ eis fiat legatum causa studij valet, & id cõsequi poterũt, quia videtur relictũ ad pias causas & procultu diuino, ita consuluit Abbas, *b* & voluit Federi. de Senis & sentit quædam Glossa, dum ait valere relictum factum singularibus fratribus pro libris emendis. Quod habet locum etiamsi religiosi procurassent, prout tenet Carolus c Ruinus & sentit Baldus, & confirmatur: nam licet donatio facta fratri Minori non valeat fallit tamen hoc nisi fiat causa studij secundum Abbatem, *d* & Felinumquem referunt, & sequuntur Franciscus Ripa & Ruinus.

a Cle. exiui. de verb. sig. c. exit. eod. ti. l. 6.
b Abbas cõ. 65. vol. 2. Federi cõs. 12. glos. in Cle. dudum v. direct. de sep.
c Ruin. cõs. 101. nu. 12. ver. præter. lib. 1. Bal. in l. siquis adde clinãd. §. in omnib. n. 7 C. de Epi. & cler.
d Abbas cõ. 63. Feli. inc. cum dilecta culu. 2. dere scri. Ripa in l. i. n. 4. ff. solut. mar. Ruin. vbi s.

QVÆSTIO LXVIII.

De taurorum agitatione & spectaculis in sex articulos diuisa.

Circa quam quæruntur sex

1 *Vtrum agitatio taurorum sit peccatum mortale.*
2 *Vtrum religiosis sit licitum in his taurorum agitationibus interesse.*
3 *Vtrum Canonici regulares possint hodie sicut clerici in Hispanijs agitationi taurorum interesse.*
4 *Vtrum milites professi in ordinibus militaribus possint interesse agitationi taurorum.*
5 *Vtrum regularis possit assistere agitationi taurorum, non vt eos videat oculatim sed à fenestra ab tractus audit clamores rumores & hominum vociferationes.*
6 *Vtrum licitum sit religiosis in spectaculis desidere & in ludis.*

ARTICVLVS I.

Vtrum agitatio taurorum sit peccatũ mortale.

REspondeo dicendo agitationem taurorum esse damnabilem ex eoquod in ea frequenter mori hominescõtingit, prout ait Doctissimus Gregorius *a* Lopez, nam vt ait Paulus *b* Iuris consultus lusus quoque noxius in culpa est. Et in hãc partem inclinat Nauarrus *c* dicens quod agitatio taurorum, cum moderamine & debita cautela de se non est peccatum sanctissimamq; fore legem, quæ illã prohiberet

a Greg. in li. 57. ti. 5. p. 1. glo. 2. v. lidi artoros.
b L. nã lusus ff. ad le. aliq.
c Na. in ma. c. 15. n. 18.

beret quoniam raro debita cautela & mode
ramine exercetur. Et hanc opinionem vi-
detur tenere expreſſe quædam gloſſa dcom
d glo. in ca. muniter recepta allegans & explicans aliqua
qui venato Auguſtini decreta à gratiano e in libro
ribus. 86. d. Decretorum compilata, quam ſententiam
e d.c. de ve- proſequitur Bernardus ſ Diaz de Lugo,
n atoribus. cũ Auendaño & Azeuedo. Vnde egoin caſum
duobus ſeq. ſententia, vt credam agitationé taurorum eſ
ſBernard. in ſe illicitam niſi moderatê exerceatur taliſ-
pract. crim. que cautela adhibeatur, vt probabiliter cre-
c 66. per to di poſsit ex ea non conſecutura notabilia
tũ fol. 170. nocumẽta perſonalia, putà mortes, vulnera
Auend. inc. oſsium rupturas, & id genus alia. Propter
præto. n. 12. vitanda enim hæc pericula Pius g V. anno
li. 1. Azeue. Domini milleſimo quingenteſimo ſexage-
in l. 4. tit. 10 ſimo ſeptimo Kal. Nouembris Pontificatus
li. 1. recopil. ſui anno ſecundo, agitationem huiuſmodi
Pius V. in q. beſtiarum omnino prohibuit, ceſſante autẽ
quæ incipit ratione & fine legis ceſſat eius diſpoſitio,
deſalute gre iuxta enim limites rationis legis debet re-
gis Domin. ſtringi, vel extendi lex, vnde illuſtris Iſa-
bella prima Regina Catholica permittebat
agitari Tauros, nempe cornuum cuſpidibus
præciſis; & nimia agitantium temeritate
coercita, tutiſque refugijs opportunè cõſti
tutis, & Gregorius XIII. moderans conſti-
tutionem Pij V. in Bulla ab eo edita anno
Domini milleſimo quingenteſimo ſeptua-
geſimo quinto, vigeſima quintadie Auguſti
abſtulit pœnas & cenſuras latas âPio V. con
traſeculares duabus conditionibus adhibi-
tis, vt in diebus feſtiuis Tauri minimè agi-
tentur. Et prouiſo per eos ad quos ſpectauit
quod exinde alicuius mors quoad fieri po
terit ſequi non poſsit in reliquis ab his quæ
h Alcocer de à Pio V. conſtituta ſunt nihil immutat. Vn
Lud. c. 55. p. de Alcocer in tractatu de Ludo h agitationẽ
96. & 67. Taurorum ad modum quo communiter in
circo vel foro agitantur damnabilem eſſe iu
dicat, non tamen ego abſolutè ad peccatum
ſSpecul. con mortale condemnarem, prout condemnaue
fe. l. 1. c. 74. runt Speculum i conſcientiæ & Couarru-
Cou. rem. d uias. Alij autem diuerſa via gradientes di-
iugad. p. 1. c. cũt non eſſe peccatum mortale; quod egoli
12. benter admitto prædicto moderamini adhi
bito, quo adhibito non eſt cur peccatũ mor-
tale talia ſpectacula eſſe iudicemus, ſi cenim
hac tam graui pœna & macula maiorẽ par-
tem Hiſpaniæ illaque aremus; & ſi eſſet pec
catũ mortale à Gregorio Decimo tertio, &
Sanctiſsimo Domino noſtro Clemẽte VIII
minimè eo adhibito moderamine concede
retur.

ARTICVLVS II.

Vtrum religioſis ſit licitum in his taurorum agitationibus intereſſe.

REſpõdeo dicẽdo, præ oculis habẽdũeſ
ſe clericis tã regularibus, quã ſecularib⁹
beneficia eccleſiaſtica obtinẽtibus, vel
in ſacris ordinibus conſtitutis prohibitum
eſſe ſub excommunicationis pœna Tauro-
rum agitationibus intereſſe, hocque non ſo
lum diebus feſtiuis, ſed quibuſcunque alijs
illi agitentur, prout ordinauit Pius V. quòd
Gregorius XIII. non ſuſtulit, nec modera-
tus eſt in prædictis perſonis, ſed tantum lai
cis, militibuſque quarũcunque militiarum
vt patet ex dictis in ſuperiori articulo. *At*
S. D. N. Clemens. VIII. abũdantius dictam
conſtitutionem Pij Quinti fuit moderatus
ait enim.

Nos conſiderantes pœnas omnes excommunicationis præſertim & anathematis ſalutares eſſe debere, quod eo conſilio adhibendà ſint, vt omnes illarum timore perterriti eas res, quæ prohibentur omnino euitent, & animaduertentes commemoratas cenſuras & pœnas parum in dictis Hiſpaniarum Regnis hactenus profeciſſe, atque hoc tempore non ſolum animabus non mederi, ſed plurimum obeſſe, quinimo materiam ſcandali pleriſque afferre. His ſane malis atque periculis prodebito paſtoralis officij quantum cum Domino poßumus occurrere cupientes Authoritate Apoſtolica tenore præſentium excommunicationis atque anathematis cæteraſque pœnas in dictis literis cõtentas quoad omnes in illis expreßas in Regnis Hiſpaniarum dũtaxat (monachis & fratribus mendicantibus cæteriſq; cuiuſcunq; ordinis & inſtituti regularibus exceptis) tollimus remouemus, & amouemus, eaſdẽ

que Pij prædeceſſoris literas ad terminos iuris communis, cui per præſentes non intendimus derogare, perpetuo reducimus ac reſtituimus, reductaſque & reſtitutas eſſe decernimus & declaramus non obſtantibus præmiſſis, nec non cæteris conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis alijſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem vt huiuſmodi Taurorum agitationes in eiſdem Hiſpaniarum Regnis feſtis diebus non fiant, & per eos ad quos ſpectant prouideatur ne indè alicuius mors quoad fieri poterit ſequatur: clericos vero ſeculares beneficia eccleſiaſtica obtinentes, vel in ſacris ordinibus ſeu in eccleſiaſtica dignitate conſtitutos indictis Hiſpaniarum Regnis exiſtentes per præſentes monemus & hortamur in Domino ne paterna ac noſtra & Sedis Apoſtolicæ benignitate abutantur, ſed memores muneris, & vocationis ſuæ eamque vtriuſque rationem habeant, vt nihil quod á propria dignitate, & à ſua caterorumque ſalute alienum exiſtimatur vllo vnquam loco admiſiſſe arguantur. Datum Romæ apud Diuũ Petrũ ſub annulo piſcatoris die decimo tertio Ianuarij, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto, P. noſtri anno IIII. locus annuli piſcatoris.

M. Veſtrius Barbianus.

Ex hac conſtitutione notandum eſt, primo quod in his Hiſpaniarum partibus iam ſublatę ſunt cenſurę quę in dicta conſtitutione Pij Quinti appoſitæ erant contra principes & rectores, qui in ſuis ciuitatibus & oppidis permittũt huiuſmodi agitationes taurorum fieri, contra quos excommunicatio latæ ſententiæ in dicta cõſtitutione erat propoſita.

Secundo eſt notandum, quod excommunicatio cõminatoria quæ aduerſus eccleſiaſticos apponitur in conſtitutione Pij Quinti tollitur à ſanctiſsimo domino noſtro Clemente VIII. ita quod clerici ſeculares beneficia eccleſiaſtica obtinentes, vel in ſacris ordinibus conſtituti his beſtiarum ſpectaculis intereſſentes non incurrunt in dictam cõminatoriam excommunicationem, ſed tantum ipſi admonentur in Domino, ne talibus cum beſtijs congreſsibus à charitate & pietate Chriſtiana tam alienis aſsiſtant, indecens enim eſt vt illi, qui Chriſtum Dominum manſuetiſsimum Agnum repręſentãt proprijs oculis hæc cruenta turpiaque dæmonũ & non hominum ſpectacula videndo approbent, quod ex dicendis infra patebit latius.

Tertio notandum eſt ex eademmet conſtitutione, quòd S. D. N. non ſolum ſuſtulit cenſuram excõmunicationis, ſed etiam pœnas, reducens prohibitionem in ea contentam ad terminos iuris communis & ſacrorum canonum. Vnde cum Pius V. in ſua conſtitutione pœna priuationis ſepulturæ feriret milites cæteraſque alias perſonas qui cum Tauris alijſque beſtijs in præfatis ſpectaculis, tam pedeſtres, quam equeſtres congredi auderent, & ibi mortui fuerint, videndũ eſt q̃ ſecundum ius commune ipſi taliter decedentes eccleſiaſtica ſepultura priuentur, ſi enim hac pœna per Pium V. ſolum plectuntur, ſine dubio per ſanctiſsimum dominum noſtrum eſt ſublata, ſi vero iure antiquo canonico ipſis etiam imponebatur eandem in ſuo robore manere concedere neceſſe eſt. Pro quo eſt notandum quibuſdam placuiſſe priuationem ſepulturæ eccleſiaſticæ morientibus in prædictis congreſſibus eſſe imponẽdã, eanempè rationequod torneamenta iure canonico *a* prohibentur, quia inde mortes hominum & animarum pericula ſæpè proueniunt, adeo, vt qui in eis moritur quamuis confeſſus & ſacra communióne munitus decedat, non ſit in ſacro loco ſepeliendus, & agitatio Taurorum ſimilis videtur torneamentis, cum in ea, vt plurimum occiſiones & magna vulnera cõtingant, & vbi eſt eadem ratio eadem debet eſſe diſpoſitio, vt dicitur in iure. *b* At aliquibus Doctoribus contrarium videtur, quoſequitur Alcocer, *c* quòd, ſcilicet, diſpoſita in torneamentis ad agitationem Taurorum minime extenduntur, & quod virtute iuris

a c.1.&2. de torneame.

b li. illud ff adle. Aquil.

c Alcocer in tract. de Lu. c. 53. cõcl. 5. da. 298.

cano-

canonici priuantis mortuos in torneamentis eccleſiaſtica ſepultura non priuantur in talibus Taurorum congreſsibus mortui. Cõcilium enim Lateranenſe præfatam pœnam morientibus in ſanguinolentis torneamentis infligit, & cum ſit lex pœnalis non debet extendi ad omnes Ludos, in quibus idemmet periculum mortis imminet. Cum igitur iure canonico antiquo prædicta pœna morientes in agitatione Taurorum minime plectantur, ſed ſolum à Pio V. in dicta extrauaganti fuerit appoſita euidenter concluditur eam à S. D. N. Clemente VIII. eſſe in ſua conſtitutione ſublatam.

Quarto notandum eſt, quòd Pij V. conſtitutio quantum ad regulares in ſua virtute manet etiam hodie, prout conſtat ex præfata conſtitutione S. D. N. Clementis VIII. ibi, *monachis & fratribus Mendicantibus cæteriſque cuiuſcunque ordinis, & inſtituti regularibus exceptis*. Vnde videndum eſt an regulares peccent mortaliter in his ſpectaculis taurorum aſsiſtentes non ſolum ſi in diebus feſtiuis, ſed etiam ſi in alijs quibuſcunque diebus tauri agitẽtur. Ad quod dubium reſpondeo regulares etiam ſecluſo ſcandalo ibi aſsiſtentes mortaliter peccare. Prout tenet Gutierrez *d* hanc partem optimis rationibus defendens. Quarum prima eſt, quia lex humana iuſta & de re graui aliquid ſtatuẽs obligat illius trãſgreſſorem in foro conſcientiæ ad culpam mortalem, aut venialem iuxta variam legiſlatoris voluntatem, quæ ex varijs ipſius legis verbis conijci poteſt, & non aliunde niſi forte ipſemet legislator poſſet de hac re conſuli & ſua voce exprimere voluntatem iuxta doctrinam D. Thomæ communiter receptam à Theologis, & à Canoniſtis, ſecundum Nauarrum, & probat latiſsimè Alfonſus à Caſtro, ſupradicta autem conſtitutio prohibens religioſos intereſſe taurorum agitationi eſt iuſta, bonos mores concernens & pro re graui, vt conſtat ex proœmio ipſiuſmet conſtitutionis.

Secundo probatur, quoniã intentio legiſlatoris eccleſiaſtici vtentis in ſua conſtitutione verbo preceptiuo, aut prohibitiuo eſt obligare ad mortalem culpam tranſgreſſorem, niſi per aliquod ſignum vel verbum exprimatur, aut ſignificetur contrarium, vtte net communis opinio relata à Caſtro *f* & Nauarro, ſed dicta conſtitutio Pij V. vtitur in hoc verbis præceptiuis, aut prohibitiuis, vt conſtat ex ea ibi, *prohibemus, & interdicimus* & ibi, *& ſimiliter prohibemus*, neque eſt verbum in ea contrarium ſignificans, imo ſũt verba clarius demonſtrantia obligari trã ſgreſſores ad mortale, prout ſtatim dicetur.

Confirmatur ſupradicta opinio ex eo, quod eiſdem clericis ſub excommunicationis pœna prohibetur in præfata conſtitutione Pij V. ne eiſdem ſpectaculis interſint cum nulla excommunicatio maior ſit infligenda, niſi pro mortali, ſicut docuerũt Theologi præcipuè D. Thomas, & dicit communem plures referens Couarruuias, ergo cum ſummus Pontifex imponat pœnam ex communicationis religioſis prædictis ſpectaculis intereſſentibus, cõſequitur manifeſtiſsimè eius mentis atque intentionis eſſe vt contrauenientes religioſi culpam mortalem incurrant, præmaxime, quia quoties ſuperior motus aliqua iuſta cauſa aliquid præcipit, vel prohibet faciendum, licet illud in ſe ante præceptum non ſit culpa mortalis, vel venialis, attamen aliqua rationabili cauſa motus id præcepit vel prohibuit ſub pœna excommunicationis, tunc & ſi excommunicatio non cadat ſub culpa antepræceptum mortale, attamen cum iam facta ſit materia præcepti eo ipſo fit materia neceſſaria alicuius virtutis, cùm antea nõ eſſet, & ideo cõtrauenies ex inobedientia peccabit mortaliter: Ne autem licentiare maneret in tam graui re alicuius dubitationis ſciendum eſt hãc ſententiam eſſe approbatam à Sixto Quinto breui quodam directo illuſtriſsimo prælato Domino Hieronymo Manrique Salmanticẽſi electo in Epiſcopum Cordubenſem, cuius tenor ſequitur.

Venerabili fratri Epiſcopo Salmãtic. Sixtus Papa V. venerabilis frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Nuper ſi quidem ad noſtram notitiam peruenit, quod alias poſtquam fœlic. recordat. Pius Papa V. prædeceſſor noſter ſua perpetuo valitura conſtitutione ſpectacula, & ludos Taurorum prohibuerit, ac tam laicis quam clericis ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus, ne eiſdem

dGutie. li. 1. de quæſtio. Can. c. 7. n. 20 cumſeq.

e D. Tho. 2. 2. q. 96. ar. 5. Canon. inc. 1. deconſt. Nau. in ma. c. 23. n. 48. Caſtro lib. 1 de poteſ. le. pœnal. ca. 4 per totum.

fCaſtro, vbi ſup. c. 5. Nauar. vbi ſup. num. 51.

gD. Tho. in 4. d. 18. q. 2. ad. 3. quæſt. Coua. in c. alma mater. 1. p. §. 9. n. 1.

eiſdem ſpectaculis, & ludis intereſſent ſub certis inibi contentis pœnis interdixerit, & deinde piæ memoriæ Gregorius Papa Decimustertius etiam prædeceſſor noſter per quaſdam ſuas deſuper confectas literas prædictam conſtitutionem, & pœnas in ea contentas, clericos tam ſeculares, quam regulares non tamen laicos & milites quorumcumque militiarum ſacris ordinibus non initiatos comprehendere, declarauerat, prout in conſtitutione, ac literis prædictis plenius continetur, nonnulli vniuerſitatis ſtudij generalis Salmanticenſis præceptores, tum ſacræ Theologiæ, tum iuris ciuilis profeſſores non ſolum agitationibus Taurorum, & ſpectaculis prædictis ſe oſtentare non verentur, ſed etiam clericos in ſacris ordinibus conſtitutos dum agitationibus & ſpectaculis prædictis contra prædictam conſtitutionem interſunt, nullum reatum committere, ſed licet illis adeſſe poſſe aſſeruni, atque publice in ſuis lectionibus docēt, vnde multi tuæ diœceſis clerici contra conſtitutionem & literas prædictas licet à te ſuper illarum obſeruatione etiam propoſitis edictis requiſiti, atque coacti fuerint eiſdem ludis intereſſe non deſiſtunt. Nos vt Romanorum Pontificum præcepta, prout decet inuiolabiliter obſeruentur prouidere volentes fraternitati tuæ etiam tamquam noſtro & Sedis Apoſtolicæ delegato liberam facultatem atque authoritatem tribuimus, vt tam prædicti præceptores ne aliquid contra conſtitutionem, & literas prædictas docere ſeu aſſerere, quam quoſcunque clericos in eiuſdem Gregorij prædeceſſoris literis comprehenſos, ludis, ſeu agitationibus, ac ſpectaculis prædictis aliquomodo intereſſe audeant, ſeu præſumant Apoſtolica authoritate monendi ac illis præcipiendi atque mandādi, necnon contra inobedientes cuiuſcūq; qualitatis fuerint ipſis prius etiam per edictum publicum, conſtito ſummariè & extra iudicialiter de non tuto acceſſu citatis, ac vt pareant ſub cenſuris Eccleſiaſticis etiam pecuniarijs pœnis moderandis, & applicandis requiſitis ad incurſus cenſurarum, & pœnarum huiuſmodi declarationem, & executionem, omnibus & quibuſcunque neceſſarijs, & opportunis tibi viſis remedijs procedendi, & quidquid decreueris & mandaueris exequendi, ac totali executioni vſque ad omnimodam paritionem demandandi, omni & quacunque appellatione ac recurſu, & reclamatione poſtpoſitis. Inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis &c. Datum Romæ die vigeſima quarta Aprilis, anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto Pontificatus noſtri anno primo.

Quæ bulla fuit à prædicto præſule Salmanticenſi publicata per ſuum particularem edictum decima ſeptima menſis Iunij eiuſdem anni.

Ex quo breui colligitur regulares clericos intereſſentes huiuſmodi ſpectaculis etiã ſine ſcandalo mortaliter peccare, cum clericos ſeculares non intanto perfectionis ſtatu conſtitutos peccare mortaliter præſupponat dicta Sixti V. declaratio. At quia etiam poſt huius declarationis datam audiui ab aliquibus minimè clericos ſeculares & regulares

gulares mortaliter peccare agitationi Taurorum cauſa recreationis intereſſendo nullo dato ſcandalo, ideo eorum rationes in medium adducere decreui, vt eis reſpondeam & ex reſponſione veritas noſtræ ſententiæ clarius eluſceſcat quo ad regulares,

Et fundamentum prædictorum eſt quod ſcilicet, agitatio Taurorum ex ſua natura non eſt ita criminoſa & grauis, vt regulares ipſi intereſſentes non inſolenter neque nimis licentioſe, & ſine ſcandalo, nec gaudentes neque lætantes de damnis ibi contingentibus culpæ mortali obnoxios eſſe iudicemus. Cuiargumento reſpondetur, quòdqui hæc dicunt Pium V condemnant, qui hæc ſpectacula à pietate, & Charitate Chriſtiana aliena eſſe affirmat, & per conſequens ex ſua natura rem, quæ in ipſis ſpectaculis intuetur grauem & criminoſam eſſe clare ſentit & certe non habent ipſi ſpiritum illuſtriſsimi illius præſulis Bernardi *h* Diaz de Lugo, qui motu ſolito doctè luculenter & pie ante motum proprium Pij V. probauit illicitum eſſe religioſis & clericis talibus ſpectaculis intereſſe. Quod ex ſequentibus probat, *i* Lactantius enim Firmianus ait vitanda eſſe ſpectacula omnia non ſolum nequid vitiorum pectoribus inſideat, quæ ſe data & pacifica eſſe debẽt, ſed nec cuiuſuis nos voluptatis conſuetudo detineat, & à Deo, atque à bonis operibus auertat. Quis inquam ambigere poteſt, quam indecẽs ſit eccleſiarum obſequijs mancipatos viros illis delectari, vnde meritò miniſtris altaris, atque quibuſlibet clericis prohibitum fuit in Concilio K Laodicenſi ſpectaculis aliquibus, quæ in nuptijs aut in ſcænis exhibentur intereſſe & ſancitum fuit eos debere fugere & abire de conuiuio antequam themelici ingrediantur, vbi quoque non debeant ſpectaculis intereſſe, ſcripſit *l* Iſidorus, & quod etiam publica ſpectacula illis inhibeantur mandatum fuit in Concilio Agatenſi. *m* Iuſuper in antiqua illa & fœlici eccleſiæ ætate non ſolum Pontifices maximi & cæteri prælati eorum coadiutores, ſed etiam Imperatores ipſi quantum vis vniuerſi ferè orbis regimine præditi clericorum & religioſorum honeſtati atque ſuorũ morum reformationi vacarunt non ignari quidem quantum officiat ſi ſacerdotibus & reliquis in reliquum vulgus exempli mali virus efflatur, adeoque huiuſce honeſtatis erant ſoliciti vt plura clericis omnibus interdicerent, quæ infœlici hac tempeſtate noſtra fœuiſsima fore videntur. Cuius rei exemplum eſt, quòd Iuſtinianus *n* Imperator, non ſolũ Epiſcopis, ſed etiã presbyteris diaconibus ſubdiaconibus, & lectoribus atque omnibus alijs cuiuslibet venerandi col legij ad quodlibet ſpectaculorum ſpectandi gratia venire prohibuit in hoc vero delinquentes, vt tribus annis à venerabili miniſterio prohiberentur, & in monaſterio redigerentur ſtatim, quæ quidem pœna & ſi vti ab Imperatore inflicta videatur clericis & religioſis non imponenda monere tamen debet prælatos omnes tam eccleſiaſticos, quã regulares, vt ſimilia clericis & monachis prohibeant, ac contemptores pœna digna caſtigent. Vnde ait Cardinalis *o* quod clerici & monachi non debent intereſſe ludis oſtentationibus duellis executionibus damnatorum ad mortem clandeſtinis matrimonijs, & alijs voluptuoſis ſeu inhumanis actibus laicorum. Et ſentiens rem indignam viſu reſpectu prælatorum eccleſiaſticorum lex *p* quædam partitæ diſpoſuit, *Que los prelados no deuen yr â ver los juegos aſsi como alancear, o bohordar, ó lidiar los toros, o otras beſtias brauas ni yr à ver los que lidian*, ſuper quem locum Gregorius Lopez hanc partem optimè ſuo claro ingenio proſequitur. De quo alia in articulo finali adducemus.

Aduertendum tamen, quòd ante prædictam conſtitutionem Pij V. non erat peccatum mortale religioſos agitationi taurorum intereſſe, dummodo de damnis ibi contingentibus non gauderent cum nullo expreſſo præcepto illis eſſet prohibitum in ſpeciali, ſolum enim aiebat Bernardus Diaz *q* de Lugo honeſtum & æquum eſſe, vt hoc ſynodali decreto per omnes diœceſes clericis prohiberetur pœna condigna contra facientibus impoſita. Vnde ſolum peccabunt mortaliter virtute dictæ conſtitutionis religioſi illi, quibus hoc in ea eſt vetitum. Cõſtat autem prohibitionem ſolum clericis regularibus eſſe impoſitam, prout aiebat Pius V. in ſua conſtitutione, & ſic virtute eius, illiqui non ſunt clerici regulares videndo prædicta ſpectacula mortaliter non peccabunt, regulares autem clerici ſunt qui ordinibus maioribus aut minoribus ſunt initiati, vt patet ex iure. *r* Dixi virtute conſtitutionis Pij

Quinti:

h Bernardi, Dias in ſua pract. crim. c. 66 fo. 170

i Lactan. l. 6 diuin. inſti. ca. 20. in fi.

K Cõc Lao de. can. 54.

l c. his igitur 23. d.

m Cõc. Agatenſ. can. 39 c. presbyte. 34. diſt.

n Authe. de ſanctiſsimis epiſco. § in terdicimus. collat. 9.

o Clem. ne in agros 5. porro co. 2. deſtat. mo-

pl. 57. tit. 5 par. 1.

q Lugo vbi ſup.

r c. cleric. d. 21.

Quinti: nam virtute conſtitutionis Clementis VIII. monachi & regulares etiam ſi non ſint clerici à talibus ſpectaculis præcipiuntur abſtinere, vt patet ex verbis ipſius ibi, *monachis & fratribus mendicantibus, cæteriſque cuiuſcunque ordinis & inſtituti regularibus exceptis.* Quibus verbis generalibus voluit Summus Pontifex omnes regulares etiam ſi non ſint aliquibus ordinibus initiati ſub dicta prohibitione comprehendi, ſi enim tantum vellet Sūmus Pontifex clericos regulares cōprehēdere, id vtique minimè ſubticeret, & etiā ſi Clemens VIII. id nō ita generaliter decideret ego ſemper in ea fui opinione, vt putarē omnibus regularibus etiam ordinibus non initiatis videre in conſpectu eorū quiſciunt regularib' hoc eſſe prohibitū ſpectaculatau rorū mortifere eſſe illicitum rationeſcandali, quod in animabus videntiū eos in prædictis ſpectaculis ingereretur, cū enim ſciant regularibus id eſſe prohibitum, ſine vllo diſcrimine perſonarum facto iudicarent quemquam religioſum in agitatione taurorum præſentem apoſtolicarum ſanctionum eſſe tranſgreſſorem, & de eo vt de contemptore apoſtolici præcepti murmurarēt, quod probo ex contrariæ partis aſſertoribus, qui ratione ſcandali poſſe regulares in hoc mortaliter peccare affirmant.

ARTICVLVS III.

Vtrum canonici regulares poſſint hodie ſicut clerici in Hiſpanijs agitationi taurorum intereſſe.

REſpondeo dicendo, quòd prout patet ex conſtitutione S. D. N. Clementis VIII. cuius tenorem retulimus in articulo ſuperiori monachis & religioſis tantū eſt prohibitum præfatis ſpectaculis intereſſe, & cum hæc ſit lex pœnalis & per conſequens odioſa non debet vltra caſum in quo loquitur extendi ad canonicos regulares cū ſecundum Panormitanum *a* in pœnalibus & exorbitantibus appellatione monachi canonicus regularis non veniat. Quòd confirmatur: nàm canonici regulares quatenus ſunt tales ſunt clerici, vt tradit D. *b* Thomas & probat ex eo quod regulam, quam vouent appellatur regula clericorum, vt videre eſt apud D. Auguſtinum, & ita appellat eam Gratianus, *c* & diffinit Pius Quartus quadā ſententia diffinitiua data in iudicio contradictorio & executioni mandata ſuper præcedentia canonicorum regularium & monachorum, cuius tenorem refert *d* Nauarrus, at monachi, quatenus tales non ſunt clerici argumento aliquorum decretorum *e* & ſic videmus, quòd pro longè diuerſis nominantur in rubrica de ſtatu monachorum & canonicorum regularium, cum igitur lex *f* pœnalis non debeat extendi vltra proprium caſum, videtur hæc lex de monachis agens ad canonicos regulares minime extendenda.

At pro contraria parte facit, nam quando eſt eadem ratio de canonico regulari & monacho ſecundum ius antiquum reperiuntur exæquati & fit extenſio, etiam exorbitantium & pœnalium, vt notatur in iure *g* & tradit Dominicus, vnde decretum *h* quod vetat monachis poſtulare comprehendit etiam canonicos regulares, vt dicitur in *i* iure, & tenet Iaſon K dicens, quòd licet differant monachi & canonici regulares, tamē diſpoſitio loquens de monachis habet locū in canonicis regularibus. Quòd confirmatur extraditis à Nauarro, *l* qui defendit canonicum regularem non poſſe eſſe patrinū, iuxta ſententiā Panormitanim communiter receptam, quatenus dicit leges diſponentes de monachis habere locum in canonicis regularibus, quando leges illę fundantur in religione, & non continent aliqua verba quibus ſignificant nolle includere canonicos. Et prohibitio præfatæ conſtitutionis fundatur in religione cum ſecundum ſacros canones alienum ſit à religione ſimilibus ſpectaculis religionis alumnos intereſſe, nec prædicta conſtitutio continet aliqua verba, quibus ſignificetur nolle Summum Pontificem includere canonicos regulares, imo cōtinentur verba, in quibus id expreſsè videtur includi, vt patet ex verbis eius ibi, *cæteriſque cuiuſcunque ordinis & inſtituti regularibus*, & canonici regulares ſunt inſtituti à ſede apoſtolica approbati canonicè profeſſores, prout reſoluit Nauarrus, *n* Et ſic ait idemmet Nauarrus, *o* quòd canonici regulares introducentes, aut admittentes mulieres in eorum monaſteria incidunt in pœnas extra uagantis Pij V. prohibentis religioſis, ne mulieres in ipſa monaſteria admittere, aut introducere præſumant, ex cuius reſolutione con-

aPano. in c. quod Deitimorem. n 2 de ſtat. monac.

bD. Th. 2.2 q. 189. ar. 8. ad. 2

c86. d'c. quādo.

dNauarr. in c. ſtatuimus 19. q. 3.

cc. alia. c. ſi. cupiſc. legi. 16. q. 1.

fc. pœnæ de. præni. d. 1. l. interpretat. ff. de pœnis

gDominic. m. c. 1. de tēpor. ordi. in 6 fallent.

hc. monac. 2. 16. q. 1.

i c. 2. de poſtulat. prælat.

k Iaſon. in Aut. ingreſſi col. 4. v. ca pio glo. 1 de ſacro ſanct' eccle.

l Naua. li 3. conſi. ait de ſtat. monr. conſi. 5.

m Panor. in d. c. 12.

aNau. in ca. non dicatis. num. 12.

oNau. lib. 3 cōſi. ti. de regu. conſi. 68 pa. 267. n. 3

nec conſtat, leges etiam pœnales & exorbitantes loquentes de religioſis ad canonicos regulares extendi, & per hoc reſponde tur ad rationem dubitandi in principio pro poſitam.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm milites profeſſi in ordinibus militaribus poſſint intereſſe taurorum agitationi.

REſpondeo dicendo, videri eos minimè talibus ſpectaculis poſſe aſsiſtere, cùm à S.D.N. Clemente VIII. cuiuſcunq; inſtituti regularibus hoc expreſſe prohibea tur, & præfati milites ſunt regulæ approbatæ à ſede apoſtolica regulares prout latè diximus & probauimus in primo a tomo. At contrarium eſt aſſerendũ: licèt enim huiuſmodi milites ſint regulares non tamẽ inbul lis & breuibus apoſtolicis nomine regulariũ abſolutè prolato veniunt, & ideo in ſeeom nibus diſpoſitionibus de regularibus verba faciẽtibus, quando fit extenſio ad religioſos militiarum additur, *etiam militiarum* : tùm etiam quiâ Gregorius XIII. moderando conſtitutionem Pij V. ordinauit vt laici, & milites quarumcunquè militiarum poſsint agitationi taurorum intereſſe, quando diebus non feſtiuis cum debita cautela in circo vel foro agitãtur. Quòd ſi vellet Clemẽs VIII. quoad dictos milites reuocare, id expreſſe diceret. Dubiũ tamen eſt vtrũ profeſſos in dictis ordinibus ordine ſacro inſigni tos voluerit in dictis verbis S.D.N. Clemẽs VIII. comprehendere, ita vt non poſsint præfatis ſpectaculis intereſſe. Et reſpondetur, quòd ſic, cùm hi etiam à Doctoribus tenentibus præfatos milites non eſſe vere religioſos, religioſi dicantur & affirmentur, vt probatum eſt in ſuperioribus, *b* & S. D. N. voluit, vt omnes religioſi à ſua indulgentia ſint excepti, & iuxta conſtitutionem Pij V. & Gregorij XIII. per conſequens non aſsiſtere huiuſmodi ſpectaculis eſſe obligatos, & hoc confirmatur ex conſtitutione Gregorij Decimi tertij, in qua ſolum laicis & militibus quarumcunq; è militiarum & clericis earum hoc non permiſit.

a tom. q ar. 6.

b Sup.

ARTICVLVS V.

Vtrùm regularis poſsit aſsiſtere taurorum agitationibus non vt eos videat oculatim, ſed à feneſtra abſtractus audit rumores, clamores & vociferationes, illic enim ſe contulit, vt poſt dictam agitationem videat alia ſpectacula, vel ludos, vel quia noluit remanere ſolus domi.

REſpõdeo dicẽdo, quòd poſſunt aſsiſtere neque peccant mortaliter prædicto modo aſsiſtendo. Quòd probatur ex mente prædictarum conſtitutionum, quæ prohibet aſsiſtentiam præfatam, quia inde cens eſt, vt homines ſacrati talia ſpectacula proprijs videant oculis: regularis autem in hoc caſu proprijs oculis nõ vidit: & vbi ceſſat ratio legis ceſſat etiam eius diſpoſitio, vt colligitur ex multis iuribus *a*

Nec obſtant verba dictarum conſtitutionum ibi, *ne eiſdem ſpectaculis interſint*, nàm reſpondetur, quod quandocunquè de mente legis conſtat ſuadente contrarium verbis legis licèt recedere ab ipſis verbis mẽtẽ ſeruando, vt dicitur in varijs iuribus *b* & tradit latiſsimè Baldus dicens, quòd non ſolũ debemus recedere à verbis legis & ſeruare eius mentem vbi mens eſt expreſſa, ſed etiã vbi mens & ratio non eſt expreſſa,

Nec minus obſtat ſi inſtando dicas: ergo, qui per anguſtiſsimos cancellos oculriſsimè viderit dictam agitationem tauror ũ pœnæ non erit reus cum non ſequatur dedecus neque inhoneſtas habitus regularis, & ſic ceſſare videatur ratio legis, nàm reſpondetur non ceſſare rationem legis quamuis ceſſet in ſpeciali, prout reſoluit Tiraquelus, *c* & ideo tranſgreſſor erit canonis, quia agitationem vidit quamuis occultè, & confirmatur: nàm omnia iura prohibentia intereſſentiam in dictis ſpectaculis loquuntur de præſentia & aſsiſtentia corporali & morali in qua ſenſus & auditus & viſus ſuum officium faciunt, argumẽto aliquorum iurium *d* & ita videtur ſentire Abbas. Dixi morali: nàm ſi ibi non fuerit aſsiſtentia moralis non peccat mortaliter religioſus aſsiſtens, velùt, ſi in ſua domo exiſtens videat tauros agitari magis nolens quam volens, quia non poteſt non videre aliquando, licèt aliquibus vicibus oculos à tali ſpectaculo auertat, quòd probatur à ſimili: nàm licèt Doctor legum leges

a l. adigere. §. quamus ff. de deiur. patronat. l. miles. ff. de milit. teſta: bl. credẽdũ in initio. ff. qui petere tuto. po. l. ſcire oportet. §. aliud ff. de excuſa. tuto. vbi Bal. & in l. ſiquis ſeru. C. de furt.

c Tiraq. in trac. ceſſante cauſa 1. p. n. 132.

d. presby. 34 d. §. int. dicimus in Aut. de ſanct. Epiſc. colla. 9. Abbas in conſententiam, ne clerici vel mona. li. 6.

leges in scholis permittens religiosum in sua lectura sit excommunicatus, vt est cautum in iure, e si religiosus tamen habeat domum iuxta scholam Doctoris & ex domo propria audiat lecturam non propter hoc erit Doctor excommunicatus, iã enim inhiberi non potest quin stet in propria domo & hãc opinionem tenet Gutierrez. f

e. vt pericula ca. ne cle. vel monac. lib 6.
f Gutie. li. 1. qq. can. c 7. n. 42. & 43. in 1. impres.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm licitum sit religiosis in spectaculis decedere & in ludis.

RESpondeo dicendo, hos ludos & repręsentationes & spectacula à multis gẽtilium fuisse abominata, prout refert Cælius a Rhodig. & Alexander ab Alexandro. Et D. b Augustinus & D. Chrysostom' & Lactantius reprehendunt, ait enim Lactantius Histrionum impuditissimi mot' quid aliud nisi libidines docent, & instigãt? Quid de mimis loquar corruptelarum præferentibus disciplinam? Qui docent adulteria, dum fingũt & simulatis erudiunt adverã? Quid iuuenes, aut virgines faciant, cùm & fieri sine pudore, & spectari libenter ab omnibus cernunt? Admonẽtur vtiquè quid facere possunt, & inflammãtur libidine in quo aspectu maximè concitantur. Hæc Lactantius. Aristoteles. e etiã hæc spectacula reprobauit. Et Seneca, d ait, nihil tam moribus alienum, quam in spectaculo desidere. Qua ratione Imperatores e Dioclecianus, & Maximianus laudarunt quendam gubernatorem, qui illud quod in his spectaculis erat consumendum in reficiendis muris expẽderunt. Et è contrario, prout refert Volaterranus f fuit Pompeius reprehensus publicè eo quod excessiuos sumptus in theatris ad hos ludos effundebat, deniq; doctissimè frater Petrus de g Ribadeneyra vsum comędiarum reprobauit dicens ipsas publicorum peccatorum esse scholas.

a Cæli. li. 8. antiq. lectica. 7 Ale. ab Ale. li. 6. genial. dier. c. 6. f. 263.
b D. Augu. apud Rhodig. in d. loco & D. Chr. in Mathę. homil. 38. Lact. li 6 cap 20.
c Arist. li. 7. po. c. 5. d Seuer.
e l. vn. C. de expẽsi. ludo lib. 11.
f Volaterra. com. Vrbano li. c. 29.
g Ribaden. in li. de tri

Verùm tamen est, quòd Græci & Romani hæc spectacula & comædiarum & ludorum repręsentationes permiserunt, & loquens de eis, ait Angelicus Doctor D. Thomas, h quòd in rigore sunt indifferentes, & ait quod ludus est necessarius ad cõuersationem humanæ vitæ. Ad omnia autem quæ sunt vtilia conuersationi humanæ deputari possunt aliqua officia licita. Et ideo etiam officium histrionũ quod ordinatur ad solatium hominibus exhenbidum, non est secundum se illicitum, nequè sunt in statu peccati dummodo moderatè ludo vtãtur, id est non vtendo aliquibus illicitis verbis vel factis ad ludum & non adhibendo ludum negotijs & temporibus indebitis. Hæc Diuus Thomas, quem sequitur pater Marcus Antonius de Camos. i Qui piè sentit hos histriones comędias ad diuinum, vt dicitur repræsentare minimè debere, tùm propter earum indignitatẽ, tũ etiã propter audientiũ indeuotã dispositionẽ, tùm etiã, quia in talibus repræsentationibus aliqua profana intermiscent, quæ cum diuinis admisceri indecens omnino est.

h D. Tho. 2. 2. q. 268. in sol. ad 3.
i Camos in micto. 1. p. dial. 12. pag. 149. colu 2. & sequenti.

Ex dictis infertur rectè in aliquibus religionibus sub grauibus pœnis statui, ne religiosi spectaculis & ludis & repræsentationibus assistant: imperatores enim Theodosius k & Valentinianus statuerunt in hunc modum. Quotempore cõmemoratio Christi passionis totius Christianitatis magistra à cunctis iure celebratur omni theatrorum voluptate per vniuersas vrbes earũdem populis denegata vt totæ Christianorũ ac fidelium mentes Dei cultibus occupentur, aliud enim est supplicationum tempus, aliud voluptatis. Vndè santissimè quidam Archiepiscopus tempore iubilei Tauros agitari prohibuit, & quod tẽpore sacro iustissimè fieri prohibetur ab hominibus videri & audiri etiam caueri dignum & iustum debet cẽseri,

k lib. 13. ti. 5. C. Theos

QVÆSTIO LXIX.

De testamentis in duodecim articulos diuisa.

Circa quam quæruntur duodecim.

1 *QVID & quotuplex sit testamentum*

2 *Vtrum religiosi possint facere testamentum.*

3 *Vtrum religiosus professus possit de licentia sui prælati irritare aut alterare testamentum ab eo ante professionem factum.*

4 *Vtrum monachus factus Episcopus possit sine dispensatione condere testamentum de bonis acquisitis sine intuitu Ecclesiæ.*

5 *Vtrum facultas testandi data à Papa monachofa*

cho facto Epiſcopo intelligatur pro prima vice.

6 *Vtrum licentia data Epiſcopis qui fuerunt monachi extinguatur morte Papæ concedentis re integra.*

7 *Vtrum profeſsi in ordinibus militaribus poſſint teſtari.*

8 *Vtrum oblati regulares poſsint teſtari.*

9 *An ſi pater monaſterium ingrediatur & profeſsus ſit nunquid aliquem ex filijs ſuis melio rare poſsit in tertia & quinta bonorum parte vel de illis maioratum facere.*

10 *Vtrum valeat teſtamentum in quo inſtitui tur frater minor obſeruantiæ.*

11 *Vtrum per profeſsionem teſtamentum ante ingreſsum religionis factum rumpatur.*

12 Vtrum inteſtamentis poſsint teſtes deponere de verbis teſtatoris.

ARTICVLVS I,

Quid & quotuplex ſit teſtamentum.

aPan. in ru. de teſt.

RESpondeo dicendo, quod teſtamentum ſecundum Panormitanum *a* eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo quod quis vult poſt mortem fieri cum hæredis inſtitutione, prout in iure *b* eſt definitum. Dixi iuſta ſententia, quia ſi eſt iniuſta, putà, quia vult quis exhæredare filium ſine cauſa non eſt ſeruanda, vt dicitur in iure. *c* Dixi cum hæredis inſtitutione, quia aliter non erit teſtamentum, vt eſt in iure *d* deciſum. Et ſic teſtamentum non comprehendit codicillum, ſed ab eo differt, quia in eo codicillo dari non poteſt hæreditas, vel e adimi: non comprehendit etiam donationem cauſa mortis, quæ eſt quaſi quædam vltima voluntas. Non refert autem quibus verbis fiat teſtamentum, vel hæredis inſtitutio, ſiue dicatur, Petrum hæredem inſtituo ſiue voluntatem meam eius diſpoſitioni cõmitto, vt dicitur in iure. *f* Nec curandum eſt de verbis teſtatoris, modo talia ſint per quæ de voluntate eius conſtet, vt in quadam lege *g* dicitur. Et quoddam dicitur teſtamentum nuncupatiuum & ſine ſcriptis, & eſt illud in quo teſtatoris, & hæredis & legatariorum nomina & omnia in eo contenta coram teſtibus manifeſtantur, de quo in iure *h* fit mentio, quoddam vero dicitur in ſcriptis, quod poteſt quis facere, quando non vult quod teſtes, vel aliquis ſciat ſuam diſpoſitionem, quod teſtamentum multa de ſubſtantia requirit, de quibus Doctores *i* communiter agunt.

cl. 1. iuncta glo. ff. de teſtam. c 13. q. 2 c. ſi quis.

d §. ant. hæredi. inſtitutionẽ inſt. de teſtam. e §. codi. de inſt. & codicil. l. 2. & l. ſi idem C. de codic.

f ca. cum tu. extr. d e teſtam. g l. ſi. C. de teſtam.

In præſentiarum autem nolui ſilentio præterire teſtamentum Virginis Mariæ Matris Dei, quod refert Niceforus K Caliſtus, in hæc verba.

Et tempus mortis inſtabat cum in Sion ſuper humiliori electo reponitur, & aderat Ioannes, qui domui ſuæ fauerat, & præter eaquidquid Hieroſolymis erat fœminarum celebrior, vel amoris neceſsitudine, vel generis propinquitate ei coniunctæ eſſent tum Virgini diſcipulo & itidem alijs ipſa Virgo præcepit vt duas eius tunicas vicinis viduis, quæ præter cæteras propenſiore erga eam amore ac pietate fuiſſent, donent. Sub hæc vis lacrimarum ingens ex oculis omnium profluitur orbitatem ſuam migratione ipſius complorantium.

Ita etiam refert *Burſatus.l*

h l. hac conſultiſsima. C. de teſta. §. ſi inſt. eo.

i DD. inl. ſi bemus & in l. hac conſultiſsima. C. de teſta. K Nicefor. in hiſtor. eccle. li. 2. ca. 21

l Burſat. l. 3. conſi. 226. n. 37.

ARTICVLVS II,

Vtrum religioſi poſsint facere teſtamentum.

RESpondeo dicendo, omnes religioſos etiam prælatos eſſe iure *a* prohibitos ne poſsint teſtamentum condere poſt profeſsionem. Dubitauerunt tamen plures authores, an Summus Pontifex poſsit religioſis profeſsis facultatem teſtandi concedere. Cui quæſtioni communis doctorum opinio reſpondet affirmatiue, vt docet Nauarrus. *b* quia ad hoc non opus eſt quòd monachus habeat dominium & proprietatem bonorum, ſed ſatis eſt quod habeat ad miniſtrationem, cuius quidem adminiſtrationis religioſus eſt capax ipſo iure adcelebrandos contractus inter viuos, & ideo auto ritate pontificia erit capax ad teſtandum abſque hoc, quòd fiat diſpenſatio in voto eſſentiali paupertatis. Quare prælati ſuperiores non poſſunt eam facultatem præſtare, vt autores doctiſsimi conſtanter docent, tum quia ex vniuerſali conſuetudine ad minus

a c. prælatũ 19. q. 2. tradũt dd. in rub. de teſt.

b Nau. in c nondicatis n. 44

ſunt prohibiti, tũ etiã quia hæc facultas non pertinet ad obſeruantiam regularem. Summus tamen Pontifex optimè id poteſt.

Sed nunquid aliquis religioſus profeſſus poſſit in aliquo caſu deſuis bonis, quæ habuit ante profeſsionẽ diſponere, & teſtari? Reſpondetur quod ſi non fecerit teſtamentũ, & habeat filios legitimos ipſum poſſebona ſua inter liberos diſtribuere ſeruãdo inilla diſtributione legũ diſpoſitionem, vt cautũ eſt in iure, & ad hoc nulla eſt neceſſaria Pontificis diſpẽſatio, ſed ſufficit licẽtia ſui prælati & facultas, quia Authentica c hoc diſponens adminus eſt admiſſa tacitè à Romanis Põtificibus præſertim cũ in decreto d ad literã ſit trãslata & tradit Nauarrus, e literam autẽ dictę Authenticæ volui in hoc loco referre cũ eam etiam referat Nauarrus. *Siqua mulier aut vir monaſticam vitam elegerit, & intrauerit monaſterium liberis non extantibus monaſterio quod ingreditur res eius competere iubemus, ſed ſi perſona liberos habens antequam de rebus ſuis inter eos diſponat monaſteriũ intret, liceat ei poſtea inter eos diuidere legitima portione nulla diminuta triente vel ſemiſſe, & quod eis nõ dederit monaſterio cõpetit, ſed ſi omnem ſubſtantiam inter liberos diuidere voluerit ſua perſona ſuis filijs cõnumerata partem ſibi retineat, quæ monaſterio cõpetere debeat. Sed ſi poſt ingreſſũ moriatur antequã inter eos diuidat filij legitimã portionẽ percipiant reliquæ ſubſtãtia monaſterio cõpetente. Nunc autẽ cum monachus factus eſſet hocipſores ſuas omnes obtuliſſe videatur ſi prius teſtatus nõ ſit exinde iudicio eius ceſſante lege diſponitur, vt ſi liberos haberet, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo modo donãdi titulo contulerit eatenus ſubſtantiæ monaſterio deſtinatæ detrahatur, nequid contingat circa liberos iniquum.* Adeo

c Authen. ſi qua mulier. C. de ſacro. ſanct. eccle. authen. nũc autem C. de Epiſ. & cle.

d c. prælatũ 19. q. 4.

e Naua. vbi ſup. n. 45.

eſt verũ, quod prælatus inferior Papa nõpoteſt facere religioſo facultatem teſtandi, vt id intelligatur etiam ſi ad pias cauſas diſponat, quia iure *f* cõmuni religioſo prælato, id eſt prohibitũ. Quare ait Nauarrus g inutilis videtur eſſe licentia, quã ſolent aliqui pręlatiregulares, vel capitula regularia habentia bona diuiſa â prælato concedere canonicis vel religioſis particularibus ægrotis relinquẽdi peculia, vel ſupellectiliaſua, vel aliquã partem illorum pauperibus vel famulis, imo Ioannes Trullus *h* ſentit peccare canonicũ regularem, qui morte inſtante conficit memoriale aliquod voluntatis ſuę de his quę poſt mortẽ ſuam fieri deillis deſiderat. Quod ait Nauarrus videtur reſtringendũ ad eũ qui fa cit illa eamente, vt memoriale illud habeat vim obligatoriæ diſpoſitionis, arbitratur enim non eſſe illicitum conſolari eum dicẽdo, vt ſit bona ſpe quod fiant de illis illapia quæ poſt mortẽ ſuam fieri de illis deſiderat & quod verbo & ſcripto petat quod cupit. Nec videtur prohibitum id ſignificare poſt vel ante illâ ſpem datam, nulla promiſsione ampliori conſequuta. Tũ quia neq; prælatus neq; capitulum faciunt illi facultatem diſponẽdi obligatoriè neque ipſe facit diſpoſitionem verè obligatoriam, nec quam putet eſſe talem, ſed ſolum precatoriam, quam ſi voluerint poſſunt iuſtè implere, qui ſibi fecerunt qualem facere, nec regula, neque vlla iura prohibent, & ideo nequenos debemus dicere eſſe prohibitam argumento eorum quæ in iure K notantur.

f c. 22. de teſtam.

g Nau. vbi ſup. n. 22.

h Trulus li. 1. de ord. ca no. reg. c. 22

i Nau. vbiſu

K e. cor ſull. 2. q. 4. ca. 2d tranſla. præ

ARTICVLVS III.

Vtrũ religioſus profeſſus poſsit de licẽtia ſui prælati irritare, aut alterare teſtamentum ab eo ante profeſsionem factum.

REſpondeo dicendo, quod ſententia eſt Panormitani *a* contra Bartolum & alios citatos â Decio quicquid ipſe vacillet ſub finẽ quòd monachus nõ poteſt poſt profeſsionẽ factam reuocare aut alterare teſtamentũ ante illam factum. Quod probat *b* Nauarrus ex quadam Authentica, *c* in qua nõ cõceditur patri profeſſo q; ſi liberos nõ habeat quòd poſsit facere aliquã diſtributionem, nec per conſequens poſsit facere aliã â diſtributione ibi cõtenta ſi liberos habeat, probatetiã, quia mirabile eſt q; liberos habẽs poſsit facere præfatã diſpoſitionem tum

a panor. in c. in præſentia de probat. Bart. in Auth. ſi qua mulier. Deciusin. d. ca. in præſent. num. 68.

b Nau. in ca. non. dicatis nu. 53.

c Auth. ſiqua mulier.

tum etiam quia regula deſt generalis, quod non poſsit reuocare teſtamentum, qui non poteſt illud facere, & certum eſt, vt patet ex dictis in articulo ſuperiori quod monachus non poſsit facere teſtamentum. Et licet vir alioquin doctus tenere tẽtauerit, quod neq; declarationẽ ſuæ voluntatis in prædicto teſtamẽto poſt profeſsionẽ poſsit facere, cũin dicta Authẽ. ſolũ illi diſtributio cõcedatur caſu quo ipſe profeſſos liberos in mũdo reliquerit & illud q̃ nõ cõceditur cẽſeatur negatũ, ego tamẽ huic opinioni nũquã potui adhærere, nã ſi lite mota ſuper verbis dubijs teſtatoris, valet teſtimoniũ aliquorũ affirmãtiũ volũtatem defuncti prout ab ipſo viuo, quando faciebat teſtamentũ audierunt, ego nõ video cur nõ poſsit valere teſtimonium ipſiuſmet teſtatoris profeſsi declarantis intẽtionẽ ſuæ vltimæ voluntatis, ſi enim ſecundum leges canonicas & Imperiales ad principem eſt recurrendum, vt intentionem ſuæ legis nobis pandat declarationem q; proponat, prout in primo e Tomo latè probauimus, cur ad teſtatorem viuum naturaliter licet ciuiliter per profeſsionem mortuum debet prohiberi recurſus, vt dubiam ſuam vltimam volũtatem explicet, quam impleri ad modum legis in ſuo teſtamento f mandauit? Nec obſtat quod in præfato caſu ſpeciali ſolum profeſſo concedatur diſtributio interliberos & per conſequens videtur negari declaratio, nam reſpondetur negando conſequens, cum declaratio non ſit à iure prohibita ipſi profeſſo, ſicut eſt prohibita diſtributio, vnde cũ non ſit iure prohibita declaratio nõ eſt neceſſariũ quod cõcedatur. Quod cõfirmatur, nã profeſſus regularis poteſt pro teſtando ſe non facere teſtamentũ, neq; vlla tenus diſponere rogare ſimpliciter ſuũ prælatũ vel conuentum, vt pro ſua liberavolũtate illud, aut illud pietatis opus illi aut illi faciat, cũ hoc non ſit diſponere neq; diſtribuere, ſed tantũ ad pie diſponendũ verbo piè rogare, & exhortari quod cuilibet religioſo etiã Franciſcano, licet, quia miſericordia eſt virtus etiã pauperibus cõmunis, quæ reſolutio eſt vera & Petrus g Cenetus, ait eã vidiſſe practicari â religioſis canonicis regularibus iam defunctis, & ſimiliter in Metropolitana Cæſaraguſtana, quæ eſt etiam canonicorum regularium Diui Auguſtini, ait idem ſeruari audiſſe à temporeimmemoriali. Confirmatur denique ex dicendis infra hac quæſtione articulo finali.

dl. 1. ff. de teſtam.

eto. 1. q. 11. ar. 1.

f infra ar. fi.

g Cenetus collecta. 124. ad decret. in fi. p. 290.

ARTICVLVS IIII.

An monachus factus epiſcopus poſsit ſine diſpenſatione concedere teſtamẽtum de bonis acquiſitis ſine intuitu eccleſiæ.

REſpondeo dicendo, a D. Thomam & Sotum, cum alijs tenere partem negatiuam, quam cõmunem teſtatur Couarruuias. Cuius opinionis non aliud aſsignatur fundamẽtum, niſi quia monachus factus Epiſcopus non abſoluitur à voto paupertatis. At multa ſunt quæ oppoſitam ſententiã videntur probare veriorem, quia nulla adducitur decretalis, quod monachus factus epiſcopus non poſsit facere teſtamentum de prędictis bonis: ergo teſtari poteſt de his.

Nec obſtat votum paupertatis, quia ab eo ab ſoluitur vt cõſtat ex quodã decreto, b in quo dicitur q̃ cõſecratio abſoluit monachũ epiſcopũ â iugo regulæ monaſticę, vt poſsit eſſe legitimus hęres, ſed talis nõ poteſt eſſe ſi nõ habeat dominiũ neque proprietatẽ, ergo eſt â voto paupertatis abſolutus: At hoc argumentũ nihil cõtra nos facit: nam monachus factus epiſcopus ſoluitur à regula monaſtica quatenus cõtraria eſt dignitati epiſcopali, & nõ quatenus eſt cõueniens, & nõ eſt cõtrariũ dignitati epiſcopali votũ paupertatis & ſic adhuc non poteſt teſtari, cum adhuc quoad paupertatẽ maneat monachus, prout tradit in additionibus ad Speculatorẽ c Nec obſtat prædictũ decretũ, intelligendũ enim eſt quod monachus quẽ electio canonica â iugo regulę monaſticę abſoluit ſit abſolutus a onere & labore monaſterij: & ideo ieiunare ſexta feria ſecundũ regulã monaſterij, vigilijs intereſſe non tenetur, propter quod nõ dicit decretum ipſum plenè eſſe abſolutũ per epiſcopatũ, & eſſe legitimũ hæredẽ abſolutè, ſed dicit quod ſacra ordinatio demonacho epiſcopũ fecit, & velut legitimus hęres paternã ſibi hæreditatẽ poſtea iure vendicandi poteſtatẽ habet. Et notandum quod nõ dicit legitimus hæres abſolutè, ſed velut legitimus hæres, quibus verbis vult, ſignificare quod ipſe nõ ſit legitimus hęres ſibi hæreditatẽ acquirẽdo ſicut alij legitimi hæredes ſibi immediatè acquirunt, ſed quod ipſe iã ſolutus â iugo monaſterij licet ſit frater minor de obſeruãtia iã velut legitimus hęres iugo Epiſcopatus aſtrictus ipſam hæreditatem illi eccleſiæ, cuius eſt ſponſus, acquirat

a D. Th. 2. 2. q. 185. art. 5. ad. 3 Sot. li. 10. de iuſt. q. 5 art. 7. Couar. in c. 1. de teſt. n. 18. in fin.

b c. ſtatutũ 18. q. 1.

c Spec. tit. de ſtat. monac. q. 23.

velut bona acquisita post Episcopatum ipsimet Ecclesiæ non monasterio cuius erat professus acquirit, ita explicat Rebufus *d* Vnde bona Episcopi monachi intestati acquisita ante consecrationem, vel confirmationem monasterio debentobuenire, acquisita vero post, suæ Ecclesiæ obuenient, sive ro fuerit *Episcopus* titularis sua bona pertinent ad monasterium, prout ait Sotus. *e*

ARTICVLVS V.

Vtrùm facultas testandi data à Papa monacho Episcopo intelligatur pro prima vice.

REspondeo dicendô, quòd Decius *a* tenuit concessionem Summi Pontificis factam Cardinali vel Episcopo ad testãdum pro prima vice esse intelligendam ita vt si primum reuocet testamentum & facit secundum, primum debeat prævalere, quia secũdum quasi ex defectu potestatis & licẽtiæ valerè non potest, quam sententiã sequitur Socinus *b* Iunior. Tiraquelus, Couarruuias & alij relati à doctissimo Lusitano Barbosa, quorũ doctorum ratio est quia in materia odiosa siue restringibili semper dispositio restringitur ad primam vicem & primum actum vt dicitur in iure *c* & tradit Hippolytus. Vnde gratia expectatiua acceptatione primi beneficij consumitur, vt tenẽt Oldradus *e* & Parisius.

Sed prædictorum opinionem reprobat *f* Hieronymus Gabriel asserens se bis contrarium consuluisse, & quòd ita iudicaret, nullumque esse virum alicuius iudicij, qui negare posset quod concedens & impetrãs intellexerunt de eo testamento, cùm quo impetrans decedere vellet, & vltra eum etiã cõtra prædictos tenet Nauarrus, *g* & idem latè respõdẽtes rationibus Decij probãt Tellus Ferdinandus Peralta & Æmilius Ferretus.

Nec obstat argumentum in contrariũ ad ductum ex quadam lege *g* nam debet limitari quando agitur de actu suaptenatura reuocabili, cùm enim verba debeãt intelligi iuxta naturam actus ad quem referuntur, vt est notum in iure *h* quãdo dispositio & dispensatio refertur ad actum reuocabilem de se ipsa dispositio & dispensatio intelligi iuxta illius naturam & sic quod per primũ actum non videatur dispositio consũmata & sortiri effectum, ita expresse tenet Baldus; Item illud procedit in materia nimis odiosa atquè ob id strictissimè interpretanda, facultas autem testandi ad pia sicut conceditur Episcopis non debet censeri nimis odiosa, vt aduertit Nauarrus. *k* Ex quibus colligitur, quòd Episcopus factus monachus licet nõ sit solutus à iugo paupertatis, cùm tamen hæreditatem post Episcopatum ipsi deuolutam acquirat Ecclesiæ, cuius est Episcopus, si ipsi fuerit concessa facultas ad testandum pro causa pia dispensatio huiusmodi facultatis in primo actu minimè finieturnõ obstante dicto paupertatis voto cùm dictũ votũ nihil addat quominùs dispositio dispensationis secundùm naturam rei concessę explicetur, sicùt explicatur in alijs Episcopis qui aliqua religione nunquàm fuerunt professi.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm licentia data Episcopis qui fuerunt monachi ad testandum extinguatur morte papæ concedentis rein tegra.

REspondeo dicendo D. *a* Thomam dicere quòd religiosus etiã si fiat Episcopus nullo modò testari potest, quia sola dispensatio rerum Ecclesiasticarũ ei cõmittitur, quę finitur morte ex qua testamentum incipit valere, si autẽ ex cõcessione Papæ faciat non intelligitur de proprio facere testamẽtũ, sed autoritate Apostolica intelligitur ampliata potestas suæ dispensationis, vt posit valerè post mortẽ, ex qua doctrina colligitur, quòd facultas ad testandum facta præfato Episcopo cõtinet gratiã, & per consequens gratiã morte dantis nõ expirare, vt tradunt iura, *b* & in casu notabili tenet glossa, per quam rationẽ in speciè propositahãc sententiã tenet Federicus, *c* cùm quo trãsit Porcius, & comprobant Æmilius Ferretus, & Bursatus.

Nec obstat, quòd dicta gratia & concessio sit odiosa, & quòd per consequens debet censeri extincta morte concedentis iuxta glossam quandam communiter receptam probatam á Couarruuias: nam respondetur prout responsum est in articulo superiori quòd scilicet facultas ad testandum facta Episcopo ad pia non est odiosa & ex sua natura actus ad quem dicta facultas ordinatur est reuocabilis.

ARTI-

d Rebuf. in l. respõs. in cipienti. an monachus factus Episcopus.

e Sotus vbi sup. ad. 3.

a Decius cõsil. 512.

b Socin. cõsil. 89. á nu. 24. li. 1. Tiraque. in l. boues. §. hoc sermone in prin. n. 128. de verb. signifi. Couar. in c. cũ inofficijsn. 8. de testam. Barbosa in. l. di uortio. 8. §. quòd in anno ff. solut. matri. n. 19. & c. non potest. §. 1. de prebend li. 6 Hippoly. in rub. de fideiuss. n. 82 d Oldr. cõs. 229. n. 1. Paris. cõsi. 145. n. 14. lib. 4. e Gabri. cõ si. 83. an. 27.

f Nauar. de red. Eccl. q. 3. a n. 23. & in apolog. d red. 3. q. monit. 9. á n. 2. Peral. in l. si quis in pri. n. 94. dele. 3. Tellusin. l. 4, Tauri. á n. 3. Ferret. consi. 13. in. princ.

g d. l. boues §. hoc sermon. dever bo. signifi. hl. plenũ 6. Equiti, de vsu & hab. ff.

i Bald. inca. 1. in prin. n. 21. de pace Constan.

k Nau. d. q 3. n. 24.

a D. Tho. 2. a q. 120. ar. 5.

b ca. super gratia de cons. li. dele. li. 6. c. sicut in nulla de prębenu li. 6. gl. o. i. clem. dudũ §. statuim. v. concesse runt desepult.

c Federic. cõsi. 72. Portius. cõ. 157. Ferret. consil 13. Bursatũ. consi. 30 in princ. & n. 54 li. 1. & consi. 178. n. 1. lib. 2.

ARTICVLVS VII.

Virum profeßi in ordinibus militaribus poßint teſtari.

REſpondeo dicendo doctiſsimum Nauarrum *a* tenere cõmendatarios coniugatos quales ſunt in regno Caſtellę D. Iacobi, Alcantaræ, in regno vero Luſitano, cõmẽdatarij Chriſti D. Iacobi, & Auis etiam prout hodie viuunt & profitenturnõ habere dominium rerum etiam patrimonialium, aut earum quas ſua induſtria acquirũt ſed pertinere ad ſuas militares religiones, quarũ ſunt commendatarij profeſsi. Hinc vlterius affirmat ſecluſo priuilegio, licetinter libros diſtribuere poſsint portionem legitimam quæ illis contingit, modo ea bona acquiſita fuerint ante profeſsionem, nontamen poſſe iuxta quandam Authenticam *b* diſtribuere inter liberos ea bona quæ poſt profeſsionem pertinere ad eos cœperint, ac proinde neque de illis inſtituere maioratũ, aut teſtari. Cuius gtauiſsimi viri præcipuum argumentum eſt quòd dicti commendatarij ſunt vere religioſi, ac proinde incapaces dominij alicuius rei refertque conſtitutionem quandam Pij V. qua commendatarijs omnibus aufertur poteſtas teſtandi perpriuilegia facultateſque alias cõceſſas. Quare vult eos hodie etiam ſi liberos habeant nonaliter teſtari poſſe, neque alia bona eis poſſe relinquere quam alij religioſi.

Hanc opinionem dicit pater *c* Molina Societatis Ieſu eſſe rigidam admodum & improbabilem, vt bene alter Molina *d* annotauit. Ait enim quod ita ſunt religioſi, vt tamen perfectè & integrè non ſint tales cũ & caſtitatis votum quidam eorum omnino habeant diſpenſatum, nempè commendatarij Chriſtiin regno Luſitano, qui neque cõiugalem caſtitatem vouent. Cæteri vero magna exparte eo quod ſolam voueant caſtitatem coniungalem, ſimiliter paupertatẽ & obedientiam totamque regulam, ita habent diſpeſatam. vt coniugatis degentibus in ſeculo extra monaſterij clauſtra alentibus liberos, ſplendidamque, prout decet familiam accommodata ſunt. Contrariumque eoipſo quo hæc omnia illis permittuntur eſſe omnino irrationabile: moraliterque ſeruatu impoſsibile.

Nec vero ita cum commendatarijs, qui hodie viuunt eſt in voto caſtitatis & cæteris diſpenſatum, quaſi prius ſe aſtrinxerint ad integram caſtitatem paupertatem & obedientiam, qualem qui erant à principio inſtitutionis huiuſmodi ordinum profitebantur, & per diſpẽſationem liceant eis quę illis alijs, tunc non licebant, ſed quia conceſſum eſt eiuſmodi ordinibus nõ aliam caſtitatem paupertatem & obedientiam in eis profiteri quam conſuetum hodie ab eiſdem ſeruari. Et quãuis quoad obedientiam & paupertatem forma profeſsionis nónullorum horũ ordinum aliquid plus præſeferant quam à multis annis ſeruetur non plus tamen à ſuperioribus hodie exigitur, quam quod ſeruari eſt conſuetum, vſuſque & conſuetudo tot annorum obtinuiſſe præſcripſiſſeque videtur, vt non aliter illa obligent promittivè intelligantur quam conſuetudine à tot annis ſeruari conſueuerunt, præſertim cum multi eorum, aut ferè omnes nequaquam profiterentur ſi ad aliam vitæ rationem, quam hodie ſeruari conſuetam tenerentur maximè illi qui ſolum ob habitum honoris gratia cum exigua admodum, aut nulla penſione à Rege ſoluenda profitentur. Itaque hodie commendæ & habitus præmia militum effecta ſunt, cum ad modum religionis onere, & ſic arbitratur pater Molina *e* quod commendatarij de quibus eſt ſermo dominium habent bonorum patrimonialium necnon eorum quæ ſua induſtria acquirunt quin & fructuum commendatarum eo ipſo quod eos percipiunt poſſeſsionemq; eorum acquirunt poſſeque de his omnibus nõ ſecus teſtari, inſtituereque maioratus ac cęteri ſeculares, vt priuilegijs conſuetudineque antiqua à multis annis facere conſueuerunt. Confirmarique hoc poteſt praxi Regni Luſitani, quoniam à multis annis non gaudent priuilegio fori quoad hæc omnia quaſi dominium eorum ad ipſos non ver oad monaſterium pertineat, eaque de cauſa reſpondere cogũtur apud iudicem ſecularem.

Ad conſtitutionem autem Pij Quinti reſpondet Molina non eſſe intelligendam de his commendatarijs coniugatis, de quibus loquimur, qui prout poſtulat eorum ſtatus antiqua conſuetudine dominiũ habent ſuorum bonorum poteſtatemque omnino teſtãdi. Imo addit quod forte ſummus Põtifex nõ poſſet ab eis auferre poteſtatẽ teſtandi de rebus patrimonialibus & ſua induſtria acquiſitis

aNau. inc. non di cat. n.56. & inc. fin. 15. q. 1. in 3. q. n. 31. monit. 11. 12 & 13.

bAut. ſi qua mulier c. de ſacro ſanct. Eccleſ.

cMol. in d 22.

cMol. n. 22. tract. 2. diſput. 14 col. 672.

dMolin. l. 2 de primog. c. 9. n. 69.

ſitis,cum nunquam ſua profeſsione intenderint abdicare à ſe dominium horũ bonorum,& transferre illud in monaſteriumidq; habeat vſus & conſuetudo, neque pro elemento habituspenſionis,aut cõmendæ ideſficerent.intelligendũ igitur eritin cõmẽdatarijs Diui Ioannis,& in alijs aliorum regnorum , tam virorum quam mulierum de quibus conſtat eos dominos non eſſe ſuorum bonorum , vique ſuæ profeſsionis teſtari poſſe ſecluſo priuilegio ſedis Apoſtolicæ,& ait Molina vſque in hãc diem receptam non eſſe in Hiſpanijs prædictam conſtitutionem præſertim quoad cõmendatarios,de quibus loquimur cum omnes abſque vllo ſcrupulo teſtentur,vt ante teſtabantur.

Reſpondetur deinde quodPius V. nõ reuocat ſimpliciter poteſtatẽ teſtandi, ſed eã tantũ quæ dimanabat à priuilegijs Apoſtolicis,quare facultas teſtandi,quamprædicti milites habent ex conſuetudine & ratione ſuarũ conſtitutionum non fuit à Pio V.ablata,vt conſtat ex præfata conſtitutione: qua reſicut magiſter ordinis poteſt diſpenſare in alijs obſeruantijs regularibus cũ commẽdatarijs,ita infactione teſtamenti, ſed pro maiori conſcientiæ puritate impetratũ eſt à Gregorio XIII. vt prædicti milites ſecundum priuilegia apoſtolica & conſuetudinẽ antiquam poſsint teſtari non obſtante dicta Pij V. conſtitutione.

Gregorius XIII ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontificis prouidentia & benignitatis proprium eſt vbi æquitas ſuadet, ac catholicorum Regum vota expoſcunt,quæ genererali terâ prædeceſſoribus ſuis ſtatuta ſunt moderari,illaque interdum tollere , quæ facultatem teſtandi & diſponendi de bonis quæ ſub regulari habitu militiarum degentes perſonæ poſsident adimunt. Licet enim fœlicis recordationis Pius Quintus prædeceſſor noſter per ſuam perpetuo valituram conſtitutionem inter alia omnes & quaſcumque licentias , & facultates teſtandi , & alias quomodolibet diſponendi,& ad certam & quantumuis modicam ſummam & quantitatem de rebus, fructibus & bonis immobilibus,mobilibus, & ſe mouentibus inter alios ad magiſtros priores præceptores,milites fratres , & perſonas militiarum & hoſpitalium, videlicet Sancti Iacobi de Spatha de Calatraua & Alcantara militiarum Hiſpaniarum rationepræceptoriarum Hoſpitalium & beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam ſeculariũ, & aliorũ ordinum regularium , ac penſionum, ac fructuum quorumcumque prouenientium , necnon facta vſque tunc non tamen effectum ſortita vigore licentiarum & facultatum prædictarum teſtamenta & alias diſpoſitiones huiuſmodi etiam per eaſdem literas & facultates diſponerẽtur quod dimidia , vel alia pars rerum & bonorum prædictorum Militijs,hoſpitalibus,domibus & locis, vnde illa prouenirent vel alijs pijs locis relinquerentur , reuocauerit & aboleuerit decernens teſtamenta , donationes & alias diſpoſitiones , quæ prætextu priuilegiorum facultatum diſpenſationum & indultorum prædictorum ſic reuocatorum , ac contra dictarum literarum tenorem perquæcunque etiam Apoſtolica authoritate fieri vel factas proſequi contigerit , tanquam ſubreptitiè extortas nullius prorſus roboris , vel momenti eſſe nec per eas ius aut titulum etiam coloratum cuique acquiri poſſe,& alias

prout

prout in eiuſdem prædeceſſoris noſtri literis latius explicatur. Nihilominus Chariſsimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus Sancti Iacobi de Spatha, Calatraua & Alcantaræ militiarum perpetuus adminiſtrator Apoſtolica authoritate deputatus animaduertens ſpleroſque ex militibus militiarum prædictarum pro fide catholica tuenda & conſeruanda arma induere, & ei rei plerumque perpetuam operam (vt veros Chriſti atheletas decet) nauare, alios vero grauibus negotijs pertractandis eſſe diſtentos, & ex earumdem militiarum ſtabilimentis, aut etiam Apoſtolicis indultis libere vxores ducere poſſe, & in habitu militari quandam religioſorum imaginem referre, nihilque hominibus præſertim militibus prædictis gratius euenire poſſe intelligens, quam vt libera eis ſit de bonis, quæ viuentes poſſident, tam in vltima voluntate (quando amplius velle non poſſunt) quam alias diſponendi tributa poteſtas. Propterea nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt ex conſueta Sedis Apoſtolicæ benignitate opportune circa præmiſſa prouidere dignaremur. Nos igitur commodis militum militiarum prædictarum, quibus idem Philippus Rex præeſt conſulere, ac Philippi Regis voluntati hac in parte ſatisfacere volentes conſtitutioniſque prædictæ ſeriem, ac ſi de verbo ad verbum inſereretur præſentibus pro expreſſa habentes, illam necnon illius omnes effectus quoadhoc vt S. Iacobi de Spatha, de Alcãtara & Calatraua prioribus præceptoribus, & alijs ipſarum militiarum obtinentibus beneficia, & quouis nomine nuncupatis militibus quæcunque licentia & facultates teſtandi, & alias quomodolibet diſponendi de rebus, fructibus & rebus immobilibus, mobilibus & ſe mouentibus, vt præfertur ſuffragentur, eademque licentia & facultates in poſterum valeant, ac perpetuam rõboris firmitatem obtineant, ſuoſque effectus plene ſortiantur penitus & omnino Apoſtolica authoritate tenore præſentium tollimus & abolemus. Necnon teſtamenta, & alias diſpoſitiones in vim licentiarum, facultatum, & conſuetudinum prædictarum iam condita diſpoſita & ordinata, quæ prædicta edita conſtitutione iuxta teſtatoris vel diſponentis voluntatem effectum minimè ſortiri potuerunt, & quorum cauſa adhuc integra eſt, vt medio hoc tempore nihil noui acciderit aduerſus eiuſdem conſtitutionis diſpoſitionem, omniaque & ſingula, quæ in ea continentur in eum in quem antequam dicti prædeceſſoris conſtitutio prædicta edita fuiſſet quomodolibet erant, ſtatum reſtituimus reponimus & plenarie reintegramus, ſuoſque plenarios & integros effectus impedimentis omnibus ſublatis, quæ ex dicta conſtitutione prouenerunt ſortiri debere volumus ſtatuimus, & ordinamus, omneſq; & ſingulos earundẽ triũ militiarum militibus præſentibus &

futuris teſtandi, & alias diſponendi de bonis prædictis conceſſas facultates & conſuetudines pro potiori cautela approbamus, & firmamus illiſque perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ſicque in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunque iudices ordinarios earundem militiarum & delegatos, & quoſcunque alios etiam cauſarum palatij apoſtolici audi tores & S. R. E. Cardinales (ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & authoritate) vbique iudicari, & diffiniri debere, irritumq; & inane ſi ſecus ſuper his â quoquam quauis autoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, aliiſque conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis tam per dictum quam per quoſcunque alios Romanos Pontific. prædeceſſores noſtros, ac nos ſub quibuſcunque tenoribus ac formis ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis irritantibuſque & alijs decretis etiam motu proprio, & certa ſcientia ac de Apoſtolica poteſtatis plenitudine conceſſis etiam iteratis vicibus approbatis. Quibus omnibus etiam ſi deeis, eorumque totis tenoribus ſpecialibus ſpecifica & indiuidua mentio, aut quauis alia expreſsio exhibenda eſſet illorum tenores præſentibus pro expreſsis & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus contrarijs quibuſcunque, &c. Datum Romæ apud Diuum Petrum die ſexta octobris M. D. LXXVI. Pontificatus noſtri anno quarto. Ca. Glorierius.

Ex qua conceſsione colligitur, quod omnia priuilegia quæ circa modum teſtandi habebant fratres prædictarum militiarum ſunt in ſuum priſtinum ſtatum reſtituta, ac ſi conſtitutio præfata Pij Quinti edita non fuiſſet. Videamus igitur, vt nihil remaneat intactum quid ipſis à ſede apoſtolica ſit conceſſum. Circa quod recurrat lector ad ſtabilimenta prædictorum militum & fratrum. Pro ordine autem Diui Iacobide Spatha referam in præſentiarum cõſtitutionem Clementis. VII.

Clemens VII. Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Ex apoſtolicæ benignitatis officio cunctorum fidelium præſertim ſub religionis habitu Domino militãti ũ circa diſpoſitionem bonorum, quæ viuentes poſſident honeſtis deſiderijs quantũ cũ Domino poſſumus libenter annuamus. Sanè Chariſsimus in Chriſto filius Carolus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, qui etiam Caſtellæ & Legionis ac Aragoniæ Rex, & militiæ Sancti Iacobi de Spatha ſub regula Sancti Auguſtini canonicorum regularium perpetuus adminiſtrator in ſpiritualibus & temporalibus per ſedem apoſtolicam deputatus exiſtit, ſuo ac dilectorum filiorum de Vcles Conchènſis diœceſis, & S. Marci Legionis prioratuum priorum, necnon fratrum eiuſdem militiæ nomine nobis nuper expoſuit quod licet iuxta ſtatuta & ſtabilimenta dictæ militiæ, ac illi conceſſa priuilegia & indulta apoſtolica præceptores & fratres milites eiuſdẽ militiæ de bo-

nis

nis sibi à Deo collatis, ac propria cuiuslibet ipsorum industria tã præceptoris quam ex parrochialibus ecclesijs capellanis & alijs beneficijs ipsius militiæ acquisitis certis modo & forma in illis expressis de licentia magistri eiusdem militiæ, siue suorum superiorum testari & de illis disponere possint tantum cum fratres clerici non conuentuales, seu pro conuentualibus non deseruientes dictæ militiæ forsan in ipsis statutis, & stabilimentis, ac priuilegijs & indultis expresse non nominentur, ipsi fratres clerici non conuentuales, seu pro conuentualibus non deseruientes dubitantes, se eisdem statutis, & stabilimentis, ac priuilegijs & indultis gaudere posse in capitulo generali præfatæ militiæ in oppido Vallisoleti Palentinæ diœcesis nouissime celebrato eidem Carolo Imperatori, & administratori, tunc in Imperatorem electo humiliter supplicarunt, vt liceret eis à Sede Apostolica licentiam & facultatem de bonis sibi à Deo collatis, & sua industria acquisitis testandi Imperatori & præfatus Carolus Imperator administrator habita desuper cum prioribus dictæ militiæ, & alijs eiusdẽ consiliarijs matura deliberatione eisdẽ fratribus clericis non conuentualibus seu pro conuentualibus non deseruientibus sub conditionibus, ac modo & forma infrascriptis â dicta Sede Apostolica facultatem testandi huiusmodi petendi & obtinendi facultatem concessit. Quare dictus Carolus Imperator suo, ac priorum, ac fratrum militiæ huiusmodi nominibus prædictorum nobis humiliter supplicauit, vt eisdem fratribus clericis non conuentualibus, seu pro conuentualibus non deseruientibus de bonis suis, vt præfertur testandi licentiam concedere, ac alias in præmissis opportunè prouidere & de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur priores & fratres clericos non conuentuales, seu pro conuentualibus non deseruientibus præfatos, ac eorum singulos, quibus uis excommunicationis, &c. huiusmodi supplicationibus inclinati de Voles & Sancti Marci priora tuum prædictorum prioribus, nunc & pro tempore existentibus, & cuilibet eorum, vt de consilio alicuius ex antianis Monasterij, in quo dicti fratres clerici non conuentuales, seu pro conuentualibus non deseruientes professionem emiserint eisdem fratribus clericis non conuentualibus, seu pro conuentualibus non deseruientibus licentiam & facultatem, de quibuscumque bonis per eos, tam ratione prioratuum, quam aliorum beneficiorum quorumcumq; pariterque secularium, aut aliorum, quam dictæ militiæ ordinum, quã alias vndecunque sua industria licitè acquisitis testandi, & de illis disponendi, sic tamen, quód quilibet ex eisdẽ fratribus non conuentualibus, seu pro conuentualibus non deseruientibus vniuersorum bonorum, iurium actionum, & pertinentiarum suarum singulis annis alteri de Voles, & Sancti Marci prioribus, pro tempore existentibus inuentarium dare teneantur, necnõ quod licentia huiusmodi testandi, per eosdem priores condenda per triennium, &

non vltra duret, quo elapso ipsi fratres clerici non conuentuales, seu pro conuentualibus non deseruientes licentiã huiusmodi de nouo repetere singulis triẽnijs teneantur. Etsi ex negligentia seu malitia fratres ipsi clerici non conuentuales, seu pro conuentualibus non deseruientes inuentariũ bonorum suorum, vt præfertur dictis prioribus dare neglexerint, aut recusauerint licentia huiusmodi per eos obtenta, ac inde sequuta nullius sint roboris, vel momẽti, neque in aliquo suffragentur, quodq; dictis fratribus clericis non conuentualibus, seu pro conuentualibus non deseruientibus obtenta licentia huiusmodi in omnibus, & per omnia succedere debeat, prout hactenus succedere consueuit, & quod ipsi fratres clerici non conuentuales, seu pro conuentualibus non deseruientes (licentia huiusmodi per eos obtenta) in suis testamentis codicillis, seu vltimis voluntatibus, à quibus suis dispositionibus per eos de bonis suis pro tempore factis & conditis, ac faciendis & condendis, quintam partem omnium & singulorum bonorum iurium & actionum suarum deductis debitis & oneribus conuentui Monasterij, in quo professionem fecerint reliquas verò partes bonorum huiusmodi, quibus suis personis sibi gratis & acceptis, non tamen filijs seu nepotibus ex damnato coitu procreatis, neque adulteris siue inhonestis, aut quarum conuersatio à iure sit eis prohibita mulieribus relinquere possint, & valeant concedendi & elargiendi plenam & liberam authoritatem Apostolico tenore præsentium cum ad hoc præfati Caroli Imperatoris & administratoris expressus accedat assensus authoritatem & facultatem concedimus. Decernentes priores præfatos fratribus, pro conuentualibus, tam in de Vcles & Sancti Marci huiusmodi, quam Sancti Iacobi de Spatha Hispalensis & Beatæ Mariæ de Tudia, ac de villar de Donas, & Sancti Monij de Vega, ac aliorum conuentuum dictæ militiæ, siue præsentibus & residentibus, siue absentibus licentiam huiusmodi cõcedere nullo modo posse. Et sic per quoscumque iudices, &c. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ militiæ iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis stabilimentis, vsibus, & naturis cæteris que contrarijs quibuscumque, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ M. D. XXXI. XVIII. Kalen. Ianuarias Pontificatus nostri anno nono.

Ioan. Fauoreianus.

Hen. de Buseyo.

Quo priuilegio gaudent milites, & fratres ordinis de Auis in Regnis Lusitaniæ, ex concessione Gregorij XIII. cuius tenor sequitur.

GREGORIVS XIII.

AD perpetuam rei memoriam, ex Apostolicæ sedis, in qua meritis licet insufficientibus diuina disponente cle-

clementia conſtituti ſumus, benignitate procedit, vt ſuper eis, quæ perſonis ſub regulari habitu contra Chriſti nominis æmulos pro orthodoxæ fidei ampliatione, & conſeruatione continuemi litantibus, per eiuſdem ſedis clementiã circunſpectam, pro tempore conceſſa reperiuntur, an ad alias eiuſdem profeſſionis extendantur perſonas ambiguitatis ſcrupulos, pro tempore exercentes declarationis noſtri miniſterio dilucidemus, ac in his officij noſtri partes fauorabiliter impartiamur. Sane chariſſimus in Chriſto filius noſter Sebaſtianus Portugaliæ & Algarbiorum Rex illuſtris, qui militiarum Sancti Iacobi de Spatha, Sancti Auguſtini, & de Auis Ciſtercienſis ordinum Regni Portugaliæ magnus magiſter, ſeu perpetuus adminiſtrator per ſedem Apoſtolicam deputatus exiſtit, tam ſuo, quam dilectorum filiorum magiſtrorum, Conuentus, Priorum, Commendatorum, Præceptorum, fratrũ militum, & aliorum religioſorum, ac perſonarum militiarũ prædictarum nominibus nobis nuper exponi fecit, quod licet ex diuerſis Romanorum Pontificum, & præſertim felicis recordationis Nicolai Quinti & Iulij Secundi, & Pauli Tertij prædeceſſorum noſtrorum priuilegijs, & conceſſionibus prædictæ militiæ in eodem regno aduerſus Mauros, alioſque fidei Catholicæ hoſtes antiquitus, per ſedem prædictam inſtitutæ ſalubriter illarũque tunc, & pro tempore exiſtentis magiſtri, ſeu adminiſtratores Conuentus Priores Commendatores, præceptores fratres & milites, eorumq; ſinguli, nec non perſonæ & loca domus, ac Eccleſiæ militiarum earamdem perpetuis futuris temporibus omnibus, & ſingulis priuilegijs, prærogatiuis, conceſſionibus indultis, libertatibus, cõſeruatorijs, indulgentijs, exẽptionibus honoribus literis Apoſtolicis, & alijs gratijs magiſtris, ſeu adminiſtratoribus conuentibus Prioribus, Commendatarijs, præceptoribus fratribus, & militibus eiuſdem Sancti Iacobi, & de Calatraua, ac de Alcantara militiarum in Caſtellæ, & Legionis regnis inſtitutarum in genere quouis modo ab ipſis Romanis Pontificibus, & ſede prædicta cõceſſis, & in poſterum concedendis, ac quibus illi vtebantur, potiebantur, & gaudebant, ac vti potiri & gaudere poſſent quomodolibet in futurum vti potiri & gaudere, ac ſi eis in genere cõceſſa fuiſſent & loco iudicum in literis apoſtolicis Regnorum Caſtellæ & Legionis militijs huiuſmodi, pro tẽpore cõceſſis deputatorum alios iudices indignitate tamen Eccleſiaſtica ſimiliter conſtitutos in dicto Regno Portugaliæ qui eandem poteſtatem haberent, quam iudices in eiſdem literis deputati habebant, ſeu habere poſſent quomodolibet in futurum deputare libere, & licite poſſint, & valeant, nihilominus ac nimium forſan ſcrupuloſis locorum ordinarijs eiuſdem Regni Portugaliæ certis prætenſionibus dubitari contingit, an literæ per piæ memoriæ Pium Papã quintum, etiam prædeceſſorem noſtrum ſub Dat. videlicet quinto idus Ianuarij Pontificatus ſui, anno primo procurante Chriſtianiſſimo filio Phi-

Philippo Rege Catholico, qui militia rum in Caſtellæ, & legionis Regnis in ſtitutarũ huiuſmodi perpetuus admini ſtrator per eandem ſedem deputatus exiſtit, conceſſæ priuilegiorum indulto rum Conſeruatoriarum, & aliarum gratiarum, ipſis militijs Regnorum Caſtellæ & Legionis conceſſorum prædictorum præſeruatione & innouatio ne â militijs Regni Portugaliæ, & Se baſtiano Rege, ac pro tempore exiſten tibus magnis Magiſtris conuentibus, prioribus, commendatoribus, præceptoribus, fratribus militibus perſonis Eccleſijs, domibus locis bonis poſſeſſionibus iuribus, & iuriſdictionibus militiarũ Regni Portugaliæ huiuſmodi ſuffragari, & illis gaudere poſſint, vel debeãt, & exinde effectus literarũ Pij prædeceſſoris huiuſmodi, quo ad Regni Portugaliæ militias, illarumque ſingulas perſonas prædictas frequenter impeditur, & retardatur militiæque Regni Portugaliæ, & illarũ perſonæ huiuſmodi ſæpe numero grauamina iniurias & incommoda ſuſtinẽt in earum detrimentum, ac priuilegiorum, indultorum, & facultatum ſibi conceſſarum locationem Cum autẽ ſicuti eadem petitio ſubiungebat Magiſtri conuentus priores, commendatarij, præceptores, fratres milites, & aliæ perſonæ eiuſdẽ Sancti Iacobi de Spatha, ſiue in Legionis Caſtellæ, & Aragonum, ſiue in Portugaliæ & Algarbiorum Regnis conſtituti, ſiue eiuſdem profeſſionis exiſtant, & ſub eiuſdem regularibus inſtitutis militent, neque alia inter eos differentia, quam quod in diuerſis Regnis conſiſtunt fore dignoſcantur, ac præmiſſis in fauorem ipſius Militiæ de Spatha & de Auis in genere conceſſa apparẽt & neutiquam conueniens videatur, vt militiæ prædictæ, etiamſi in diuerſis Regnis inſtitutæ diuerſo iure fulciri, aut inniti debeant, præſertim, quod illæ ſemper in omnibus, & per omnia per alios Romanos Pontifices, prædictos æquiparatæ fuerint ac propterea, idem Sebaſtianus Rex nominibus prædictis nobis humiliter ſupplicari fecerit, quatenus ambiguitatis prædictæ ſcrupulis antequam altius irrepant, ac iurgiorum & litigiorum materiam parturiant declarationis noſtræ miniſterio ſummouere & aliás in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, quipræter cõmune debitũ, quo ex apoſtolatus officio cæteris fidelibus debitores exiſtimus militias Regni Portugaliæ, illarũque perſonas huiuſmodi eó ſpecialius paterna dilectione complectimur, quo pro tuitione prædictæ fidei, eiuſque propagatione, atque præſidio contra immaniſſimos Chriſti nominis hoſtes, Mauros ſcilicet, & alias barbaras nationes, cũ proprij effuſione cruoris, & vitæ periculo continue decertari facti euidentia cognoſcimus, eundem Sebaſtianum Regem, à quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque eccleſiaſticis ſententijs cẽſuris, à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſiquibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harũ ſerie ab ſoluendũ, & abſolutum fore cenſentes

huiuſ-

huiuſmodi ſupplicationibus inclinati eorundem Nicolai, Iulij, & Pauli prædeceſſorum prædictorum veſtigijs inhærentes, omnemque dubitationem in præmiſſis remouere volentes, necnon omnium & ſingulorum priuilegiorum conceſſionum, indultorum conſeruatoriarum, & aliarum gratiarũ, per quos cũque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & ſedem prædictam eiſdẽ militijs, tam in Legionis, & Caſtellæ, quam Portugaliæ Regnis prædictis inſtitutis, illorumque magnis magiſtris ſeu adminiſtratoribus, cõuentibus, prioribus, commẽdatoribus, præceptoribus, fratribus, militibus, & perſonis prædictis, ac deſuper confectarum, & dictarum Pij prædeceſſoris literarum tenores præſentibus, pro expreſſis habẽtes huiuſmodi ſupplicationib⁹ inclinati omnia & ſingula priuilegia, prærogatiuas immunitates, exemptiones libertates facultates indulgentias, conſeruatorias, indulta, & alias gratias militijs Caſtellæ, & Legionis Regnorũ huiuſmodi, ac prædicto Philippo Regi, & pro tempore exiſtentibus adminiſtratoribus conuentibus, prioribus, commendatoribus, præceptoribus, fratribus militibus & alijs perſonis Eccleſijs domibus locis, bonis poſſeſſionibus iuribus iuriſdictionibus militiarum Caſtellæ, & Legionis Regnis inſtitutarũ huiuſmodi per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem eandem hactenus quomodolibet, tàm in genere, quam in ſpecie conceſſa, & in poſterum concedenda eiſdem modo, & forma, quibus conceſſa ſunt, & in poſterum concedentur ad militias Regni Portugaliæ, ac Sebaſtianũ Regem & pro tempore exiſtentes magnos magiſtros, ſeu adminiſtratores conuentus, priores commendatores, præceptores fratres milites perſonas, & Eccleſiaſticas domos loca, bona poſſeſſiones iura iuriſdictiones militiarum in Regno Portugaliæ inſtitutarũ huiuſmodi extendi, & illa eis in omnibus, & per omnia ac pariformiter, & æque principaliter abſque vlla prorſus differentia, ac ſi militijs Regni Portugaliæ, & Sebaſtiano Regi, ac protẽpore exiſtentibus magnis magiſtris, ſeu adminiſtratoribus, conuentibus, prioribus, commendatoribus, præceptoribus fratribus militibus, perſonis, & Eccleſijs, domibus locis, bonis, poſſeſſionibus iuribus iuriſdictionibus militiarũ Regni Portugaliæ huiuſmodi ſpecifice, & expreſſe cõceſſa fuiſſent, & cõcederentur perpetuo ſuffragari, ac illis vti, potiri necnõ loco iudicum in priuilegijs & alijs literis apoſtolicis Regnorum Caſtellæ, & Legionis militijs huiuſmodi, protẽpore conceſſis deputatorum dilectos filios capellanum maiorem prædicti Regis, & ſucceſſorum Regum Portugaliæ Archidiaconos Doluençæ Bracharen. & Eluoren. Eccleſiarum nunc, & pro tempore exiſtent. in dicto Regno Portugaliæ, qui eãdem poteſtatem habeant, quam iudices in eiſdem literis, & priuilegijs deputati habent, ſeu habere poterunt quomodolibet in futurũ deputatos eſſe, ne deſuper, per prædictos ordinarios, ſeu alios cuiuſcunque ſtatus gradus conditionis, ordinis præ-

emi-

eminentiæ & qualitatis exiſtens, & cardinalatus honore fulgens moleſtari perturbari, vel inquietari poſſe ipſaſque militias Regni Portugaliæ illarum que ſingulares perſonas in eodem ſtatu, quo militiæ Regnorum Caſtellæ & Legionis, illarũq; perſonæ huiuſmodi, quomodolibet exiſtunt, & pro tempore reperiuntur, & perpetuo conſeruari debere, & ita intentionis prædeceſſorũ prædictorum fuiſſe & etiam noſtræeſſe, & perpetuo fore apoſtolica autoritate tenore præſentiũ decernimus & declaramus & nihilominus, pro potiori cautela eadem omnia & ſingula priuilegia & prærogatiuas exemptiones facultates indulgentias conſeruatorias indulta & alias gratias eiſdem modo & forma, quibus militijs Caſtellæ ac Legionis regnorum earumque ſuperioribus & perſonis huiuſmodi, vt præfertur conceſſa ſunt, & inpoſterum concedentur, & militias Regni Portugaliæ, illarumque ſuperiores, & perſonas huiuſmodi ſimiliter perpetuo extendimus illorumque eis authoritate, & tenore prædictis, modo tamen & forma in literis Pij prædeceſſoris huiuſmodi contentis concedimus & indulgemus, decernentes præſentes literas, nullo vnquam tempore de ſurreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari poſſe, nec illas ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus modificationibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus comprehendi. Sicque per quoſcumque iudices, & commiſſarios quauis authoritate fungentes, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ac cauſarũ palatij apoſtolici auditores ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari & diffiniri debere, ac ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa venerabili fratri Epiſcopo Amerinen. & dilectis filijs Capellano maiori prædicti Sebaſtiani Regis moderno, & pro tempore exiſtenti, ac Archidiacono Elboren. per apoſtolicã ſcripturãmãdamus quatenus ipſi, vel duo aut vnus eorum perſe, vel alium ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcũque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte prædicti Regis moderni, & pro tempore exiſtenti magni magiſtri ſeu adminiſtratoris conuentuum, priorum commendatorum, præceptorum, fratrum militum perſonarum, Eccleſiarum, domorum, locorum bonorum, poſſeſſionum, iurium iuriſdictionũ militiæ Regni Portugaliæ huiuſmodi, ſeu alicuius eorum deſuper requiſiti fuerint ſolemniter publicationẽ eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtetes faciant authoritate noſtras literas huiuſmodi, & in eiscõtẽta, quæcumque firmiter obſeruari, ac ſingulos, quos eadem literæ concernunt illis pacifice gaudere non permittãt eos deſuper, per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione

tione poſtpoſita compeſcendo, Non obſtant. Conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac militiarum prædictarũ iuramento confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus ſtabilimentis vſibus & naturis, necnon quibuſuis declarationibus inhibitionibus, & decretis priuilegijs quoque indultis & literis apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & alijs decretis ingenere, vel in ſpecie, & motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet conceſsis approbatis, & innouatis, Quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, & expreſſa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importan. mentio ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma adhoc ſeruanda eſſet tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbũ nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſsi ac inſerti habent, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter expreſſe derogamus cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autẽ, quod priuilegiorũ indultorum, & aliarum gratiarum præfatarum, ac etiam præſentium literarum trãſumptis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis plena, & integra, ac eadem fides prorſus adhibeatur in iudicio, & extra, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi originaliter forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die VIII. Iunij M.D.LXX Pontificatus noſtri, Anno. IIII.

Hæc conceſsio eſt ſub ſigillo authentico in conuentu de Auis. Circa prædicta videãtur ſtabilimenta prædictarum militiarum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum oblati regulares poſſint teſtari.

REſpondeo dicendo, quod oblati Eccleſijs ſecularibus, & oblati tantum Eccleſijs regularibus, ſiue vocentur conuerſi ſiue non, poſſunt teſtari, niſi ſe & ſua præſentia & futura Eccleſijs præfatis obtulerint, non quidem quia religioſi ſunt, ſed quia pia donatione ſe illa poteſtate priuauerunt, dixi non quidem quia religioſi ſunt, namſi ſunt religioſi non eſt dubium quod ex iſto capite etiam teſtari prohibentur, cuiuſmodi ſunt in ordine Sancti Benedicti, conceſſum eſt enim congregationi Sancti Benedicti Valliſoletani, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto à Gregorio Decimotertio, vt hi qui in præfata religione ſub habitu donatorum tria emittũt vota paupertatis, ſcilicet caſtitatis, & obedientiæ ſint vere religioſi, & votum ſolemne religionis emittere cenſeantur, prout habetur in libro priuilegiorum [a] dictæ congregationis impreſſo Valliſoleti, anno Domini M.D.XC.V. & quo ad hos ceſſat illa quæſtio agitata per Philippum Francum ban ſcilicet oblatus etiãſi non ſit verè conuerſus poſsit teſtari. dequa aliqua tradit Nauarrus [c]

(?)

[a] apru. 95. §. 194.

[b] Francus in Rub. de teſt. n. 13.

[c] Naur in ca. non. dicatis n. 45. in. fin.

ARTI-

ARTICVLVS IX.

An ſi pater monaſterium ingrediatur & profeſſus ſit nunquid aliquem ex filijs ſuis meliorare poſsit intertia & quinta bonorum parte, vel de illis maioratum facere.

RESpondeo dicendo, quod Gregorius Lopez *a* hanc excitat quæſtionem, & reſpondet, quod poſsit, modo monaſterium inſtituat in parte monaſterio ex illis bonis obuentura, ſubdens, quod parsillamonaſterio competens erit quarta bonorum, ideoque filium etiam in tertia tantum parte meliorare non poterit: ne monaſterio in ſua parte quarta pater officiat, & adhoc etiam confert Baldi *b* aſſertio dicentis, quod ſi Papa conceſsit monacho, quod de bonis paternis teſtari poſsit, quod verba iſta Papę ſecundum ius Canonicum debent intelligi ex quo iure pars ſua monaſterio reſeruatur Hæc tamen doctiſsimi & clariſsimi viri aſſertio vera non eſt, imo ex eius aſſertione, quam ſtatim affirmat, atque exhibet conuincitur dum tenet monaſterio quintã partem competere filijs legitimis exiſtentibus & ita ab eo recedit Molina. *c*

Quod limita & intellige quando inter filios pater diſponit, ſecus ſi inter extraneos niſi de licentia Papæ teſtetur, vt ex Philippo Franco videri licet latè hanc quæſtionẽ pro vtraque parte examinant. Quitandem concludit iſtam eſſe communem opinionẽ: plures etiam idem tenentes citat Couarruuias, *e* aſſerens hanc opinionem vſum chriſtiani orbis recepiſſe.

Licentia autem teſtandi à Papa monacho conceſſa non finitur in prima vice, iuxta ea quæ reſoluta ſunt.

a gregg. in l. 17. v. vn. de ellosti. 1. p. 6.

b Bal in l. ſi cuãd. col. vl. ve. exiſle C. de in offi. teſta.

c Mo. depri mog. l. 2 ca. 9. n. 57.

d Fran. inru. deteſt. n. 78 in 6.

e Coua. inc. 2. teſta. pu. 10. cum ſeq. & inc. cum in offi. n. 17. eod. ti. ſſup. q. hac q. ar. 4.

ARTICVLVS X.

Verum valeat teſtamentum, in quo inſtituitur frater minor regularis ob ſeruantiã.

RESpondeo dicendo eſſe irritum & rum pite ſtamentum, quando hæres ineonõ inſtituitur, vel ſi inſtituitur eſt tamen ipſe hæres incapax, ex quo concludit Bartolus, *a* quod cum fratres Minores, ſecundũ eorum regulam â iure approbatam & declaratam ſucceſsionũ non ſint capaces, ſi ipſi fratres Minores ſint inſtituti hæredes & nullum habeant ſubſtitutum, vel cohęredem te ſtamentum nullum eſt, & hæreditas pertinet ad venientes ab inteſtato, ſi autem habet ſubſtitutum, vel cohæredem valeat, & ſimiliter. ſi cohæredẽ & ei accreſcit portio fratrum vbi non eſt ſubſtitutus. Vtrum autem in foro conſcientiæ talis ſubſtitutus, vel cohæres, aut veniens ab inteſtato poſsit in conſcientia hæreditatem tenere, vide per eum ibi, quia videtur habere hanc maximam, & regulam, quod ſi talis poteſt eſſe certus quod teſtator voluit diſpoſitionem valere, iure directo, id eſt teſtamenti tantum licitè eam tenet in conſcientia, ſi verò ſit certus, quòd voluit valere etiam iure codicillorum & omni modo, quo poteſt licitè eam nõ tenet, ſi vero remanet dubius, neque applicat animum ſuum ad aliquod prædictorum, ſed manet in eo quod ius perſumit licite eã tenet, tamen quia vix reperiri poteſt, qui non velit manere omni modo quo melius poteſt tutius eſt non tenere, & Bartolum ſequitur Syluester. *b*

a Ba. in trac. Minorie.

b Sylu. teſt 1. n. 6.

ARTICVLVS XI.

An per profeßionem teſtamentum ante ingreſsum religionis factum rumpatur.

RESpondeo dicendo, quod magis communis eſt, quod ſi tempore teſtamẽti monachus de profeſsione cogitauit nõ rumpatur, ſecus vero ſi de profeſsione non cogitauit iuxta quandam Bartoli *a* diſtinctionem, quam Doctores magis communiter ſequuntur, vt videri licet per Couarruuiam, *b* & per Franciſcum Francum, & per Tiraquelum, & Molinam. Quod intelligunt vt rumpatur reſpectu partium, quæ ad monaſterium erant peruentura, & quod indubio ex temporis interuallo colligi poſſet an profeſsionem præmeditauerit.

Et aduertendum quod ſiquis teſtatur ante religionis ingreſſum contemplatione tamen ipſius religionis cogitando de ingreſſu poterit teſtari, etiam non ſeruata ſolemnitate iuris communis. Ita Bartolus, *c* ſi enim hoc

a Bart. in auth. ſiquamulier C. de ſacroſan. Ec. b Cou. in c. 2. de teſt. n. 5 Franc. in tru. deteſt. in 3. n. 67. & 69. Tira. in l. ſi vnquam C. de reuoc. donat. v. ſuſc. liberos n. 45 Mol. de pri mog. li. 2 ca. 9. n. 55 cum ſeq.

c Bar. in auth. ſiquamulier n. 7. ver. ex hoc dic. C de ſac. Ec. Decius cõſ. 31. n. 3.

hoc permittitur militibus armatæ militiæ, multo magis permittendum est huic, qui de proximo accingẽdus est cælesti militiæ & ait Iulius Clarus, *d* licet hæc opinio patiatur aliquam difficultatem, in practica tamen tenenda est propter Bartolum, & aliorum eam sequentium authoritatem.

d Clarius de testa. q. 28.

ARTICVLVS XII.

Vtrum in testamentis poßint testes deponere de verbis testantis.

RESpondeo dicẽdo, quod non sufficit testẽ deponere de verbis testantis, & dicere, quod audiuit illa verba nisi simul dicat, quod vidit testatorẽ, & audiuit illa verba dicentem iuxta ea, quæ in legibus *a* imperialibus traduntur, vbi dicunt quod corã testatore debent testes sigillare vel signare testamentum alias non valeret. Bene tamen verum est, quod quædam glossa tenet contrariũ, quæ teste Cæpola *c* cõmuniter reprobatur. Nec sufficit dicere, quod certè & clarè cognoscebat vocem testatoris, nam aut testator facit testamentũ in infirmitate, & cum infirmitate de facili possit mutari mens testatoris esset incertũ dictum testis, vel saltẽ posset esse incertum quod iura in testamentis abhorrent, aut testator facit testamentum in salute, & etiam posset esse incertum, quãtumcunque vocẽ testatoris cognosceret clarè, & apertè, cũ alius posset ibi supponi, qui fingat vocem testatoris & sic possit falli testis: ideo requiritur, quod etiã deponat de visu. Quod notat: vidi enim ego in illustrissimo cõuẽtu S. Ioãnis Baptistæ oppidi de Estremoz patriæ meæ ædificato sumptibus & donatione Domini Ludouici Infantis Regnorũ Portugaliæ filij illius celebratissimi Emanuelis Regis, in quo illustrissimæ & obseruãtissimæ moniales nolebãt, vt virgo testari volẽs velũ deponeret dicẽtes notario & testibus satis esse eius vocem audiri, etiã si eius facies velo esset abscondita. Quod præsente me fuit decertatum & tandem contra notarium obtinuerũt moniales non permittẽtes præfati veli depositionem. Quod secundum iura minime fieri debuerat, cum secũdum ea non solum notarius & testes de auditu, sed etiam de visu personæ testantis debeant testimonium exhibere, & aduerte, quod monachi, & mendicãtes fratres possunt esse testes in testamento, & ita praxis admisit vt testantur Natta, *d* & Iulius Clarus.

a L. sinõ speciali & in le. si vnus C. de testam.
b Glo. in le. 2. §. idem labeo ff. de aquaplu. arc.
c Cepol. an. 203.

d Natt. in repeti. §. exim perfe. post n. 181. Clar. lib. 3. recep. sent §. test. q. 55. n. 7.

QVÆSTIO LXX.

De testamentis quo ad eorum executionem in sex articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur sex.*

1 *AN religiosus poßit esse executor testamenti.*
2 *Vtrum fratres Minores poßint esse executores testamentorum.*
3 *Vtrum religiosi consilium sit sequendũ, quãdo testator mandat quod suo consilio & voluntate, quod fieri præcipit exequatur.*
4 *Vtrum religiosus executor poßit erogare suo monasterio distribuenda pauperibus.*
5 *Vtrum ordinarius poßit compellere religiosum testamenti executorem vt sibi reddat rationem.*
6 *Vtrum remaneat suspensus regularis impediens vltimam voluntatem testatoris.*

ARTICVLVS. I.

An religiosus poßit eße executor testamenti.

RESpondeo dicẽdo, quod religiosus etiã si ab aliquo executor sui testamẽti constitutus sit nõ potest tale munus subire nisi petita prius & obtenta à suo superiori licentia, ita in iure *a* definitur, quod si nõ obtenta huiusmodi licentia aliquid exequatur totum irritum est, & inualidum iuxta veriorem sententiam traditam â Couarruuias *b* & Syluestro. Quod cõfirmatur, quia executor nisi munus vellet acceptare executor non est, prout resoluit Molina. *c* Cũ autem religiosus velle, ac nolle nõ habeat nisi dependẽter à prælato suo prout dicitur in iure superius allegato dante causam cur nõ obtẽta prius licẽtia à superiore executor esse nõ possit, cõsequẽs est, vt acceptatio ipsius nõ cõcurrẽte beneplacito superioris

a ca. relig. in prin. de tes. l. 6. & in clemen. vn. eodem tit.
b Cou. inc. tua nobis de testam. n. 2. Syl. v. test. 2. q. 2.
c Moli. 2. 2. tract. 2. dis. 248.

ris nulla omnino ſit probatur deinde ex
d L. non dubiũ C. de legib. quadã lege, *d* quæ nullum eſſe dicit quod iure reſiſtente, aut prohibente fit, eſto lex, quæ illud prohibet non ſubiungat, vt ſit nullũ: ſuperior autem ſupremus monaſterij, vt prior, guardianus, aut rector, quia ſuis ſubditis facultatẽ dare poſsũt ad id munus exequendum eſſe poteſt executor non petita licentia â prouinciali, aut ab alio ſibi ſuperiore, quando ſuperior ad id eum nõ
e Sylu. vbiſ. aſtringit. Ita Sylueſter. *e* Ratio eſt quia ſuperior monaſterij quas facultates & diſtributiones poteſt alijs cõcedere, eiſdem etiã poteſt ſecũ vti, quando aliud in ea religione non eſt ſtatutum: religioſi autem ſocietatis Ieſu videant, quid eius conſtitutiones circa hoc determinant.

f 6. par. ca. 3. §. 7. g Syl. vbiſ. Aduertendum cum *Sy*lueſtro. *g* quod ſuperior re integra poteſt reuocare facultatẽ quam dedit ſubdito, vt executor eſſet alicuius teſtamenti ad effectum, vt ſubditus progredi vlterius in executione non poſsit, ma lè tamen faciet, ſi ſine legitima cauſa eam facultatem reuocet.

ARTICVLVS II.

Vtrum fratres Minores poßint eße executores teſtamentorum.

REſpondeo dicẽdo, quod fratribus Minoribus eſt omnino interdictũ executores eſſe teſtamẽtorũ, tamet ſi præbere poſsint conſiliũ circa eorum executionẽ. Ita definitũ eſt in iure. *a* Quare vt Couarruuias, *b* & Doctores communiter affirmant præcipere poſſunt teſtatores inſuis teſtamentis executoribus etiam in rebus exequendis, atque in diſtribuendis his, quæ diſtribuere præcipiunt cõſilium ab huiuſmodi fratribus petant, tamet ſi illis auditis non teneantur tale cõſilium ſequi. Ita Couarruias *c* cum Bartolo & alijs affirmat poſſe teſtatores iniungere executoribus vt nõ alijs diſtribuant aliqua, quã his quibus huiuſmodi fratres elegerint, quin poſſe in ſuis teſtamentis fratribus committere Minoribus, vt ipſi executores eligant, fratreſque tunc poſſe illos eligere.

a Clem. exiuit de parad. §. verũ etiã de verb. ſig. b Coua. in c. tua nos n. 1. de teſtam. c Cou. vbiſ. d Sylu. v. teſtam. 2. q. 2. pronunc. 7. Molin. 2. 2. tract. 2. diſp 247. col. 152.

Sed contrariam opinionem allegando alios tenet Sylu. *d* quã dicit Molina ſibi magis placere eo quod prima opinio eſſet in fraudem legis ſi reſtringeret executores, vt teneãtur petere conſiliũ à fratribus Minoribus in rebus diſtribuẽdis, eſſet enim in effectu facere fratres ipſos executores, tamet ſi miniſterio aliorum, neque id cũ iure citato nec cum puritate ea in parte ſui ſtatus quadrat. At certe opinio Bartoli, & Couarruuias eſt tenenda, nam ſi penetretur ratio in qua fundatur Clementina id prohibens fratribus Minoribus ceſſat in hoc caſu, ratio enim præfatæ Clementinæ eſt, quia fratres Minores, hæc ſine litigio, & contrectatione vel adminiſtratione pecuniæ nequeunt expedire, quæ ratio viget in executoribus nõ autem in conſilium dantibus ad exequendum, neque in facultate ad eligendum executores & ad eos nominandos: in his enim nullum litigium, neq; vlla pecuniæ contrectatio reperitur, quando enim â teſtatore cẽtum ducati relinquũtur æqualiter interquatuor pauperes diſtribuendi, quos elegerint fratres minores nullũ litigium, nullaque pecuniæ contrectatio & adminiſtratio ipſis fratribus inde oritur, nam ipſe teſtator diſtribuit & per fratres fit pauperum electio, quod ſimiliter reperitur quando ipſi fratres tantum conſulunt executores, aut ipſos nominãt: prædicta enim ſunt meri facti, quod patet quia cadunt in deportatum, qui nõ eſt capax eorum, quæ ſunt iuris ciuilis, vt patet ex iure *f* Imo in prædictis ſolum fidelitas commendatur, & ipſis fratribus propter multa, quæ ſciunt in confeſsionibus, & extra ſecurius prædicta electio & nominatio committitur, melius enim cognoſcunt pauperes verecundos & perſonas fideles ad executionem eorum, quæ fieri præcipiuntur, quam alij alterius claſsis viri, neque prædicta ſunt mala, neque habent ſpeciem mali, vt prohiberi fratribus cenſeantur,

f L. cumpater §. pater. ff. de leg. 2.

Ex his infertur, quod ſi diſtributio alicuius pecuniæ relinquatur à teſtatore diſtribuenda arbitrio alicuius fratris in neceſsitates ipſorũ fratrum Minorum, talis diſtributio poteſt fieri à prædicto fratre hærede ſpõte ſoluẽte, & idẽ eſt ſi pecunia ſit diſtribuẽda inſorores & moniales Monaſteriorũ quæ regũtur per ipſos fratres: & ait Baptiſta *g* de Salis, quod Benedictus XII, hoc vidꝫ detur exprimere, in hoc enim caſu nulla inuenitur pecuniæ contrectatio, neque aliquod litigiũ poſſe euenire præſumitur. Nec hic aliqua iuriſdictio, aut actio acquiritur. ipſi fratri cũ hoc arbitriũ magis facti, quãiuris ſit, ſiquidẽ ſecundũ ipſum arbitriũ hæres

g Baptiſt. de Salis inſum ti. religio. fo. 200. p. 2. col. 2.

vt

vt præsupponitur minimè à præfato fratre compellitur, quod debuerat aduertere Syluester. *h*

h Sylu. vbis.

ARTICVLVS. III.

Vtrum religiosi consilium sit sequendum quando testator mandat vt suo consilio & voluntate, quod fieri præcipit exequatur.

RESpondeo dicẽdo, quod si testator mãdat vt voluntate religiosi omnia exequantur, idẽ est quasi executor, & sine eius voluntate nihil fieri potest, sicut sine voluntate executoris fieri nequit, si tamen mandat vt omnia fiant cũ eius cõsilio tunc necessario est petendum, sed non necessario sequendum, nisi hæres, vel commissarius consilium eius sequi teneatur ex voluntate testatoris, si vero dixerit secũdũ cõsilium talis regularis tenetur illud sequi secundum Albericum, *a* & allegans Ioannem Andream, in hanc sententiam inclinat Syluester, *b* qui ait quod non est necessario sequendum consilium quando mandatur exequi ex consilio, vel de consilio, vel cũ consilio, quod & in simili casu tenet Bursatus *c* probans nullam esse differentiam adhibendam, inter has dictiones, ex, de, & cũ licet aliqui literaliter illas interpretantes dicant diuersum esse si dicatur cum consilio, aut si dicatur de cõsilio, qui expresse loquuti sunt contra Bartoli *d* sententiam, qui non literam, sed realitatem considerans nullam inter has dictiones respectu consilij adhibẽdi apposuit differentiam. At quando ponitur dictio, secundum, dicendo secundũ cõsilium illa dictio, secundũ, clare denotat consilium, non solum petendum, sed etiam necessario exequẽdum, sed tu dic, quod attento, quod religiosi cum licentia suorum prælatorum possunt esse testamentorum executores, consilium ab ipsis in casu proposito esse non solum petendum, sed etiam sequendum cum dicti religiosi in hoc casu vt participes eiusdem officij constituãtur, & per consequens eorum consilium est sequendũ prout in iure *e* cõmuniter notatur.

a Alber. inc. nulli C. de Epis. & cler.
b Sylu. v. cõsil. n. 4.
c Burs. li. 1. cõs. 90. n. 35.
c Bar. in l. 1. §. si plures ff. de exer. act.

Et aduertendum, quod quando alicui est cõmissa executio & distributio in testamẽto cũ consilio fratrũ Minorũ casu, quo ipse frater nõ potest esse executor, tunc de vrbanitate debet eius sequi consiliũ & non de necessitate, si tamen proponatur cõsiliũ potẽdũ casu, quo ipsi fratres possunt esse executores, tunc temporis debet eorum consilium requiri, & sequi, possunt autem fratres Minores esse executores testamentorum, quando distributio debet fieri in ipsos fratres, vel in moniales sui ordinis, ita Bartolus hoc *f* sine aliqua cõtrouersia concludẽs.

ec. venerabilis de offi. de leg.
f Bar. intra. Minorit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum religiosus executor possit erogare suo monasterio distribuenda pauperibus.

RESpondeo dicẽdo, quod religiosus executor testamẽtorũ potest erogare suo monasterio illa, quæ sunt pauperibus distribuenda etiam si solus exequatur, cum in hoc casu distinctio personarum interdãtem & recipientem inueniatur, sibi autem non potest nisi esset in summa necessitate, quia tunc etiam liceret ei capere aliena, secus si non sit solus executor, sed cum alijs, quia tunc potest. Ita Syluester. *a*

a Sylu. testamentum 2. n. 2. versi. 5.

Nec supradictis obstat, quod restitutioni obnoxius incertorum, quæ restituenda sunt pauperibus, si est pauper potest sibi totum, aut aliquam partem capere, prout tenet cum alijs Nauarrus, *b* per quod videtur quod prædictus testamenti executor si est pauper potest sibi partem illius, quod restituẽdum est pauperibus applicare. Nã quãtum ad nostrum propositum prædicta doctrina est limitanda, nisi aliud constet de voluntate testatoris, hic autẽ cõstat de eius voluntate cũ executorem fecerit pauperẽ religiosum, & ei mandauerit, vt distribuat inter pauperes de ipso paupere ab eo cognito nulla facta mentione.

b Nau. c. 17. n. 93.

ARTICVLVS V.

Vtrum ordinarius possit compellere religiosum testamenti executorẽ, vt sibi reddat rationem.

RESpondeo dicẽdo, quod religiosus testamentarius etiã si sit exemptus, vel prælatus tenetur reddere rationẽ ordinario, & ordinarius tenetur exigere, prout in quadã Clemẽtina *a* est definitũ. Quod Ricardus *b* limitat in religioso habẽte exẽptionẽ cõmunem, & tamen potente conueniri

a Cle. relig. de test.
b Rica. in 4. dist. 45.

ratione contractus, vel delicti seu rei vt in casu cuiusdam decretalis, secus in eo, qui etiam ex prædictis conueniri non potest, quia talis ab ordinario puniri nō potest, & hanc opinionē sequitur Sylu. Et huiusmodi sunt omnes mendicantes, & hi qui eorū gaudēt priuilegijs, prout resolutū est, in secundo tomo. e Vtrū autem testator possit præcipere Episcopo, ne suus executor rationem reddere teneatur? Respondetur quod non, cū testator non possit facere ne in suo testamento leges locū habeant, voluntas enim pia rationabilis & iuridica defuncti est executioni mandanda, non autem illa, quæ illicita est, & cōtra sacros canones, prout in specie resoluit doctissimus Couarruuias. f

c c.1.de priuli.6.

d Sylu. testa 2.n.2.ver.4 e 2.to.q.72

f Cou. in c. tuanos. n.6. de test.

ARTICVLVS VI.

Vtrum remaneat suspensus regularis impediens vltimam voluntatem testatoris.

Vide quid circa hunc articulum diximus in quæstione de suspensione. a

a Supra. hoc to.q.55.ar.2.

QVÆSTIO LXXI.

De testibus in duos articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur duo.*

1 *Vtrum religiosi possint compelli ad iurandum.*

2 *Vtrum monachus possit esse testis in testamento.*

ARTICVLVS I.

Vtrum religiosi possint compelli adiurandum.

a 2. tom.q.

RESpondeo dicēdo, quod quæstiō proposita iam supra secundo tomo resoluta est. Nunc autē pro complemento proposui in mediū adducere priuilegiū Eugenij IIII. concessum motu proprio congregationi S. Iustinæ, anno Dominicæ Incarnationis 1434. quod vidi subsigillo authentico in libro priuilegiorū ordinis D. Benedicti a impresso Vallisoleti, anno Domini M. D. XC. V.

b 6.priu.fo. 15.p.2.

Eugenius IIII. seruus seruorū Dei ad perpetuam rei memoriā. Si ex debiti ministerij pastoralis, &c. Planè ne prælatos & monachos huiusmodi etiā causarū strepitus inquietet, & ab otio sancto deducat, ne quis prælatos monachos & personas de huiusmodi congregatione subire de calūnia & veritate dicenda iuramētū, aut deferendū testimoniū quacūq; de causa cōpellat inuitos siue extra ciuitates, & diœceses suas trahat, siue in eos vel eorū aliquē propterea excōmunicationis, vel alterius censuræ seu pœnæ sentētiā proferat per literas apostolicæ sedis, vel legatorum eius, nisi in eisdē literis de huiusmodi indulgētia plena expresse, ac de verbo ad verbū facta fuerit mentio specialis eadē authoritate indulgemus excōmunicationis suspensionis & interdicti, & alias sententias, siquas in eos, vel aliquē eorū cōtra indultū huiusmodi promulgare contigerit decernētes præsentiū tenore irritas & inanes, prælatorū vero monachorū conuersorū cōmissorū & nouitiorū ipsius congregationis testimonia in causis ipsorum ciuilibus & criminalibus in iudicio, & extra iudiciū legitima sint & iuridica & vt eis libere & licite vti possint cōcedimus per præsentes. Adiicientes etiā quod si quādoque contigerit per aliquem, aut plures actus contra huiusmodi, aut quacumque alia decreta, priuilegia, indulta, gratias, & immunitates præfatæ congregationi cōcessa, aut ipsorum aliquid à quocumque cuiuscumque conditionis dignitatis, gradus, seu status existat & negligentia, vel ignorātia præsentiū & futurorum, quibus ea conceduntur. aut alia quauis causa aliter attentari

vel

vel obseruari ignoranter, vel sciēter nullū tamen per hoc præiudicium decretis priuilegijs indultis gratijs & immunitatibus præfatis volumus generari, sed illa in suo robore & vigore permanere. Non obstantibus in Constantiensi, & alijs Concilijs ac fœlic. rec. Innocentio Quarto &c.

ARTICVLVS II.

Vtrum monachus possit esse testis in testamento.

Respondeo dicēdo, monachū in testamentis testē esse posse, vt inquadā decretali *a* probatur, hāc opinionē tenet Baldus, & firmat Speculator, & Ioānes Andr. & approbat Bart. Imo ait Guido *b* Papæ, absit quod testamenta, vel aliæ vltimæ dispositiones in quibus religiosi etiā mēdicātes pro testibus adhibētur debeant propter hoc irritari, imo quod tales pro testibus adhibeantur in vltimis voluntatibus, tenet communis obseruantia.

Nec obstat, inquit dictū Ioānis Fabri *c* qui videtur tenere, quod nō valeāt, ipse enim sine lege loquitur, licet enim tales religiosi pro testibus adhibiti testimoniū in iudicio ferre nō possint sine superioris licentia, nō propterea sequitur, quod ipsa dispositio vitietur, sicut dicimus in excōmunicato, qui â testimonio ferēdo repellitur à iure *b* attamen testamentū, vel contractus in quo adhibetur pro teste nō vitiatur, prout tenēt Speculator, *e* & Innoc. Hoc etiā probatur in religioso dato pro executore in testamēto: nam datio valet licet ipse officiū illud exercere nō possit, sine superioris licētia. Quod ita vidisse iudicatum in Curia parlamēti asserit idem Guido.

Hæc autē cōmunis sententia ampliatur vt procedat etiā si in eo testamento Monasteriū sit hęres institutum, aut ei sit aliquid legatū, cū monachus in causa alterius monachi testis esse possit, prout habet cōmunis consuetudo, & obseruātia teste Nata *f* sub dente hoc esse valde rationabile, nam solēt à testatoribus adhiberi, tanquam legaliores sub spe quod eorū voluntates nō reuelent.

Aduertendum tamen quod licentia prædicta debet apparere in actis, aliter monachus examinatus nihil probat, quod vt verissimam probat Ioannes de Amicis.

Reliqua autem pertinentia ad testes iam supra secundo tomo sunt satis disputata.

a c. nup. extra de testib. Bald. in l. 1. verb. super. q. 10. C. de sacros. Ecc. spe. ti. de testi v. quid de mona. & ibi And. Bar. in l. in tantum §. vniuer. ff. de rerum diuis.

b Guid. dec. delphin. q. 317.

c Faber. inst. de testib. §. test.

d c. veniens ex. de testib.

e Specul. ti. de test. §. instrum. pub. Innoc. in ca. pia glos. v. durat. ex de excep.

f Nata. in repet. §. ex imperf. sub. n. 181. C. de test

g Ioan de Amicis consi. 77. n. 17. & seq.

QVÆSTIO LXXII.

De Tertiarijs ordinum in quatuor articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur quatuor.*

1 *Vtrum ordo tertiariorum B. Francisci sit religio & vtrum eius alumni sint vere religiosi.*

2 *Vtrum tertiarij ordinis D. Dominici sint vere religiosi.*

3 *Vtrum tertiarij D. Augustini Carmelitarū & Minorum sint religiosi.*

4 *Quo habitu præfati Tertiarij vtantur.*

ARTICVLVS I.

Vtrum ordo Tertiariorum B. Frācisci sit religio, & sic vtrum eius alumni sint vere religiosi.

Respondeo dicēdo, quod vt constat ex his quæ tradit author *a* libri nostræ sacræ religiouis minorum originis, quod cū ad feruentissimā seraphici patris Francisci Prædicationē plures, tū homines, tum etiā mulieres matrimonialibus legibus astrictæ cōuerterentur, cuperentque sibi aliquā regulam certasque leges dari, quibus vitam iuxta euāgelicæ legis perfectionē fœlicius instituere possent, adiecit Beatus ipse pater, vt & tertiū ordinē quē depœnitentia dici, atque virginibus vxoratisque, necnō solutis cōmunē esse voluit, anno Dominicæ Incarnationis 1221. instituerет. Cuius & si certa regula ab ipso B. Patre Francisco tradita nō inueniatur, certissimum tamē est aliquas sibi leges quibus eius alūni in vtriusque hominis conuersatione corporali scilicet, & spirituali vti deberent ab eodem fuisse præfixas, hasque à summo Pontifice Nicolao Quarto, *b* in vnum collectas, & moderatas, atque in regulæ formam à præfatis tertiarijs, tum solutis, tū quoque vxoratis obseruandæ redactas. Quēquidē ordinē Hono. III. Pōtifex maxi-

De ori. reli 1. par. p. 3. & Redulph. li. 2. de Hist. region. Frāci. fo. 152.

b Mon. in 1. imp. fo. 49. & in 2. f. 130. conc. 298.

maximus confirmauit, & Gregorius IX. Innocẽtius Quartus, atque Nicolaus III. ſummi itidẽ põtifices plurimis fauoribus, atq; priuilegijs proſequuti ſunt Cũ igitur ſacra hæc tertiariorũ confraternitas in dies magis, magiſque excreſceret meliuſque audiret illuſtriſsima ſimul atque pietiſsima Angelina à Termis, Ciuitellæ apud Brutios comitiſſa, coacta bona illuſtriũ inuenculariũ manu, Fulginæ quæ Vmbriæ ciuitas eſt, & conuẽtũ ſub titulo S. Annæ ſibi conſtruxit & illum cũ ſocijs ingreſſa tribus monaſticis votis caſtitatis ſcilicet obedientię atque paupertatis emiſsis, ibidẽ ad mortẽ vſq; ſanctiſſime perſeuerauit, cuius exẽplo ſanctiſsimæ aliæ virgines permotæ collatis in mediũ propriis facultatib⁹ octo monaſteria, in quibus ſub habitu, atque legibus tertij ordinis Beatiſsimi patris Frãciſci conuenirent, in diuerſis Italiæ partibus poſt breuiſsimi tẽporis ſpatiũ ædificari curarunt. Et ab his ſacra tertiariorũ religio initiũ ſumpſit. Quã & Martinus V. & Euge. IIII. c Põt. Max. ſtatutis atq; Apoſtolicis conſtitutionibus & cõceſſionibus honeſtarũt. Cũque adharũ ſororũ exẽplum plurimi quoque viri, & cænobia erexiſſent, & ibidẽ ſub habitu, & norma præfati tertij ordinis triplici monaſtico voto emiſſo religioſe cõmorarentur, & iſti atq; illæ ſupra modũ multiplicarẽtur Leo X. d Pont. Max. huiuſmodi tertiũ ordinẽ confirmauit ſibique propriã regulã ab ea quã Nicol. Papa IIII. prius condiderat, vtcunque diſsimilẽ, anno Dominĩ 1521. die vero 20. menſis Ianuarij, ſed Pontificatus eius, anno VIII. præſcripſit. *Vnde Syxtus IIII. ſtatuit ac decreuit, quod votũ obedientiæ paupertatis & caſtitatis emiſſum â tertiarijs B. Franciſci habeat vim & valitudinẽ votiſolemnis, ac omnẽ inducat effectũ, quẽ inducit votũ ſolẽne factũ cuicunque de religionibus à ſede Apoſtolico approbatis. Ac diſtrictè præcipiendo mãdauit omnibus, & ſingulis cuiuſcunque gradus, dignitatis ordinis, aut cõditionis fuerint, ſub quorũ cura vel iuriſdictione prædicti tertiarij fratres, vel ſorores tunc degebãt aut in futurũ degere cõtingeret, ne fratres, vel ſorores prænominatos præfatũ votũ modo prædicto emittentes matrimoniũ contrahere, vel ante cõtractũ cõſummare, aut religionẽ ipſam dimittere, & ad ſeculare vitã redire permittãt decreuitq; irritũ quidquid in cõtrariũ actum fuerit. Ac ipſos fratres & ſorores id facientes excommunicationis ſentẽtia innodatos fore.* Ex quibus colligitur quod tertiarij fratres ſunt in triplici differentia. Quidã enim illorũ & primi tẽpore ſunt illi qui non faciunt tria vota eſſentialia religionis, neq; in congregatione viuunt, ſed in proprijs domibus cum ſuis vxoribus & filijs, aut familijs, prout aliæ perſonæ ſeculares excepto, quod obſeruãt ea, quæ in regula per Nicolaũ Quartũ cõpilata continentur. Alij tertiarij ſunt qui faciũt prædicta tria vota in manibus ſui miniſtri, vel miniſtræ corã ſua cõmunitate, ſed hi ſubdiſtinguntur, quia aliqui iſtorũ poſt emiſsionẽ votorũ, ſeu profeſsionẽ prædicto modo factã remanẽt & viuunt in cõmuni. Reliqui vero licet faciãt profeſsionẽ in cõmunitate, tamẽ poſtea nõ viuunt in communitatibus ſui ordinis, ſcilicet in aliquibus Eremitorijs, vel Eccleſijs ſeparatis àcõuentibus dicti ordinis, & vt omnia diſperſa & confuſa in hac materia clariora fiant accipiat lector ſequentes concluſiones.

c Mon. in 1. imp. fo. 46. & in 2. f. 42 conc. 47.

d Supp. fol. 35. cõce. 119.

Prima concluſio, illi tertiarij, qui ordinati fuerũt per B. Franciſcũ non erãt vere religioſi ſecundũ Panorm. eorũ enim inſtitutũ licet fuerit per Papã approbatũ, fuit tamen approbatũ, vt quidã modus bene viuendi vt etiã expreſſe tenet D. Thomas. e Vtrum autẽ hi inter perſonas eccleſiaſticas enumerẽtur dictũ eſt in ſuperioribus. f Vnde ſuper tales tertiarios nõ poſſunt fratres Minores habere aliquã iuriſdictionẽ, poſſunt tamen habere aliquã diligentiã, ſeu curã ſpiritualẽ pro directione animarũ illorũ, vt poſſent audiẽdo cõfeſsiones eorũ, & conferẽdo illis ſacramẽtũ Euchariſtiæ frequẽtius, quã alijs fidelibus, necnõ cõmunicando eis aliquas indulgẽtias, & peccatorũ remiſsiones, & alia ſimilia ſpiritualia, quemadmodum fit confratribus, & ratione prædictorum tantum eſt quædam mutua obligatio, ſine præiudicio decimarũ & tributorũ, ac iuriſdictionum

e Panor. in ru. dereg.

f D. Tho. 2. 2. q. 187. ar. 4. ad 3.

g Supr. 2. to. q.

num Eccleſiaſticarum & ſecularium, quibus manent ſemper obligati, vt alij mere ſeculares, vt patet ex his quæ â Leone X. ordinata ſunt in Concilio Lateranenſi relato in ordinis ſupplemento. g Et notandum quod omnes mulieres tertij ordinis modo vouerint caſtitatem, modo non, modo gaudeãt priuilegijs noſtris modo nõ, non ſunt veræ religioſæ, & multis nominibus vocantur, nam in Italia vocantur Bizochæ, alibi Pynzocheræ, in Hiſpania Beatæ, alibi Mãtilatæ, & communiter dicuntur etiam tertiariæ, & de pœnitentia.

g Supp. fol. 26. cõce. 86

Secunda concluſio, In aliquibus partibus reperiuntur aliqui, qui tertiarij nominãtur quorũ nulla inuenitur facta profeſſio, ſed ab aliquibus fratribus habitum tertiariorum receperunt, viuunt in aliquibus Eremitorijs, ſeu in domibus ſecularibus, qui non ſolum non ſunt religioſi, ſed vt temeritatem committentes debent reputari: ideo debent procurare fratres, vt prælati Eccleſiaſtici ordinarij procedant contra tales, cùm deferant habitum cuius ipſi non ſunt, prout in ſecundo tomo in ſimili caſu latè diximus.

Tertia concluſio Tertiarij, qui iuxta conceſsionem Syxti Quarti emittunt tria vota eſſentialia ſunt vere religioſi exempti ab omni juriſdictione Eccleſiaſtica, ſubiecti generalibus fratrum Minorum. *Syxtus enim Quartus ſtatuit, quod generales & prouinciales miniſtri ordinis Minorum, & eorum vicarij tam conuentuales, quam obſeruantes habeant ſub ſua iuriſdictione omnes fratres, & ſorores tertij ordinis Beati Franciſci, vbilibet infra prouincias eis commiſſas conſiſtentes, ac eos charitatiue viſitent, & eoſdem iuxta regularia inſtituta dicti ordinis inſtruant & reforment, necnon, & corrigant etiam per ablationem habitus dicti tertij ordinis, ſi id qualitas exceſſus exegerit. Similiter ſtatuit, quod prædicti prælati ordinis Minorum poſſint recipere volentes aggregari huiuſmodi tertio ordini. Ac etiam quod poſſint eiſdem tertiarijs deputare viſitatorem, ſeu confeſſorem prædicti ordinis Minorum de obſeruantia, vel conuentualium, prout eis plus placuerit, qui eiſdẽ Tertiarijs omnia Eccleſiaſtica Sacramẽta miniſtrare debeat.*

Ita habetur in monumentis h ordinũ Quæ conſtitutio licet aliquorum pontificum decretis fuerit aliquando mutata conceſſo eiſdẽ tertiarijs Miniſtro generali, ſicut habent aliæ religiones, hodie tamen generalis ordinis Minorum de obſeruantia ſaltẽ in his Hiſpaniarum partibus eſt pater etiã generalis huius Religionis, & licet in Hiſpania aliqua Tertiariarũ prouincia inueniatur ſuum recognoſcens prouincialem prædictus tamen prouincialis cum tota ſua prouincia prædicto generali ſubditur, quo ad omnia. Verum eſt tamen quod aliquæ Moniales conſentientibus patribus de obſeruãtia ordinariorũ iuriſdictioni ſe ſubdiderũt, & vtinam omnes moniales cuiuſcunque inſtituti regulares ordinario ſubderẽtur, præſertim in noſtra religione Minorum, in qua de earum poſſeſsionibus, & redditibus non poſſumus ſecundũ noſtrum inſtitutum, ita curare, ſicut fratres aliarum religionum.

h in...impr. fo. 8. & in 2. fo. 92. conc. 201.

Quod autem prædicti tertiarij & Tertiariæ ſint vere religioſi probatur, nam illi faciunt profeſsionẽ triũ votorũ eſſentialiũ in religione approbata ſecundum regulam approbatã à ſede Apoſtolica, quod ſufficit vt ſint vere religioſi, vt definitũ eſt â Boni. VIII. & nos latè explicauimus in primo tomo quæſtionum regulariũ. Quod confirmatur, nãſi votũ ſit ſolẽne, tũ in profeſsione certæ regulæ, tũ in maiorũ ordinum ſuſceptione, ſolẽnitas enim fieri nõ cõſueuit niſi dum quis per ſuſceptionẽ noui ſtatus rei alicui mancipatur, nõ enim ſolemnitas nuptialis celebriter adhibetur, niſi dũ vterq; cõiugũ alteri ſe mutuo tradit ſtatũq; matrimonialẽ profitetur, qui publicitus innoteſcere debet per ſuſceptionẽ autẽ facti ordinis puta ſubdiaconatus diuino ſe homo addicit miniſterio firmũ ſtatum ſuſcipiens clericalẽ, ſimiliter in profeſsione certæ regulæ â Sede Apoſtolica approbata, quãdo per abrenunciationẽ ſeculi propriq; volũtatis ſtatũ quis perfectionis aſſumit, igitur tunc ſit votũ ſolemne

i C. vn. de vo. l. 8.

lẽne. Confirmatur deinde, nã in opinione D. Thom. ſolemnitas voti attenditur ſecundum benedictionẽ & conſecrationẽ, non quod in benedictione & conſecratione voti ſolemnitas cõſiſtit, ſed quod illa benedictionis ſolẽnitas adhibetur inſignũ voti, in quo fit actualis traditio, ſicut ſolẽnitas nuptiarũ non eſt de eſſentia matrimonij, ſed eſt eius teſtimonium, in præſentiarum autem fit actualis iſtorum tertiariorum cum ſua religione mutua traditio authoritate Eccleſiæ, ita quod ſicut per actualem mutuam traditionem & conſenſum in matrimonio carnali, quoddam indiſſolubile vinculum conſurgit, ita etiam in profeſsione, quod eſt matrimonium ſpirituale, quoddam vinculum perpetuũ & inſeparabile inter profitentem & ſtatum religioſum quem aſſumit eueniat vt patet ex traditis à Soto. k quod autẽ Tertiarij, de quibus in hac concluſione loquimur, hoc modo ſolemniter profiteantur patet ex Bulla Syxti IIII. ibi, *habeat vim, & valitudinem voti ſolemnis, ac omnem inducat effectum, quem inducit votum ſolemne*, qui effectus ſtatim declaratur prohibendo, ne contrahant matrimonium, & ſi ſecus factum ſit irritum & inane iudicetur, in qua inhabilitate ad cõtrahendum ſecundũ Caietanum voti ſolemnitas conſiſtit, prout tradit Sotus, l quod ex eo euenit quia in profeſsione fit illa actualis & indiſſolubilis traditio propter quod Syxtus IIII. ſtatim addit, quod prædicti ſic traditi & ligati ad ſecularem vitam minimè gentiũ redire poſſunt. Quod ex dicendis in articulo ſequenti manifeſtius patebit. Aduertẽdum tamen quod actualis & indiſſolubilis traditio profeſsionis eſt ab Eccleſia, vt Scotus m opinatur, non vero â iure diuino, ſicut eſt indiſſolubilitas matrimonij cum reſpectu matrimonij habeamus illud oraculum diuinum n quod Deus cõiunxit homo non ſeparet, reſpectu tamẽ profeſsionis nullum extet ſimile oraculum diuinum.

k Soto. li. 7. de iuſt. q. 2. a. 5.

l Sot. vbiſu.

m Scot. in 4. d. 38.

n Matt. 19.

ARTICVLVS II.

Vtrum Tertiarij ordinis D. Dominici ſint vere religioſi

REſpondeo dicẽdo, quod Florentinus a in ſuo hiſtoriali dicit B. Dominicũ etiã inſtituiſſe tertium ordinẽ, ſeu tertiarios fratres, & ſorores de pœnitentia. Et forte hoc fecit imitando B. Franciſcum in hoc qui fuit contemporaneus eidem, qui quidem B. Pater noſter Franciſcus, qui primus omnium hos tertiarios, ſeu fratres de pœnitentia inſtituit, ideo ei ſpecialiter Eccleſia hoc tribuit ſpecialius de eo cãtãs, tres ordines hic ordinat, &c. Imo Auguſtinenſes etiam habẽt ſuos tertiarios, ſeu corrigiatos fratres de pœnitentia, de quibus articulo ſequenti dicemus, quantum autem ad id quod in titulo articuli propoſuimus decidendum ſciendum eſt, quod Iulius II. die XIIII. Decembris, anno Domini milleſimo quingenteſimo nono Pontificatus ſui anno ſeptimo in breui directo, dilecto filio Thomę de Vio Caietano generali miniſtro ordinis Prædicatorũ, in hunc modum ait, *Et inſuper quod mulieres prædicti ordinis, quæ ſorores de pœnitentia nũcupantur & collegialiter viuunt ſi tibi placuerit, & illæ hoc cupiant) ex benignitate Apoſtolica tria vota religionis in manus tuas aut illorum quos ad hoc duxeris deputandos emittere licite valeant.* Et idem Iulius Secundus in alio breui directo eidem Generali ait, *Sorores quoque de Pœnitẽtia Beati Dominici nuncupatæ collegialiter viuentes, & volentes vouere tria vota religionis iuxta noſtram conceſsionem eadem authoritate volumus, vt profiteantur obedientiam tibi & pro tempore exiſtenti magiſtro generali, vel alteri vices magiſtri generalis gerenti, vſque ad mortem ſecundum regulam Diui Auguſtini & propter hoc tamen non teneantur ad clauſuram, neque ad officium diuinũ, magis quam ex ſua regula tertij habitus tenentur.*

a Florent. 3. p. ti. 23. c. 14. §. 2.

Quarum conceſsionum tenorem conſiderantes doctiſsimi patres Dominicani ſibi perſuaſerunt virtute earum præfatas tertiarias non eſſe nec definiri eſſe proprie religioſas, ſed ſummum Pontificem earum ſtatum, vt pium approbare cum aggregatione trium votorum ſimplicium, perquæ licet fiat ſecundum Scotum b actualis tra-

b Scot. in 4. diſt. 38.

traditio, non tamen ex tali traditione reſultat vinculum indiſſolubile taliter, quod ſi contraherent matrimonium minime valeret, propter quod ad omnem dubitationē tollendam prædicti patres, à Paulo III. huius difficultatis ſolutionē impetrarūt. Qui reſpondit in hunc modum.

Dilectis filijs magiſtro generali, & prouincialibus & conuentualibus prioribus, vniuerſiſque fratribus ordinis prædicatorum.

Habet. ſub ſigil. aut in li. priuileg. huius ordi.

PAVLVS Papa III. dilectis filijs ſalutē & Apoſtolicā benedictionē. Exponi nobis nuper feciſtis quod licet alias fæl. record. Sixtus Papa IIII. prædeceſſor noſter acceptoper eum quod quidam fratres, & ſorores tertij ordinis Sancti Franciſci ex eius, vel prædeceſſorum ſuorum Rom. Pontific. ſpeciali conceſſione collegialiter viuentes poſt annum probationis in manibus ſui miniſtri, ſeu miniſtræ ab eorum collegio canonicè electi, vel electæ coram toto ſuo collegio tria ſubſtantialia vota emittebant, & quod á pleriſquè dubitatur, an talia vota eſſent ſolemnia & religionis obſeruantiæ obligarent, perſuas literas decreuerit & ſtatuerit, vota præfata, vt præmittitur emiſſa, vel quæ in futurum emittentur de cætero eam vim & efficaciam habere, quam ſolemnia vota habent, & omnem inducere effectum, quem inducunt ipſa vota ſolemnia facta per quoſcumque religioſos & religioſas de religionibus á Sede Apoſtolica approbatis. Mandamus omnibus & ſingulis cuiuſcunque gradus dignitatis conditionis, ordinis eſſent, ſub quorum curá, vel iuriſdictione fratres vel ſorores præfati degebant, vel morabantur, aut degere, vel demorari contingeret in futurum, ne de cætero fratres, vel ſorores præfati præfata vota modo præfato emittentes matrimonium de cætero contrahere, vel antea contractum poſt emiſſa huiuſmodi vota conſummare, vel religionem ipſam dimittere, & ad ſecularem vitam redire permitterent. Quodque ſi ipſi fratres & ſorores contrarium feciſſent matrimonium huiuſmodi nullum fuiſſe & eſſe apoſtolica authoritate decernerent, ac ipſos fratres & ſoroores id facientes excommunicationis ſententia innodatos tandiu denuncient, donec ad cor reuertentes habitum dictæ religionis reſumerent, & votum, ac profeſſionem ſuam iuxta ſtatuta & conſuetudines dicti ordinis obſeruarent, meruiſſentque ab huiuſmodi excommunicationis ſententia à ſuis ſuperioribus abſolutionem obtinere, prout in eiſdem literis plenius continetur, ac omnia & ſingula priuilegia & indulta apoſtolica authoritate eidem ordini Sancti Franciſci quomodolibet conceſſa vobis & ordini veſtro generaliter communicata fuerint. Nihilominus, quia literæ prædeceſſoris huiuſmodi vobis & ordini veſtro prædictis, ac ſub cura degentibus ſororibus tertij ordinis, ſeu tertiæ regulæ Sancti Dominici collegialiter, vt præfertur viuentibus, & ſpecialiter communicatæ non reperiuntur à nonnullis hæſitatur, an literæ prædeceſſoris huiuſmodi etiā in fratribus & ſororibus dicti ordinis tertij

seu regulæ tertiæ Sancti Dominici in collegialiter viuentibus, quia tria vota huiusmodi emittere consueuerunt locum sibi vendicent. Quare nobis humiliter supplicari fecistis, vt omnem hæsitandi materiam tollere, aliasque vobis, & ordini vestro præfato in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur quarumcunque animarum saluti obnubilantia dubia, de cordibus fidelium tollicupientes, huiusmodi supplicationibus inclinati dicta autoritate Apostolica tenore præsentium decernimus & statuimus, quod vota per fratres & sorores tertij ordinis seu tertiæ regulæ Sancti Dominici huiusmodi eo modo emissa secundumque vota per fratres & sorores dicti ordinis tertij Sancti Francisci emissa iuxta decretum prædecessoris huiusmodi solemnia sint, & cẽseantur, ac eundem effectum prædictum faciant, & ad religionis obseruantiam arctent, & obligent. Mandantes omnibus & singulis sub quorum cura aut iurisdictione fratres aut sorores tertij ordinis, seu tertiæ regulæ Sancti Dominici huiusmodi degunt & morantur, seu in posterum degere, vel morari contigerit cuiuscumque gradus, dignitatis ordinis aut cõditionis existãt, ne de cætero fratres, vel sorores tertij ordinis, seu tertiæ regulæ Sancti Dominici huiusmodi, qui prædicta vota modo præfato emiserunt matrimonium contrahere seu ante contractum post emissionem huiusmodi consummare, aut religionẽ ipsam dimittere, & ad secularem vitam rèdire permittant. Quodque si ipsi fratres, vel sorores contrarium fecerint matrimonium huiusmodi nullum fuisse, & esse eadem autoritate decernentes ac fratres, vel sorores hoc facientes excommunicationis sententia innodatos esse tandiu denuntient donec ad cor reuersi habitum religionis Sancti Dominici resumpserint, & votum, ac professionem suam secundum statuta & consuetudines dicti tertij ordinis, aut tertiæ regulæ modo prædicto colle gialiter viuentes obseruent, mereantur que ab huiusmodi excommunicationis sententia à suis prioribus absolutionem obtinere. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis, quæ dictus prædecessor in literis suis voluit non obstare, cæterisque quibuscunque. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die vigesima sexta Iulij MDXLII. Pontificatus nostri anno octauo.

ARTICVLVS. III.

Vtrum tertiarij & tertiariæ Eremitarum Diui Augustini & Carmelitarum & Minorum sint religiosi.

REspondeo dicendo, quod Eugenius IIII, & Martinus Quintus, confirmauerunt literas Bonifacij VIII. inserendo illas de verbo ad verbum, in quibus conceditur, quod generali & cuilibet officiali & prioribus ordinis Eremitarum Sancti Augustini in quibuscunque prouincijs consti-

conſtitutis ſit licitum quaſcumque mulieres idoneas aliquod canonicum obſtaculum non habentes, quæ habitum regulare dicti ordinis (ad inſtar Mãtellatarum, ſeu pinzocherarum ordinum fratrum minorum & prædicatorum) habere, ac geſtare voluerint tam virgines quam matronas, ac viduas in Mantellatas, ſeu pinzocheras prædicti ordinis Eremitarum recipere & admittere. Ac earum ſingulis habitum regularem, & regulam eiuſdem ordinis Eremitarum exhibere ad inſtar huiuſmodi Mãtellatarum ſeu pinzocherarum, prout ſecundũ Deum, & ſalutem animarum earumdem ſalubrius viſum fuerit expedire, Ita habetur in libro *a* monumenta ordinum.

a in 2. impr. fo. 177. conc. 412. & 246. conce. 596. & 597. b in 1. imp. fol. 96. & in 2 fo. 180. cõce. 426. c Suppl. fol. 6. conce. 14 v quodque. ipſe.

Et Sixtus IIII. ſimilem quaſi ad literam conceſsionem indulſit ordini Carmelitarũ, prout in præfato libro continetur.

Et Iulius Secundus in mari magno a ait in hunc modum. Quodque ipſe Franciſcus de Paula regulam ſeu modum viuendi tertij ordinis pro vtriuſque ſexus perſonis ſub eadem regula ſeu modo viuendi quæ ſeptem dumtaxat clauderetur capitulis pœnitentiam agere valerent per eundem Alexandrum prædeceſſorem benedici, approbari & cõfirmari cupiebat, idem Alexander prædeceſſor Pyrri Archiepiſcopi, ac Sixti & Innocentij prædeceſſorum prædictorum ac ſuas literas prædictas, necnon omnia & ſingula in eis contenta, alia quoque priuilegia cõceſſiones & immunitates exemptiones & indulta quæcumque eiſdem fratribus Minimis ac eorum domibus à ſede prædicta vel eius legatis, ſeu alias quomodocumque facta, & conceſſa, necnon reductionẽ, mutationẽ & alterationẽ dictorũ X. capitulorũ & regularũ ipſorum fratrum Minimorum, necnon regulã ſiue modum viuẽdi huiuſmodi pro vtriuſque ſexus perſonis & in vtriuſq; regulæ capitulis contenta quæcumque, quæ omnia diligenter inſpici, ac de verbo ad verbũ inſeri fecit cũ ſuppletione defectuum approbauit & confirmauit, &c. Quam conceſsionẽ confirmauit Leo X. die quinta Septẽbris anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſexto, Pontificatus ſui anno quarto in bulla, *d* quæ incipit. his quæ pro fidelium.

d refert Paraſelus. in lib. priuil. p. 57.

Circa quas conceſsiones notandum eſt primo quod ego non inueni in priuilegijs ordinum apud religionem Eremitarum D. Auguſtini & Carmelitarum eſſe vtriuſque ſexus fratres tertij ordinis, ſed tantum quædam ſorores ſub quibuſdam conſtitutionibus viuẽtes, de quibus ſupra in quæſtione de mulieribus ſatis diximus, nec hæc ſunt religioſæ, cum nõ viuant ſub aliqua regula approbata profitendo tria vota eſſentialia, imo Leo *f* Decimus, in bulla quæ incipit. Nuper in Concilio Lateranenſi anno Domini milleſimo quingẽteſimo decimo octauo Pontificatus ſui anno ſexto, die prima Martij declarauit votum caſtitatis emiſsũ à prædictis ſororibus eſſe ſimplex & per cõſequens ipſum votum emittentes non ſunt verè religioſæ.

f ref. Paraſſelus l. priu. fo. 78. pa. 2.

Circa tertiarios autẽ ordinis Minimorum inuenio in conceſsione Iulij II. D. Frãciſcum de Paula pro vtriuſque ſexus perſonis regulam ſeu modum viuendi conſtituiſſe & à ſede Apoſtolica confirmationẽ obtinuiſſe. Vtrum autem ſint religioſi ſicut ſunt tertiarij D. P. Franciſci & D. Dominici dubitatur. Ad quod reſpondeo, quod licet Leo X. tertiarijs præfatis concedat omnia priuilegia cõceſſa tertiarijs ordinis Minorũ & prædicatorum, vt patet ex eius breui incipiente, *ea quæ à prædeceſſoribus noſtris*, non tamẽ concedit ipſis, vt tria vota eſſentialia emittant ſicut conceſſum eſt Franciſcanis & Dominicanis tertiarijs, & licet ipſis ita eſſet per Sixtum IIII. & alios Summos Pontifices indultum adhuc non eſt certum eſſe vere reli-

g refert Paraſſelus vbi ſ. fo. 53. c

re religioſos, ſed oportet, vt claram de hoc à ſede Apoſtolica conceſsionem obtinerẽt ſi cut obtinuerũt patres Dominicani à Paulo Tertio prout dictũ eſt in articulo ſuperiori.

ARTICVLVS IIII.

Quo habitu præfati tertiarij vtantur.

REſpondeo dicẽdo, quod habitus iſtorũ tertiariorũ ſecundum regulã confirmatam per Nicolaum *a* IIII. debet eſſe coloris neq; prorſus nigri, neq; prorſus albi, ſed quia prædictus Nicolaus nihil dixit de forma huiuſmodi habitus, ac etiam de colore locutus eſt obſcure, fuit poſtea per Iuliũ II. prouiſum in hunc modũ, qui ſtatuit quod tertiarij poſsint portare vbicumque habitũ talem quod diſtiguãtur à fratribus primi ordinis Sancti Frãciſci. Et quod conſtituatur omnibus illis de tertia regula, quocunque nomine nuncupẽtur, vbicumque ſint per vniuerſum orbem habitus vniformis, qui ſit communis omnibus ipſis vbique tam in forma quam in colore, ita quod nulla ſit differẽtia in habitibus eorum, in forma autem quoad minus habeant caparonem latũ, vt de ſuper ſcapulas deſcendat ab vtraq; parte per quatuor digitos, in longitudine vero tã à parte interiori quam poſteriori attingat infra cingulum, vt ſuper illud poſsit cingi, colorvero ſit magis ad nigredinem tendens, quã albedinẽ, ita habetur in ordinum monumẽtis. *b* De cingulo autẽ huiuſmodi tertiariorum dicitur in præfata regula confirmata per Nicolaum IIII. quod ſit corrigia & non chorda ſicut eſt cingulum fratrum minorum.

a reg tertia. c. 1.

b in 2. imp. fol. 215. con ce. 519.

Quantum autẽ ad tertiarios non profeſſos, qui ordinati ſunt per B. Franciſcum cõſuetudo, vel potius corruptela interpretata eſt in diuerſis prouincijs & Regnis diuerſas formas habituum, ita quod in aliquibus partibus deferant huiuſmodi tertiarij habitus conſimiles habitibus fratrum minorum, licet hoc ſit expreſſe contra priuilegia prædictorum fratrum minorum, & nonnunquam eueniat inde materia ſcandali. Videtur tamẽ quod habitus quem in partibus Italiæ deferunt prædicti tertiarij ſit eorum ſtatui, & rationi magis condecens, quia quoad formã deferunt veſtes, prout alij ſeculares, & quoad colorẽ ſicut fratres minores. Et eſt verisimile talem habitum voluiſſe Beatum Franciſcum, quod prædicti tertiarij deferrent, cum ab antiquo in partibus, in quibus præfatus ſanctus primo inſtituit prædictũ tertium ordinem, & vbi pro maiori parte conuerſatus eſt obſeruatus ſit, & de præſenti obſeruetur talis forma habitus. Non poſſunt tamen præfati deferre chordam, ſicut fratres minores regula ipſorum prohibẽte.

Et pro complemento libuit in præſentiarum deplorare videndo fratres huius religionis conſimilem deferre in Regno Luſitano habitum cum fratribus minoribus in colore & in forma: licet enim in forma capilli aliquantulum differat, hæc differentia ſatis eſt parua, & in maiori parte anni ab omnibus ignota & abſcondita, cum ipſi ſuper habitum capam ſimilem fratribus minoribus portent, & ſic hanc differentiam omnino occultent, quod deſidero à patribus ordinis reformari, & ipſos meos patres & fratres tertiarios in omnibus alijs ad obſeruantiam regularem pertinentibus foueri.

QVÆSTIO LXXIII.

De Tertiarijs quoad eorum priuilegia & exemptionem in duos articulos diuiſa.

¶ *Circa quam quæruntur duo.*

1 *VTrum tertiarij gaudeant priuilegijs cõceſsis fratribus minoribus.*

2 *Vtrum tertiarij & tertiariæ conſequãtur indulgentias conceſsas ordinibus quorum ſunt tertiarij.*

ARTICVLVS I.

Vtrum Tertiarij gaudeant priuilegijs conceſsis fratribus minoribus.

REſpõdeo dicendo quod multa cõfuſe traduntur à Corduba *a* & à Collectore priuilegiorũ mendicãtiũ ſuper deciſione articuli quæſtionis, quæ confuſio à diuerſis conceſsionibus & earum limitationibus orta eſt, ſed nunc attenta conſtitu

a Cordu. in addit. ad cõpend. mẽd. tit. tertiarij. fratres & ibi collector.

ſtitutione Pij V. quæ incipit, *Ea eſt officij noſtri*, edita anno milleſimo quingẽteſimo lexageſimo octauo, & alia Gregorij XIII. quæ incipit. *Ex benigna*, edita anno Domini milleſimo quingẽteſimo ſeptuageſimo quinto, hæc cõfuſio eſt ſublata, definiunt enim hi ſummi patres ſolũ illos poſſe noſtris priuilegijs exemptionibus immunitatibus gratijs, &c. gaudere, qui ſunt tertij ordinis S. Franciſci de pœnitentia nuncupati in congregatione viuentes, ac tribus votis ſubſtantialibus aſtricti, ac profeſsi, & ſub ordinis minorum ſuperiorum regularis obſeruãtiæ obedientia degentes. Pro cuius rei explicatione nota, quod hæ clauſulæ & conditiones punctualiter & ſpecialiter ponuntur in præfatis bullis Pij V. & Gregorij XIII. quarũ prima eſt reformatiua dicti ordinis. Altera eſt cõfirmatiua priuilegiorũ ordinis

Prima quæ eſt reformatiua ipſius ordinis inter alias declarationes & determinationes habet has ſequentes conditiones.

Prima extinctio viſitatoris miniſtri & vicarij eorum, vt poſt hac nullus miniſter, vicarius, ac viſitator generalis dicto ordine habeatur, ſecunda ſubrectio eiuſdem ordinis, tã virorum, quam mulierum, eorumque bonorum &c. generali & prouincialibus miniſtris fratrum minorum de obſeruantia â quibus debẽt viſitari & corrigi, &c. quẽ ad modum illis eſt in ſuo proprio ordine attributum, ac vt ipſis prælatis omnino obediãt præcipitur. Et quod in capitulis eorum interueniat generalis, vel commiſſarius generalis, vel illius prouinciæ vbi celebratur capitulum prouinciales de obſeruantia. Et quod electiones viſitatorum prouincialium fiant de idoneis fratribus tertij ordinis huiuſmodi perſecreta ſuffragia, & alias eo modo, quo fit de fratrum minorũ de obſeruantia prouincialibus, & per prædictum miniſtrum generalem confirmentur, & quod hæc officia annualia ſint, vt elapſo primo anno illa vacare cenſeantur. Viſitatores autẽ poſsint ſi idonei reperiãtur etiã eo dẽ modo intelligi & confirmari in ſecũdo & tertio anno, ſed omnes ſuis officijs huiuſmodi, quandocunque perfuncti denuo ad illa niſi tranſacto ſexẽnio neque ante reuocari. Et ſupradictorũ viſitatorum poteſtas tanta ſit cum ſuis ſubditis, quanta eſt prouincialis cum ſuis fratribus. Fratres & ſoroores huius ordinis tertij profeſsi nihil priuatim, vel propriũ habere poſsint, ſed omnia vbique communia eſſe debeant, & contrà facientes pœna furti puniatur. Et ſic in communi & ſub clauſura viuere debent, Et confeſſores, & concionatores earundem approbari dẽbent à miniſtro generali vel prouinciali. Et huic ordini ſic reformato conceduntur â Pio Quinto, & à Gregorio Decimo tertio omnia priuilegia minorum de obſeruãtia. Ex quibus colligitur, quod alij tertiarij, qui carent prædictis conditionibus & in ſuis domibus viuunt carent huiuſmodi priuilegijs & exemptione, quod in Concilio Lateranẽſi ſub Leone X. fuit determinatum, *Leo enim decimus in eo concilio ſtatuit, quod fratres & ſoroores tertij ordinis in proprijs domibus habitantes valeant ſepulturã eligere vbi voluerint. Et quod die Paſchatis tantum Euchariſtiam necnon extremã vnctionem cæteraque Eccleſiaſtica ſacramenta (pœnitentiæ ſacramento duntaxat excepto) à proprio ſacerdote parochiali recipere debeãt. Et voluit quod ad onera quæ laicis incumbunt, perferenda, teneãtur, ac quod in foro ſeculari corã iudicibus ſecularibus conueniri poſsint. Et inſuper decreuit quod prædicti tertiarij in proprijs domibus habitãtes nullatenus admittãtur tempore interdicti ad diuina in Eccleſijs ordinum quorum tertiarij ſunt ſi cauſam dederint interdicto, vel cauſam ipſam nutriãt ſeu foueant, aut dantibus auxilium cõſilium vel fauorem quomodolibet præſtiterint.* Ita habetur in ordinis Supplemento. *b*

Colligitur etiam, quod neque mulieres, quæ promiſerunt continentiam virginalẽ vel vidualem poſſunt modo gaudere dictis priuilegijs licet à Leone *c* X. in Concilio Lateranenſi, ſint conceſſa: tantum enim cõceduntur prædicta priuilegia illis, qui in cõgregatione viuunt & tria vota eſſentialia emiſerunt. Quod decretis *d* Concilij Tridentini maxime eſt conforme.

b Supp. fol. 26. cõcc. 86

c Supp. fol. 26. cõcc. 87

d Conc. Tr. ſeſ. 24. de reform. c. 11.

Colli

Colligitur denique, quod moniales tertij ordinis, quæ in his Hiſpaniarũ partibus ſubduntur ordinario non gaudent iuxta ſuperius dicta præfatis priuilegijs minorum, cum ea, vt conſtat ex priuilegijs antiquis, & ex dictis conſtitutionibus Pij V. & Gregorij XIII. non concedantur abſolutè omnibus monialibus profeſsis incõgregatione viuentibus, ſed his tantũ quæ ſunt ſub obedictia fratrum minorum. Vnde ego neſcio quo iure prædictæ tertiariæ ſub obedientia ordinarij viuentes gaudeant prædictis priuilegijs, quod earum prælati debẽt diligenter inquirere, ego enim ad hoc inueſtigandum diligentiam adhibui, & nullum huius rei priuilegium ipſis conceſſum inuenire potui, niſi ſolum priuilegium conceſſum Illuſtriſsimo & religioſiſsimo monaſterio Annunciationis, alias, Sanctæ Vrſulæ Salmanticæ fundato, cuius tenor ſequitur.

Franciſcus miſeratione Diuina tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem S.R.E. Presbyter Cardinalis de Quiñones dilectis nobis in Chriſto Abbatiſſæ & monialibus monaſterij Annunciationis B. Mariæ ciuitatis Salmantin. tertij ordinis S. Franciſci vniuerſis Chriſti fidelibus ſalut. in Domino ſempiternam. Hodie ſanctiſsimus in Chriſto Pater & Dominus noſter, Dominus Paulus diuina prouidẽtia Papa Tertius ſuppli cationibus noſtris per nos ex parte dilecti fratris Franciſci Caſtelli procuratoris ordinis minorum regularis obſeruantiæ porrectis inclinatus intelligens, quod in monaſterio veſtro quod ſub erectione & viſitatione Archiepiſcopi Compoſtellani exiſtit ex conceſsione apoſtolica habetis, quod Sabbato totius anni non occurrẽte feſto duplici dicatis & recitetis officium Incarnationis, ex quo quia confeſsio in ordine aliorũ feſtorum occurrentium exoritur vobis, & cuilibet veſtrũ, quod ſi aliquis ſanctus ſimplex concurrat illo die fieret dẽ eo tantum commemoratio in matutinis & in veſperis. Præterea quod omnibus & ſingulis gratijs indultis priuilegijs monaſterijs & monialibus S. Franciſci regularis obſeruantiæ, ſub quibuſuis verborum formis per Rom. Pontifices ſuæ ſanctitatis, prædeceſſores, alias, conceſsis vti, & gaudere, &c. Datũ Romæ apud Campum Martium in ædibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ ſub anno â Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto indictione nona, die vero vigeſima menſis Martij, Pontificatus ſanctiſsimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pauli diuina prouidentia Papæ Tertij anno ſecundo.

Circa quam conceſsionem, quoad noſtrum propoſitum, primo notãdũ eſt quod moniales in ea contentæ gaudent priuilegijs cõceſsis & concedendis omnibus ordinibus mendicantibus, cum ipſis communi cẽtur omnes gratiæ indulgentiæ & priuilegia conceſſa monialibus Sancti Franciſci, cuiuſmodi ſunt moniales Sanctæ Claræ, quæ communicant in priuilegijs indultis, & gratijs conceſsis & concedendis cum ordinibus mendicantibus, prout in Secundo Tomo latè probauimus. e 2.q.86.ar. 2.

Secundo per tranſennam notandum eſt, quod non poſſunt præfatæ moniales in Sabbato recitare officiũ Incarnationis Dominicæ, cum hoc per bullam Pij V. ſit reuocatum, in eo enim præcipitur, vt ſecundum breuiarium autoritate Concilij Tridentini reformatum officium diuinum non obſtante quocunque priuilegio ab omnibus recitetur, prout in Primo f Tomo latè, etiam probauimus. f 1.to.q.42. art.2.

ARTICVLVS II.

Vtrum Tertiarij & Tertiariæ conſequantur indulgentias conceſſas ordinibus quorum Tertiarij ſunt.

REſpondeo dicendo quod Tertiarij, & tertiariæ in congregatione viuẽtes cũ tribus votis eſſentialibus nõ eſt dubiũ, quod gaudeãt indulgẽtijs cõceſsis ordini minorũ, & ordinibus quorũ ſunt tertiarij & Tertiariæ, de alijs autem tertiarijs coniugatis dubitatur. Et Collector g priuilegiorũ mendicantium, ait hos tertiarios de omnibus priuilegijs mendicantium habere illa quæ per Concilium Lateranenſe nõ fuerunt illis ſublata, ex quo ſequitur habere omnia ſpiritualia, ſcilicet, indulgentias & abſolutiones excepto quod Euchariſtiam in die Reſurrectionis & alia ſacramẽta nõ poſſunt recipere, niſi â ſuo parrochiali rectore: ſacramentũ tamen pœnitẽtiæ & Euchariſtiæ ſemper in reliquis tẽporibus anni poterunt recipere â fratribus. Item habent priuilegiũ canonis ſiquis ſuadente, g Colle. tit. Tertiarij fratres iuxta ſi.

quia

quia habent modum viuendi approbatum à ſede apoſtolica, & ſic tenent Doctores. Et eſt notandum quia ſæpe non aduertitur circa hoc. Hæc Collector.

Nec Pius V. in ſua conſtitutione aliquid circa hos fratres innouauit: tantum enim in ea tractauit de illis tertiarijs qui in cõgregatione viuunt & tria ſubſtantialia vota emittunt, vt patet ex eius verbis, ibi, *Itaque inter cæteras religiones fratrum quoque tertiarij ordinis Sancti Franciſci de pœnitentia nuncupati in congregatione viuentium, ac tribus votis ſubſtantialibus aſtrictorum ſtatus nos commouet, vt ad illum reformandum ſtudia noſtra conferamus.* Vnde cum de huiuſmodi fratribus verba non egerit nihil eis ſubtractum eſſe iudicare debemus eorum quæ ad ſpiritualia reducuntur niſi in quantum per Concilium Lateranenſe ſunt reſtricta & limitata, imo attenta dictæ conſtitutionis litera mulieres quæ virginalẽ aut vidualẽ continentiam promiſerunt, gauderent modo omnibus priuilegijs ipſis conceſsis, niſi huic magnæ priuilegiorum communicationi Concilij Tridentini mens obſtaret, prout in articulo ſuperiori dictum eſt, & hæc non ſunt de numero earum quas Pius V. per ſuam conſtitutionem reformare intendit.

QVÆSTIO LXXIIII.

De tributis in ſexdecim articulos diuiſa.

¶ *Circa quam quæruntur ſexdecim,*

1 *VTrum religioſi in his Hiſpaniarum partibus teneantur ſoluere ſubſidium.*
2 *Vnde ſubſidium originem traxit.*
3 *Vtrum capellaniæ fundatæ in monaſterijs minorum de obſeruantia ſint præfato ſubſidio ſubiectæ.*
4 *Vtrum diſtributiones quotidianæ ſint ſubſidio obligatæ.*
5 *Vtrum ad taxandam quotam ſubſidij ſunt regulares vocandi.*
6 *Vtrum laici habentes decimas tertiarias de manu Regis vendentes eas teneantur ſoluere ſubſidium aut gabelam.*
7 *Vtrum ementes aliquid à monaſterijs teneantur ſoluere alcauala.*
8 *Vtrum Eccleſiaſtici & regulares vendentes teneantur ſoluere alcauala.*
9 *Vtrum ex rebus venditis nouitij ſuo nomine debeatur alcauala.*
10 *Vtrum hæc decima alcaualæ poſsit peti àmonaſterio apud iudicem eccleſiaſticum.*
11 *Vtrum Tertiarij ex rebus venditis teneãtur ſoluere gabelam.*
12 *Vtrum fratres ordinum militiarum teneantur ex rebus venditis ſoluere gabelam.*
13 *Vtrum emẽtes aliquid à monaſterijs ſint immunes à gabela ſi illud vendiderint.*
14 *Vtrum laicus vendens rem cemmunem cum monaſterio teneatur ſoluere gabelam.*
15 *Vtrũ regulares teneantur ſoluere ſubſidium quod vocatur eſcuſado.*
16 *Vtrum moniales ſoluere decimas de prædijs ſuis teneantur.*

ARTICVLVS I.

Vtrum religioſi in his Hiſpaniarũ partibus teneantur ſoluere ſubſidium.

REſpondeo dicẽdo, quod Pius Quintus poſt alios Summos Pontifices cõceſsit Regi Philippo huius nominis ſecundo quoddam ſubſidium pro expeditione belli contra infideles ſuper redditibus bonorum Eccleſiaſticorũ, quam cõceſsionẽ Gregorius Decimus tertius & alij Sũmi Pontifices vſque modo confirmauerunt cuius conceſsionis tenorẽ volo in præſentiarum adducere.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriã.

Ad Romani Pontificis indefeſsã ſolicitudinem ſpectat videre, vt ea quæ ab eo geſta ſunt & ordinata, & quæ ſuperinde emanarunt literæ Apoſtolicæ ne in alicuius hæſitationis, vel dubitationis ſcrupulum incidant, ita ſuæ declarationis adminiculo dilucidentur,

quod

quod nulla ſuper his dubitandi occaſio cuicumque relinquatur & alias de ſuper ex rationabilibus cauſis de nouo ſtatuere, immutare augere ordinare & diſponere prout rerum & temporum qualitate penſata in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſi quidē à nobis emanarunt literæ tenoris ſequentis, Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, quemadmodum onuſtæ pretioſis mercibus nauis prudens gubernator procelloſa tempeſtate in alto deprehenſus, vt illam fluctibus conquaſſatam cum ſuis remigibus vectoribuſque in portum reducere poſſit, aliquot grauiorum, viliorumque mercium iacturam facere ſolet, ita nos cui meritis licet imparibus Dominus & Rex noſter agitatæ nauiculæ ſuæ clauū reddere dignatus eſt, tamet ſi ab ipſo apoſtolatus initio nihil antiquius habuerimus quam Eccleſias omnes, illarumque præſules & perſonas non ſolum ab omni exactionis moleſtia immunes præſeruare, verum etiam quantum in nobis fuerit, commodis & honoribus afficere, nihilominus vt certiſſimo periclitātis nauiculæ naufragio nulla prorſus alioquin humana ope euitabili pro viribus ſuccurramus aliquam opum Eccleſiaſticarum facilem nauis curſum, ſi quis illis abutatur tā quam pondus iners remorantium portiunculam in agitatos huius turbulēti ſeculi noſtri fluctus proijcere cogimur quo promptius repulſa hoſtili rabie nos circundante procella chariſſimam nobis traditam ſarcinam, ipſos videlicet Chriſtifideles adoptatos, tutoſque ſalutis animarum & corperum ſuorum portus deducere valeamus. Sane nuper poſtea quam fœlicis recordationis Iulius Papa Tertius prædeceſſor noſter ex certis tunc expreſſis cauſis claræ memoriæ Carolo Romanorum Imperatori, & Hiſpaniarum Regi, dum viueret, eiuſque ſucceſſoribus, vt dominia feuda, & iuriſdictiones ad quæcumque Hiſpaniarum monaſteria & alia regularia loca cuiuſuis ordinis pertinentia vſque ad valorem quingentorum millium ducatorum auri certa tunc expreſſa recompenſa dictis monaſterijs, & regularibus locis tradita, vēdere, & alienare, ac illorum precium huiuſmodi in certos, tunc expreſſos vſus conuertere poſſet per ſuas literas conceſſerat. Nos impenſis & ſumptibus, quos chariſſimum in Chriſto filium noſtrū Philippum Hiſpaniarum Regē catholicū ipſius Caroli natū, & ſucceſſorem ad reprimendos imminentes Turcarū Tyranni impetus ſubire oportebat ſubuenire volentes ſibi medietatem omnium & ſingulorum fructuū reddituum & prouentuum quarumcunque Metropolitanarum Cathedralium, monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorū Regnorum Hiſpaniarum vnius anni, per quaſdam necnō caſſata & annullata facultate per Iulium prædeceſſorem conceſſa huiuſmodi alia dominia feuda & temporales iuriſdictiones ad Cathedrales & collegiales Eccleſias earumque capitula & eccleſiaſticas dignitates ſeculares Hiſpaniarum vſque

ad

ad valorem annuum viginti quinque millium ducatorum ſimilium, ita tamen quod ipſe Philippus Rex duplicatam illorum recompenſam in totalis annuis redditibus prælatis, & capitulis prædictis aſſignare teneretur, ac alias ſub certis modo, & forma vendendi, & alienandi facultatem per ſecundas conceſſimus, & deinde per tertias noſtras literas conceſſionem illi per dictum prædeceſſorem factam, & per nos caſſatam, vt præfertur, dummodo tantumdem ex gratia ſibi per nos conceſſa huiuſmodi pro rata deducere reuocauimus, & innouauimus: prout ſingulis literis plenius continetur. Cũ autem ſicut idem Philippus Rex nobis nuper exponi fecit, conceſſiones & literæ prædictæ nondum ſortitæ ſint effectum, neque ad illarum executionem deuentum ſit, præfatum Turcarum Tyrannum ea quæ ſuperioribus diebus ob claſſem noſtram repentino inopinatoque piratarum ſuorum aduẽtu percuſſam, & diſſipatam, noſtrumque ad inſulam Geluarum opere tumultuario factum propugnaculum expugnatum obtinuit, victoria exultantem & elatum adeo, vt ſolet fere, vt expeditionem ſaltem maritimam, in vtramque Hiſpaniarum Italiã, videlicet & Hiſpaniam vniuerſo conatu ſuo præparare, & proximo vere ſuis omnibus in nos conuerſis copijs non ſolum hoc mare noſtrũ infeſtare, verum etiã vrbes maritimas, portuſque bello aptiores ſibi ſubiugare cogitet, itaque, vt ſpe quadam barbara, imo iã inſaciabili rabidaq; ingluuie nedũ Siciliam aliaſque inſulas inferi maris, verum etiam noſtræ Eccleſia Romanæ, ac vicinorum litoralia loca deuoret. Vnde cum ad tantam generis humani perniciem à Chriſti fidelium ceruicibus repellendam nobis illius apparatum, viresque æquare non ſufficiat, ſed illos claſſe militibus commeatuque ſuperare neceſſe ſit. Dictuſque Philippus Rex, quæ ſua eſt in Dominum pietas, & in eius Eccleſiam, populoſque ſibi creditos immenſa charitas præfatique Imperatoris, & aliorum prògenitorũ ſuorum plæclaræ memoriæ catholicorum regum veſtigijs inhærendo ſuam octuaginta triremibus proprijs ſumptibus omnimode inſtructis claſſem quãtæ fieri poterit celeritate præſto futuram ac alias ſe totis viribus huic ſanctæ, neceſſariæque defenſioni incumbere velle nobis promiſerit, ſeque conceſſionibus & literis prædictis renunciare velle obtulerit ſi ſibi ex Eccleſiarum opibus, prout æquitas omnino ſuadere videtur aſſiſtentes ſibique infra ſcriptum annuum ſubſidium, prout nobis per dilectum filium nobilem virum Henecum Lopez de Mendoça Comitem Tendillæ, & in Regno Granatæ pro dicto Philippo Rege Capitaneum Generalem oratorem ſpecialem prædictis, & nonnullis arduis negotijs ad nos tranſmiſſum humiliter ſupplicare fecit concedere & alias in nobis opportune conſulere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, hoc tam patens præſentaneumque totius Eccleſiæ Catholicæ pe-

riculum nulla ratione dissimulari pos-
se, sed particularium Ecclesiarū opes
atque redditus pro necessaria illarum,
suorumq; filiorū, & Christianæ cōmu-
nisque tā clericorum quā laicorū cau-
sæ, atque salutis defensione larga manu
suppeditari debere dignū & iustum re
putantes habita prius super hoc cū ve
nerabilibus fratribus nostris S. R. E.
Cardinalibus in diuersis tam generali
quā particularibus congregationibus
deliberatione matura deuinanimini illo
rum consilio atque assensu ne ecclesias
nimio, & multiplici ac intolerabili one
re contingat grauare supradictas per
prædecessorem & nos eidem Philippo
Regi factas cōcessiones literasque de su
per expeditas, & inde secuta quæcun
que ad infra scriptorum effectū de ip-
sius Philippi Regis consensu harum se-
rie reuocantes, atque penitus cassantes,
& annullantes, illasq; reuocatas cassa
tas & annullatas esse, nec de inceps ip
si Philippo Regi suffragari debere de-
cernētes præfatis supradicti Regis sup
plicationibus inclinati vnum subsidiū
annuū trecentorum millium ducatorū
auri largorum vsque ad quinquennium
proxime futurū à kalendis Ianuarij
proxime futuri cōputandum, & de in
de nostro & dictæ sedis arbitrio vsque
ad aliud quinquēnium si ita nobis, aut
successoribus nostris expedire videbitur
prorogandum super omnium & singula
rū cathedraliū, & Metropolitanarū
collegiatarū, & aliarū Ecclesiarū mo
nasteriorum prioratuū & aliorū quo
rumuis beneficiorum Ecclesiasticorum
cum curæ & sine cura secularium & S.
Benedicti S. Augustini Cluniacensis,
Cisstercienſis, Carthusiensis Crucifixorū
S. Hieronymi, & aliorum quorumuis
etiam ex priuilegio, vel alias certos fru
ctus habentiū, necnon Cassinen. alias
sanctæ Iustinæ montis Oliueti, S. Sal
uatoris, & aliorum cōgregationum re
gularium etiam si secularia canonica
tus & præbendæ, portiones dignitates
etiam in Cathedralibus & Metropo
litanis post pontificalē maiores & col
legiatis ecclesijs, aut parrochialis eccle
sia, vel earū perpetuæ vicariæ capellæ ca
pellaniæ perpetuæ præstimoniæ, præsti
moniales portiones & simplicia, atque
etiam seruitoria beneficia, ecclesiastica
regularia, vel non beneficia huiusmodi
prioratus & personatus, administratio
nes vel officia etiam claustralia fuerint
& ad prioratus, præposituras præposi
tatus dignitates, personatus adminis-
trationes vel officia huiusmodi consue-
uerint, qui per electionē assumi eisque
cura immineat animarum quibuscun
que ciuitatibus & diœcesibus alijsq; lo
cis vniuersarum Hispaniarum ipso Phi
lippo Regi subiectis cōsistentium, &
capitulorum conuentualium, & alia-
rum mensarum fructibus redditibus,
& prouentibus obuentionibus & emo
lumentis venerabili fratri nostro epis-
copo Bononiæ moderno & pro tempo-
re existenti nostro apud ipsum Philip
pum Regē Nuntio, vel alteri prælato
ad hoc per alias nostras literas deputā
do eiusque sub collectoribus, quitamē
personæ Ecclesiasticæ esse debeant per
venerabiles fratres nostros Archiepisco
pos, episcopos & dilectos filios Abbates

Abba-

Abbatiſſas priores & prioriſſas capitu lac̃ ouentuũ præceptores cõmẽdatarios cæteraſq; perſonas eccleſiaſticas ſeculares, & quorũuis ordinũ regulares, eccleſias monaſteria prioratus præceptorias, præpoſitatus canonicatus prabẽdas, dignitates, perſonatus adminiſtrationes, & officia cateraquè beneficia ſecularia & regularia huiuſmodi in titulũ commẽdam, adminiſtrationẽ & alias quomodolibet obtinẽtes, itaq; quicunq; fructus redditus & prouentus iura obuentiones, & emolumẽta ſiue loco pẽſionis annuæ, ac etiã penſiones annuas ſiue ſuper ſimilibus fructibus redditibus prouẽtibus iuribus obuentionibus & emolumẽtis & diſtributionibus etiã ſub quibuſuis exẽptionibus & immunitatibus, ac ſimilibus vel diſſimilibus oneribus generer eſeruatas & aſſignatas habentes, & percipiẽtes prorata verivaloris eccleſiarũ monaſteriorũ & aliorũ beneficiorũ ſuper quibus pẽſiones huiuſmodi reſeruatæ, cõſtitutæ & aſſignatæ fuerint cõtribuere teneãtur, cuiuſcũq; gradus ſtatus, ordinis vel conditionis fuerint ipſis S. R. E. Cardinalibus, qui pro vniuerſali eccleſia iugiter nobiſcũ laborant, & militibus Hieroſolymitanis dumtaxat exceptis animis ſingulis incertis locis & terminis ad id per ipſum Nuntium, vel alium prælatum á nobis vt præfertur deputandum ſtatuendi iuſtè & proportionabiliter compartiendi & integre perſoluendi, & penes meſam ciuitatis Barchinonenſis, aut aliũ dicti Nuntij, vel prælati arbitrio eligendum locum tutum & ſecurum realiter deponendum & in vſum infra ſcriptum dũtaxat ad Nũtij ſeu prælati huiuſmodi mandatũ & ordinationem erogandi apoſtolica auctoritate tenore præſentium imponimus, conſtituimus & ordinamus, ac ex pecunijs ſubſidij huiuſmodi vnam quinquaginta triremium claſſem cleri Hiſpaniarum nuncupandam, & eccleſiaſtica inſignia delaturã inſtitui armarique contra infideles hæreticos, vel ſchiſmaticos ſolum modo ſeruire, & educi debeat, etſi quopiam anno integram ſubſidij trecentorum millium ducatorum ſummam claſſis huiuſmodi minime exponi cõtigerit eius reſiduũ in annũ vel annos ſequentes in quibus forſan maiori vſui erit apud mẽſam, vel aliũ locũ huiuſmodi fideliter cõſeruari & cuſtodiri, necnon Nuntiũ vel aliũ prælatũ eiuſq; ſubcollectores, & alios quoſcũq; ad huius negotij curã & executionẽ pro tẽpore deputatos, adminiſtrationis & vtilicationis ſuæ rationẽ vni, vel pluribus perſonis ad id per nos & ſedẽ prædicta nominãdis annuatim, vel alias loco & tẽpore cõgruis omnino reddere, & ad id ſiopus ſit cõpellere debere ſtatuimus & ordinamus, ac Archiepiſcopos Epiſcopos Abbates priores & alias viriuſq; ſexus Eccleſiaſticas perſonas tã ſeculares, quã regulares prædictos hortãtes illiſq; diſtrictè præcipiẽdo mãdantes, vt cõmunis incendij ruinæ, quæ iam ſiremiſſius agatur imminentis remedio tota Chriſtianæ charitatis propenſione incũbentes, hanc omnino neceſſariæ, nec vllis rationibus euitabilem opem, atque operam alacriter amplectantur, & libenti animo exequantur ipſius au-

tem Philippi Regis maiestatem attente rogantes, vt feliciter Augusti patris cæterorumque regum auorum suorum præclara gesta imitando sacrosanctæ fidei & religionis defensionem & protectionem deuotissime suscipientes suã octuaginta triremium, & hanc Ecclesiasticam classem infra proximũ biennium instrui & armari procuret vt illis coniunctis & reliquis etiã Christianorum principum auxilijs sociatis ad Dei laudum & gloriam religionis Christianæ tutelamq; suorum subditorũ & aliorum Christi populorum periclitantium conseruationem, & liberationem opera preciũ memorabile facere, & hac via perpetuã inter homines gloriam & honorem, ac nostram & sedis Apostolicæ benedictionem & gratiam vberem promereri, demũque inter cælestes beatorum christõs ineffabilem trophæum sibi acquirere mereatur. Nos enim subsidium præmissum sic impositũ annuatim, vt non præfertur exigi deponi insumi & conuerti, ac Archiepiscopos Episcopos, abbates priores omnesque & singulas personas alias fructus Ecclesiasticos percipientes in vniuersis Hispanijs agentes ad illius contributionem prorata teneri & obligatas esse censuris & pœnis tam Ecclesiasticis tam pecuniarijs ipsius Nũtij, vel alterius per nos ad id deputandi prælati arbitrio imponendis, quacumque appellatione alioque subterfugio cessante, cogi, & compelli, & per quoscumque iudices commissarios quauis autoritate fulgentes sublata eis quauis aliter interpretandi facultate iudicare & definire debere, ac quidquid secus à quoquã quauis authoritate scienter, vel ignorãter attentari contigerit irritum & inane decernimus. Quo circa venerabilibus fratribus nostris, Hispalensi, Valẽtino ac Cæsaraugustano Archiepiscopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut vnus eorum per se, vel alium, vel alios præsentes literas & in eis contenta quæcumque vbi & quando opus fuerit ac quoties pro Nũtij vel alterius per nos deputandi prælati parte desuper fuerint requisiti solemniter publicãtes, eisdemq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciãt, autoritate nostra literas & in eis cõtenta huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos quos literæ ipsæ cõcernũt illis in omnibus & per omnia parere & obedire, cõtradictores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas tã Ecclesiasticas, quã pecuniarias arbitrio suo imponendi moderandas & applicãdas appellatione postposita cõpescendo inuocato etiã ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiã prædecessoris nostri de vna & cõcilij generalis de duabus dietis, dummodo quisauctoritate præsentiũ vltra tres dietas ad iudiciũ nõ trahatur, ac alijs ordinationibus & cõstitutionibus apostolicis, & ecclesiarũ monasteriorũ ordinũ aliorũque regulariũ locorũ prædictorũ etiãiuramẽto cõfirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, vsibus & naturis ac tam prædictis, quam alijs immunitatibus & exemptionibus

etiam

etiam prælatis residentibus per nos concessis, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis Ecclesiasticis monasterijs, congregationibus, ordinibus eorũque superioribus, & personis prædictis sub quibuscũque tenoribus & formis, ac cũ quibusuis etiã derogatoriarũ derogatorijs, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, ac irritantibus & aliis etiã vim cõtractus habentibus decretis in genere, vel in specie, & etiã ad imperatorũ & Regum instantiam & aliis quomodolibet concessis approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua. non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, ac illis sufficienter etiã ad hoc nulla prorsus immunitas, aliaue qualibet consideratione, & speciali nota digna exceptio, cuique aduersus præsentium tenorem suffragetur derogatum esse declaramus, contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum quoad subsidiorum huiusmodi solutionẽ cogi, aut interdici suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas nõ facientes plenam, ac expressam ac de verbo ad verbũ de indulto huiusmodi mẽtionem, ac de eorũ personis locis & ordinibus exemptionibus etiam proprijs nominibus & quibuslibet alijs priuilegijs indulgentijs & literis Apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorũ existãt perquæ præsentibus non expressa vel totaliter nõ inserta effectum earũ impedire valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumcũque totis tenoribus habẽda sit in nostris literis mentio specialis, quæ quatẽnus promissis aduersantur cuique nolumus aliquatenus suffragari, &c.

Circa quam concessionem est primo notandũ, quod est cõfirmata imo de nouo cõcessa, & quoad summam soluendam cũ augmento mutata ab eodem & alijs summis Põtificibus vsque modo; & est super hoc quædam concordia facta & cõfirmata à sede apostolica ne ecclesiastici aliqui præ alijs in solutione grauarentur.

Secundo est notandum, quod ad solutionem huius subsidij possunt autoritate apostolica compelli regulares per excommunicationem & alias censuras Ecclesiasticas, & pœnas pecuniarias, vt constat ex eius tenore, ibi, *pro rata teneri & obligatas esse censuris & pœnis tam Ecclesiasticis, quam pecuniarijs ipsius nouitij vel alterius, per nos ad id deputãdi prælati arbitrio imponẽdis quacũque appellatione, alio ve subterfugio cessante, cogi & cõpelli, & sic per quoscũque iudices cõmissarios quãuis autoritate fulgentes sublata eis quauis aliter iudicãdi facultate iudicare & definire debere.* Nec ipsi regulares adhas fugiendas cẽsuras possunt suis priuilegijs adiuuari cũ ipsa sint sufficiẽter derogata, vt patet ex dicta cõcessione, ibi *Nõ obstãtibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. &c.* vsq; ibi, *quatenꝰ præmissis aduersantur cuiquã nolumus aliquatenus suffragari.*

Tertio est notandum adeo foueri à sede apostolica huius subsidij pro tam pio negotio solutionem, vt ad ipsius effectum possit ad brachium seculare recurri ab eo auxilium impetrando, vt patet ex eius verbis, ibi, *inuocato etiã adhoc si opus fuerit auxilio brachij secularis.* Est aduertẽdũ quod cõmunis est sentẽtia delegatũ à Papa posse implorare auxiliũ brachij secularis ad executionẽ illius quod à Papa ipsi cõmittitur exequẽdũ prout

prout tenent Innocentius *a* Panormitanus Imo. Felinus, Decius, Archidiaconus & Federicus, & alij quos refert & ſequitur Nauarrus: nam vt ait Imolenſis, *b* *Si ordinarius hoc poteſt vt patet in capit, 1. de offic. ordinarij multo fortius delegatus, qui eſt illo maior in cauſa ſibi delegata cap, 2. de offi. delegat.* Vnde cum hæc cauſa ſit commiſſa Nuntio Apoſtolico tãquã iudici delegato, non videtur fuiſſe neceſſariũ prædictã clauſulã apponere ſicut in hac cõceſsione de facto apposita eſt: cui dubitationi reſpõdet præfatus Imolenſis *c* quod licet quãdoq; in reſcripto adijciatur clauſula inuocato adhoc auxilio brachij ſecularis ſi opus fuerit illud eſt adſuper abundantem cautelam.

Nec Nuncius apoſtolicus & delegati â Papa ad compulſionem ſolutionis ſubſidij antequam recurrãt ad brachium ſeculare tenẽtur prius ad ordinarium recurrere, licet enim aliqui in hac materia hoc tenuerint, Federicus *d* tamen per pulchras rationes cõtrarium tenet dicens poſſe quidẽ ſi vult delegatus Papæ prius ad eccleſiaſticum ordinarium, quam ad ſecularem recurrere, non tamen teneri ſi voluerit.

Nec poteſt iudex ſecularis cognoſcere de iuſtitia inuocationis brachij ſecularis in hoc caſu: magna eſt enim differentia inter iudicem eccleſiaſticũ & ſecularem, quod, ſcilicet, ſecularis tenetur iuuare Eccleſiaſticũ, non oſtenſa illi ſententiæ iuſtitia, Eccleſiaſticus autem non tenetur ſuis cenſuris iuuare ſecularem, niſi præmiſſa prius canonica monitione ſecundum Innocentiũ *e* cõmuniter receptũ, & monita & audita parte ſi quid allegare voluerit ſecundum Imolã. *f*

Quarto à dicta contributione excipiũtur expreſſe â Pio V. in dicta conceſsione regulares in Indijs conſiſtentes, vt patet ex alia conceſsione eiuſdem Pontificis, Data Romæ apud Sanctum Petrũ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingẽteſimo ſexageſimo primo, ſexto Nonas Martij Põtificatus ſui anno tertio, in qua conceſsione poſtquã dixerat, qui ad hanc contributionẽ debeat compelli excipit aliquos in hũc modum dicens, *non tamen in Indijs conſiſtẽtium, militibus Hieroſolymitanis, ac hoſpitalibus actu hoſpitalitatẽ ſeruãtibus & eiſdem fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus necnon dicto Philippo Rege ratione menſarũ magiſtraliũ S. Iacobi de Spatha, ac de Alcãtara & de Calatraua Ciſtercienſium, aut aliorũ ordinũ militiarum, quorũ idem Rex ex conceſsione, & diſpẽſatione apoſtolica perpetuus adminiſtrator exiſtit dũtaxat exceptis.* Ex quorum verborum contextu colligitur milites D. Iacobi Alcantaræ, & Calatrauæ teneri ad dictum ſubſidium, cũ tantũ Rex & perpetuus adminiſtrator in hac conceſsione ſolum excipiantur, & exceptio ſit mẽte regulam in contrarium. Nunc autẽ his ſic ex noſtro indulto prænotatis operæpretium eſſe duxi ad ipſius intelligentiam aliqua dubia proponere, pro quo aliqui articuli ſunt conſtituendi.

a Innoc. inc. ſignificaſtis n. 2. de offi. deleg. Nau. inc. cũ contingat dereſcri. remed. 1. n. 1.

b Imolen. in d. c. ſignifi. col. 2.

c Imola vbi ſup.

d Federi. cõſi. 763 ſuper inuocation. in 1. dubio. col. 2.

e Inno. in c. 1. de offi. ordin.

f Imol. in d. c. 1. col. 5.

ARTICVLVS II.
Vnde hoc ſubſidium originem traxit.

REſpondeo dicendo, quod ſolebãt antiquitus Sũmi Põtifices reſeruare decimam partem fructuũ omniũ beneficiorũ Eccleſiaſticorũ ad omnes neceſsitates ſedis apoſtolicæ ſubleuandas, aut ad expeditionẽ belli cõtra rebelles & infideles ad imitationẽ ſubſidij ſolitum ſolui à Leuitis ſummo ſacerdoti, prout in libris *a* Numerorum, & Eſdræ *b* continetur & habetur in quadã decretali, *c* & tradunt *D.* Thomas & alij relati â D. Ioanne *d* Gutierez, & â Rebufo. Et hæc vocatur decima papalis. Ad cuius ſolutionẽ ſingulorũ beneficiorũ taſſa fiebat, iuxta quã hæc decima quotãnis ſoluebatur, prout colligitur ex quadam decretali *e* & tradunt communiter Doctores. Ad ſimilitudinẽ huius ſubſidij & decimæ Papalis conceſſerunt Summi Pontifices in diuerſis temporibus multis principibus Chriſtianis vigeſimam decimam quartam, aut aliam omnium beneficiorum eccleſiaſticorum ſuarum prouinciarum quotam, vt tradunt Doctores *f* poſt quãdam gloſſam Belenzinus, Coſmas, & Petrus Gregorius, his autem temporibus ad exemplum, horum ſanctorum patrum Pius Quartus in quadam bulla, ſubdatis VI. nonas Martij an-

a Num. 18.

b 2. Eſd. c. 10

c c. 1. de decim.

d Gut. lib. 1. prac. 1. ad li. Regn. q. 13. n. 13. Rebu. de deci. q. 13

e c. 2. de decim vbi late doct.

f Doct. in c. ſidevot. vbi glo. v. cuiuis & clem. 2. de deci. dd. in cle. 2. de dec. Bellẽz. de charit. ſubſido. c. 72. Coſmas in tract. Sancto Galli ti. de annat. §. 1 v. decim. Petr. Greg. 1 part. Synt. iur. l. 2. c. 10

tiſ anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo Pontificatus ſui anno quarto, conceſsit Philippo Secundo Regi Hiſpaniarum ſubſidium dicens, *volumus quod in diſtributione quadringentorum & viginti millium ducatorum huiuſmodi interdictas perſonas Eccleſiaſticas per dictos Nuntiũ & prælatam facienda, & illorum ſolutione ſeruetur taxa ſeruari ſolita in diſtributione, & ſolutione ſubſidiorum quæ interdum per ſedẽ Apoſtolicam Regibus Hiſpaniarum concedi cõſueuerunt*. Et id ipſum conceſſerunt etiã Pius V. & Gregorius XIII. vt patet ex literis ſuperius allegatis, & ſimiliter eorum ſucceſſores vſque modo indulſerunt intelligentes vtilitatem boni communis hoc ſummo pere poſtulare.

ARTICVLVS III.

Vtrum capellaniæ fundatæ in ordine minorum regularis obſeruãtiæ ſint præfato ſubſidio ſubiectæ.

REſpondeo dicendo, quod capellaniæ fundatæ in ordine minorum regularis obſeruantiæ non ſunt præfato ſubſidio ſubiectæ, & per conſequens de earum redditibus hoc ſubſidium non ſoluitur. Et ita fuiſſe infacti contingentia iudicatum in Concilio Cruciatæ (in quo de huiuſmodi cauſis agitur) à quodam noſtræ religionis patre grauiſsimo accepi. Quod primo probatur ex contextu prædictæ cõceſſionis Pij V. vbi. *ſuper omnium & ſingularũ cathedralium & Metropolitanarũ &c.* vſque ibi, *redditibus, & prouentibus obuentionibus & emolumentis*, Cuius conceſsionis tenor ſi attentè conſideretur tantum indicat beneficia & redditus Eccleſiaſticos huic oneri & grauamini eſſe ſubiecta, capellaniæ autem in præfato ordine non ſunt redditus eccleſiaſtici perpetui, cum ipſe ordo ſecundũ *a* ius eos minimè habere permittatur propter quod in comitijs *b* generalibus Toleti celebratis in hunc modum ſtatuitur.

Cum annuos redditus, ſicut cætera bona immobilia nobis habere non liceat ideo reuocamus antiqua generalia ſtatuta, decernimus quod nullus frater inducat perſonam aliquam ad eleemoſynam perpetuam ordini noſtro exhibendam, & ſi aliquâ talis nobis fuerit relicta nullo modo in iudicio exigatur. Declarantes quod ad perpetua legata petenda non poſſunt fratres recurrere niſi humiliter & per modum eleemoſynæ abſque allegatione alicuius debiti. Decernitur præterea, ac præcipitur, quod quoties relinqui contingat aliqua legata perpetua aliquibus perſonis, & hoſpitalibus, & alicui Reipublicæ, & alijs domibus ea lege quod teneantur fratribus præſtare ſingulis annis certam eleemoſynam ſiue omnino gratis, ſiue vt ipſi fratres dicant certa officia & miſſas, quod guardianus faciat proteſtationem ei, qui teſtatoris voluntatem adimplere tenetur, quod ad illas eleemoſynas nullum ius habent ex voluntate legati, nec poſſunt obligari ad illa officia & miſſas. Si verò facta dicta proteſtatione hæres ex ſua libera voluntate voluerit dare eleemoſynas illas, & cõmittere fratribus dicta officia & miſſas, tunc fratres tutâ conſcientia poſſunt eleemoſynas huiuſmodi recipere. Eſt tamen hæc proteſtatio neceſſaria iuxta D. Bonauenturam, ne ab ignorantibus noſtrum inſtitutum regulæ noſtræ tranſgreſſores iudicemur. Hæc ordinatio. Et hoc ſatis innuunt verba præfatæ Apoſtolicæ conſtitutionis ibi, *capella capellaniæ perpetuæ*: quæ de capellanijs perpetuis debent verificari quarum ius, & redditus ſunt perpetui, in qua redditum,

a clem. exiuit. §. cæterũ de verb. ſignifi. b c. 3. de obſeruant. pauper. fol. 18. pa. 3.

perpetuitate ſimul cũ titulo collationis ratio beneficiorum Eccleſiaſticorum cõſiſtit. Capellaniæ autẽ authoritate priuata fundatæ,ſicut ſolent aliquando ratione patrimonij inſtitui ſine vlla autoritate apoſtolica, vel ordinaria,neque delegata non induunt rationem beneficiorum eccleſiaſticorũ iuxta ea quæ in iure *i* notantur & quia ipſæ cõſtituuntur hoc modo & hac conditione, vt patronus poſsit capellanũ ab eis tollere ex cauſa,quæ ſibi legitima videretur,quod fieri non poterat ſi capellaniæ præfatæ fuiſſent beneficia eccleſiaſtica,aut redditus eccleſiaſtici: deberent enim iuxta ſacros & canones eſſe perpetuæ, vt poſt alios tradunt Ancharra.*l* & Felinus. Quod procedit etiã ſi eam capellaniã fundet Epiſcopus, ſi eam non fundauit autoritate epiſcopali ſed priuata,& communi laicorum qua poterat vti bonis patrimonialibus,vel quaſi patrimonialibus,vt colligitur ex iure & *m* tradit Nauarrus.

i c.cum dilectus de iure patronat.

Kc.inuentũ 16.q.7.c. ſatis peruerſ. 56.diſt.

l Anchar.in c.1. de regu. Felin.in.ca. poſtulaſtide reſcrip.

Denique hanc partem maximè confirmant argumenta apponenda in articulo ſequẽti,quibus probatur diſtributiones quotidianas,huic oneri non eſſe obnoxias cum ſoluantur ratione aſsiſtentiæ & reſidentiæ perſonalis in officio diuino,tãquam quoddam huius laboris ſtipẽdium quod ſi ratione ſubſidij diminueretur,etiam ipſe labor, & reſidentia præfata perſonalis in aliquo remitteretur,quæ ratio etiã militat in præfatis capellanijs,quæ ſunt quædam anniuerſaria pro miſsis & diuinis celebrandis quarũ redditus ſi per ſubſidium defalcarẽtur,etiã in præfatis oneribus aliqua diminutio contingeret. Ponderandæ igitur ſunt omnes rationes articuli ſequentis,quæ bene penetratæ,& ponderatæ noſtrum intentum maxime comprobant.

mc.quianos de teſta. & 4.12.q.3.c.1. & 2. & 4.5. c.fin.Naua. de redd.eccl.1. monit. 19.n.100.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum diſtributiones quotidianæ ſint ſubſidio præfato obligatæ.

REſpondeo dicendo quod vt certa ab incertis ſecernamus operæpretiũ eſt videre & conſiderare diſtributiones quotidianas in duplici differentia verſari. Quædã enim inter præbendatos reſidentes in ciuitate etiã ſi perſonaliter horis non aſsiſtant diſtribuuntur,& hæc vocãtur groſſa,aut racion. Aliæ autẽ ſunt quæ nunquã dantur niſi illis,qui horis canonicis & diuino officio perſonaliter aſsiſtunt de quibus agunt Henriquus,*a* quẽ ſequuntur Coſmes Rebufus,Decius,Pariſius,Felinus,Rodoanus,& Rota. Et certũ eſt prioris generis diſtributiones præfato ſubſidio eſſe obnoxias dubium autẽ eſt vtrum ſecundi generis diſtributiones ab eo ſint liberæ & exemptæ? Ad quod reſpondetur liberas & immunes omnino eſſe. Quæ ſententia multis rationibus probatur,prima ratio eſt,quia hoc ſubſidiũ eſt impoſitum ſuper fructus & redditus beneficiorum,prout dictum eſt in ſuperioribus,diſtributiones autem apellatione fructuum minime veniunt,ſolũ enim ſunt quædam ſtipendia aſsiſtentiæ & præſentiæ in diuinis argumento aliquorum iurium, *b* quæ diſtributiones & ſtipendia quotidiana cum ſint incerta & caſualia in valore fructuum minime computantur, vt poſt alios tradunt Couarruuias, *c* Hojeda,& Anaſtaſius Germonius.

a Henr.inc. cũomnesde cõſtit. Coſmesinprag. Galli. titulo quo tẽpore quiſq. deb. eſſe in thor. §.iube.v.diſtribution. Rebu.in cõcor.rub.§.1 v.diſtribut. Decius cõſi. 280. Pariſi. cõſi.33. n.1. vo.4. Fel.in c. adaur. n. 39.de reſcri. Rodoan.in tra. de ſpol. q.8. §.admaior.n.23.Rota.deciſ.330. 1.par.diuer. b l.1.in2.reſponſo. ff. ſi ſpõſor falſũ modũ dixerit.l.cũ duobus §.ſi inſe cũda ff. pro ſocio.

Secunda ratio eſt, in quacumque enim materia etiam ſi ſit multũ fauorabilis, dato priuilegio ad fruendum integre fructibus præbendarum & beneficiorum non comprehenduntur diſtributiones quotidianæ, vt ait quædam decretalis *diuncta* gloſſa,& expreſſe id probat alia decretalis *c* ex qua id notant Abbas & alij *Doctores* & multis adductis id tradunt Horatius & Gigas, & Petrus Gregorius.

c Coua.li.3. var.c 13.n.1. Hojeda de benefi.incõpend.1.p.c. 13.n.8. Germoni.intra. de indu.§.tibi quoad vxeris n.23. d c.2.iuncta glo.v.integre de priui. li 6.

Tertia ratio eſt,quia licet ſanctitas Domini Papæ imponat penſionem aliquam ſuper fructus,redditus,prouẽtus obuẽtiones & emolumenta alicuius præbendæ non cẽſetur impoſita ſuper diſtributiones quotidianas, niſi ſpecialiter exprimatur, cum enim dentur ratione laboris intereſſendi diuinis,& vt præmium laboris non eſt voluntatis Domini Papæ, vt ipſæ alicui ſubſidio & oneri ſint ſubiectæ,vnde in multis iuribus *f* videmus probari ſtipendia militũ neque vendi neque obligari niſi in ſubſidium. Quod latè probat Hieronymus g Gigas, mandoſius,& Gambarus. Quod procedit etiam ſi penſio imponatur ſuper fructibus redditibus & emolumentis in continua reſidẽtia lucrari ſolitis,prout tenet Rota *h* Romana diuerſorum. Vnde condemnatus per tres ſentẽtias ad fructuũ & redditũ alicuius præbẽdæ reſtitutionẽ nõ eſt obligatus reſtitue-

e ca licet de priu.vbi Abbas &cæter. Lucius de priſcholar.priui. n. 100.limit.1. Gig.reſponſo.30.Petrus Grego. ſyntag li.15.ca. 23.n.15. f l.ſpem.corũ C. quæres pigno.

obl.poſt.l.ſtipend.de exhibed.reis g Gigas conſi.144.&reſponſ.35.Mando.de ſign.grat.tit.penſiones v.ſuper diſtribut.Gamar.de autor.legat.à Later li.6.2.p.n.17.h Rot.deciſ.330.1.part.

reſtituere diſtributiones quotidianas, quas lucratus eſt, vt tradunt Boerius, Gambarus & Rota diuerſorum, nili expreſſe in dictis ſententijs fuerit dictum, quod ad reſtitutionem præfatarum diſtributionum teneatur ex adductis à Lanceloto. K Denique hoc confirmatur: ſtatutum enim priuans beneficiatos, quibuſcumque fructibus & obuentionibus ſuarum præbendarum, non priuat eos à diſtributionibus quotidianis, prout latè probant Franciſcus de Ripa, l & Prob.

Quarta ratio eſt, quia diſtributiones quotidianæ fuerunt introductæ per Eccleſiarũ ſtatuta, aut dotationes teſtatorum in diuini cultus fauorem, vt facilius præbendati diuinis aſsiſterent, & ad id inuitarẽtur, imo obligarentur, vt ex quadam Clementina m colligitur & tradit Nauarrus. n Quibus diſtributionibus, ſi aliquod onus collecta, aut pẽſio imponerẽtur ab intereſſentia officijs diuinis prẽhẽdati retraherẽtur, prẽſens enim lucrum magis mouet & per cõſequens maius lucrum magis mouet, & econtrario diminutio ſtipendij & lucri aliquid de prædicta motione detrahit, qua motione diminuta etiam cultus diuinus diminueretur. Propter quod nõ eſt credendum, quod Dominus Papa velit aliquod onus ſuper ipſaſmet diſtributiones imponere argumento eorum, quæ in iure o notãtur, propter quod etiam probauit in articulo ſuperiori, quod noluit Dominus Papa imponere hoc onus ſuper capellanias ibi dictas cum ex ea impoſitione diminui poſſe miſſas & ſacrificia dictarum capellaniarum contingeret.

Quinta ratio eſt, quia fructus beneficiorum Eccleſiaſticorũ, & diſtributiones quotidianæ maximè interſe differunt. Licet enim inter antiquos Doctores fuerit controuerſum an clerici ſint vſurarij an vſu fructuarij fructuum ſuorum beneficiorũ iuxta notata per Gloſſam, p quandam & Doctores cum latè adductis à Rodoano Nauarro Sarmiento & Marco Antonio Colũna. At reſpectu diſtributionum quotidianarũ ſemper inter Doctores q fuit receptum præbendatos earum dominium acquirere ſicut operarij proprietatem, & dominium mercedis pro opere impẽſo acquirunt. Vnde licet ſecundum ius commune r clerici nõ poſſent teſtari de fructibus beneficiorum, at ex rebus acquiſitis per diſtributiones quotidianas ſemper in vita & in morte diſtribuere potuerunt, tanquam de mercede ſuo labore acquiſita argumento cuiuſdam decretalis, quam ad hoc dicit ſingularem Barbacia ſ Dominicus, & Cardinalis, & dicũt cõmunẽ plures referentes Pariſius Decius, & Iulius Clarus Cardinalis Albanus, & Rodoanus, & nouiſsimè Borgninus.

Non tamen me latet Nauarr. t & Sarmiẽto hanc differentiam inter diſtributiones quotidianas & cæteros fructus beneficiorũ impobraſſe. At ego rationibus ſuperius adductis hanc ſententiam vt receptiſsimam ſequor. Ex qua infero, quod cum ſummi Pontifices antiquitus ſolerent ad ſua, aut ad principum Chriſtianorũ neceſsitates ſubleuandas reſeruare decimam, aut aliam minorem fructuum beneficiorum partem, prout in articulo ſecundo eſt probatum, ſi cut tunc ſecundum receptiſsimam ſententiam, quæ tunc temporis ab omnibus ſequebatur talis reſeruatio minime diſtributiones quotidianas comprehendebat, neque aliquorum verum dominium acquirebant cum in eis ſedes Apoſtolica plenam & abſolutam poteſtatem nõ habeat ſicut reſpectu fructuum beneficiorum ſuper quibus ſummus Pontifex, vt Chriſti Domini vicarius verum dominium & liberam & generalem diſpoſitionem habet ad bonum totius Eccleſiæ vniuerſale. Ita modo cum ſummi Põtifices conceſſerint hoc ſubſidium principibus Chriſtianis ad Eccleſiæ defenſionem eſt intelligendum ipſum ex fructibus beneficiorum ſuper quibus ſedes Apoſtolica habet plenam & liberam poteſtatem eſſe ſoluendum non autẽ ex diſtributionibus quotidianis ſuper quibus ita liberam & plenariam diſpoſitionem non habet.

Quod confirmatur: nam quando dominus Papa concedit aut ſibi reſeruat fructus & beneficiorum redditus ad neceſsitates Eccleſiæ ſubleuandas in tali reſeruatione diſtributiones quotidianæ minimè includuntur, vt quibuſdam extrauagantibus u eſt declaratum quarum meminit Coſmas Ioannes Copus, & alij infra referendi: igitur id ipſum etiam eſt dicendum, quando Dominus Papa concedit dictos fructus, aut partem eorum principibus Chriſtianis ad defenſionem fidei & bonum commune totius Eccleſiæ vniuerſalis prouidendum.

Et vt multa omittam hanc ſententiam in proprijs terminis tenuerũt, & ſecuti ſunt graues Doctores Guillelmus x de Monte Laud. Dominicus Baptiſta, Ferretus Marc.

i Boer. dec. 346. Camb. vbi ſu. Rot. deciſ. 1170. 3. p.

k Lancelot. de attenta. c. 32. de pænis atten. n. 27.

l Rip. li. 1. reſponſo reſp. 5 Probus in c. vn. de Eccleſ. nõ reſi tu. 6. n. 22. m Clem. vn dereli. q. & venerãcto n Nauar. de orat. c. 10. n. 11.

o c. expatte de cõſtit. c. fin. de reſcr. in 6. ca. vaſa. de cõſ. diſt. 1 Gloſſ. in ca. præſent vbi Doct. de of. ord. l. 6. Rodoan. tra. de ſpo. cle. q. 3. Naua. de redit. Ecc. q. 2 Sar. 2 q. 6. 1. cplu. c. 20. eod. tract. q Doct. in c. vr. §. qui vero decle nõ reſi. l. 6. Guiller. demonte Land. in extrau. 1. ne ſede vacãt. inter com. v cõſue. Cou. in c. cum in offi. de teſt. n. 7.

r d. c. cũ in offi. de teſt.

ſ c. fi. de pœc. cleri. & ibi Barb. Dom cõſ. 85. Cardi. in Clem. fin. q. 13. de præbend. Pari. con. 33 n. 10. l. 4. De eius cõ. 280. Clarus li. 3. ſent. §. teſt. verſ. 5. dixi. Alb. intrab. de Car. q. 48 Rodoan. de ſpol. q. 1. ãn. 27. & q. 3. §. in hac. mat. n. 4. Borgn. deciſ. 8. n. 75 par. 3.

t Nauarr. de redd. Eccle. q. 1 nu. 74. ſarm. cod. tract. 3. p. c. 5 n. 6.

u extrau. põ ſtul. & extr. cũ nonnull. depręb Coſmas. in prag ſanct. tit. de anat. §. vol. v. fru. Cop. in tract. de fructib. l. 4. ti. 3. c. 3. à n. 7.

x Guil. in extra. ſuſcepti regimin. v. cõſ. & v. per totũ Dom. conſi. 85 2. p Ferr. cõſ. 237.

Mantua Hieronymus Gigas, qui aſſerit, ita pluries practicaſſe, & obtinuiſſe Pariſius Mandoſius Rebufus aſſerens, ita fuiſſe per Papam ſæpius declaratum cui declarationi ſtandum eſſe teſtatur Flaminius, Gambarus Rodoanus Duarenus, & in puncto iuris veriorem dicit B. Bellenzinus. Et hãc opinionem, vt certam præſupponit Oldradus in quodam Conſilio.

x Mantua. conſ. 1. Gig. con. 144. n. 33. Par. cõſ. 33. n 5. li. 4. Mãdoſ cõſ. 15. n. 6. Reb. conſ. 124. & in tract. nomi. q. 9. nu. 40. & de deci. q. 2. n. 8. Fla. deſign. b. n. l. 6 q. 2. n. 31. Gam. de aut. li. 6. n. 21. Rod. de ſpo. q. 1. n. 30. Duar. li. 7. de ben. c. 4. Vell. de chari. ſubſi. q. 76. Oldr. conſi. 118. in princ. y Extra. vn. de decim. inter comm. verſi. & cũ nobis nihil occur.

Nec ſuprádictis obſtat quædam declaratio Bonifacij Octaui, relata in quadam extrauaganti, y in qua declaratum fuit in ſubſidio & decima impoſita à Papa pro expeditione belli Siciliæ cõprehendi etiã diſtributiones, nam reſpõdetur dictam declarationem tantum habere locum in diſtributionibus primi generis, quæ dantur præſentibus in ciuitate, aut abſentibus ratione cauſæ legitimæ, etiam ſi perſonaliter in choro & diuinis officijs non interſint, non autem in diſtributionibus ſecundi generis, de qui bus nobis in præſentiarũ eſt ſermo. Et licet Bonifa. VIII. de omnibus diſtributionibus verba feciſſet contrarium tamen eſt ſequendum, cum ſæpe ſæpius alij ſummi Pontifices eius ſucceſſores contrarium definierint, vt fecerunt Paulus Secundus ſubdatis VIII. Iulij, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono, & Syxtus IIII. XII. Septembris, anno Domini milleſimo quadringẽteſimo ſeptuageſimo ſexto, & Clemẽs VII. & Paulus III. prout præfati authores allegant, & libuit in præſentiarum declarationem Syxti Quarti ad ducere, quæ ſic habet. *Quod vix adduci poteſt, vt credat exactiones fieri de diſtributionibus quotidianis cum ſit diſpoſitioni iuris contrarium & à pietate penitus alienum ſubtrahere perſonis Deo dicatis eos prouentus, qui ratione nudi miniſterij laboris, & præſentiæ in diuinis celebrandis diſtribui ſolent. Et quod hoc tenderet in diminutionem cultus diuini.* Quibus ſic penſatis ſicut ſolent ſummi Pontifices omnia ponderare, ſi Pius Quartus, & alij Summi Pontifices voluiſſent diſtributiones quotidianas, huic ſubſidio eſſe ſubiectas id vtiq; non ſubticerent, ſicut ſilentio minimè prætermiſerunt ne pro ſolutione huius ſubſidij calices libri & ornamenta Eccleſiaſtica diſtrahantur, aut pignori dentur, licet hoc loquendo de decima Papali fuerit antiquitus z ita declaratum. Et iuxta hanc ſententiam fuiſſe in facti contingentia iudicatum accepi â doctiſsimo Domino Rocho de Vargas Cathedralis Salmanticenſis digniſsimo Doctoralis Canonico, & in vniuerſitate Salmanticenſi meritiſsimo ſacrorum Canonũ Cathedratico profeſſore, quæ ſententia eſt tenenda niſi contraria conſuetudo in aliquibus diæceſibus obtinuerit, extraditis à Rodoano, a & Gutierrez.

z c. 2. de decim.

ARTICVLVS. V.

Vtrum ad taxandã quotam ſubſidij â quo libet ſoluendã ſint regulares vocãdi.

a Rodoã. d. re tus Eccl q. 6. §. extr. G r. de qq. Can c. n 11.

REſpondeo dicendo, quod circa hoc eſt notabilis ordinatio & conſtitutio Clementis VII. cuius tenorem in præſentiarum referam,

Dilectis filijs generali & alijs Abbatibus, ac prioribus, & præſidẽtibus, a necnõ Abbatiſſis, & priorißis Monaſteriorũ prioratuũ & aliorũ regulariũ locorũ, tã monachorũ quã monialiũ ordinis S. Benedicti. Cõgregationis Monaſterij eiuſ dẽ S. Benedicti Valliſoleti dicti ordinis Palẽtinæ diæceſis. Clemẽs VII. dilecti filij ſalutẽ, &c. Cũ itaque ſicut nobis nuper exponi feciſtis, licet vos ratione veſtrorũ Monaſterio rũ priorat rũ & locorũ regulariu decimas ſubſidia & alia onera in partib' illis Apoſtolica authoritate, pro tempore impoſita hactenus libenter perſolueritis, & in futurum perſoluere, prout vos tangit

a Hab in li. priu. huius or imp. Valliſole. 94. f.

inten-

intendatis, nihilominus diuiſiones, ſeu diſtributiones, Calculi repartitiones nũcupatas decimarum ſubſidiorum & onerum huiuſmodi per locorum ordinarios, ſeu capitula Cathedralium Eccleſiarum, in quarum ciuitatibus, & diœceſibus Monaſteria prioratus, & loca regularia veſtra conſiſtunt, quandoque non vocatis quorum intereſt, fiant in repartitionem ipſam diſtributores & partitores non habita notitia ſeu vera informatione fructuum, & onerum ordinariorum Monaſteriorũ & prioratuum, & regularium locorum huiuſmodi, quæ parte non audita debitè haberi non poteſt, monaſteria prioratus, & loca eadem plerumque adeo grauent, vt Abbates ſeu priores aut Abbatiſſæ, ſeu prioriſſæ, ac conuentus nonnullorum ex Monaſteriis prioratibus & locis ipſis onera ſibi impartita vix ſupportare poſſunt, & ſi quod in diſtributione & repartitione decimarum, ſubſidiorum & onerum eorundem, pro tempore faciendam vos per locorum ordinarios, & capitula huiuſmodi, ſeu diſtributores & partitores, per eos vel alios deputatos, pro tempore vocari deberetis & audiri decerneretur, profecto ex hoc erroribus partitionum, & grauaminibus huiuſmodi opportunè obuiaretur. Voſque compartita vobis onera libentius perſoluere tis, ac debito iuſtitiæ, quæ in omni actu eos quorum intereſt vocari exigit legitimè ſatisfieret, nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt vobis in præmiſſis ex iuſtitiæ debito prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui religioni deditos, vt á grauaminibus & diſpendijs releuentur noſtri miniſterij partes libenter impartimur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in diſtributionibus, & partitionibus decimarum ſubſidiorum & aliorum onerum dicta authoritate, pro tẽpore impoſitorum, & imponendorum, ſeu illorum taxa facienda, vos, prout ſingulos veſtrum tangit, & concernit in futurum per ordinarios & capitula ſiue diſtributores, & partitores, aut taxatores huiuſmodi, ac aliòs ad quos ſpectat, ſeu ſpectabit pro tempore vocari & audiri, ac taxationibus, partitionibus, & diſtributionibus intereſſe debeatis, & taxationes, ac diſtributiones ipſæ aliter pro tempore factæ, in his quæ ad eos qui vocati & auditi nõ fuerint ſpectant nullius ſint roboris, vel momenti, ac nõ vocati ad illorum ſolutionem non teneantur, nec ad id á quo cumque compelli poßint ſicque per quoſcumque iudices, tam ordinarios, quam delegatos, &c. Et dat pro executione iudices conſeruatores Epiſcopum Ouetenſem Priorem Sancti Auguſtini Valliſoletanum & priorem Sancti Dominici Compoſtellani, quatenus ipſi aut duo, aut vnus eorum hæc exequi facient. Datum Romæ, die octaua Decembris milleſimo quingenteſimo trigeſimo Pontificatus noſtri Anno octauo.

Circa hanc autem conceſsionem eſt notandum iuridicam quidem eſſe, cum illud quod ad omnes pertinet ab omnibus ſecundum ius debeat approbari. Et certè etiam non conceſſo hoc priuilegio ſi religioſi in diſtributione ſubſidij ſe nimiũ eſſe grauatos

tos clam arent proculdubio eorum querela admitteretur & alia ſeruans æqualitatis iuſtitiam contributio fieret ex eis, quæ allegãdo aliquas leges Regni tradit Laſarte. *b*

b Laſa. dedecim. vẽd. c. 18. n. 91.

ARTICVLVS VI.

Vtrum laici habentes decimas tertiarias à manu Regis teneantur ſoluere ſubſidium, & gabelam ex earum venditione.

REſpondeo dicẽdo conſuetudine eſſe receptũ, laicos bono iure habere has decimas tertiarias à manu Regis, prout eõſtat ex reſolutis à doctiſsimo Gregorio *a* Lopez licet cogitandũ relinquat Palatius *b* Rub. de quo latè per Laſarte. *c* De his autẽ decimis tertiarijs, ſi *d* Rege dentur regularibus, aut Eccleſiaſticis, aut laicis debetur ſubſidium, quia charitatiuum ſubſidium impoſitum eſt non quidem Eccleſiaſticis perſonis, ſed redditibus potius & prouentibus totius Eccleſiæ in his regnis, & a deo generaliter iniũctum, vt quoſcumque redditus, & fructus, qui vere Eccleſiaſtici ſint iuxta mentem & verba bullæ generaliter comprehendat nullo perſonarum facto diſcrimine, ad quas fructus illi pertineãt, ſiue ſint laicæ, ſiue regulares, ſiue Eccleſiaſticæ, prout generaliter in huiuſmodi charitatiuo ſubſidio regibus conceſſo reſoluit Decius, *d* & de alio quod ab Epiſcopis imponi ſolet tradit Gigas *e* vnde cum ſit indubitabile hos fructus tertiariarũ, cũ ex decimalibus detrahuntur iuxta quãdã recopilationis legem *f* primordialiter & in ſua origine Eccleſiaſticos eſſe Eccleſiæque debitos, per cõſequens eſt dicẽdum, quod cum ſemel ſubſidium charitatiuum eos tangat impoſsibile eſt, vt ſine eo onere, quo in ſua origine affecti ſunt, etiam ad laicas perſonas tranſeat, & ipſi laici ad ſubſidium illud ratione prædictorum fructuum teneantur, quia regulare & perpetuum eſt, vt vna quæque res tranſeat cum ſua cauſa more ſeruitutis iuxta notata à Doctoribus, *g* & tradit Laſarte. Verum eſt tamen quod ſi prædictæ tertiæ à Laicis vendantur tributum Alcaualæ debetur ab ipſis, cum hoc tributum non ratione rei neque perſonæ imponatur, ſed ratione contractus dummodo res neque perſonæ priuilegiatæ reperiantur, vt patet ex traditis per Laſartem. *h*

a Greg. in l. 22 gloſ. 1. ti. 20. par. 1.

b Palat. in repetit. ru. de donat. inter virũ & vxo ri. § 37. ver. præter. iſta dona.

c Laſarte. de decim. ven. c. 19. n. 29 & ſeq.

d Deci. cõſ. 156. volu. 1.

e Gig. de pẽſio. q 38.

f L. 1. tit. 21. li. 9. recop.

g Doct. in l. neq. ſtipendiff. de impereb. done. act.

h Laſar. vbi ſu. n. 15. & n. 27.

ARTICVLVS VII.

Vtrum hi qui à monaſterijs, aut Eccleſijs aliquid emunt teneantur ſoluere tributum decimæ, quod dicitur Alcaualæ.

REſpõdeo dicendo, quod de iure communi integrum gabellæ onus generaliter emptori Doctores attribuunt, vt reſoluit Molineus, *a* & poſt eum explicuit Arias Pinelus Doctiſsimus Luſitanus. De iure autem regio, & ſecundum alia iura ad venditorem pertinere tradit optimè Laſarte, *b* quo ſuppoſito cum monaſterium aliquid vendit adſoluendam gabellam minime obligatur, inter priuilegiatas enim perſonas exemptas abhoc gabellarum onere præcipuum locum tenent Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque & religioſæ perſonæ, ac monaſteria, vt ſcilicet tributum iſtud non debeãt vt in quadam lege *c* nouæ recõpilationis traditur. Quod eſt tenendum, quidquid aliud determinatum fuerit in his Regnis ante prædictam legẽ tempore Regis Ioannis II. vt refert, ac late diſputat iniuſtèque Mõtaluus *d* defendit: erat enim iure communi ſatis expreſſum Eccleſiaſticas perſonas, ab huiuſmodi iuribus exemptas eſſe, prout late in ſuperioribus eſt dictum. Quod Eccleſiaſticum priuilegium, ita intelligendum eſt, vt non quemadmodum clerici & perſonæ Eccleſiaſticæ & regulares vendẽtes immunes ſunt, ita & hi qui eiſdem vendiderint immunes fiant, quinimo regali decimæ ſubijciuntur, niſi aliunde priuilegium habeant ſicut cæteri venditores: quia non propterea, quod cæius inde clerici & regulares emant ab iſtis vẽditoribus propter onus gabellæ pluris ex eo vendentibus fieri debet, quo minus venditores iſti regale ius pẽdant, ſicut & portorium, & pedagium ſoluunt, ac cætera iura regalia mercibus impoſita, quamuis clericis quoque & regularibus vendendæ ſint. Nec iſtud dici poteſt contra libertatem Eccleſiaſticam eſſe, ſiquidem circa res laicorum & eorum contractus verſatur, quamuis inde damnum aliquod

a Molin. in conſue. par. n. 1. §. 23. n. 7. Pin. in l. 2. C. de reſ. vend. 2. par c. 3. n. 40.

b Laſa. de dec. ven. c. 15. n. 1. cũ ſeq.

c L. 6. ti. 18. li. 9. reco.

d Monta. in l. 50. v. quæ Pharaon. ti. 6. par. 1.

Eccle-

Eccleſiaſticis perſonis prouenire videatur ex his quæ in alio propoſito reſoluit Maranta, e quem adhoc allegat Mexia, atque ita ait Lafarte iuſtè deciſum extare in quadam lege f nouæ compilationis, quinimo quia Eccleſiaſtici circa hoc immunitatem allegabant dicentes, vendentes ſibi quaſcumque res immunes à gabella eſſe, ſtatuitur in ea lege ad omnem fraudem euitandam, vt res ipſæ, quæ clericis Eccleſijs, aut monaſterijs à quocumque laico venditæ erunt tacitè hypothecatę intelligantur, pro gabella: quo caſu lex ipſa præuenit rerum alienationem, eas ſcilicet pignorando ante quam in dominium clerici, Eccleſiæ, aut monaſterij tranſeant iuxta conſilium Bartoli g cuius opinio in eo quidem caſu ſuſtinenda eſt, cum de vitanda fraude agitur, non de damno Eccleſiæ inferendo, ne ſcilicet debitæ obuentiones, & iura regalia deficiant iuxta latè tradita per Didacum Pĕrez, h etenim quando ad obuiandum fraudibus lex ſæcularis fertur etiam contra clericos, & regulares ſeruanda eſt, & valet vt notat Petrus Ancharranus, i quem allegat Mexia.

Ex quo infert Lafarte K iniuſtam eſſe legem l ordinamentorum regularium dum rebus Eccleſiæ, aut monaſterij venditis quintum imponit fiſco ſoluendum, quia ibi non tam de præcauendo antiquo tributo, ordinarioque regio iure, quam de nouo imponendo agitur in damnum Eccleſiæ, & ita merito ſeruandam non eſſe ait Ioannes Matienſus. m

Aduertendum tamen eam nouæ compilationis legem n definientem res, quæ clericis Eccleſijs, aut monaſterijs venditę ſunt tacitè hypothecatas cenſeri intelligendam eſſe, cum vel venditor laicus forenſis eſt aut potentior perſona: potentior autem perſona in hoc caſu erit dicenda tripliciter, primo ratione generis, & familiæ, ſecundo, ratione pecuniæ, diuitiarum, & dignitatis ſtatus, tertio ratione paupertatis, quæ vltima potentia alijs duobus periculoſior eſt, gabellario, vel cum clericus emptor cõtractum non manifeſtauerit gabellario intra tempus alias laicis emptoribus lege o ſtatutum, vt ſcilicet omnibus his caſibus laicus emptor ad totam venditionis gabellam quæ ſolet vĕditori incũbere remanet obligatus legali, ac perſonali obligatione, monaſterium autem aut Eccleſia emens ex legali rei venditæ pignore teneatur, ad quod quidem non ſemper & in omnem euentum vt cæteri emptores laici, ſed in ſubſidium dumtaxat quando ſcilicet à venditore gabella exigi non poſsit propter vitandam fraudem, quæ facile alias poſſet committi, vt expreſſe in ea lege p traditur ibi. *Y ſi los vendedores no pudieren ſer auidos*, quæ verba commodè iuxta ſupradicta debĕt intelligi, prout in ſimili eſt caſus in iure, q & tradit Decius, ita quod ſi laicus venditor ex potentioribus non eſſet & monaſterium emptor venditionem manifeſtaſſet intra debitum tempus gabellario cum in his caſibus laicus emptor adnihilũ etiam ratione pignoris teneatur, ſiue venditor haberi queat ſiue non, nec quidem monaſterium ipſum emptorem teneri dicendum videtur, quamuis venditor haberi nequiret, ne prioris conditionis ſit quam laicus, quod Chriſtianiſsima noſtra tempora ac Philippo Rege noſtro fæliciſsima non patiuntur.

e Maran in pract. diſp. 8. ex nu. 25. Mexia de taxapanis cõclu. 3. nu. 3. Laſarte de de decimis vĕdit. c. 19. nu. 10.

f L. 1. ti. 18. li. 9. com.

g Bart. in l. reſ. 6. ti. ff. demun. & honori.

h Perez inl. 1. tit. 3. lib. 1. ord. col. 90.

i Anca. cõſ. 31. Mexia vbiſu. n. 38. K Laſar. vbi ſu. n. 11. infi. ll. 7. ti. 9. li. 5. ord.

m Matien. in l. 11. goſ. 5. ex n. 4. ti. 10. lib. 5. nouæ cõpu.

n d. l. 8. ti. 18 li. 9.

o L. 31. & 32 ti. 19. li. 5. re ſop.

p d. l. 8. rec.

q L. nepos proenlo. 145. de verb. ſig. Decius con. 55 5. n. 13. volu. 2.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum clerici, aut monachi negotiando vendentes teneantur ſoluere ex rebus venditis gabellam.

REſpondeo dicendo, quod quamuis generaliter dixerimus in ſuperioribus a clericos, & religioſos exemptos eſſe à decimæ ſolutione, quę dicitur Alcaualaiuxta quadam lege b nouæ recopilationis. Illud tamen ex lege ſequenti intelligendum eſt, niſi ex negotiatione vendiderint, aut permutauerint, quia ſic vendentes, aut permutantes ad gabellam obligantur, & omnibus pœnis, ac legibus gabellarum ſubijciuntur ac ſi veré laici eſſent. Quod veriſſimum & iuſtiſsimum iure communi exiſtimo ex reſolutis per Felinum c Decium, & alios, quos refert Matienſus. Cuius deciſionis ea potiſsima eſt ratio, quia negotiatio clericis, & monachis eſt prohibita, & dum huic ſe implicant, eorum facultates à laicorum ſtatutis legibus, & conſuetudinibus Eccleſia non defendit, vt quædam decretalis d determinat, atque ideo in eis locum habere debet legis gabellariæ diſpoſitio, cum eo caſu iuri Canonico contraria non

a Sup. 2. to.

b L. 6. ti. 28. lib. 9. reco.

c Feli. in c. Eccle. Sanc. Mariæ nu. 105. & Deciũ nu. 57. de conſ. Matien. in l. 11. gloſſ. 2. n. 3. ti. 10. li. 5.

d c. fin. de vit. & hon. cleric.

REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL VALENCIANA

nõ ſit iuxta in ſacris Canonibus e notata in quibus habetur, quod generaliter leges ciuiles ad forum etiam Eccleſiaſticum extendũtur, quatenus iuri Canonico contrariæ non ſunt, nõ quidem ex vi & poteſtate ipſarum legum, ſed ex confirmatione ipſa canonica, lex enim ciuilis nullatenus id poteſt efficere ex defectu poteſtatis iuxta late tradita per Fortunium f Garcia.

e c.1 de noui ope.nũc. c.2.de ſpõſa.impub.c. 1.de re iud.

f Fort. de vltim. fi. illat. 13.& 14.per totas.

Quæ ſanè limitatio vſque adeo generalis eſt, vt necdum in clerico, aut monacho vendente, aut permutante, ſed & in emente quoque negotiationis cauſa accipienda, & practicanda ſit. Atque adeo omnes leges loquentes de emptoribus circa iſtius iuris exactionem indiſtinctè, in quolibet clerico, aut monacho ex cauſa negotiationis emente procedunt ac ſi ille verè laicus foret, pro ut adnotauit Didacus Peretius. g

g Perez in l. 13.v. pague alcauala. ibi vel ſi cleric. ſit nego.tit. 3.li.1.ordin.

At vt hæc omnia clariora fiant. Notandum eſt quod tũc clericus & monachus negotiari dicuntur, quando rem emunt in ſua integra forma venditurí lucri faciendi cauſa, vt tradit Abbas, b ſecus autem ſi rem emũt ita vt ſit eis materia aliquid opperandi & ſua opera, vel induſtria mutatam vendiderint, aut permutauerint, quia tunc negotiari non dicuntur, neque decimam debent, aut aliud quodcumque tributum, vt per quendã textum expreſſum i notant Petrus de Dueñas, Auendañus, & Didacus Perez. Et eſt ratio differẽtiæ, quia finis illius primi actus ſcilicet cum quis emit in eadem forma venditurus nulliusvſus eſt, ſed ſolus quęſtus, & is quidem non ſecundum naturam rei ſed ſolaarte excogitatus ad augendas opes cum aliorum incõmodo propter quod eam negotiationem in quocumque honeſto homine vituperat Ariſtoteles, K & tradit Carolus Molineus, l & Soto. At vero cum quis emit, vt ſit ei operandi materia, atque ita rẽmutatam vendit, non contra naturam, & ſola arte quæſtum quærit, ſed ex ſudore & labore ſuo, prout in primo homine mandatũ eſt, & in Pſalmo, labores manuum tuarum, quia manducabis, atque ideo iſte actus non propriè negotiatio dicitur, aut eſt, ſed potius artificium, ita vt inter Mechanicas artes enumeretur ſecũdum Alciatum, m quod & tradit Soto.

b Abbas cõſil.6.

ic.eijcientes 88.ciſt.Du. reg.110.nu. 11. Auen.reſpon. 33.n.4 ver.7.cone. Perez in l.1. gloſ. 1. ver. eſt & aliud col.93. li.1. d. x. Ariſt.li.1. polit.c.6.& 7. l.Molin. de vſu q.60.n. 440.Sot. li. 6. de iuſt.q 2.artic.2.in prin.

m Alci.in l. mercis 207. ff de ver.ſig. i.Sot.vbiſ.

Ex his infacti contingentia conſului clericum, vt negotiatorem minimè debere cõdemnari, ſi tantum certis temporibus opportunitate occurrente emit in loco, in quo eſt aliquas merces, vt eas ſuis fratribus cum eis negotiaturis trãſmittat, talis enim clericus non eas emit in propria forma iterum reuenditurus, fratres enim ipſius eas reuendere debent in loco ſuæ habituationis: ſolum enim dictus clericus opus charitatis exhibet ab eo minimè alienum.

Sed Laſarte n à Molina ducitat circa ſupradicta qualiter apud nos eſt hæc Eccleſia ſticorum negotiatio accipi debeat quo magis à decimæ ſolutione immunes nõ ſint: videmus enim, quod ſi clericus emit vuas & vinum faciat, vt vendat, item lanas vt pãnos venditurus efficiat decimæ exactione vendendo vexatur, cũ tamen non rem ipſam vt emerit in ſua integra forma, ſed mutatã vẽdiderit, vt ex aliquibus legibus, patet o quod quidem negotiatio eſſe non videtur ex prædictis & per conſequens, neque clericis interdictum.

n Laſarte de decim. vẽd. c.19.n.53.

o L.lana 18 deleg.3.l.43 tit.9 pag.9.

Pro reſolutione autem huius difficultatis duæ proponendæ ſunt concluſiones.

Prima concluſio eſt, toties videtur clericus non negotiator mercator ve quoties ſic emerit, vt ſit ei materia per propriam ſuam perſonam aliquid operandi, atque ita ex opera & induſtria perſonæ ſuæ rem mutatã vendiderit aliquid lucraturus, vel non, veluti ſi lanam emerit, aut ſericum, vt aliquid veſtiendi calciandi vè cauſa vtile proprijs manibus conficiat, otio non vacaturus, & vt inde labore ac induſtria manuum ſuarum licitum lucrum eliciat, prout in religioſiſsimis fratribus diſcalciatis Carmelitis videmus quotidie, quod quam laudabile ſit apparet ex his, quæ Soto p exemplo Diui Pauli q adducit. Ad ea inquit, quæ mihi opus erant miniſtrauerũt manus iſtæ. Et in hoc caſu dubium non eſt, quin iſtius modi monachi vendentes ſua opera, nec mercatores, nec negotiatores dicantur quin potius artifices ex prædictis, gaudeantque ideo exemptionis priuilegio. Quod quidẽ & ad eum caſum extendit Soto, quando quis emit mulam, aut equũ rudem, vt cultiorem vendat, nẽpe quod is negotiari non dicatur, quia verè rem illam, quam emit induſtria ſua mutatam ac meliorem reuendit. Quod valde notandum eſt in hac materia adhoc quod clerici, aut monachi huiuſmodi lucro occupati gabellam non ſoluant etiamſi mulam, & equũ, ſine fræno & ſella vendiderint, quia non tam negotiari, quam artem exercere cenſentur, quod cle-

p Soto li.7. de iuſt. q.5. ar.2.

q 1.ad Cor. 4.& acto.20. poſt.c.20.

r Soto li.6. de iuſt.q.10 a.2.

ricis

ricis, & monachis iure communi non eſt prohibitum.

Secunda concluſio, ſi clericus lanas illas emerit non vt ipſe operetur, ſed vt impenſa ſua ex mercenariorum & opificum induſtria, ac labore pānos eficiat poſtea venditurus lucri faciendi cauſa, ematque etiā vuas prout quotidie videmus & per famulos, ac perſonas huic rei aptas in ſua apotheca recondat vinum poſtea venditurus, vt inde aliquid lucrari queat, dubitandum non eſt quin mercaturam & negotiationem exerceat ſoluturuſque ſit decimam venditionis & alia iura regalia tanquam laicus, quia tunc nulla verſatur induſtria clerici, prout tam eleganter, quam vtiliter tradit ex Petro de Ancharrano *Sylueſter* *f* dicens, quod ſi monaſterium emiſſet venam ferri, vt inde per famulos & perſonas conductas ferrum colligat, & vendat lucri faciendi cauſa gabellam, & alia iura regalia erit ſoluturum: ſecus verò ſi per ipſoſmet monachos ferrū fieret, quia tunc cum rem mutatam ex induſtria ſua venderent negotiari non dicentur, & hanc reſolutionem ſequitur Nauarrus, *t* iuxta quam intelligendum eſt Conſilium Federici *v* de Senis, qui alias, ſine prædicta diſtinctione reſpondit, præfatum illud monaſterium gabellam nō debere & ita reprehendit ipſum *Sylueſter*, qui eum vitioſe allegat.

Tertia concluſio, hæc vena ferrea monaſterij poteſt dupliciter cōſiderari, aut enim poteſt eſſe talis, vt ferrū ibi renaſcatur, nēpè vt licet inde extrahatur natura ipſa augeatur vena, prout decretæ fodinis argenti fodinis, vel auri tradit quædam lex, *x* & de lapidicinis tradit alia lex *y* & tunc dico quod id quod ex vena aſportatur in fructu ſit, quaſi natū & collectum ex vena iam propria monaſterij facta, & hoc caſu, ſiue per monachos, ſiue per alios ferrum fiat & venditur nulla gabella ſit ſoluenda, quia generaliter ex fructibus rerum monaſterij, vel clerici nullum tributum debetur, cū negotiatio deficiat ex prædictis, & in hoc caſu nempè cum ferrum collectum, ſiue per monachos, ſiue per eorum operarios cōductos in fructu eſt recte procedit Conſilium Federici de Senis ſuperius allegatum. Aut talis vena ferri à Monaſterio empta eius naturæ eſt, vt nihil ibi renaſcatur, ſed quod modo eſt ſemper in ea fuerit, prout de lapidibus marmoreis tradit quidam textus, *z* & quia quod aſportatur in fructu non eſt, ſed potius erat in ipſa vena tempore emptionis à monaſterio factæ, ac proinde apparet monaſterium vendere, quod re vera emerat tunc habet locum diſtincto Sylueſtri & Nauarri, de qua in concluſione ſuperiori ſcilicet, quod ſi induſtria monachorum colligatur gabella non debeatur ex reuenditione, ſi vero per eorum famulos, aut operarios conductus, tunc ad eius ſolutionem eſt obligatio.

Ex his infertur primo, quod ſi monaſterium emat fundum plenum fructibus maturis, qui eo tempore pendentes ſint & fructus ab eo decerptos vendat gabellā debebit, quia verè vendidit, quod emit lucri faciendi cauſa atque ideo negotiari intelligitur iuxta ſuperius annotata: fructus enim pēdentes pars ſunt rei, vt dicitur in iure, *a* & tradit Tiraquelus, qui ſi tempore venditionis exiſtunt tanquam pars fundi debentur, vt multis iuribus reſoluunt Bartolus *b* Iaſon, & Doctores communiter quos allegat & ſequitur Couartuuias.

Aduertendum tamen, quod ſi monaſterium fundum cum fructibus pendentibus & maturis emerit non animo reuendendi, ſed vt his frutuar, & monachi eos commodent ſecundum quod definit quidam iuris Conſultus *c* quos fructus poſtea ex accidenti vendiderit, vt quia vtilius ſibi eſſe cōtingat pretio frui, quam ipſis, gabellam nō debet, quia negotiari dici non poteſt, vt expreſſe tradit Sylueſter *d* dicens monaſteriū non teneri ſoluere gabellam, ſi emat in fructum ſuum, & poſtea reuendat, quia hoc nō eſt propriè negotiari, quam doctrinam ſequitur Nauarrus. *e* Cui ſententiæ rectè faciunt ea, quæ tradunt *Baldus*, *f* & *Bartolus* & alij quos refert & ſequitur Caſtillo, dicūt enim hi authores, quod ſi ſtatuto caueatur, vt nemo poſsit emptum frumentum reuendere, & aliquis emat in ciuitate frumentū, pro victu totius anni, poſtea autem mutans propoſitū velit à ciuitates recedere, & ſic receſſurus frumentum illud vendat in pœnam legis, aut ſtatuti non incidit, quia inſpicienda eſt prima deſtinatio. Quod intelligitur, quādo conſtat de hoc primo propoſito & deſtinatione, id quod ex qualitate rei & perſonæ erit iudicandum ex reſolutis per Auend. Et pro religioſis eſt præſumptio, quod nō emerint ad reuendēdū cū hoc ſit negotiari, & quid eorū ſtatui illicitum

Infertur

f Syl. v. excō mun. 9. ver. 21. n. 46. & n. 57.

t Nau. in manu. c. 27. n. 128.

v Federi. cō ſil. 207.

x L. fructus. alias l. fidiu. §. ſi vir infū demulieris. ff. ſolu. mat. y L. fi. de fundi. dotal.

z d. §. ſi vir infundo.

a L. fructus pendentes de reiud. Tiraq. dereir. linagiel §. 1. gl. 7. exn. 56

b L. Iul. §. ſi fruct. ff. de actio. empt. Bar. & Iaſon inle. ſi filius fam. §. fi. ff. de verb. ob. Cou. l. 1. var. c. 15. n. 3. & l. 3. c. 4. n. 7.

c L. in lege cenſo. ff. de verb. ſigni. d Syl. excō. 7. n. 46. inf. e Naua. d. c. 27. n. 128. f Bald. in l. §. vnde quærit offilius. ff. de exerc. act. Bar. in l. cætera. §. fi. n. 3. ff. de leg 1. Caſtell. in l. 1. taur. v. que fueren. vſados.

Infertur secundo, quod si monasterium emat oues vaccasque prægnantes & agnos vitulosque ex his natos vendiderit decimã non debebit gabellario, cum non vendiderit, quod emit, sed quod ex re sua natum est instar fructuum, qui non extarent tempore emptionis rei, sed postea producuntur, vt probat quidam elegans textus, g quod alias etiam confirmant iura *h* ponentia differentiam inter agrum plenum fructibus & animal prægnans, quod ibi explicat Bartolus in hunc modum distinguẽs, quod si monasterium emat fundum cũ fructibus pendentibus & iam maturis si reuendat fructus decima debetur, sed si emit fine fructibus, & postea natos colligit & vendit nulla gabella debeatur, sed si prægnantes oues emerit natos fœtus vendens, non tenebitur ad aliquod tributum soluendum, cum dictos fœtus non emerit, cum adhuc non sint nati, neque sint in rerum natura, licet illorum fauore aliquando, esse intelligantur per interpretationem iuris, prout notât Bartolus, *i* & Doctores & est quidam textus expressus cum his, quæ late congerit Tiraquelus.

g L. si præg. ff. de cuict. le. siquodex Pamphi. 73. ff. deleg. 2. h L. in lege faeid. 9. vbi Bar. ff. ad l. falc.

i Bar. & Do. in d. l. in leg. Tiraq. in l. si vnquã v. fus ceperit. lib. exn. 144. C. de re oc an. donat.

Infertur tertio, quod si monasteriũ emat gregem & inde fructus collectos, lanam caseum & agnos vendat non teneri ad gabellam soluendam, cum in hoc nullo interueniat negotiatio, non enim vendit quod exẽptione acquisiuit, sed potius quod ex re iam sua natum est, vt probat quidã textus K elegans.

K L. vaccæ. empr. ff. de cuict.

ARTICVLVS IX.

An si aliquis ingrediatur monasteriũ & tempore nouitiatus aliqua eius bona vendantur suo nomine regalis decima debeatur.

a Lasar. de dec. cim. vend. c. 19. n. 50.

REspondeo dicendo Lasarte *a* â Molina tenere partem affirmatiuã scilicet quod gabellario regalis decima debetur, quia non est nouitius vere religiosus cũ ad seculum possit redire quando voluerit iuxta notata per Gregorium *b* Lopez, & per Tiraquelum. Quod ait Lasarte est magni aduertisse pro fratribus societatis Iesu, hi enim non vt cæteri religiosi post annum probationis emittunt professionem, sed post multos annos in illa sanctissima religione profitentur iuxta eorum institutum approbatum à Concilio *c* Tridentino, atq; ideo fiet, quod si procurator monasterij vẽdiderit aliqua bona cuiusuis iuuenis eam religionem ingressi, qui neque professus fuerit, neq, sacros ordines susceperit regiæ decimæ locum faciat. Hæc dictus auctor, cuius opinionem quo ad nouitios, qui post annum probationis statim tenentur profiteri non cõdemno, sed quo ad nouitios societatis, qui post biennium probationis tria vota simplicia emiserunt non admitto, cum ipsi secundum constitutionem Gregorij XIII. sint verè religiosi & donec â societate dimittantur gaudeant omnibus, quæ alijs religiosis concessa sunt, prout in primo tomo *d* latè probauimus, opinio autem Lasarte in hoc casu erit vera, quando ipse nouitius intra biennium probationis præcipit vt aliqua bona eius nomine vendantur.

b Greg. inl. 7. v. si quantit. 7. part. 1. Tiraq. de retract. lig. §. 1. glo. 8. exn. 21.

c Sess. 25. de reg. c. 16.

d r. tom. q 1. ar. 6.

ARTICVLVS X.

Vtrum hæc decima in casibus in quibus debetur à monasterio & à nouitio possit peti coram iudice seculari.

REspondeo dicẽdo, quod si decima debeatur â regularibus, & à monasterio videtur, quod coram iudice secu lari possint conueniri: nã clericus secularis tenetur soluere gabellã de rebus ab eis per negotiationẽ venditis & poterit cõueniri coram iudice seculari, quia cum propter negotiationis delictum iure laici censeatur & eum â seculari iurisdictione Ecclesia non defendat vt dicitur in iure *a* communi & regali, & ita expresse tenet Mexia *b* Pontius qui in suum patrocinium allegat Tiraquelum. At aduertit Lasarte, *c* quod ille cũ alijs per eũ allegatis loquitur in actione reali, quã do scilicet clericus cõuenitur ratione reitributariæ, quã possidet, at nos loquimur in actione personali, quaquicũq; venditor ad gabellã tenetur ex conditione ex lege, quo casu maior dubitatio est. At ait prædictus author, quod adhuc vera est prædicta resolutio, quia sicut talis clericus negotiator iudicatur, vt laicus adhoc quod regio tributo vexari queat cõtra generalẽ prohibitionẽ iuris, *d* ita talis quoque corã seculari iudice

a c. fi. de vit. & hone. cleri. l. 7. ti. 18. li. 9.

b Mexia de tax. p. anni conclu. 5. n. 23. Tiraq. de retra. linag. § 32. glos. 1. n. 80.

c Lasart. de decim. vẽd. ca. 19. n. 84. de quamuis de cens. li. 6.

e Mexia vbi ſu. Reb. ad ll. gal. 2. to. de me. emi nutat. ven. gloſ. 3. Boerius de. 249 n. 4.

ce conuenietur, vt bene aduertit Mexia e cum his quæ reſoluit Petrus Rebufus, & tradit Boerius. Hæc quantum ad clericum negotiatorem ſecundum ius reſoluta inuenio, quæ an ad monachos & monaſteria applicari debeant poteſt dubitari, quinon ſolum habent exemptionem communem Eccleſiaſticis competentem ne conueniantur coram iudice ſeculari, ſed ratione ſuorum priuilegiorum habent exemptionem ne ratione contractus, aut delicti coram alijs, quam coram eorum iudicibus regularibus conuenianrur, quæ priuilegia, ita ſunt roborata, vt jis contrauenientes grauibus pœnis, & cenſuris afficiantur, prout in ſecundo tomo f latè diximus. Quæ ſpecialis exemptio in hoc caſu videtur habere locũ, cũ ipſi monachi propter delictũ negotiationis á ſolutione gabellæ non ſint immunes, de quo delicto per præfata priuilegia alium, quàm eorum prælatos non poſſe cognoſcere videtur, ſed pro contraria parte facit, quòd ſi coràm eorum prælatis à gabellario deberent conueniri decimam difficillimè ſoluerent, & ipſi non regulariter, ſed vt mercatores viuentes à priuilegijs videntur deſtituti, quæ eis propter eorũ paupertatem fuerunt conceſſa cuiuſmodi ſunt priuilegia eos à tributis & gabellis liberantia. Nèc iudex ſecularis compellens eos ad decimæ ſolutionem cognoſcit de delicto negotiationis, quòd commiſerunt, vt ipſos puniat & caſtiget: hoc enim minimè gentium ei iura concedunt, hoc enim delictum adeorum prælatum pertinet, vt ratione eius prælatus poſsit delinquentes incarcerare & voce actiua, aut paſsiua priuare, nec iudex ſecularis poteſt captis pignoribus eos aſtringere adſolutionem, vt loquendo de clerico negotiatore reſoluit Azeuedo, g cùm etiam eorum bona ſint exẽpta vnde exiſtimo ad Nuntium Apoſtolicum eſſe recurrendum quicum ſit legatus à latere ſuper exẽptos & eorum bona habet poteſtatem. Aduertendum tamen quod monachorum negotiatio non eſt aliquando, ita illicita, vt ne ceſſe ſit eam prohibere, & eam exercentes caſtigare, videmus enim in religioſiſsimis conuentibus multis aquis abundantibus mo lendina ad conficiendum papyrum conſtrui & multitudine pãnorum empta magnam quantitatem quotãnis papyri fieri per famulos & operarios à dictis religioſis conductos, quæ quantitas venditur, in quo negotiatio, vt patet interuenit, ſiquidem mutata pãnorum forma induſtria operariorum fit papyrus, quæ negotiatio á neminè, vt audio reprobatur, & dubito an ipſa monaſteria prædictam quantitatem papyri vendentia adſolutionem huius decimæ obligẽtur licèt papyrũ induſtria mercenariorũ cõfectã vendãt & taliue ditione lucrũ maximum reportent, nàm ſi propter neceſsitatem monaſteria præfatam habent negotiationem, quia ſine ea non habent ſufficienter, vnde fratres viuant non tenentur ad huius decimæ ſolutionem ex his quæ reſoluit Laſarte, h & vniuerſaliter exiſtimo omnia monaſteria negotiantia penuria laborare propter quam huiuſmodi negotiationibus aliquando implicantur, qua de cauſa à ſolutione decimæ videtur, quòd poſſunt excuſari.

f 2. tom. q. 73.

g Aze. in l. 11. ti. 3. li. 1. recop.

h Laſarte de deci. vend. c. 19. n. 78.

ARTICVLVS XI.

Vtrum Fratres tertij ordinis Beati Patris Noſtri Franciſci tenẽatur ex rebus ab eis venditis ſoluere gabellam.

a Supr. ho c tom. q.

b L. 19. ti. 4 ſi. 4. or. quę eſt ho. li. 11 i. 14. li. 1. rec.

c Cardin. in Clem. cõ. ex eo de ſe. excõ. co. 2. & ibi Anch. Sar. de red. Eccle. in de fenſ. libell. 1 pa. mon. 56 n. 4. Gre. in l. 1. glo. 1. ti. 7. par. 1. Perez, ind. l. 10 & in l. 1. pa. 93. ti. 3. li. 1. d Gloſ. in li. 2. v. non poſſunt & ibi Bart. Ange. de in iusvo eand.

e Gloſſ. inc. quiver. v. vere 15. q. 1. Boer. in tra. devit. & ſta. Erem. n. 13.

REſpondeo dicendo huncarticulum videri iam deciſum ex his, quæ latè diximus ſupra a de tertiarijs agentes, circa cuius reſolutionem habemus legem b regiam per quam legem ſtatuitur, quòd ſi priuatã vitã agũt cum vxoribus & maritis & bonis ſuis, vt laici iudicentur, prout tradunt Cardinalis c & Petrus de Ancarrano, Sarmiento, Gregorius Lopez, & Didacus Perez: ſecus autem ſi in communitate viuant, prout plura tertiariorum & tertiariarũ hodie videmus monaſteria, in quibus religioſè ſecundum regulam á ſede Apoſtolica approbatam viuitur, prout in ſuperioribus latè probauimus, hi enim vt verè religioſi abijs tributis ſunt immunes.

Quantum autem ad mulieres tertiarias virginalem, vel vidualem caſtitatem vouentes, huic tributo obnoxias eſſe credo cum non ſint religioſæ: ſicut etiam Eremitas minimè exemptos abhac lege credo. Licèt enim ipſi Epiſcopo ſint ſubiecti, vt tenet quædam Gloſſa d quam ſequitur Bartolus & Angelus, & per conſequens Priuilegio clericorum gaudere debent, vt ait alia Gloſſa, e & latiſsimè reſolul

Nicolaus Boerius, hi tamen Eremitæ, quos apud nos videmus proculdubio iure laicorum ſunt cenſendi, quia non ita purè, & veré ſolitariam vitam agunt, vt ſacri canones *f* requirunt, quin potius ſicut laici nati ſunt ita laici perſeuerant, cùm nequé ordinem habeant clericalem, nequè religionem approbatam profiteantur, quòd ita tenuit Erá ciſcus de Zabare, & alij quos refert & ſequitur Aufrerius. *g* Abbas & alij relati per Boerium, & ita non eſt dubiũ quin ſi iſti tales Eremitæ aliquid vendiderint regali decimę ſubijciantur, nèc in eis habeat locum priuilegium, quòd alijs per leges *h* huius Regni conceditur.

f c. qui vere

g Aufre. in quęſt. Tol. & Boer. vbi ſup. n. 14.

h l. 6. t. 18. li. 9. recop.

ARTICVLVS XII.

Vtrũm fratres ordinum militiarum teneantur ex rebus ab eis venditis ſoluere gabellam.

REſpondeo dicendo, hanc quæſtionem ex alia dependere, an ſcilicet dicti fratres ordinum militiarum nempè D. Iacobi Alcãtaræ Calatrauæ, quos vulgus cõmẽdatarios appellat ſint Eccleſiaſticæ & religioſæ perſonæ, prout de fratribus Diui Ioannis tradit Dueñas, *a* de hac quæſtione iam egimus in primo tomo *b* duas contrarias opiniones allegantes, primam non eſſe perſonas regulares, quãm tenet Sarmiento *c* contrariam autem eſſe verè religioſos reſoluit & latè diſputat Menchaca, *d* & ordinis Diui Iacobi alumnus licentiatus Didacus à Mota, in tractatu iſtius ordinis, ſatis doctè & curioſè hanc tutaturopinionem, propter quæ fortaſsis & ad omnes difficultates dirimendas media ſententia admiſsa eſt à Chriſtianiſsimo Rege Hiſpaniarum Philippo Secundo, qui voluit hos fratres immunes eſſe in omnibus fructibus ſuarum commendatarum, ſecus verò in patrimonialibus & rebus aliunde quæſitis, vt conſtat ex quadam lege *e* nouę recopilationis quę in praxi ſeruatur, prout Laſarte *f* à Molina affirmat.

a Dueñ. regu. 100. n. 5 61. tom. 1 ar. 6.

b Sarm. de defenſ. lib. de re. ab. Eccl. 1. pa. moni. §2.

c Men. li. 3 quæ. illu. c. 105. ex. n. 45.

e L. 9. ti. 18 li. 9. recop.

f Laſa de dei. ven. c. 19. n. 92.

ARTICVLVS XIII.

Vtrũm immunes ſint hi qui à monaſterijs aliquid emerint à decimæ ſolutione ſi illud vendiderint.

REſpõdeo dicẽdo, q̃ nõ ſunt immunes ab huius decimę ſolutione hi qui à clericis Eccleſijs, aut monaſterijs aliquid emerint, ſi poſtea illud vendant, ita tradit Tiraquelus, *a* & additio Baptiſtæ à Villalobos, & rectè reſoluit Boerius dicẽs, quòd ſi res aliqua vendatur ab Eccleſia non ideo tranſit libera ad emptorem quominus reuenditurus gabellam debeat, & adhoc quod dam iuris *b* Conſulti decretum tradunt Sylueſter, & Montalus. Cuius reſolutionis ea ſtratio, quia hæc gabella reuenditionis non ſoluitur ex contractu inito cum Eccleſia, aut clerico ſed ex contractu diſtincto poſtea per emptorem celebrato cum alia tertia perſona, ex quo nulla ratio impedit quin gabella debeatur & petipoſſit, ex eleganti diſtinctione Baldi, de qua infra.

Quòd procedit etiãſi ipſi poſtea reuendant Eccleſiæ aut Monaſterio: priuilegium enim quo Eccleſiaſtici & regulares à decimæ ſolutione liberantur ita intelligendum eſt, vt non quemadmodum Eccleſia & monaſterium immunes ſunt, ita & hi qui eiſdem vendiderint immunes fiant: quinimo regali decimæ ſubijciuntur niſi aliud priuilegium habeant ſicut cæteri venditores. quia non propterea quod carius inde clerici & monaſteria emant ob iſtis venditoribus propter onus gabellæ pluris ex eo vendentibus iuxta illud, quòd ex Æmilio Ferretto, in annotationibus ad Cornelium Tacitum, *c* fieri debet, quo minus venditores iſti regale ius pendant, ſicut & portorium & pedagium ſoluunt, ac cæteris iura regalia mercibus impoſita quãmuis clericis & Monaſterijs, ſicut & laicis vendendæ ſint. Nec iſtud dici poteſt contra libertatem Eccleſiaſticã eſſe, ſiquidem circa res laicorum, & eorum contractus verſatur, quamuis inde damnum aliquod Eccleſiaſticis perſonis, & monaſterijs prouenire videatur, prout articulo ſeptimo huius quæſtionis dictum eſt.

a Tiraq. de retract. lig. §. 13 glo. 13 n. 14. addit. Bap. à Vill. in tract. cõmun. opin. liti. num. 1. Boeri. dec. 213. n. 19.

b L. licita §. fi. ff. de pu. Syl. v. excõmu. 9. n. 48 Mont. in l. §. in fi. glo. ti. 7. par. §.

c Tacit. l. 1. anula. n. 14

ARTI-

ARTICVLVS XIIII.

Vtrùm laicus vendens rem communem cum monaſterio teneatur ad huius decimæ ſolutionem.

REſpondeo dicẽdo, quòd qui ſimulcũ Monaſterio, aut alia exẽpta perſona vno precio rẽm vendiderit, quæ ſit v triuſquè cõmunis à gabella nõ excuſabitur, nàm licét eo modo contracta vendi tio indiuidua ſit iuxta quandam legem *a* decima tamèn rectè diuidetur iuxta pretij partem, quæ laici portionem in ea re communi vendita tangere videatur, & ſic exigetur à laico & non à monaſterio iuxta ea, quæ contra Hippolytum *b* reſoluit Couarruuias. Et confirmatur ex quadam lege *c* recopilationis, ibi, *por lo que a ellos toca y pue de tocar*, vbi rem meam cùm re clerici permutauero, quamuis vnicum negotium eſt ex ſola parte clerici immunitas Eccleſiaſtica locum habet: cæterum ego ex mea parte gabellam debeo, nèc excuſor ſocij priuilegio, vt tradit Federicus de Senis.

a L. quod ſi vnoſit de in dic. adicẽti.

b Hipp. ſin gul. 180. Couar. in prat. q. c. 36. nu. 2. Perez in Rub. ti. 1 li. 3. ord. colu. 748.

c L. 16. ti. 18 li 9. recop. d Fed. conſ. 112. incipit, quæſt. talis eſt an diæc. co. pen.

ARTICVLVS XV.

Vtrùm regulares teneantur adſoluendũ ſubſidiũ, quòd vocatur eſcuſado.

REſpondeo dicendo, circa hoc quandam obtinuiſſe Reges Hiſpaniarũ á Sede Apoſtolica cõceſsionem & inter alias conceſsionem Pij Quinti Pontificis maximi in medium adducam.

Pius Papa Quintus, ad futuram rei memoriam.

Sanè alias nos cum accepiſſemus chariſsimum in Chriſto filium noſtrum Philippum Hiſpaniarum Regem Catholicum ad prouincias Flàndriæ hæreſi infectas veneno huiuſmodi liberandas liberataſque conſeruandas de proximo. Achac de re decreuiſſe etiã eius validiſsimũ exercitũ equitũ, & peditũ verſus prouincias præfatas iter feciſſe. Nos attendentes maximé neceſſarium & vtile eſſe, pro extirpatione hæreſum huiuſmodi, ne dum in prædictis, verùm etiâm in alijs prouincijs, quòd exercitus præfati prædicti Regis & ipſi eo proficiſcerentur, ipſumquè Philippum Regem in expeditione huiuſmodi, ac pro tuitione religionis Chriſtianæ contra immaniſsimum Turcarum tyrãnum, maximos & innumerabiles ſumptus de neceſsitate facere oportere, & cum propter maximos ſumptus præclaræ memoriæ Carolum Quintum Romanorum Imperatorem ipſius Philippi Regis, genitorem, ac ipſum Philippum Regem, pro conſeruatione & defenſione dictæ religionis Chriſtianæ hactenus factos eius ærarium penitus conſumptum eſſe crederemus dignum & æquum foré cenſuerimus eidem Philippo Regi per venerabilem fratrem Ioannem Baptiſtam Archiepiſcopum Roſanenſ. modernum & pro tempore exiſtentem in regione Hiſpaniarum Nuncium noſtrum, aut aliam, ſeu alias perſonas Eccleſiaſticas, ab eodem Nuntio deputandam, ſeu deputandas. Vnam domum poſt duas, quæ veberiores & opulentiores decimas habuiſſent, quàm maluiſſet, in qualibet parrochiâ ſæculari quam cuiuſuis ordinis regulari ex vniuerſis parrochijs in Regni Dominijs Hiſpaniarum, & inſulis eidem Regno adiacentibus conſiſten-

tibus nominandi & eligendi, & ab ipſa domo, illiuſque domino ſeu dominis ac habitatore, ſeu habitatoribus decimas tritici, hordei, vini, agnorũ, lanæ olei, caſei, & aliorum quorumcunque fructuũ, & rerum ex quibus decimæ tam de iure, quàm de cõſuetudine, quã de priuilegio ſolui & dari cõſueuiſſent & deberentur petendi & infracto modo exigendi, & leuandi, ac recuperandi liberam & omnimodam poteſtatẽ, & plenam facultatem ad quinquẽniũ conceſsimus, dedimus & largiti fuimus. Necnon decimas huiuſmodi ab illis qui hactenus illas percepiſſent & leuauiſſent ad dictum quinquẽniũ abdicauimus & ſeperauimus, illoſquè, per eundem Nuntium ſeu perſonas Eccleſiaſticas huiuſmodi ab eodem Nuntio deputandas exigendas leuandas & recuperandas, ipſique Philippo Regi ſeu eius pro tempore ad hoc deputatis miniſtris cum effectu tradendas & conſignandas ad ſimile quinquẽnium applicauimus & appropriauimus, ac gratioſe donauimus & conceſsimus.

Necnõ domino ſeu dominis, ac habitatori ſeu habitatoribus domuũ huiuſmodi in qualibet parrochia, vt præfertur nominandam, ſeu eligendam etiam ſi parrochia huiuſmodi alicui ſeculari, ſeu cuiuſuis ordinis regulari monaſterio, & prioratui, ſeu conuentui, ſeu capitulo, ſeu collegio, aut pio, ſeu cuicunq; alio locó perpetuo annexa vnita & incorporata exiſtat, ac etiãſi metropolitana aut cathedralis ſeu collegiata Eccleſia fuerit, aut eidem Philippo Regi mediante Nuntio, ſeu perſonis Eccleſiaſticis ab eo deputatis præfatas decimas huiuſmodi ſine aliqua contradictione & exẽptione tradere & ſoluere deberent præcipimus, & mandamus.

Nec non Archiepiſcopis Epiſcopis Abbatibus, Abbatiſsis prioribus, ac prioriſsis ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus, dignitatibus capitulis conuentibus & vniuerſitatibus, rectoribus beneficiatis collegijs, ac alijs quibuſcũq; cuiuſcũq; qualitatis gradus ordinis dignitatis præeminentiæ, & conditionis fuerint, qui decimas huiuſmodi perſonis eidẽ Philippo Regi, vt præfertur donatas & conceſſas quocũq; titulo, modo iure forma, & cauſa percipere exigere & leuare ſoliti fuiſſent, vt eundẽ Philippũ Regẽ Nunciũq; & perſonas huiuſmodi in exactione & recuperatione decimarũ præfatarũ impedire, nec illas à Domino, ſeu dominis & habitatore, ſeu habitatoribus domus huiuſmodi petere & exigere auderẽt, ſeu præſumerent ſub ſententijs cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis eo ipſo ſi cõtra feciſſent incurrendis inhibuimus atque mandauimus, prout indictis literis plenius cõtinetur.

Cùm autem ſicut nuper accepimus literæ noſtræ præfatæ executioni debitæ adhuc mandatæ non fuerint, & ſi modo demandarentur, hoc non ſine maximo damno ipſas parrochias obtinentium, qui rẽtro ac tantorum annorum decimas in vſus ſibi bene viſos conuerterunt fieri poſſet, & cum poſtmodum etiam alijs perturbationibus, & periculis reipublicæ Chriſtianæ nouum & graue etiã

peri-

periculum ex inuasione Turcarum tyranni in insu am Cypri, alia sque terras & loca Christianorum acceſſerit, & præterea nostris adhortationibus, & monitionibus idem Philippus Rex, dilecti filij nobiles viri Dux & Senatus Venetus nobiscum aduersus eundem Turcarum tyrannum fœdus inierit, cumque ipsius Philippi Regis arariu madeo opibus exhausti esse accepemus, & credamus vt pro tantarum expensarum onere satisfacere nullo modo queat. Nos licèt ab initio Pontificatus nostri nihil aquè cupuerimus, quā quaslibet personas præsertim Ecclesiasticas ab omni onerum solutione immunes præseruare, ijs tamen calamitatibus & necessitatibus impulsi, cum illis satisfaecre nequeamus religionis subuentione, qua possumus ratione subuenire decreuimus, ac tum eorundem beneficiatorum commoditati, quam ipsius Regis subuentione cōmodè consulere volentes, literas præfatas cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis exceptis infra scriptis limitationibus, & declarationibus, ac in illis expressum quinquēnij non ab illarū data vel concessione, sed à præsentium in singulis regnis & locis præfatis respectiuè publicatione, vel illarum vsu incipere sicquè cōputari debere volumus; ita vt Philippus Rex illis omnibus per integrum quinquennium à publicatione, vel vsu huiusmodi vt præfertur computandum gaudeat; & gaudere debeat, ius vero eligendi vnam post duas, quæ vbertores & opulentiores habebunt decimas, non ad primam post duas domos, sed ad primam quam semel elegerint tantum referri, eidemquè Philippo Regi primam decimam huiusmodi concedimus, illamquè per modernum & pro tempore existentem Nuntium, vel personas ab eo deputandas exigendam sibi consignari præcipimus & mandamus sine tamen seais & Cameræ Apostolicæ præiudicio quo ad fructus sciuum & acātium, ac sine præiudicio quarumcunquè decimarū quouis iure debitarum ordini, & militibus S. Ioannis Ierosolymitani.

Insuper quoquè quoniam facile dubitari posset quamuis percipiendi decimam in parrochialibus Ecclesijs prædictis concessum est, an sub eo nomine comprehendantur illæ Ecclesiæ suffraganeæ, seu eis annexæ, quæ etiam suos habent colonos quibus ministrantur sacramenta à matricibus Ecclesijs, vel in quibus adsunt clerici à matrice deputati, qui illa administrāt. Nos nisi Ecclesia annexæ & suffraganeæ huiusmodi decimas distinctas à matricibus habeant, quæ proprijs & perpetuis dictarum Ecclesiarū suffraganearū rectoribus debeantur, illas in dicta nostra cōcessione comprehendi volumus.

Vbiverò ea viget cōsuetudo, vt pluriū Ecclesiarum parrochialiū decimæ in vnū redactæ aceruū postea per illarū rectores singulis annis diuidātur, dūmodo singulæ parrochiales huiusmodi distincto habeāt parrochianos, à singulis parrochialibus Ecclesijs huiusmodi singulam præfatam decimam huiusmodi eidem Philippo Regi competere, & persolui debere volumus.

Pro decimis verò, quæ Eccleſijs rurarib⁹, quæ aliquando parrochiales fuerunt ſoluuntur abbis qui alijs parrochijs ſubſunt, quamuis alijs parrochijs, quibus ſubſunt decimas illis debitas aliorum bonorum ſuorum ratione perſoluerint etiam volumus eidem Philippo Regi primam decimam prædictam deberi, iuſqué illam per eundem Nuntium aut ab eo deputandos, vt præfertur exigendi competere.

Poſtremò verò eidem & pro tempore exiſtenti Nuntio venerabilem Fratrem Bernardum Freſneda Epiſcopum Conchenſem, adiũximus & mandamus quatenus ipſi perſe, vel alium ſeu alios eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi & quando opus fuerit ſolemniter prædicando ipſi Philippo Regi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes faciant authoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta huiuſmodi per Archiepiſcopos, Epiſcopos Abbates, & omnes alios ſupra dictos firmiter obſeruari non permittentes dictum Philippum Regem, deſuper à quoquam quomodolibet indebiti impedire, aut moleſtari.

Contradictores quoſlibet & rebelles per pecuniarias arbitrio ſuo imponendas moderandas applicãdas pœnas ac demum in ſubſidium per ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas aliaquè opportuna iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando innocato etiam adhoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis ſuperquibus nec non contradictores & recuſantes, & alios præmiſſorum occaſione citandos etiam per dictum publicum conſtituto eis ſummariè, & extra iudicialiter, de non tuto ac eos citandi, illiſquè á quibuſuis iudicibus, & alijs perſonis quibus dicta occaſione innoteſcẽdũ etiam ſub ſententijs cenſuris & pœnis, etiam per edicta ſimilia inhibendi dicta autem per eaſdem præſentes amplam & liberam licentiam & facultatem damus & concedimus non obſtãtibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & omnibus illis, quæ indictis literis voluim⁹ nõoſtbare.

Volumus autẽ quod præſentium trã ſumptis, &c. Dat. Romæ die 21. Maij anno Domini 1551. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Circa quam conceſsionem eſt notandum quod religioſi & religiolæ habentes redditus decimales tenentur contribuere pro rata ſecundum cõcordiam factam, licèt enim ſint religioſi, & religioſæ exempti à decimarum ſolutione per priuilegia ipſis conceſſa, de quibus in ſecundo tomo latè egimus non tamen per eadem priuilegia ab onere eximuntur. Papa enim non aufert ab eis in hac conceſsione, vt non ſint obligati ſoluere decimam eriam de noualibus ordinario, at ait quod ſicut ordinarij & beneficiati decimas percipientes tenentur vnum parrochianum de qualibet parrochia liberũ electum, pro hoc ſubſidio relinquere, ita etiam regulares habentes redditus decimales ad ſimilem contributionem pro rata obligantur, & adſolutionem per cenſuras Eccleſiaſticas à judicibus delegatis poſſuntcõpelli, & de facto compelluntur.

Notandum etiam eſt, quod hæc exactio conceſſa in præfata bulla non debetur, niſi ex redditibus decimalibus, non autem ex alijs redditibus Eccleſiaſticis, vt procuratores ordinum militiarum Diui Iacobi de la Spatha, Calatrauæ, & Alcantaræ ſententia diffinitiua obtinerunt cuius tenorem in præſentiarum referri decreui.

Et ad-

Et aduertendum quod de decimis quouis iure debitis ordini & militibus Sancti Ioannis Hieroſolimitani, hæc exactio non debetur vt patet ex bulla, ibi ac ſine præiudicio quaruncumque decimarum quouis iure debitarum & ordini & militibus Sancti Ioannis Hieroſolymitani.

Sentencia de reuiſta.

En la Villa de Madrid à veynte y ocho dias delmes de Henero de mil y quinientos y nouenta y cinco años, el Señor Licenciado Don Franciſco de Auila Arcediano dela Santa Yglesia de Toledo del conſejo de ſu Mageſtad, de la Santa y general Inquiſicion, Commiſsario General Apoſtolico de la Santa Cruzada, ſubſidio y eſcuſado, auiendo visto el pleyto que es entre los procuradores generales de las ordenes militares de Santiago, Calatraua, y Alcantara, de la vna parte, y de la otra el eſtado Eccleſiaſtico de eſtos Reynos Corona de Caſtilla, y ſus procuradores en ſus nombres, dixo que ſin embargo de la ſupplicacion interpueſta por las dichas partes, deuia confirmar y confirmo el auto en eſta cauſa, dado y pronunciado en veynte y ocho dias del mes de Julio, del año paſsado de nouenta y quatro, por el qual mando dar prouiſion para el dicho eſtado Eccleſiaſtico, en los repartimientos que del eſcuſado, que de aqui adelante ſe hizieſse à las dichas tres ordenes y cada vna de ellas ſea ſolamente auida conſideracion al valor de ſus bienes decimales, y primiciales taſſandolos con la miſma forma, y ſegun eſtan valorados y taſſados, y ſe valoraſſen y taſſaſſen las de mas rentas decimales y primiciales de las demas Igleſias deſtos Reynos, y que el dicho eſcuſado no ſe repartieſſe, ni cobraſſe de las demas rentas, bienes y haziendas, que las dichas tres ordenes, y cada vna dellas, fuera de las dichas decimales, y primiciales tienen, y poſſeen, y en quanto á lo que las dichas ordenes piden que el dicho eſtado Eccleſiaſtico les buelua todo lo que haſta agora ſe ha cobrado dellas, y llenado de lo eſcuſado demas del valor de las dichas rentas decimalis, y primiciales por las òtras rẽtas ſe lo denego, y de lo cerca de eſto pedido abſoluio al dicho eſtado Eccleſiaſtico, y le dio por lib e, y quito yà las dichas ordenes, ſobre ello puſo perpetuo ſilencio: y anſi miſmo mando dar prouiſion á la parte de los procuradores generales de las dichas tres ordenes, para que el dicho eſtado Eccleſiaſtico, de aqui adelante en la congregacion general, ſi alli ſe vnieſſe de tratar del repartimiento del ſubſidio, y eſcuſado, o en otra qualquier congregacion y junta donde ſe tratteſſe del dicho repartimiento con las perſonas que para lo hazer ſeñalare admitta las que por las dichas tres ordenes fueſſen nombradas para que juntamente con las demas ſe hallaſſen preſentes al hazer de los dichos repartimientos, y vean lo que ſe les reparte, y aleguen lo que acerca de ello à ſu derecho conuinieſſe, ſe-

gun que en el dicho acto ſe contiene, y anſi lo pronuncio y mando ſin coſtas el Licenciado Don Franciſco de Auila.

Por manera que eſta ſentencia de reuiſta es conformatoria, ſin quitar ni añadir de la de viſta de veynte y ocho de Iulio de nouenta y quatro.

La executoria tendra quarenta hojas, y es ſu fecha en Madrid à veynte y nueue de Agoſto de mil y quinientos y nouenta y cinco, y firmada del Licenciado Dõ Franciſco de Auila, y refrendada de Ioannes de la Rumbide.

ARTICVLVS XVI.

Vtrùm moniales ſoluere decim. de prædijs ſuis teneantur.

REſpondeo dicendo, hunc articulum à nobis in præſentiarum proponi, non quia de eo non ſit actum in ſecundo tomo in quo de decimis priuilegia concernentia religioſos, & religioſas multa adduximus, & in eo diximus præfatas moniales minime adſolutionem decimarum obligari, quãdo ad earum ſubſtitutionem redditus ſufficientes non habẽt, quòd non ſolum priuilegio, ſed etiam ratione verum eſſe demõſtrauimus, ſed quia ipſa ſubſtãcia cõgrua arbitrio boni viri decidenda relicta erat, & ſuper huius arbitrio quot capita tot erant ſententiæ, ideo vt taxa congrua huic rei apponeretur, ad ſedem Apoſtolicam fuit ex parte monialium recurſum, vt patet ex bulla Gregorij XIII. cuius tenorem in hoc loco proponere decreui. Qui ſummus Pontifex huic arbitrio finem impoſuit.

atom. 1. q. 44 ar. 5.

Gregorius Papa XIII. ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam Paſtoralis offi. ij cura, quàm diſponente domino licèt immeriti gerimus nos propenſius admonet, vt ad ea quæ ſacrarum virginũ ſub voluntaria paupertatis habitu altiſſimo ſua vota per ſoluentium neceſsitatibus occurritur ſolitis ſtudijs intendamus, & ea, quæ per prædeceſſores noſtros conceſſa comperimus etiam noſtri muniminis ſoliditate roboremus, illaquè augeamus, & ampliemus, prout temporum conditione inſpecta conſpicimus in domino ſalubriter expedire: olim ſiquidem fœlicis recordationis Syxtus Papa IIII. prædeceſſor noſter inter alia ſtatuerat & ordinauerat quòd pro tempore exiſtentes Abbatiſſæ, vel moniales monaſteriorum ordinis Sanctæ Claræ ſub cura pro tempore exiſtentes generalis miniſtri, aliorumquè officialium ordinis fratrum minorum vbilibet conſtitorum, de quibuſuis terris & poſſeſſionibus ad eas pertinentibus & ſpectantibus, decimas primitias & cenſus, non tamen Apoſtolica authoritate impoſitas alicui perſonæ ſoluere minimè tenerentur. Et Piæ memoriæ Leo Decimus etiam prædeceſſor noſter omnia, & ſingula priuilegia, gratias prærogatiuas exemptiones, & indulta eiſdem Monialibus Sancti Damiani & Minoriſſarum monaſteriorum Sanctæ Claræ huiuſmodi per quoſcumque Romanos Pontifices, & præſertim recolendæ memoriæ Eugenium etiam quartum, Nicolaum ſimiliter quartum Bonifacium octauum, Ioannem vigeſimum ſecundum, Clementem Tertium, Alexandrum quintum, & Be-

& Benedictum ſecundum ſimiliter prædeceſſores noſtros reſpectiué conceſſas, & conceſſa ad Abbatiſſas ſeu matres moniales, vel ſorores Tertiæ Regulæ Sancti Franciſci de pœnitentia nuncupatas, in communi viuentes extendi & ampliari voluerat, & ſucceſsiue ad preces tunc Abbatiſſarum & Monialium dicti ordinis Sanctæ Claræ ſub cura fratrum minorum regularis obſeruantiæ degentium prædicti Sixti prædeceſſoris ſtatutum & ordinationem huiuſmodi innouauerat, confirmauerat & approbauerat. Ac deinde cum idem Leo Decimus prædeceſſor ad ſupplicationē tam Abulenſis, & Segouienſis, aliarumque Cathedralium & Metropolitanarum, & Collegiatarum, Capitulorum necnon rectorum parrochialium eccleſiarum Caſtellæ & Legionenſis Regnorum ius in dictis decimis, & primitijs, vel ad illas ſe habere prætendentium ex certis tunc expreſsis cauſis conceſsiones & indulta huiuſmodi ad viam & diſpoſitionem iuris communis reduxiſſet ſeu reduci mandaſſet. Pro parte tunc miniſtri generalis dicti ordinis fratrum minorum regularis obſeruantiæ ſanctæ memoriæ Clementis Papæ Septimi etiam prædeceſſori noſtro expoſito quod non nullæ Abbatiſſæ & moniales monaſteriorū Sanctæ Claræ Annunciationis & Conceptionis ordinum, & in communi viuentes tertiæ regulæ Sancti Franciſci huiuſmodi adeo erant pauperes quod de redditibus & prouentibus ipſorum monaſteriorum & locorum nullo modo ſe ſuſtentare poterant. Idē Clemens prædeceſſor ad ſupplicationem prædicti miniſtri generalis dicti Leonis prædeceſſoris voluntatem conceſsionem & indultū priora huiuſmodi approbando, innouando, illaquè priori pro cautela de nouo concedendo ſtatuerat & ordinauerat, quód perpetuis futuris temporibus Abbatiſſæ moniales, & ſorores, ac monaſteria & loca huiuſmodi ſi ex eorum bonis pro earum ſuſtentatione ſufficientes redditibus non haberent, decimas, ac primitias, taxas vel collectas ſeu exactiones alicui ſoluere minimè tenerentur. Deinde ad recolendæ memoriæ Pauli Papæ etiam Tertij ſimiliter prædeceſſoris noſtri notitiam deducto quód prædicti Archiepiſcopi, Epiſcopi, capitula, rectores, beneficiati, & aliæ perſonæ, necnon earū dem Eccleſiarum fabricæ, ac pro illis agentes literis Clementis prædeceſſoris huiuſmodi parere recuſabāt, ipſaſquè Abbatiſſas, moniales & ſorores eorū deque monaſteria & loca indifferenter ſuper ſolutione decimarum, & prouinciarum prædictarum multipliciter vexari non deſinebant contra priuilegia & literas huiuſmodi, quamuis uſu recepta & obſeruata temere & de facto veniendo idem Paulus prædeceſſor cupiens vexationibus prædictis obuiare eiuſdem Clementis prædeceſſoris literas prædictas motu proprio & ex certa ſcientia per quaſdam innouauit, cōfirmauit & approbauit illaquè de nouo conceſsit Succeſsiuè eiuſdem Pauli prædeceſſoris pro parte tunc Epiſcopi & dictorum filiorum ca

pituli Salmanticæ aſſerentium ſibi per literas Clementis prædeceſſoris, aliaque priuilegia & indulta, eiſdem Abbatiſſis monialibus & ſororibus, earumquè monaſterijs & locis conceſſa huiuſmodi ius quæſitum tolli. Quodque Abbatiſſæ moniales & ſorores huiuſmodi licet adeo diuitijs abundarent quod decimas & primitias prædictas ſoluere commodè valerent, nihilominus ab illarum ſolutione occaſione confictæ & ſimulatæ paupertatis indebitè ſe ſubtrahebant expoſito idem Paulus prædeceſſor nulla prorſus de innouatione, confirmatione approbatione, & conceſſione vltimo dictis mentione habita prædicti Leonis prædeceſſoris poſteriores literas prædictas priuilegia & indulta huiuſmodi ad ius commune vt præfertur reducendo, & in illis contenta quæcumque iuxta illarum cõtinentiam & tenorẽ per alias ſuas literas in forma breuis obſeruari mandauit, perinde ac ſi literæ Clementis prædeceſſoris huiuſmodi non emanaſſent. Poſtremo per eundem Paulum prædeceſſorem, accepto quod licèt ſecundæ dictæ literæ eiuſdem, occaſione diuitiarum quibus nonnullas Abbatiſſas & prædictas moniales abundare aſſerebatur, vt præfertur obtentæ ad illas quæ congruam ex earum redditibus non haberent ſuſtentationem extendi non deberẽt, â nonnullis tamẽ aſſerebatur, per caſdem ſecundo dictas literas, quæ ſimpliciter & indiſtinctè innouationem, confirmationem & approbationem vltimo dictarum literarum Leonis prædeceſſoris perinde ac ſi Clementis prædeceſſoris literæ huiuſmodi non emanaſſent, continerent, fuiſſe & eſſe ipſius Clementis prædeceſſoris literis huiuſmodi ſufficienter derogatum, dictus Paulus prædeceſſor ad tollendum omne dubium, quod de cæterointer Abbatiſſas & moniales acepiſcopos capitula Rectores ac fabricas & perſonas huiuſmodi oriri contingeret motu & ſcientia ſimilibus, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine per alias ſuas literas voluit, ſtatuit & ordinauit quod Abbatiſſæ moniales & ſorores ordinis Sanctæ Claræ de obſeruantia nuncupatæ in cõmuni viuentes prædictæ in eiſdem regnis exiſtentes, necnon domus monaſteria, loca poſſeſſiones, & alia quæcumquè bona mobilia & immobilia ſi ex earum redditibus congruam non haberent ſuſtentationem taxanda videlicet pro vna quaque moniali ad ſexdecim ducatos auri de camera à ſolutione & præſtationẽ decimarum & primitiarum prædictarum iuxta eiuſdem Clementis prædeceſſoris literarum prædictarum eſſent & eſſe deberent prorſus & omnino exemptæ, & immunes, nec deſuper à quoquam moleſtari vexari, vel perturbari poſſint. Quódque eiuſdem Pauli prædeceſſoris ſecundæ literæ Abbatiſſas, moniales & ſorores ex ſuorum monaſteriorum redditibus congruã ſuſtentationem vltra ſummam dictorũ ſexdecim ducatorum pro earum qualibet habentes duntaxat comprehenderet, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur. Cum autem ſicut dilectus filius Hieronymus Guzman ordinis

dinis fratrum minorum de obseruantia nuncupati sacræ Theologiæ professor commissarius generalis dicti ordinis vltra montes nobis nuper exposuit dicti sexdecim ducati pro victu & vestitu, aliisquè necessitatibus nullatenus sufficiãt, idè Hieronymus cõmissarius nobis humiliter supplicauit, vt in præmissis opportunè prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur literarum singularum prædictarũ necnon litium & causarum, si quis supradictis decimis & primitijs inter Archiepiscopos & Episcopos, capitulà rectores sua interesse putantes, necnon Abbatissas moniales & sorores huiusmodi vel ipsorum aliquos in Romana Curia, vel extra eam coram quibusuis iudicibus etiam dicti palatij auditoribus seu loca tenentibus, ac alijs personis, & in quibusuis instantijs pendeat status nominaquè & cognomina iudicum & collitigantiũ, aliorumquè necessariorum exprimendorum qualitates & circunstantias præsentibus pro sufficienter expressis habentes huiusmodi supplicationibus inclinati dictos sexdecim ducatos, ad viginti quique ducatos similes annuatim pro qualibet moniali authoritate apostolica tenore præsentiũ extẽdimus, & ampliam⁹, in reliquis autẽ omnibus omnes prædecessorũ nostrorum prædictorũ præsertim Pauli Tertij literas in suo robore permanere volumus statuimus, ordinamus, & decernimus, sicq; per auditores prædictos, aut alios iudices quoscunquè tã in dicta curia quã extra illã in quibusuis instantijs iudicari definiri & interpretari debere, sublata eis quãuis aliter iudicandi, definiendi & interpretandi facultate & authoritate, irritum quoque & inane quidquid secus super his à quoquam quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Et nihilominus omnibus & singulis Episcopis Archiepiscopis vicarijs & quibusuis alijs ad decimarum & primitiarum huiusmodi deputatis, & pro tẽpore deputãdis exactionẽ invirtute sanctæ obediẽtiæ districtius inhibemus, ne Abbatissas sorores & moniales domos ac monasteria, ac loca prædicta vigore quarumcunquè literarum à nobis vel à sede prædicta pro tempore emanãdarum etiam si in eis caueatur expresse quod ad quauis exempta vel non exempta loca & monasteria se extendat, cuiuscunquè tenoris existant ipsius sedis facultate cõcessa nisi de indultis huiusmodi, eiusquè toto tenore, ac de dictis ordinibus & nomine Cardinalis, cui doctorum ordinum cura gubernatio & protectio pro tempore concessa fuerint plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes fecerint mentionem ad soluendum decimas & primitias huiusmodi contra præsentium tenorem quouis modo cogere, aut compellere, seu alias molestare, vel inquietare præsumant. Quo circa vniuersis & singulis venerabilibus fratribus Archiepiscopis Episcopis, & dilectis filijs Abbatibus prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis & alijs personis in dignitati Ecclesiastica constitutis, ac Metropolitanarum

narum, & aliarum cathedralium Eccleſiarum canonicis, necnon eorumdem Archiepiſcoporum & Epiſcoporum officialibus vbilibet conſtitutis per eaſdem præſentes mandamus quatenus ipſi vel duo, aut vnus veſtrum per ſe vel alium, ſiuè alios eiſdem Abbatiſſis monialibus & ſororibus in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant præſentes literas & in eis contenta quæcumque quoties d ſuper fuerint requiſiti inuiolabiliter obſeruari, non permittentes eaſdem Abbatiſſas moniales & ſorores huiuſmodi contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, vexari, vel perturbari, contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo & legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſsibus cenſuras prædictas contra inobedientes quoſlibet & rebelles declarando, ac iteratis vicibus aggrauando, interdictumquè Eccleſiaſticum opponẽdo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus quæ dictus Clemens & Paulus predeceſſores huiuſmodi voluerunt non obſtare, cæteriſquè contrarijs, quibuſcumquè, aut ſi Archiepiſcopis, Epiſcopis capitulis rectoribus beneficiatis & alijs ſua intereſſe putantibus prædictis ſit ab eadem ſede indultum quodinterdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſit per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quod præſentium literarum tranſſumptis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ vel iudicis ordinarij munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus literis adhiberetur, ſi originaliter oſtenſæ & exhibitæ fuiſſent. Datis Romæ apud Sanctũ Petrum ſub annulo piſcatoris die vigeſima ſecũda Martij, anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo primo Pontificatus noſtri anno nono.

Cæſ. Glorierius.

Hoc indultum habetur originaliter in conuentu Sanctæ Claræ Ciuitatis Zamorenſis & ſecundum ipſum fuit pronũtiatum in gradu appellationis pro monialibus dicti conuentus â Domino Melchiore de Fonſeca y Velaſco, collegiali Collegij maioris Archiepiſcopi Toletani iudice quoad hoc Apoſtolico anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo contra capitulum & clerum cathedralis Zamorenſis cuius ſententiæ proceſſus cum tranſſumpto præfati indulti habetur in archiuo Ioannis Baptiſtæ Polanco notarij Apoſtolici. Circa quod indultum eſt notandũ quod idem Gregorius Decimustertius anno primo ſui Pontificatus quandam edidit extrauagantem, quæ incipit, *in tanta negotiorum*, cuius extrauagantis occaſione aliqui auſi ſunt affirmare moniales per eam omnibus priuilegijs circa ſolutionem decimarũ eſſe priuatas, cuius extrauagantis tenorem volo in hoc loco proponere, vt ita eius declaratio omnibus magis pateat.

Cregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

IN tanta negotiorum mole, qua Romanus Pontifex aſſiduè premitur vix

vix vitari potest, ne aliqua interdum existant, quibus postea cognitis necesse est moderationis remedium adhibere. Cùm itaquè alias fœlicis recordationis Pius Papa Quintus prædecessor noster auditis grauaminibus quæ fratribus ordinis mendicantium ab ordinarijs locorum & parochialium Ecclesiarum rectoribus multis inferri dicebantur super sacris concionibus, & lectionibus habendis, confessionibus audiendis, pœnitentijs iniungendis, fratribus ad ordines promouendis, celebratione missarum, cura animarum, sacramentorum ministratione, sepulturis quarta funeralium legatis, donationibus eleemosynis, collectionibus, aliisq; huiusmodi iuribus, necnon decimis & diuersis oneribus, ac etiam super statu & regimine sanctimonialiũ ipsis fratribus subiectarum, formatione processuum, censurarum publicatione processionibus, præcedentia locorum acquisitione, cæterisque alijs rebus tunc expressis, mulcta per quasdam suas literas prodictis fratribus non modo statuerit, sed & quæ iam in Concilio Tridentino decreta fuerant ad hæc pertinentia declarauerit, multaquè præterea priuilegia eisdem XVII. Kal. Iunij Pontificatus sui anno secundo, & deinde illa diuersis ordinibus, &c. concesserit postea de vicarijs perpetuis Ecclesiarum, quæ illis sunt vnita &c. decreuerit. Demum animaduerso quod illa multas lites &c. inter eos & ordinarios concitauerant, primum illa restinxerit, deinde plenius prouidens priores literas moderatus fuit, & alias instar earum concessas reuocauerit lites ad se aduocando, postremo circa cõfessariorum regularium approbationem aliqua declarauerit. Nos hac varietate cognita & infra statuimus de prædictis & alijs omnibus literis, & constitutionibus, quæ ab eodem prædecessore eisdem de rebus pro quorumcunque regularium etiam mendicantium ordinibus & congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus & quibuscunque in eis contentis eam deinceps dispositionem ac decisionem pro subiecta materia futuram esse: quæ siue ex iure veteri, siue ex sacris dicti Concilij decretis, siue alias legitime ante dictarum literarum & cõstitutionũ editionem erat, & si ipsæ non emanassent futura fuisset, ad quam dispositionem & decisionẽ cuique pristinũ statum illa omnia reducimus. Quæ etiam abrogamus omnia irritantia & alia decreta & quæcumque alia nostris statuto, ordinationi & reductioni aduersantia. Decernentes illa pro infectis haberi, ac omnes lites coram quibusuis iudicibus, &c. motas nedum decisas, & iam decisas, si modo tractum habeant successiuum & futura dubia quandocumque orientur ad nos referenda esse. Nec non irritum &c. Datum Romæ Pontificatus nostri anno primo.

Hanc extrauagantem iuxtà hunc tenorem refert Nauarrus in fine sui manualis Latini. Circa quam est aduertendum eam non derogare priuilegia concessa religionibus à Pontificibus Pij Quinti prædecessoribus, cuiusmodi sunt priuilegia concessa religiosis & monialibus de non soluendis decimis de suis redditibus, quæ in secũdo tomo posuimus & declarauim⁹. Quod probatur, nam

nam Gregorius Decimus tertius in hac extrauaganti ſolum derogat conceſsiones factas à Pio Quinto, vt patet ex eius verbis, ibi, *ſtatuimus de prædictis & alijs omnibus literis & conſtitutionibus quæ ab eodem prædeceſſore eiſdem de rebus.* Vides quomodo tantum agit de conceſsis à Pio Quinto. Et hæc conceſſa ordinata & inſtituta à Pio Quinto, nõ omnino reuocat ſed ea reducit ad ordinata in iure veteri ſiuè in Concilio Tridentino, ſiuè alias legitimè antè dictarum literarum & conſtitutionum Pij Quinti editionẽ erãt conceſſa, & non ſunt alias reuocata per alias cõſtitutiones, vt patet ex cõſtitutione, ibi, *quæ ſiue ex iure veteri, ſiuè ex ſacris dicti Concilij decretis, ſiuè alias legitimè ante dictarum literarũ & conſtitutionum editionem erat.* Notã da ſunt illa verba, *ſiuè alias legitimè*, per quæ declarauit Summus Pontifex nollè reuocare omnia conceſſa regularibus ante præfatas literas, ſed tantum illa quæ non erant legitima, id eſt, quæ per alia decreta Apoſtolica, aut per nõ vſum erant abrogata cæteraautem legitima, id eſt priuilegia non reuocata nequè alias caſſata voluit in ſuo robore permanere: priuilegia autèm quibus fratres & moniales erant exempti à decimarum ſolutione antè dictas literas Pij V. erant legitima non reuocata nequè caſſata. Concilium enim Tridentinum *b* licèt præcipiat ſolui decimas debitas cathedralibus, & parrochialibus Eccleſijs, non tamẽn (vt videre eſt apud ipſum) reuocat circa hoc aliquod priuilegium, igitur ad talia priuilegia legitima reducit Gregorius Decimus tertius ſuam diſpoſitionem, vndè cũ antè Gregorium Decimum tertium, & Pium Quintum dicta indulta fuiſſent legitima, ad earum diſpoſitionem & deciſionem ſuumquè priſtinũ ſtatũ illa omnia reducit. Et hoc amplius probatur: nàm idèm Gregorius Decimus tertius, in conceſsione facta monialibus S. Claræ, cuius tenorẽ ſupra retulimus, quæ iuxta eius datã eſt poſterior ipſa extrauagãti, dicit eã habere locũ etiã ſi ipſe aliũd aliquando in contrarium determinauerit, vt patet ex eius verbis, ibi, *diſtrictius inhibemus nè Abbatiſſ's ſorores & moniales, domos, ac monaſteria & loca prædicta vigore quarumcunquè literarum à nobis vel à ſede prædicta pro tempore emanandarum, &c.* ex verbis enim, ibi, *a nobis* & ibi, *emanandarum.* Satis colligitur Summum Pontificem nihil contrarium præfatæ conceſsioni ordinaſſe, ſi enim id ordinaſſet dixiſſet à nobis vel a ſede Apoſtolica pro tempore emanata & emanandarum. Loquens igitur de emanãdis tãtum, in emanatis nullũ obſtaculũ perpendit quominùs conceſsio præfata facta monialibus ſuum deſideratum conſequeretur effectum.

b Con. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 12.

QVÆSTIO LXXV.

De Vaſſallis in duos articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur duo.

1 *VTrùm monachi poſſint habere vaſſallos.*

2 *Vtrùm vaſſalli dictorum monachorum debeant per ipſos gubernari in foro interiori, & exteriori.*

ARTICVLVS I.

Vtrùm monachi poſſint habere vaſſallos.

REſpondeo dicendo, quòd monachi Sancti Benedicti qui vocantur nigri poſſunt habere vaſſallos, vt colligitur ex quibuſdam decretalibus *a* & expriuilegijs infra arti. culo ſequenti allegandis probabitur, non enim alienum eſt ab eorum inſtitutionibus illos habere. Loquendo autèm de monachis ordinis Ciſtercienſis Alexander *b* Tertius Abbatibus & conuentibus dicti ordinis aliter ordinauit, dicens dolentes dicimus, quòd etſi non ab omnibus, nequè in omnibus á pleriſquè tamen & in pluribus ab illa ſancta inſtitutione dicitur declinatum: in tantum vt aliqui ex vobis primæ inſtitutionis obliti contra ordinis veſtri regulam villas, Eccleſias & altaria poſsident, fidelitates & hominia benigne ſuſcipiunt, iuſtitiarias & tributarias tenent & infra, ideoquè precibus & monitis ex hortamur quatenus domus illæ, quæ à prima ſui origine in ipſo ordine ſunt fundatæ conſtitutis terminis ſint contentæ, & infra. Si enim relictis originalibus ordinis inſtitutis ad communia volueritis aliorum monaſteriorum iurè diuertere oporte-

a c. auditis de præſt. c. dilect. de offi. ordinarij.

b c. recolentes de ſtat. monach.

oportebit vos communi iure cenſeri, quia dignum eſt, vt qui ſimilem cum alijs vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam. Cæterum domus illæ quæ de alijs inſtitutionibus ad veſtrum ordinem ſe tranſtulerint, veſtris omnino ſe ſatagant vſibus conformare, & relictis poſſeſſionibus vel etiam cõmoditatibus, quas inſtitutio veſtra non recipit ſic ſe in omnibus religioni veſtræ coaptent, vt quemadmodum gaudent ſe in Societatem ordinis & habitus identitatem aſſumptas, ſic etiam in paupertate ſecularium rerum ſe lętentur veſtris inſtitutionibus conformatas. Hæc Alexander III. At hoc iam experientia teſte pro temporum varietate fuit mitigatũ: ipſos enim monachos Ciſtercienſes, vt patet ex quodam priuilegio Benedicti c XII. præſupponitur poſſe habere Caſtrum & Villam. Quôd etiam in alio priuilegio anno Domini milleſimo tercenteſimo quinquageſimo primo expedito à Clemente VI. patet manifeſtius, in quo priuilegio patrocinantur à ſede Apoſtolica contra illos, qui occupant, vel occupari faciunt Caſtra villas & alia loca domus Eccleſias grangias molendina decimas obedientias calalia terras, vineas poſſeſsiones cenſus redditus & prouentus iuriſdictiones & iura ac nonnulla bona mobilia & immobilia ad monaſteria Ciſtercienſis ordinis detinent & indebitè occupant, patet etiam ex priuilegio Innocentij c Octaui conceſſo dicto ordini anno Dominimilleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo, in quo ſub Apoſtolica protectione recipit monaſteria eorumquè vaſſallos ſicut alij Summi Põtifices eius prædeceſſores receperunt.

c habet in lib. ord. im pr. cõpluti fol. 59. pri. c8. d habet in d. li. fol. 62.

e habet in d. li fo. 129 & fol. 130. & 131.

ARTICVLVS II.

Vtrum vaſſalli dictorum monachorũ debeant per ipſos gubernari in foro interiori & exteriori.

REſpondeo dicendo, *quod Sixtus Quartus monaſterio ſanctæ Mariæ de Noguera ordinis ſancti Benedicti anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo, conſtitutione perpetuo valitura & irrefragabili omnibus & ſingulis tam dicti monaſterij Sanctæ Mariæ de Noguera, ſcilicet, vaßallis & ſubditis vtriuſq; ſexus, quam principibus Baronibus Ducibus Marchionibus Comitibus, militibus aliſque perſonis cuiuſcunq; dignitatis ſtatus gradus vel conditionis fuerint partium illarum diſtrictè præcipiendo mandauit quatenus vaſſalli, & ſubditi prædicti ſponte, vel violenter alijs dominis ſecularibus dati ſubiecti, vel ſubmiſſi ſeu commendati ſtatim poſt habitam de præſentibus notitiam, ad immediatam ipſius monaſterij obedientiam & ſubiectionem redeant, ac perſonæ quibus dicti ſubmiſſi vel commendati exiſtunt illos libere redire permittant, & de illis de cætero nullatenus ſe impediant, alij verò nõ cõmendati ſubditi & vaſſalli dicti monaſterij nulli niſi de expreſſo mandato ſeu conſenſu prædicti & pro tempore exiſtentis monaſterij huiuſmodi prioris ſe ſubijciant, dent, ſubmittant, aut commendent. Ac principes barones duces Marchiones Comites & milites, aliæquè perſonæ vt præferitur calificatæ vaßallorum & ſubditorum ac locorum dicti monaſterij aliquam commendam ſubiectionem ſeu ſubmiſſionem, aut ſeruitia, ac à priore & conuentu, necnon perſonis etiam clericis ſecularibus in Eccleſijs dicti monaſterij beneficiatis dictiquè & pro tempore exiſtentis prioris eiuſdem monaſterij ſubditis de rebus & bonis ſuis, quæ vnde cumquè habent reponunt & vendũt ac de cætero eos habere reponere & vẽdere contigerit, ac ab illa ementibus*

datia

datia exactiones impositiones gabellas & pedagia, à liequa noua iura & collectas etiam veredas & accendarias nuncupata imponere exigere petere aut exorquere, ac vendentes & ementes huiusmodi per se vel alium seu alios super præmissis incarcerare seu alias eis iniuriari ac ligna à nemoribus & montibus monasterij & vassallorũ, ac subditorũ prædictorũ scindere, vel monasteriũ priorẽ conuentũ vassallos subditosq; prædictos super iuribus, & iurisdictionibus suis illorũq; vsu impedire, aut perturbare nõ audeat, neq; in præmissis, aut eorũ aliquo illa cõmittetibus auxliũ consiliũ, vel fauorẽ per se, vel alium, seu alios directè, vel indirectè quouis quæsito colore quoquomodo præstare præsumãt. Qui veró contra præmissa, vel eorum aliquod fecerint, si personæ fuerint singulares excõmunicationis sententiã incurrãt, absq; aliqua hominis declaratione si autẽ cõmunitas, seu vniuersitas ciuitatis, oppidi, Villæ Castri, seu loci alteri' cuiuscũq; ipsa Ciuitas Castrũ oppidũ, Villæ seu locus similiter eo ipso interdicto subiaceat Ecclesiastico, mandãtes districtius harum serie in virtute Sanctæ obediẽtiæ venerabilibus fratribus nostris Episcopis &c. Ita habetur in libro *a* priuilegiorum huius ordinis impresso Vallisoleti anno Domini millesimo quingẽtesimo nonagesimo quinto.

a li. Authẽ. priui. 118. pap. 131.

Quòd priuilegiũ licèt concessum sit specialiter vni monasterio, alijs eiusdem congregationis monasterijs est cõcessum, prout indulsit motu proprio Eugenius IIII. cõgregationi. S. Iustinæ anno Dominicæ Incarnationis millesimo quadringentesimo trigemo quarto, dicens, quòd omnibus & singuris priuilegijs gratijs, & indultis, quæ cuilibet dictę congregationis monasterio, seu loco, & præsentibus & futuris concessa fuerint hactenus & concedentur in futurum ipsius congregationis alia monasteria & loca præsentia & futura quibus huiusmodi priuilegia concessa non fuerint in quantum eis expediat inuicẽ vti valeant & gaudere, ac si nominatim singulis ipsis monasterijs prius forent huiusmodi priuilegia concessa authoritate Apostolica concessit & indulsit, ita habetur sub sigillo authentico in libro *b* superius allegato. Quòd etiam concessit Alexander VI. eidem congregationi Sanctæ Iustinæ anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo primo, prout in eodem libro *c* continetur, in quo *d* etiam continetur Eugeniũ Quartũ viuæ vocis oraculo indulsisse, in quibusdã viuæ vocis oraculis concessis priori & monachis Sancti Benedicti Vallisoleti anno Dominicæ Incarnationis millesimo quadringentesimo trigesimo octauo.

b pri. 7 fol. 27. pa. 2. n. 21.

c pri. 21. fo. 59. pa. 2. n. 3

d pr. 46. fo. 99. pa. n. 4.

Ex præfato autem priuilegio sic communicato ad omnia præfati ordinis monasteria colligitur, quòd subditi & vassalli qui sponte, vel violenter cuicunquè alteri Domino se subiecerint redire tenentur ad obedientiam monasteriorum quorum erant subditi, & sic nemo potest recipere vassallos eorũdem monasteriorum in commendam absq; assensu superioris eorumdem. Adde quod nullus potest molestiam aliquam inferre vendentibus & ementibus res monasterij neque super illis imponere gabellas, nec scindere ligna in eorum nemoribus & montibus, nec illorum perturbare iurisdictionẽ sub pœna excommunicationis ipso facto super quibus dat Eugenius Quartus omnes Episcopos executores & conseruatores.

Vndè Alexander VI. considerans prælatorum huius sacræ congregationis super vassallos obedientiam subiectionem & iurisdictionem concessit monasterio Sancti Benedicti Vallisoletani & eius congregationi anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, quòd de causis quas interdictorum monasteriorum vassallos respectiuè pro tempore moueri contingeret ipsorũ monasteriorum superiores prædicti cognoscere debeant prout in prædicto libro *e* continetur. Quæ omnia supra apposita priuilegia in hac quæstione de nouo concessa & cõfirmata sunt prout asserit authore iusdẽ libri in principio, & constat examplissima priuilegiorum totius huius congregationis cõfirmatione & innouatione facta à S. D. N.

e pr. 69. fo. 135. p. 2. n. 3 & pri. 171. fo. 143. pa. 2. num. 2.

Clemen

Clemente VIII. anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto, cuius tenorem ſupra dictus Autor *f* ſub ſigillo authentico refert. Nec alienum eſt à religionibus habẽtibus authoritate apoſtolica bona in communi iuriſdictiones, & vaſſallos de quorum cauſis cognoſcant earũ ſuperiores poſſe habere, ordini enim Ciſtercienſi à principio in ſumma paupertate fundato hoc vitium eſt maxime alienum, & ideo nimirum ſi ab Alexandro *g* fuerit prohibitũ. At quia poſtea bona in communi habere cęperunt, ideo ipſis ab aliis Summis Pontificibus vaſſallos & iuriſdictiones habere fuit permiſſum.

f priu. 124. fo. 243.

g l. c. recolẽtes de ſtatu monach.

QVÆSTIO LXXVI.

De vicarijs in quinque articulos diuiſa.

¶ *Circa quam quæruntur quinque.*

1 *VTrum ſit idem vicarius quod delegatus & quam poteſtatem habeant conuẽtuum vicarij.*

2 *Vtrum mortuo aut impedito miniſtro generali ordinis minorum poſſit vicarius inſtitui à ipſis fratribus.*

3 *Vtrum mortuo guardiano in ordine minorũ officium eius vicarij finiatur, & in vita poſſit eum amouere, & officio priuare.*

4 *Quo tempore durant vicarij monialium.*

5 *Vtrum regulares poſſint eſſe vicary Epiſcoporum.*

ARTICVLVS I.

Vtrum ſit idem vicarius quod delegatus, & quam poteſtatem habeant conuentuum vicarij.

RESpondeo dicendo, maximã eſſe differentiam inter vicariũ, & delegatum, nam delegatus eſt ille cui iudex cõmittit cauſam in locum ſui ipſius & vices ipſius gerit vt dicitur in iure, *a* ſed vicarius eſt quem ſuperior cõſtituit loco abſentis, vel defuncti, vel impediti, vt ex iure *b* colligitur, & hi vicarij non habent iuriſdictionem delegatam, ſed ordinariam, ita quædam gloſſa, *c* quam ſequuntur Bartolus Alexander, & Alciatus. Quod procedit quando conſtituitur à generalibus aut prouincialibus, ita vt vice eorum ibi conſtituantur, non autem ſi tantum honoris gratia à capitulo nominantur, conſtituuntur tamẽ à prioribus conuẽtualibus, cũ quibus talis nominatio tractatur, tunc enim reuera ab ipſis prælatis inferioribus conſtituuntur, & ſic habent iuriſdictionem quamdam delegatam & non poſſunt alios conſtituere vicarios, vt docet *d* Marãta, illi autem qui conſtituuntur à generalibus aut prouincialibus propter abſentiam, vel carentiam guardianorum habent iuriſdictionem ordinariam & poſſunt delegare, imo ipſis omnia priuilegia prioribus localibus, & guardianis conceſſa communicantur. Iulius enim II. in communicatione amplisſima quam fecit fratribus ordinis minorũ de priuilegijs fratrum ordinum Prædicatorum conceſsit, quod ea, quæ ſpectant ad vicarios conuentuum, aut ſingularum domorum præfati ordinis Prædicatorum ſimiliter ſpectent & pertineant ad vicarios conuentuum & domorum ordinis minorum, ita habetur in monumentis ordinis & in ſupplemento.

a c. ſane 2. de offi. del. l. 2. C. de offi. eius qui gerit vices alt. l. 1. §. 2. ff. delega. 3. c Gl. in l. 2. C. de of. eius qui vices alterius gerit. vbi Bar. idẽ Bartol. in l. nec quicquã §. vbi decretũ n. 6. ff de of. procõſ. Alex in rub n. 13. ff. de of. eius cui mand. eſt iuriſd. Alciat. in rub. n. 25. de offi. ord.

d Marãc de or. iud. in 4. 3. d. iudic. n. 9. in Auth. de defenſ. ciuit. §. nulla Aut. de collat. §. adhoc prohibem⁹ aut. nulli iudic. in prin. ſecũdũ veram literã Greg. Aloand. no uel. 134.

Et iuxta doctrinam ſuperius notatam aduertit Collector *f* priuilegiorum mendicãtium quod vt ſuperius in nonnullis locis tetigerat appellatione vicariorum apud fratres Prædicatorum non veniunt vicarij cõmuniter viſitati inter ipſos, ſed ſolũ illi, qui propter abſentiam aut carẽtiam prioris eliguntur ſeu conſtituuntur ad præſidendũ, veluti priores. Et conſimiliter intelligendum eſt quoad fratres minores de illis vicarijs, duntaxat quia apud eos vocantur præſidentes, quia abeſt guardianus. Ad quod ait idẽ Collector facit ſtatutum cuiuſdam capituli generalis noſtræ ſacræ religionis, cuius tenor eſt.

e in 2. imp. fol. 228. con ceſ. 133. ſupple. fol 74. conceſ 222. *f* Coll. & ti. vicarius §. 5.

Vniuerſi confeſſores monialium noſtræ familiæ habeant præſenti decreto ſemper actiue autoritatem prælatorũ ſuper moniales in foro conſcientiæ quoad caſus & ſententias, habeantque ſimiliter guardiani, ac vicarij guardianorum in abſentia eorum. Ita refertur in libro *g* monumenta ordinum.

g Habe. fo 228. in act. 2 in 1 imp & in 2. imp fo 148. in act. 2

Et deinde in ſequenti capitulo generali Laualis celebrato facta eſt ſequens declaratio prædicti ſtatuti.

Declaratur quod illa clausula in capitulo generali Albiensi inserta videlicet quod guardiani, & eorum vicarij habeant authoritatem prælatorum in foro conscientia & cæt. sic debet intelligi quod videlicet autoritas per patrē prouincialem concessa guardianis remaneat semper penes eorum vicarios seu vicariorū vicarios ipsis guardianis suum conuentū pro suis negotijs exeuntibus, ita in præfato libro *h* continetur.

h In 1. imp. fol. 229. tra. 3. & in 2. fo. 248. tract. 2

Quæ statuta videtur loqui de omnibus vicarijs absolute tam factis per superiores, quam de constitutis per priores locales, aut guardianos. Quæ fieri oportuit, nam quando aliquis vices alterius gerit ex eius deputatione, non gaudet eius priuilegijs iuxta quandam legem, *i* in qua dicitur quod si filius iuit in legationem pro republica pro patre nō gaudet immunitate sed pater, si vero gerit vices alterius ex deputatione superioris procedit id quod inquadā clemētina K definitur, quæ quoad tria vicariū æqui parat rectori: quæ clemētina cū loquatur de vicarijs perpetuis præsupponit autoritatē superioris interuenire. Ex quibus patet quod vicerector nō gaudeat immunitatibus rectoris, si depūtetur ab eo, secus si ab vniuersitate quod tenet Bartolus. *l*

i L. filius. ff. deleg. 1.

K Cle. quæ de eccle. de offi. vicarij.

l Bart. ind. l. si filius.

ARTICVLVS. II

Vtrū mortuo aut impedito ministro generali ordinis minorum possit vicarius institui ab ipsis fratribus.

REspondeo dicendo, quod *Nicolaus IIII. statuit & ordinauit ac districtè inhibuit fratribus minoribus ne deficiente Ministro Generali possint eligere aliquem fratrem in vicarium ordinis præfati absque Romani Pontificis, & protectoris eiusdē ordinis licentia speciali per ipsius Romani Pontificis patentes literas concedenda facientes plenam, & expressam de huiusmodi literis mentionem.* Ita habetur in libro monumenta *a* ordinis. Modus quo debet talis vicarius eligi traditur in ordinationibus *b* Toletanis. Qui vicarius eligendus debet esse idoneus cū vices generalis debeat gerere: ordinauerat enim Clemens *c* V. in Concilio Vienensi, quod si contingeret fratres minores ministro generali carere, per vicarium ordinis fiat super hoc quod faciendum fuerit per eundem ministrum vsque quo prouisum fuerit degenerali ministro. Faciūt tradita per Panormitanum concludentem quemlibet Episcopū teneri ad constituendum sibi vicarium idoneum argumento *d* cuiusdam legis & canonis. Et non est dubitandum non idoneū cōstituentem peccare ac prouisionem & electionem ipso iure inualidam minime iudicari prout cōcludit Nauarrus. *e* Quod idem ad electionem vicarij generalis ordinis est applicandum, vt, scilicet, eligentes nō idoneum peccent, at electionem nō debere de inualiditate notari.

a In 1. imp. fol. 41. & in 2. fol. 32. cōcef. 33. bord. Tole. inc. de vica. ord. fol. 70.

c Clem. exiuit de paradyso de verbō signifi.

d l. idē iuris ff. ad l. Aquil. e. non est putanda 1. q. 3. e Na. li. 1. cō. s. ti. de of. vicar. cōsi. vn. a Bald. in l. diē functo, perte. ibi. ff. de offi. assi. idē in. cum omnes de cōsti. & ibi Feli. n. 13. de cōstit. Abb. in c. 1. ne sede vacāt Paul. in rub. de iurisdi. om. iud. cū ff. Co. in c. 4. pra. n. 4 in 1. im. Auiles in 4. præter verboiu stitia n. 8. & 13. Oros. in c. diē funct. n. 25. co. 517. Moli. de primog. li. 1. c. 25. n. 12. insi Pisa & Aze. in curia li. 1. c. 2. lit. C. f. 3. & l. 1. c. 8. in fin addit fo. n. Parlad li. 2. rer. quotid. c. 1. n. 8. b c. olim de mai. & obedien. c. 2. ne sede vacant. Hosti. Ant. col. 1. Imol. co. 9. Feli. n. 13. Bal. n. 22. in c. omn. de cōsti. Marāta de ord. iudic. 4. par. 5. d. n. 13. & 14. c. l. lex vectiga. ff. depignor. l. 31. C. de pignus pignor. datūs. Go. in l. 40 Tau. n. 85.

ARTICVLVS III.

Vtrū mortuo guardiano in ordine minorum officium eius vicarij finiatur & vtrū in vita possit eum amouere, & officio priuare.

REspondeo dicendo, quod in ordine minorum in multis prouincijs vicarij conuentuū nō nominantur in tabula capitulari cū suis guardianis, sed ab ipsis guardianis nominātur, qua cōsuetudine supposita videtur necessario dicēdū quod mortuo guardiano expiret eius vicarij potestas, quod ex quadā iurisconsulti Papiniani decisione comprobatur, in qua dicitur quod mortuo correctore non solum vacat & expirat eius officium, sed etiā suorum officialium, sicut expirat iurisdictio vicarij generalis mortuo suo Episcopo, prout tenet Baldus *a* Felinus, Abbas, Paulus, Couarruuias, Auiles Oroscus Molina, Pisa, Azeuedo, & Parladorus. Et sic ius pertinēs Episcopo ad electiones cōfirmandas, & adres iurisdictionales in capitulū mortuo Episcopo trāsfertur, vt habetur in iure, *b* & tradunt Hostiensis, Antonius, Imola, Felinus, Baldus, & Marāta & Doctores in superioribus citati. Probatur de inde: nā finito iure aliquid cōcedētis, etiā ius recipiētis ab eo dissoluitur, vt dicitur in iure, *c* & tradit Antonius Gomez, Quod ipsum in nostro casu militare videtur: ius enim vicariorū præfatorū perse solū nō habet aliquā in depēdētē subsistētiā, sed pēdet â titulo & nominatione guardiano-

rum

rumquorum morte titulus & nominatio finem accepit argumento eorum quæ in *d* iure notantur & tradit Sebaſtianus de Medices poſt Fulgoſium, facit etiam pro hac parte quod ſi prælatus cui datus fuit coadiutor moriatur etiã officium & munus coadiutoris extinguitur, vt in iure *e* notatur, & tradunt Ripa & Ioannes Andreas. Ex dictis colligitur quod mortuo guardiano expirat eius vicarij officium, vnde eſt neceſſarium, vt ordinatione generali, aut prouincialibus remedium adhibeatur, ne mortuo guardiano inter fratres conuentuales contẽtio oriatur. Vnde in noſtra prouincia Sancti Iacobi authoritate totius capituli eſt conſtitutum vt mortuo guardiano eius vicarius ordinarius cum omni ſua authoritate, vt præſidens cõtinuetur vſque quo prouincialis de morte præfata, certior factus prouideat. In conuentu autem, in quo non fuerit vicarius ordinarius, guardianus ante mortem, cum conſilio diſcretorum nominet vicarium, qui ſi non fuerit ab eo nominatus antiquior pater conuentus congreget ad ſonum campanæ fratres in capitulo vt eligant vicarium, qui vicarius nominatus â guardiano, aut à conuentu electus, omnem authoritatem habebit guardiani vſque quo prouincialis aliud prouideat. Quod conforme eſt his quæ reſoluunt Doctores tenentes quod ſi Corrector mori contingat & nõ habuerit vicem tenentem ordinarium poteſt ante mortem tenentem nominare, & talis nominatus exercet ſuum officium donec Conſilium Regale aliud prouideat. Cum enim ipſe Corrector habeat poteſtatem iuxta leges huius regni, & authoritatem ſibi conceſſam nominandi tenentem, & de facto in vita nominauerit eius iuriſdictio pro negotijs inceptis (cuiuſmodi eſt nominatio tenẽtis) non finitur argumento eorum, quæ in iure *g* notantur & tradunt Bartolus Oroſcus, & Bonifacius. Qui reſoluunt, quod in iudice delegato per ſolam citationem aut per conteſtationem perpetuatur iuriſdictio & eius poteſtas pro negotijs inceptis, ita vt morte mandãtis aut conſtituentis minime finiatur. Et non nominato ab eo tenente ad conſiſtorium rectorum pertinet prouiſio: prout tenent Baldus *h* in ſimili caſu Bonifacius Couarruuias, & Mathiençus, ſicut enim deficiente Rege, & ſucceſſore in Regno ad populum deuoluitur electio, ne ſine gubernatore ſuccumbat, prout poſt alios reſoluit Couarruuias, *i* ita deficiente Correctore & gubernatore ciuitatis ad ciuitatem pertinet electio donec Conſilium Regale prouideat, & ad rectorem antiquiorem pertinet congregare ſenatum ſecundum Baldum *k* & Bonificium.

Vtrum autem poſsit guardianus & prior vicarium in vita amouere quæſtio eſt ad quam reſpondeo poſſe vtique ſi ab ipſo fuit conſtitutus, ſi enim ab ipſo non fuit conſtitutus ſed à ſuperiori in cõſulto ſuperiori minime poteſt eum præfato munere priuare argumento eorũ quæ notat Romanus *l* allegans quamdam gloſſam & Doctores dicentes officialẽ electum à ſuperiori non poſſe eũ proregem amouere. Ex quibus infertur quod in religionibus in quibus vicarij cõſtituuntur in tabula capitulari & nõ á guardiano non poteſt guardianus vicarjũ amouere.

ARTICVLVS IIII.

Quo tempore durant vicarij monialiũ.

REſpondeo dicẽdo, *quod Iulius II ſtatuit, & ordinauit, quod confeſſores ſeu vicarij monialium S. Clarę & aliarum religioſarum ſub cura fratrum minorum in regnis Hiſpaniarum degentium nu[illegible]tenus poſſint, vltra triennium officia huiuſmodi exercere. Et quod prędicto triennio finito, vel ante ſi miniſtro prouinciali expediens videbitur á prędicto officio abſoluantur*, ita habetur in ordinis ſupplem. *a*

Circa quam conceſsionem aduertendum eſt quod licet in aliquibus religionibus vicarij & officiales monialium à capitulo in tabula capitulari nominentur, prout pro ordine Ciſtercienſi inter alia ordinauit *b* Eugenius Secundus, ex motu proprio dato anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo, in bulla, quæ incipit, *ad decorem*, dicens, quod præſidentes, & definitores monaſterijs monialiũ de confeſſoribus Capellanis ſeruitoribus procuratoribus & alijs officialibus neceſſarijs iuxta illorum qualitatem honeſtate ſeruata, prout ipſis viſum fuerit ritè prouideant, ipſe tamẽ generalis, vt reor, extra capitulũ ſine dictis definitoribus præfatos vicarios & officiales ex cauſa iuſta poteſt deponere, ſicut in no

d l. quod principa. & l. Auguſtę ff. delega. 2. Fulgoſ. in l. more n. 25. ff. de iuriſd. om. iud. Sebaſtia. intra cta mors omn. ſolu. 2 par. n. 83. p. 100. e c. grãdi de ſupple. neg. li. præl. in 6. Bal. & Ripa in l. ex facto. n. 11. de vulg. Andr. in c. ſtatutũ nu. 4. de reſcrip. in 6.

fca. gratum &c. relat. de offi. dele. l. mãdatũ. C. de mandat. Bar. in l. more maior. & ibi Oroſcus nu. 29. col. 163. ff. de iuriſdi. omn. iud. Bonifa. in pere. v. iudex. fo. 266 col. 4. 2 loſſ. mortuo ver. itẽ cum dicitur.

g Bald. in l. cũ omn. de cõſtit. n. 22. Bonif. in pere. v. elect. fo. 1600. col. 1. in prin. gl. eligere Couarru. ca. 4. prac. pa. 27. n. 3. Matien in l. 2. glo. 2. nu. 15.

h Bald. inl. in albo decurionũ C. de decution. K Bonifa. v. in peregri. v. rector fo. 400. col. 2. v. de curio. l Roma. cõſil. 116 gloſ. & Doct. in l. ſoler. ff. de offi. pro cõſul.

i Coua. ind c. 4. n. 3.

a Suppl. fol. 49. concel. 145.

b Hab. in li. priu. huius ord. impre. cõpluti. 2. to. priuil. 9. n. 13.

stra religione cōtingit quod Vicariatus monialiū vacans in capitulo à pater Prouinciali & definitoribus prouidetur, & iusta interueniēte causa a solo Prouinciali potest extra capitulū à patre Prouinclali deponi. Nec obstat quod in cōstitutionibus generalibus Toletanis nostræ sacrę religionis statuitur, vt minister prouincialis non possit omnino guardianum depōnere & priuare, sine consensu maioris partis discretorum prouinciæ nisi in casu quo esset in statutis generalibus ab officio, vel ab actibus legitimis priuatus. Ea enim constitutio loquitur tantum de guardianis qui sunt vere prælati & vitales canonicè eliguntur, quæ ad vicarios monialium minime debet extendi cum ipsi non sint prælati, sed tantum quidam monialium confessores nominati.

e constit Toletan. fo. 44

ARTICVLVS. V.

Vtrum regulares poßint esse vicarij Episcoporum.

RESpondeo dicendo, quod illi religiosi quorum propositum & obligatio est ex[illegible]endicata annoua victū fœlicem traducen[illegible] d officium vicarij Episcoporum non [illegible]pirant, vt ex quadam clementina a resoluunt Cardinalis & Alexander Rebufus & alij, quos refert & sequitur Marcus Antonius Cuqus, cum hoc eorum professioni male conueniat. Monachus vero, aut canonicus regularis nullo iure vicarius Episcopi esse prohibetur iuxta quamdam Glossam b quam sequuntur Rebufus, & Cuqus & Doctores communiter. Quod adeo verum dicunt esse aliqui c etiam absque prælatorum suorum licentia, sed quod sine suorum prælatorum indignum erit, quod exeat â claustro sine prædicta licētia & ad hoc Rebufus d post alios aliquas decretales allegat. At ego intelligo sine suorū prælatorum licentia minime esse posse Episcopi vicarios, prout se vidisse in praxi testatur Quintilianus e Mandosius, qui ait ad hoc non sufficere licentiam Abbatis conuentualis, sed Abbatis prouincialis aut generalis.

(.?.)

a Clem. 1. §. ad prioratus de reg. Cardin & Ale. in ca. si quis circa fin. dis. 58. Rebu. in praxi. ti. de vicario epi. n. 38. Cuqu. lib 2. ma. instit. tit. 8. de vicarijs n. 54 b glos. in ca. de pręsentiū 16. q. 1. dd in clem. 2. de rescript. Reb. & Cuqus vbi su.

c Cuq. post Florentinū. d Reb. vbi su. n. 31. c. 2. de stat. monac. Clem. ne in agro. §. ad hæc eod. tit c Mando. de signat. grat. tit licentiæ. fol. 101.

QVÆSTIO LXXVII.

De visitatione in decem articulos diuisa.

MVlta circa visitationem dicta sunt in secundo Tomo, nunc autē pro complemēto huius materię aliqua duxi in præsentiarum proponenda ea per articulos diuidendo.

¶ Circa quam quæruntur decem.

1 *QVæ sit visitationis origo, & de eius effectu.*

2 *Vtrum de minimis debeant prælati syndicari & visitari.*

3 *Vtrum iudicibus & prælatis sit dandus libellus articulorum de quibus sunt visitati.*

4 *Vtrum contra prælatos in syndicatione maiores requirantur probationes, quam contra subditos.*

5 *Qua pœna falsi testes sint puniendi deponentes in visitatione contra prælatos.*

6 *Quomodo superiores se habere debent circa clamorem populi & potentium contra prælatos in syndicatione.*

7 *Quomodo iudices syndicantes debeant se habere contra calumniatores visitantes superiores.*

8 *Vtrum superiores visitati poßint proponere querelam contra visitantes.*

9 *Vtrum aliqui qui non sunt eiusdem ordinis poßint prouinciam alterius ordinis visitare.*

10 *Qua pœna puniantur visitatores singulis annis non visitantes.*

ARTICVLVS I.

Quæ sit visitationis origo, & de eius effectu.

RESpondeo dicendo, pernecessariam esse iudicum, & prælatorum syndicationem, vt in officio propter metum possint cōtineri, & iustitia vnicuique tribuatur, prout ait Cicero, a Herodotus b & alij referunt regem Cambisem Sysamnem iudicem quendam, eo quod in iuste pecunia accepta iudicasset, interemisse, interemptoque detractum corium in tribunali affixisse, in quo ille sedens iudicauerat, ibidemque

a Cicero pro Roscio Amerino.

b Herodot. li. 5. v. ait Zanes in Sylua nupt. n. 100

que eius filium Otanem sedere iudicem præcepisse, vt cũiudicaret memoria vltionis ab eo minime recederet, & à tali delicto prorsus se abstineret, & ait Isidorus e magnam in Rempublicã ruinam causare pessimorum iudicum tolerantiam, quorum, vt licentiosæ maxillæ constringãtur necesse fuit vt cuidam fræno, & chamo subderentur, rationem villicationis suæ superiori iudici integerrimo reddendo iuxta illud d Lucæ, *redde rationẽ villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare*, & iuxta illud e Geneſias *descendam & videbo an clamorẽ qui peruenit ad me opere compleuerint*. Vnde in quadam authentica f ordinatur, quod princeps videre habet, ne subditi à iudicibus vel officialibus aggrauentur vel male tractentur.

e Isidor. li. 3. senten. c. 54 n. 55.

d Luc. 16.

e Gene. 18.

f Aut. vt iudi. sine quo suffragio. §. 1. collat. 2.

Plurimi autem obijcere possunt dicẽdo virum iustum & sapientem ab omnibus integerrimũ reputatum ad aliquod munus iudicis vel præsulatus assumptum functo suo officio, minimẽ fore syndicãdum, prout asserunt Baldus, g & alij dicentes ad bonum regimẽ pertinere prius de virtute, moribus scientia, experientia promouendorum fieri non vulgare scrutinium, & examen, ne ipsi promoti postea accusationibus, & delationibus subditorũ succumbant, quæ vt ait Simancas, h sæpe sæpius imprudentissimẽ proponuntur, quas ipsi subditi, & prælati timentes non debita audacia, protribunalise. dent, & à iustitia ministranda retardantur Quod confirmatur, si enim eliguntur iudices & prælati in virtute eminentes, & bona fama præstantes nullus videtur remanere excellentior in Republica qui sine peccato possit inijcere lapides in eos. Quadoctrina attenta videtur in religionibus non debere prælatos syndicari, cum vt plurimũ digniores & in virtute præstantiores eligantur.

g Bald. in l. cũ testam. C. de testa. manum. Cato Papiẽsis, in repeti. rubric. ff. de senato nu. 14. Carhald. de syndi q. 19. n. 51. f. 27.

h Siman. li. 7. de rep. ca. 24. n. 5.

His tamen nõ obstãtibus communis Ecclesiæ praxis est in contrarium, quæ ratione & iure confirmatur. Ratione quia cum homo solum videat exteriora, & nullo modo interiora possit perscrutari sæpe apparentijs exterioribus humana fallitur imbecillitas. Plurimi enim exterius vultũ & faciem habent ouis, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces, & sub specie virtutis multa vitia secreta occultari. nos experientia docet, propter quod ait Plato, *i* nullũ omnino iudicem iudicare oportet causæ dicẽdæ non obnoxium, quod dictum refert Budeus, k & licet ante promotionem ad officia plurimi humiles, & benignos se omnibus præbeant, in dignitate tamen constituti inflatos, & cũ austeritate imperãtes se omnibus ostendũt, propter quod ait Aristoteles, *commodum est vt animi magistratuum pendeant, neque eis quidquid velint efficere liceat, nã licentia quidquid libet agendi nõ potest malum, quod est in quoque homine cauere*, & de Alexandro Magno refert Quintus Curcius in eius vita, quod cum in bello se mansuetum, & benignum exhiberet, bello tamen Persico peracto, & ab angustijs bellicis liberatus conuertit animum ad vindicandas eorũ iniurias, à quibus superbe imperabatur. Iure autem esse probatissimam prædictam praxim restat probari. Et primo probatur iure diuino ex illo Lucæ. m Quid est quod audio de te? *redde rationẽ villicationis tuæ*. Probatur etiam ex illo Samuelis n qui functus iudicis officio ad populum affatus sic ait, *Loquimini de me coram Domino, & Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, si oppressi aliquẽ si de manu cuiusquam munus accept.* & cæt. Quod multis autoritatibus confirmãt Puteus, o Azeuedus, Guillelmus Benedictus & Ioannes Garcia.

i Plato de legibus.

k Budeus in annot. ad l. 1. de cõst. sup. l. fi. p. 266 ff. de sen. ex. o.

l Arist. l. polit. c. 4.

m Luc. c. 16.

n 1. Regũ. 7. ca 12.

o Puteus de syn. in prin. fol. 77. n. 4. Azeue. in rubri. ti. 7. li. 3. nu 2. recop. Guillie. inc. Ramo v. & vxorẽ. n. 155 de test. Ioan Garc. de nobilit. g. 9. n. 33. f. 220. p. c. nos in cõset. 297. q Ambros. Calep. v. Syl la. Paz in pr. l. 10. 8. par. in prooem. c. vn. n. 2. infi. fol. 224.

r Lib. 9. ti. 1. de accusat. Ribadenir de princip. Christian. l. 2. c. 14. pag. 361.

Iure autem canonico, & ciuili, & regali præfata praxis euidenter probatur, ita Leo p Quartus Papa de eius Pontificatu, coram Imperatore Ludouico voluit syndicari, & de Cornelio Sylla Duce Romano refert Suetonius Tranquillus (teste Ambrosio Calepino, q & Paz) singulis annis officium dictatoris renunciasse, vt se syndicationi subijceret. Quod confirmatur ex eo quod de Constantino Imperatore dicitur in Codice Theodosiano r prout refert Ribadeneira, ait enim, *si quis est cuiuscumque loci, ordinis, dignitatis, qui se in quemcumque iudicum, comitum amicorum, vel palatinorum meorum aliquid veraciter, & manifestè*

probare posse confidit quod nõ integre atq; iuste gessisse videatur intrepidus & securus accedat, interpellet me, ipse audiã omnia ipse cognoscam, & si fuerit comprobatum ipsemet vindicabo, dicat securus & bene sibi conscius dicat, si probauerit vt dixeriti, ipse me vindicabo de eo qui me vsque adhoc tẽpus simulata integritate decepit, illum autẽ qui hoc prodiderit, & comprobauerit dignitatibus & rebus augebo. Et refert Alexander, ſ Tiberium Cæſarem ordinaſſe, vt finito magiſtratu, gubernator per triginta dies in prouincia remaneret, & à populo ſyndicaretur, quod ipſum ſtatutum fuiſſe â Græcis, ab Athenienſibus, & alijs refert Budeus, t & ita legibus imperialibus u & regalibus fuit inſtitutum vt iudices ſyndicarẽtur, prout tradunt Caſtellus, Baeça, & Azeuedo, qui alios referunt. Denique vſus ſyndicationis receptiſsimus ſemper fuit, vt iudices malè, & peruerſe in gerendo magiſtratu ſe habentes, diuitias, quas deuorauerunt, euomant & de ventre eorum extrahat illas Deus, vt poſt alios, aliqua congerentes tradunt Iaſon, x Puteus, Auiles, & Alciatus, qui allegat illud.

Cur hæc tua viſcera credas.

Qui ſemper viuens rapta aliena vomis.

s Alexand. li.4.genial. dier.c.6.fo. 189.

t Budeus in annotat. ad pandect. ſuper l.fin. ff. de ſenato. p.258.

u l. vnic. vt omnes iud. tam ciuil. quam crim. Auth. vt iudi. ſine quo quo ſuffragio.l.1.titu. 16. part. 3 l. 12.ti.15.li.3. recopil. Caſtellus in. l. 27. Tau. nu. 39. Baeça in tract. de decimis. tuto. præſt. c 2.n. 157. Azeue. in. l. 2. tit. 7. lib 3 recop.

x Iaſon. in l. vn. nu. 6. vt omnes iud. Puteus de ſynd. inciuilibus fol. 27. Auiles in cap. 1. ſyndic glo. 2. n. 5 Alcia. li. emblem. 2. c. 13.

ARTICVLVS. II.

Vtrum de minimis debeant prælati ſyndicari, & viſitari.

REſpondeo dicendo, quod munus gubernandi eſt excellentius & difficilius omnibus alijs artibus, & quaſi diuinum (vt ita dixerim) cum prælatus debeat vigilare ſuper regimen hominum, qui cum ſint filij diuerſorum parentum diuerſam vnuſquiſque habet voluntatem & vnicuique ſua paſsio ſæpe dominatur, qui non conſiderantes pondus diei, & æſtus ſuorum prælatorum ipſos gratis odiunt, in gratitudinem præſefe. ẽtes redden tes malum pro bono. Qua propter Ethnici dicere ſolebant gubernatores lupum per auriculas tenere, ſignificantes in hoc ipſos in maximo periculi diſcrimine verſari. Vn de experti iudicum, & prælatorum ſyndicatores non debent aduerſus eos accuſationes calumniatorias, neque friuolas admittere neque debent permittere, vt de minimis, & de impertinentibus ipſi ſyndicentur: tenẽtur enim ratione boni regiminis ea omnia prudenti quadã diſsimulatione prætermittere præſertim cũ Papa Anacletus a dicat, nõ omnia delicta in hoc ſeculo eſſe puniẽda, ſed oportere aliqua diuino iudicio relinqui, & cũ iuriſconſultus Caliſtratus b affirmet, quod ſicut de minimis lex nó recordatur, ita de eiſdem prætor curã habere non debet, in exiguis enim non tã ſcrupuloſa obſeruantia exigitur, vt dicitur in quadã Authentica, c & tradit Baldus non enim expedit (ait Imperator d Iuſtinian⁹) magnas de rebus exiguis ſuſtinere homines attritiones, de quo aliqua dicunt Baldus, e Puteus & Azeuedo: non enim ſyndicantes debẽt ſibi perſuadere iudices & prælatos abſque peecato poſſe ſuum munus exercere, homines enim ſunt, & humanũ ab ipſis nihil alienum putẽt, vt ſenex ille Chremes (apud Terentium) de ſeipſo affirmabat. Et Imperator Iuſtinianus f aiebat, in nullis penitus peccare, diuinitatis potius eſt quam humanitatis, neque debent ſyndicatores mirari, quod in iudicibus & prælatis aliquæ negligentiæ & omiſsiones inueniantur, àquibus (vt ait Vlpianus iuriſconſultus g) non eſt ſcrupuloſa exigenda inquiſitio, & de eis Iunius Mauritianus h affirmat, *Et ſi errasſe videbuntur, det imprudentiæ veniã, non enim eſt mirabile homines aliquã do extra ſe ipſos eſse.* His & alijs rationibus perpenſis graues Doctores i auſi ſunt affirmare iudices ſolum de furtis, & donis receptis, & de violentijs eſſe ſyndicandos.

Ex quibus infertur primo, quod viſitatores in religionibus prælatos ſyndicantes, ab aliquibus minimis debent releuare, & cum eis ſuper huiuſmodi debẽt diſsimulare, præcipuè, ſi in his quæ pertinent ad obſeruantiam regularem, & ad ſuorum ſubditorum ſuſtentationem ſpiritualem, & tẽporalem ſolicitè ſe geſſerunt. Debẽt enim conſi-

ac. ſi omnia 6. q. 1. in. ſcio ff. de bl. in integrũ reſtitut. l. ſi. §. fin. C arbit. tute c Auth. niſi breuior. C. defen. & in terlocut omn. iudic. Bald. in l. non ignorat. col. 3. C. quiaccuſare nõ poſſunt. d Auth. de fide inſtrumẽ. §. oportet. e Bald. in l. quaeris. ff. de cõdit. & demonſtra. Puteus de ſyndic. in prin. c. 2. n. 23. fol. 96. Azeued. in l. 10. tit. 7. li. 3. reco. n. 11. fl. 1. §. omnibus C. deveter. iur. renuciand. g l. nec ſupina 6 ff. deiuris & facti ignoran. h l. Senatus conſul. 15. in prin. ff. deiure fiſci. i l. vn. C. vt omnes iud. tã ciuil. authen. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. illud & ibi glo. 1. Bal. inc. cũ te in prin. dere iud. & Angelus in l. ſiquis. §. eum autem ff. rẽ ratam habere Cathaldin. de ſynd. q. 149

num. 88. in fin. fol. 21. Amadeus de ſyndi. num. 136. fo 56. Clarus in præct. §. fin. q. 73. nu. 3. Auiles in ca. 1. prætor. glo. ſi el nu. 29.

considerare suos subditos super capita portasse, qui tanti beneficij immemores, vt ingrati, sæpe sæpius contra suos prælatos, pro bono malum reddentes calumnijs, & friuolis delationibus insurgere non pertimescunt, attendant tamen, quod licet contra eos de minimis non sit proponendus libellus, ipsa tamen minima si fuerint manifesta, non sunt omnino obliuioni mandanda, ita vt neque etiam coram superiore proponantur, vt de eorum prælatorum in gubernando valore, aut præcipitatione, & nimia grauitate, & facilitate certior factus ad munus præsulatus non ita facile eos admittant.

Infertur secundo, quod visitatores in syndicatione non debent opponere reo in libello articulos tantum auricularibus testibus probatos, nisi res visitata sit grauis, & ita publica, & manifesta, vt nulla possit tergiuersatione celari, prout tenent Innocentius *k* Abbas & Doctores communiter, & quando contigerit prælatos de aliquibus paruæ considerationis criminibus visitari, ex vno tantum teste oculari non debent talia crimina, in libello iuridicè & publicè ipsis prælatis opponi, nisi alia concurrãt indicia, licet enim dictum vnius testis oculatis præsumptionem generalem pro iudice habitam tollat, & vincat, prout dicitur in iure, *l* & tradit Hippolitus, cum tamen res & delictum, de quo agitur sit leue, & minimum, vt supponitur, & non possit ex dicto vnius testis prælatus puniri, consequens est, non posse ipsi tale dictum in libello opponi, cum opponatur in libello, vt conuincatur, & puniatur, aut purgatione canonica se defendẽdo possit excusari, potest tamen ipsi opponi extraiudicialiter, vt secretò, & extraiudicialiter fraternaliter corrigatur. Verum tamen est, quod si delictum fuerit graue, & vno teste oculari maiori omni exceptione probetur, cum talis testis faciat semiplenam probationem, debet iudex opponere tale delictũ reo in libello, & ab ipso extorquere veritatem, vt se possit purgare, & vt indagata veritate sententiam absolutoriam, vel condemnatoriã proferat, vt post alios, tenent Auendañus *m* Burgus de Paz, Aimon, Iulius Clarus, Carolus de Grasalis, Azeuedus, & Tiberius Decianus.

k Innocen. Abb. dd. in c. præter. de testib.

l Diuus. ff. de in integ. test. Hippolit. in pract. §. diligẽter n. 192. & sequent. & n. 197.

m Auẽd. resp. 1. n. 11. Bur. in prooemio le. Taurin. 262. ad fin. Aimon. cons. 197. n. 7. Clarus in pract. §. fi. q. 63. n. 9. Carolus de reg. Franc. lib. 1. n. 12. p. 171. & 177. Azeued. in l. 10. ti. 17. lib. 4. recopil. nu. 230. Decia. 1. to. crim. li. 2. c. 30. n. 4. n. 19. Padilla. in l. vbi pactũ n. 11.

ARTICVLVS III.

Vtrum iudicibus & prælatis sit dandus libellus articulorum de quibus sunt visitati in generali, an in speciali.

RESpondo dicendo, præfatos articulos in syndicatione non esse in generali proponendos iudicibus, & prælatis sed in speciali, est eis porrigendus libellus, in quo culpæ determinatæ & particulares contra eos visitatæ contineantur: cum enim ipsis prælatis manifestentur, vt se ab his purgare possint euidens est eas in speciali & determinate esse intimandas: vt contrarium valeant probare proponendo enim ipsi prælatis eos fuisse decoctores bonorum Ecclesiasticorum, & fuisse in honestos &cæt. non possunt contrarium euidenter probare, negatiua enim generalis secundum ius *a* improbabilis est. Hanc opinionem probat expresse cuiusdã iurisconsulti *b* determinatio dicens. *Qui agit iniuriam certum dicat quid iniuriæ factũ sit, quia qui famosã actionẽ intendit, non debet vagari cũ discrimine aliena existimationis sed designare certũ & specialiter dicere, quã sein iuriam passum contendit*, per quod ius & alia hanc opinionem post alios tenet Gregorius *c* allegans adhoc, aliquas leges huius Regni & hanc opinionem tenent Bartolus Abbas, Baldus Alexander, Bosius & Azeuedo.

Quod adeo verum est, vt hæc doctrina etiam habeat locum quãdo procedit per viam inquisitionis sola veritate inspecta, sine figura iudicij, sicut procedit in causis regularium. Cum enim iudex procedens per viã inquisitionis in locum accusatoris succedat, necesse est vt denuntiata in inquisitione reo ipsi pandãtur nõ ingenerali, sed in particulari, & determinatè, vt ab ipsis se legitimè possit purgare, prout asserũt Salicertus. *d* Maranta, & Amadeus: si enim culpæ in generali proponantur, ad quid reo ostenduntur, vt ab eis possit purgari? cum negatiua generalis improbabilis sit? Propter quod tenet quædam Glossa *e* recepta

a ca. quoniã cõtra deprobat. c. bonæ el. 1. de elec. bl. libellorũ ff. de accusatio. l. Prætor 7. in princ. ff. de iniur. & Grego. v. accusacion. in l. 14. tit. 1. part. 7. Bar. cõs. 193. co. 1. & in extra uag. ad reprimẽdũ. v. per inquisitionẽ Abb. in c. fin. cõ. pen. de purgat. can. Baldo. in l. vn col. 1. de cõfessis Alexand. in l. edita in pri. C. de edẽd. Marant. de ordin. iudi. 6. part. ti. de inquisitio. nu. 35. & 37. Bosius in pract. tit. de inquisit. nu. 90. pag. 55. Azeued. in l. 4. à n. 90. tit. 2. li. 4. recopilat.

b Salicet. in l. quærela c. de falsis Marant. vbi su. n. 38. & seq. Amadeus. de syndicat. v. locus & tempus fol. 42. n. 31.

c Glos. in l. 1. ff. de offi. assessoris, & in l. 2. C. vt nemo priuat. Rip. in l. 4. §. hoc autem nu. 48. ff de dã. infect. Antẽ dan. respõs. C. de transact. Azeu. in l. 10. n. 3. v. licet iudex. n. 15. & seq ti. 2. li. 4. recopil.

ac. in noſtra de prœcu. c. niſi eſſet de præbē. Menoc. de præſumpt. 1 pa. li. 2. præſu. 67. n 5. foli. 59.

cepta à Ripa, ab Auendaño, ab Antonio de Padilla, & ab alijs poſſe iudicem ex officio etiam parte non petente has generales culpas propoſitas repellere, cùm ipſi reo manifeſta iniuria inferatur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm contra prælatos in ſyndicatione maiores requirantur probationes, quàm contra ſubditos.

REſpondeo dicendo, quòd gubernatores quorum munus eſt ſimul iudicare & exemplum dare, debent eſſe viri in virtute præſtantiores, ſapientiores, & prudentiores propter quod præſumitur ius *a* eos tales eſſe quales eſſe debent, vnde dicebat Plato *b quis erit tam capax & perfectus, vt gubernatorem poſſit corrigere.* Vnde leges *c* nullum in eorum regimine peccatum conſiderant, prout tradunt Baldus, *d* Innocentius, Menochius, & Maſcardus. Cum enim ſint legum executores in ſe ipſis eas exequi præſumuntur ſecundum Baldum, *e* Menochiū & Maſcardum, quòd de quocumque iudice præſumitur, ſiue ordinario, ſiue delegato, ſecundum Bartolum, *f* Baldum & Menochium, quòd adeo verum eſt, vt licet neceſſario aliquando culpa & dolus in eis præſumatur, ſemper eos minus culpabiles iudicare debemus ſecundum Baldum, *g* Ioannem Andræam, & Maſcardum. Denique regula certiſſima eſt, ſemper de iudicibus, & ſuperioribus eſſe bene ſentiendum, vt Imperatores *h* diffinierunt, & tradunt Puteus Baldus Cathaldinus, Auiles Tiraquellus, Boſsius, Gramaticus, Maſcardus, & Paz. Qua ratione attenta cum de bonitate iudicum, & ſuperiorum ſemper benè præſumatur neceſſe eſt, vt teſtes, qui contra eos deponunt ſint omni exceptione maiores, & probationes clariores, & euidentiores contra eos appareant, prout tradunt Puteus *i* Amadeus, Dulcetus, Baldus, Mattheus de Afflictis, Paz, Boſsius. Auiles, & Olanus.

Quod & ſequēti ratione comprobatur ex doctrina Diui *k* Thomæ dicentis, quòd homines qui habent de alijs iudicare, ſæpè propter iuſtitiam multos aduerſarios habent, vnde non eſt paſsim credendum teſtibus contra eos niſi magna multitudo conuincat, quòd ipſum ait Alexander *l* Tertius dicens, cùm ex officio ſuo teneantur non ſolum agere, ſed etiam increpare, quin etiam interdum ſuſpendere, nonnunquam verò ligare, multorum odium incurrunt: ideo ſancti patres prouide ſtatuerunt, vt accuſatio prælatorum non facile admittatur, ne concuſsis calumnijs corruat ædificium, niſi diligens adhibeatur cautela, per quam non ſolum falſæ ſed etiam malignæ criminationi ianua præcludatur. Et Petrus Gregorius *m* de magiſtratibus loquens ait, *qui enim præſunt, & ob potentiam inferioribus nocere poſſunt multorum contrahunt inimicitias & odia, & facile moliuntur, qui oderunt, calumnias,* & Rex Dominus Alphonſus cognomento Sapiens, prout refertur in partitarum legibus *n* de eiuſdē magiſtratibus loquēs dicit. (*Que los homes que officio tienen maguer fagan derecho, non puede ſer que no ganen malquerientes.*)

Supra dicta tamen doctrina limitanda eſt ſecundum Baldum, *o* & Tiraquellum, quando clarè & certo conſtat de culpa ipſorum ſuperiorum licet enim ſecundum ius à præſumpta calumnia executientur, non tamen à clara & manifeſta culpa liberantur.

Secundo limitanda eſt in iudicibus & ſuperioribus malæ famæ, propter malam famam enim præfatum fauorem, & priuilegium perdiderunt, & ideo contra iſtos tales minores probationes requiruntur, prout dicitur in iure, *p* & tradunt Bartolus, Puteus, Maſcardus, & Tiberius Decianus. Alias limitationes cumulant doctores agendo de iudicibus ſecularibus & eccleſiaſticis, quas nos miſſas facimus, quia iudicibus regularibus non ita accommodantur.

(?)

ARTI-

a KD. Tho. 2 q. ar. 2.

b Plato 11. de leg.

c l. vn. C. ad legē Iuliam. repeti.

d Bald in l. vn. in fi. C. nē quis in ſua cauſ. Menochi. vbi ſup. Maſcar. de probatio. 3. to. 1132. n. 21 fo. 21.

e Bald. in aut. then. ſed & ſi quis C. de epiſc. Menoc. vbi ſu. Bart. l. 1 n. 26 ff. ſi quis in ius vocatur. Bald. in c. cū in iure per t. de offic. delegat. Menochius vbi ſu. n. 8.

f Bal. in l. nō enim ff. de adopt. Andreas in ca. accepimus, de ætat. & qualit. Maſcald. vbi ſu. num. 25.

g Puteus de ſynd. c. 1. fo. 92.

h Bal in l. 2. C. de ec cauſ nō poſſ. Cathaldi. de ſyndica fo. 16. n. 94. n. 50. Auilesin c. 1. prætor. gloſ fie. nu. 29 Tira. de pœn. temp. cauſa 58 n. 2. pag. 291. Boſsius in

i Puteus de ſynd. v. probat. ca 2. in prine & n. 6. Amadeus de ſyndicat. fo. 62. n. 212. Dulcetus cod. tra. fo. 358. n. 24 Bald in l. obſeruare §. proficiſci q. 10. in fine ff. de offi. proconſul. Afflictis in conſtit. Neapol. in ca. regni Bulg. famæ præloquium Olan. in anton. v. baretaria pa 46. nu 48.

k S. Thom. 2. 2. q. 67. ar. 3. ad 2.

l c. qualiter & quādo & de accuſat.

m Petr. Grego. ſyntag. mat. iu. 2. p. lib. 1. ca. 55. num. 5. n. l. 2. tit 28. & l. 11. tit. 1. pa 7.

n Bald in c. quoniācōt. falſam n. 17 v. exara quę ro de prob. Tira de pœnis tēperā. cauſa 58 p. 291. n. 9. pl. ſiquis §. ſi ceſſ. deaccuſa. & in l. 1. ſi n. autē ff. de ſuſpect. tutor. Bart. tutor. Bart. in l. populi. § ſiquisipſi præto. n. 17 ff. de dam. infect. Puteus de ſyn. die. v. teſtis c. 2. n. 1. v. ſa mē ego diſtinguo fo. 212. cū ſequ. Maſcar. de probat. 3 t. conſi. 1121. n. 36. fo. 22. Decianus 2. to crim. li 8 c. 38. n. 10.

ARTICVLVS V.

Qua pœna falsi teſtes ſint puniendi de ponentes in viſitatione contra prælatos.

REſpondeo dicendo, quòd interſeptem quæ Deus optimus maximus deteſtatur, prout ait Salamó *a* falſus teſtis cõ numeratur & à natura humana, hoc peccatum abominatur, prout ait Iſidorus, *b* teſtis enim falſus tres offendit, Deum quem contemnit eum in teſtem falſitatis adducendo, iudicem quem decipit mentiendo innocentem, cui ſuo falſo teſtimonio damnum non paruum cauſat. Adeo Deus odio habet periuria, vt propter vnum ſolum iuramentum factum à Ioſue Gabaonitis, quòd poſtea Saul fregit, ita fuit caſtigatum totum regnum, vt per tres continuos annos, in eo minimè pluerit. Conſiderantes Romani antiqui huius delicti immanitatem in quadam duodecim tabularum lege, in hunc modum ſtatuerunt. *Qui falſum teſtimonium dixiſſe ſi conuictus fuerit à ſaxo Tarpeio deijcitor.* Et ait ſtultis Gelius, *c* quod cum hæc pœna duriſſima Fauonio Philoſopho viſa fuiſſet dixit ipſi Sextus Cælius Iuris Conſultus. Fauoni ſi falſi teſtes à ſaxo altiſſimo deijcentur modo ſicut antiquitus fiebat, non tot homines falſa dicerent teſtimonia. Exiſtima, & certo ſcito ſeueritatẽ in maleficijs puniendis, vt plurimum adbẽne viuendum aptiſſimum eſſe medium, pœna autem hæc deiectionis à ſaxo, & rupe, ſemper fuit arbitrata duriſſima, & acerbiſſima, qua Iehu *d* puniuit impiam Iezabelem: & Amaſias *e* decem milia captiuorum: & Delphi Æſopum, prout referunt Maximus Planedes in vita Æſopi, & Hercules *f* Liſſas, Vliſſes Aſtianactem filium Hectoris, vt referunt Ouidius, *g* & Seneca, & Rex Atalus Dafidam ſophiſtã, vt refert Valerius Maximus. *h* Qua deiectionis pœna antiqui Hiſpani vſi ſunt, vt conſtat excriptis Cornelij Taciti, *i* & Senecæ: & de ea leges partitarum *k* meminerunt. Verum eſt tamen quod iuris Conſultus Modeſtinus eam abrogabit: & Imperator Conſtantinus *m* eam legem iniquam appellauit.

Quando autẽ minori rigore leges Ciuiles *n* & Regni hoc delictum punierunt, fuit vt in cauſa capitali, aut corporali pœna tãlionis caſtigaretur, quæ iure diuino *o* irrogabatur. Denique vt ad inſtitutam redeamus periurium contra iudices, & ſuperiores in ſyndicatione, quòd eſt adeo atrox debet acriter puniri, teſtes enim contra iudices & ſuperiores nunquã deficiunt, non modo verierum etiã falliſſimi, vt tradit Redin. *p* In hoc enim crimine grauiſsimè peccatur, non enim ſolum peccatur contra Deum & iudicem, ſed etiam in Rempub. exemplo enim perſecutionum, quæ ab iſtis falſarijs cauſantur ipſi ſuperiores, & prælati perterriti ab adminiſtratione iuſtitiæ, & à gubernando audacter, vt debent detinentur. Vnde conuenit hos maleuolos virga ferrea, & caſtigatione non minima deterrere ſiquidem interceleratiſsimos contra Rempub. peccantes connumerantur. Et Cicero ait, *nihil eſt tam molle, tam tenerum, tã aut fragibile, aut flexibile quam voluntas erga iudices ſenſuſque popullarium, qui non modo improbitati Candidatorum ſed etiã in rectè factis ſæpe faſtidiunt.* Vnde Epiſcopus Redin. *r* in libro de maieſtate Principis, quem cum eſſet Regis conſiliarius ſcripſit ait, ſemper in ea fuiſſe ſententia, vt teſti falſo pœna capitalis imponeretur, videns grauiſsimos homines propter falſos teſtes, ſæpe ſæpius periclitari, ſed tandem ſaluos opperta veritate euadere. Et ſic Cicero, pro Marco Cælio dixit. *ó magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia caliditatem ſolertiam, contraque fictas omnium inſidias facile, per ſe ipſam defendatur.*

ARTICVLVS VI.

Quomodo iudices ſuperiores ſyndicantes debeant ſe habere circa clamorem potentium, & populi contra prælatos in ſyndicatione.

REſpondeo dicendo, puſillanimen ſatis eſſe iudicem, qui motus potentium & populi clamoribus ſine aliqua proba-

a Silo. pro uerb. 61.

b Iſidor. li. 3. de ſũmo bon.

c Li. 2. no&. Athi. c. 1. in fin.

d 4 Reg. 6. e 2. par. c. 25 f Oui. in li. 11 g Ouid in l. 12. & 13. me thamor. Sene. in Troia. da.

h Val. Max. li. 1. c. 8. i Tacitus li. 5 annalium Sene. cõtro. 3. & de cla. 3 li. 1. KL. 6. ti. 31. par. 7. & l. 9 ti. 18. & l. penul. ti. 21. p. 2. L. diurino §fi. ff. depe. m L. C. de emẽ. ſeruorum.

n L. 1. § prei ff. de licar. gloſſ. in ca. Rex debet furta. 23. q. 5 l. 5 tit. 13. p. 2. l. 26. ti. 11. par. 5. l. 83. taur. vbi Anto. Gom. o Deut. c. 19 ad fi. Da. 13. p Redin. de m ieſt. prin. v. ſed etiam per leg. trami. fo. 61. 155.

r Redi. vbi ſup. nu. 157.

tione in particulari ſententiam proferunt contra prælatos viſitatos contra ſententiã
a Eccleſiaſt. 7. Eccleſiaſtes *a* dicentem, *ne tineas faciẽ potentium, aut ſcandalum ponas in agilitate tua*, licet enim ad ſedandum populi clamores debeant celeriter ſumi teſtes & in conſulto principe multa ratione boni regiminis fieri, vt ait Salicetus, *b* & ita ſeruari in praxi teſtatur Chataldinus, *c* quos refert & ſequitur Iulius Clarus; *d* hoc tamẽ vt diffinierunt Imperatores Diocletianus, & Maximianus, cum grauamine Innocentium, & cum commodo de linquentium, qui condemnari merẽtur fieri non debet. Vanæ enim populi voces minimè ſunt audiendæ, nam legibus magis, quam clamoribus populi debet iudex adhærere, docenduſque eſt, non ſequẽdus populus, vt dicitur in quodam decreto, *f* Iæpe enim ſæpius inclinatur populus odio, interesſe, aut fauore ad aliquid ſequendum. Exhoc ſunt condemnandi quidam iudices ſyndicantes ſuperiores, & prælatos, prout ait Baldus, *g* moleſtantes ipſos, ſolum propter potentum, & populi clamores; contra quos ponderant Acurſius *h* Guillelmus, Benedictus, Caſſaneus, Montaltus, & Epiſcopus Redin. iniquam illam ſententiam Pilati, cõtra Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quod ſcilicet Pilatus clamoribus populi Iudæorum annuerit voluntati, tradendo Dominũ noſtrum Ieſum Ghriſtum voluntati eorum nullam in eo cauſam mortis inuemendo, vt apud Lucam *i* habetur: & Deus optimus maximus iudices docuit nõ ſe his clamoribus cõformari, ſed debere ad probationes claras, & manifeſtas recurrere quatenus audito clamore cõtra Sodomitas dixit, K *deſcẽdã & videbo vtrũ clamorẽ, qui venit ad me opere compleuerint*, hæc eſt vulgi accuſatio (de qua Pſalmiſta l dixit, *filij hominũ dentes eorum arma, & ſagittæ, & lingua eorũ gladius acutus*) nõ facile eſt admittenda, cũ ſecundũ Concilium Sardicenſe *m* temeraria & culpabilis ſit, & cũ ſecundum Auguſtinum *n* propter malos acclamantes, vt ſolẽt non debent boni prælati, & ſuperiores fauore iuridico deſtitui, *ſauit enim animis ignobile vulgus*, vt ait Virgilius, *o* & ſic hæ acclamationes populi ſunt ſatis in iure odioſæ, pertur bant enim communitatem ſcãdala cauſant præcipuẽ, quando ita præualent vt concitetur communitas cõtra ſuos ſuperiores & gubernatores prout determinat Decius & *p* Paulus *q* Iuris Conſultus ait, *authores ſeditionis & tumultus vel concitatores populi, pro qualitate dignitatis, aut in crucem tollantur, aut beſtijs obijciantur, aut in inſulam deportentur.* & certe prout innuit Tiberius Decianus *r* maximo ſupplicio ſunt digni, qui ſuis clamoribus iudicem ad iniuſtam ſententiam ferendam voluerint obligare, quod in viſitantibus & ſyndicantibus religionum prouincias maximẽ locum habet, qui cum viſitent religioſos in ipſis hoc peccatum maxime debent aggrauare, cum in ipſos negotia in multitudine pacis, & ſilentij deb eant peragi.

b Sali. in le. deuiſio. infi C. de pæn is
c Caraldi. de ſynd. q. 212.
d Clar. in pra ct. §. fi. q. 8. n. 7.
e L. ioſti. C. de offi. rect. prouin. l. de curio. C. de pænis.
f c. docend. 66. diſt.
g Bald. in le. obſer. 5. an te quam ff. de offi. pro conſul.
h Acur. ind. l. decur. Bene. inc Ray nũc. v. mor tuo ita q. teſ tain 1 f. 12. n. 217. & ſe. 2. p Caſſan catalo. glor. mũdi. 2. p. 9 conſid. Mon tal. in tract. de rera ſen tentiæ Plati Red. de Ma ge. princ. v. ſcd. etiam n. 44. fo. 78.
i Luc. 23.
K Geneſ. 28.
l Pſalm. 56.
m c. pericu. de pæn. di. 1 n c. nim. ſũt 23. q. 4.
n
o AEneidos 1.
p Deciu. eõ ſil. 556. n. 7.
q L. ſiquis aliq. id §. motores ff. de pæn.
r Decian. 2 tom. crimi. li. 7. c. 19. n. 4. & 12. & 50

ARTICVLVS VII.

Quomodo iudices ſyndicantes debeãt ſe habere contra calumniatorie viſitantes ſuperiores.

REſpondeo dicẽdo iuſtum eſſe, prout ait Cicero, *a* vitia & dolos hominum opprobrijs, damnis, carcere, flagellis, exilijs, & pæna capitali caſtigari, violentias autem, & culpas magiſtratuũ & gubernatorum, & prælatorum ſeueritate condẽnari, iuſtum eſt etiam bonos gubernatores, & bene meritos prælatos honoribus, præmijs, & ſpecialibus fauoribus remunerari & per conſequens contra eos cum calumnijs & fraudibus capitulãtes rigoroſè procedere, prout innuit Ariſt. *b* in hũc modũ, *publicas accuſationes, quã rariſſimas facere oportere magna pæna in eos cõſtituta, qui falſo accuſauerint*, quod tradunt etiam Petrus Gregorius, & Menochius, quos Demoſthenes, *c* in quadam oratione crudeles, & genimina viperarum appellauit, & Ageſilaus ipſos magis, quam latrones perſequebatur, prout referunt Nicolaus Antonius *d* Petrus Gregorius, & Meno-

a Cicer. 1. de orat.
b Ariſt. li. 6. Polit. cap. 5 Gre. de Sin tam. iuris 3. p. li. 32. c 4. n. 12. Meno de arbi. li. 2. caſu. 322. in fin.
c Demoſ. ora cõtra Ariſtogito.
d Anto. in not. ad pra. octauian. ve ſtij. l. 6. c. vl. n. 22. Petr. Greg. & Menoch. vbiſ.

Menochius. Vnde contra capitulantes aduerſus iudices magiſtratus & prælatos, lata fuit *Romæ* quædam lex Memia *c* de qua meminerunt Valerius Maximus, Cicero, Octomanus, & Manutius. Et certe deplorã dum eſt aliquos religioſos ſatis paruæ notę capitula grauiſsima, & infamatoria contra ſuos prælatos in viſitatione proponere, & nihil eorum probantes ſine aliqua pœna immunes aliquando relinqui, prout aduertit Puteus, *f* quaſi ſint peioris conditionis Prælati viri grauiſsimi à ſuis congregationibus vt tales electi, quam ſubditi ſatis humilis notæ, cum prælati ſi capitula contra eos poſita probarentur caſtigari deberent, & calumniatores fratres non probatis ſuis calumnijs immunes euadant, dolendum eſt etiam ſubditorum inuerecundiam contra prælatos & ſuperiores huiuſmodi mendacijs, & fraudibus inſurgentium, qui ſi non eſſent religioſi, ſed ſæculares non auderent eos in faciem intendere. Vnde ait *Baldus g* in ijs accuſandis maxima conſideratione opus eſt, cum ius de ipſis beneſentiat & eos calumnijs accuſantes pœnis grauiſsimis afficiat. Et ſic quamuis propter bonum commune permittatur, vt gens inferioris notæ contra ſuperiores ſuos præfata capitula proponat iuſtum etiã eſt, vt ipſi calumniãtes grauiter puniantur etiam pœna talionis, vt in libro Eſter, *b* & in libro Eſdræ legitur contigiſſe, & in Leuitico *i* dicitur, qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſicut fecerit, ſic fiat ei, fracturam profractura, oculum pro oculo, dẽ tem pro dẽte reſtituat, quod ipſum in Exodo, *K* & in Deuteronomio, & apud Diuũ Ioannem ſcriptum legimus, & licet pœna talionis ſit hodie conſuetudine abrogata, prout ſæpe ſæpius, in his tractatibus diximus in aliquibus caſibus grauibus, cum perſonæ notabiles falſo infamantur talis pœna admitti debet, quod ita vidiſſe practicari in ſenatibus Italiæ teſtatur Iulius Clarus, *m* nam Cicero, pro Roſcio, ait accuſatores quippe multos eſſe in ciuitate vtile eſt, vt metu coarceatur audacia, verum hoc ita vtile eſt, vt ne planè illudamur ab accuſatoribus. Denique munus viſitatorũ & ſyndicantium, prout in ſimili tradit Puteus, *n* eſt fauere bonis prælatis, & contra eos extra ordinarias inquiſitiones minime permittere, & ſubditorum friuolas, & malitioſas petitiones repellere, & eorum verba iniurioſa & temeraria punire, quod multis rationibus ipſe doctiſsimus vir ſatis comprobat.

Sed aliquæ rationes adducuntur, quibus probari intenditur ad bonum Reipublicæ regimen cõuenire, quod cum calumniatoribus diſsimuletur. Prima ratio eſt, ne illi, qui aliqua vera capitula contra prælatos habent ab his coram ſyndicatore proponẽ da pœnæ formidine abſtineant, quod in maximum Reipub. detrimentum verteretur, licentioſi enim iudices, & ſuperiores pro libito perfas, & nefas multa mala in Reipu. dãnũ perpetrarent, ſcientes eorũ delicta tandẽ debere relinqui impunita: cui rationi reſpondetur non debere cum calumniantibus diſsimulari, cũ dicat quidam Imperator *o* in hæc verba, nec impunitam fore putet licentiã mentiendi, cum calumniãtes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicij, quod, & Gregorius Lopez, *p* & Iulius Clarus commendant. Hi enim non ſunt vtiles Reipub. ſed ſatis præiudicant bono cõmuni: plus enim intereſt Reipu. quod iudices timore calumniarum ab adminiſtranda iuſtitia non abſtineant, neque à ſua obligatione deficiant, quam quod facilitate venię accuſatores calumniantes contra prælatos audacter capitula infamatoria proponant, neque à caſtigatione & punitione iſtorum datur occaſio viris bonis ad nõ accuſandũ, audacia & temeritate, quas vere iudices, & ſuperiores in adminiſtranda iuſtitia commiſerunt, cum ex huiuſmodi accuſationibus, & denuntiationibus nihil mali ipſis poſsit euenire, imo obligantur iudices ſyndicatores eos, vt bene meritos Reipublicæ præmijs afficere, prout ordinauit Imperator Iuſtinianus *q* & iuris Conſulti ſtatuerunt, & Tiberius Decianus reſoluit.

Secunda ratio eſt quare cum punitione iſtorum maleuolorum diſsimulatur, quia ſcilicet licet aliqua capitula non probent alia tamen teſtibus fidedignis vera eſſe oſtẽdunt, cui reſpondetur non propterea cum eis eſſe diſsimulandum in eo, quod cum calumnia & fraudulenter detulerunt. Et hãc reſolutionẽ, ita in iure videmus probari dicẽte ſi plura crimina idẽ eidem intulerit ſingulorum abolitionem debet petere, alioquin, prout quid omiſerit eius nomine ſenatus Conſulti pœnam patietur. Et ita tenent poſt alios grauiſsimi Doctores communiter, vt conſtat ex traditis à

Pheli

c L. 1. §. ealũ ni. ff. ad Turpilia. Valer. l. 3. c. 7. Cicero. pro Sext. vbi Octom. Manu. de leg. Roma.

f Puteus de ſyndic. v. de offi. ſynd. n. 13. fo. 92.

g Bald. in le. nõ cogend. §. 1. C. de procurat.

h Eſter. c. 8. Eſdras in fi. ſui li.

i Leu. c. 24.

K Exo 21. deutero. c. 19. Apoc. c. 13.

m Clarus in pract. §. fi. q 62. & q. 81. n. 3.

n Puteus de ſynd. v. ſyn. offi. fo. 98.

o L. fin C. de accuſat.

p Greg. inv. ral. malic in l. 5. & 27. ti. 1. par. 7. Clarus vbi ſu. q. 7. n. 12.

q L. iubemus fi. & ibi glo. C. ad l. Iuliã. rep. l. ita vulnera ff. ad le. Aqui. Dec. 2. to. crim. li. 8. 37. n. 9. & 17.

r L. ſi in fin. princ. ff. ad Turpil.

Phelino, ſ Angelo, & Hippolyto, & alijs allegatis à Gregorio Lopez, & à Iulio Claro.

ſ Pelin. in c. 2. de calum. Ange. in l. vni. C. de ſuffra Hippol. conſ. 37. n. 4 & in le. is. qui cũ telo. nu. 48. de ſicar. Gre. in l. 7. ti. 1. p. 7. v. nopudieſſe. & in l. 39. ti. 32. p. 3. v. apoch. Clavbiſu. q. 62. n. 6.

Vnum tamen eſt conſideratione maxima dignum, quod calumnioſe capitulantes poſſunt excuſari ſecundum Bartolum t Angelum & alios, quos refert Mexia à pœna eo, quod ea capitula detulerint incitati ab aliqua perſona bonæ famæ, & opinionis, quæ ſecundum exteriorem affectum zelum boni publici oſtendit cui credere obligarentur. Et Bartolus ait hoc eſſe notandũ pro ſyndicis communibus, qui aliorum inſtigatione maleficia denuntiant. Et Baldus y ait inſtigatorem fidelignum à calũnia excuſari. Non tamen ita debent excuſari, vt nulla pœna afficiantur, adminus enim, vt inſipientes debent plecti, cum aliorum dictis nimis credentes in has anguſtias ſe ſe injecerint. Hoc autem maxime notandum eſt, pro omnibus religioſis, qui ſæpe ſæpius, in his & alijs ſimilibus faciendis zelo religionis inſipienter ducuntur, qui tamen licet ex hac parte aliqualem mereantur veniam, ex aliqua tamen, quia ſcilicet ſub ſpecie zeli religionem conturbãt licet pœna calumniatorum non puniantur, pœna tamen ſeditioſorum plecti neceſſe eſt.

t Barto. in l. Athle ff. de alſis & Ang in l. Athl. § calum. ff. de his qui notã intam. Mexia ſuper le. Tolet. 2. fundam. 23 parfo. 54. n. 28 y Bald in c. quoniã contra falſam. co. 9. ver. extraquærode probat.

ARTICVLVS. VIII.

An ſuperiores ſyndicati poſſint proponere querelam contra calumniantes.

REſpõdeo dicendo certum eſſe in iure a quod ex libello infamatorio contra aliquẽ in iudicio dato etiam in cauſa ciuili actio iniuriarum naſcitur, & à fortiori oritur etiam in cauſa criminali, prout reſoluit Bartolus, ſecundum quam doctrinam bene poterit accuſatus & denuntiatus contra calumnioſe capitulantes proponere querelam cum ex capitulis ſatis calumnioſis iniuria non parua illi accreſcat. At cum multa nobis liceant, quæ tamen ſecundum Apoſtolum b non expediunt, non expedit pro tunc ipſum ſyndicatum accuſatũ, aut denunciatum huiuſmodi intimare querelam. Vnde oportet, quod quando reſpõderit capitulis opponat calumniæ exceptionẽ atque relaturum proteſtetur, prout tradunt Cathaldinus, c & Puteus & probet Calũniam, & eius qualitatem, ſi enim tunc per querelam capitulantes reconueniret ad fugiendam pœnam ſuis culpis debitam ſubterfugium aſſumere videretur. Vnde tempus opportunum ad præfatam querelam proponendum inueſtigari debet, & nullum magis, quam poſt ſententiam latam ſuper capitulis cognita iam innocẽtia Syndicati, & accuſati & calumnia accuſatorum manifeſtata, ad præfatam querelam intimandam excogitari poteſt.

a Te. & glo. inl. itẽ apud Labeonẽ. §. ſiquis li. &. 9. ſi quis nõ debit & inl. credit. § in iuriæ & ibi Bar. ff. de iurijs.

b Paul.

c Cathal. de ſynd. q. fi. f. 26. & Put. eod. tract. v. in iur. ofhe. c. 1. n. 4. fol. 197.

ARTICVLVS IX.

Vtrum illi qui non ſunt eiuſdem ordinis poſſint alicuius ordinis prouinciam viſitare.

REſpondeo dicendo propoſitum dubiũ iam ex parte eſſe reſolutũ: in ſuperioribus a egimus de electione prælatorũ: vbilate probauimus prælatos non debere aliquibus regularibus præponi, niſi ſint eiuſdem inſtituti profeſſores. Pro ordine autẽ Ciſtercienſi eſt priuilegiũ quoddam Innocẽtij VIII. expeditũ, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octuageſimo octauo, in quo diſtrictè in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna ipſo facto incurrenda authoritate Apoſtolica præcipiendo fratribus dicti ordinis mandauit, vt omnia & ſingula dicti ordiuis Monaſteria, & loca vbilibet conſiſtentia, per eoſmet ipſos vel alios Abbates dicti ordinis veſtri idoneos, quos ad id duxerint deputandos, viſitentur, prout latius in præfato priuilegio, b & breui continetur.

a 2. tom. q.

Et idem Innocentius VIII. anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono, in bulla quæ incipit, *venerabili fratri Epiſcopo Cabilonenſi*, ſtatuit, & decreuit motu proprio, & ex certa ſcientia, quod de cætero perpetuis futuris temporibus monaſteria, & loca prædicta prætextu quarumcunque literarum Apoſtolicarum, per ſe & ſedem prædictam in poſterum etiam motu & ſcientia ſimilibus, & quibuſcumque cauſis, ac cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs

b Hab. in ll. priu. dict. ordin. imp. cõplu. 2. to. priui. 117. f. 149 nu 2. & fol. 79. priu. 31.

torijs efficaciſsimis & inſolitis, etiam præſentibus expreſſe derogantibus, & etiam ſi illæ eis de verbo ad verbum inſertæ forent in poſterum etiam ad inſtantiam Imperatoris Regum Ducum Principum, & aliarum perſonarum quarumcunque, cuiuſcumque dignitatis ſtatus gradus ordinis & conditionis concedendarũ viſitari non poſsint diſtrictè in virtute Sanctæ obediẽtiæ, & ſub cẽſuris Eccleſiaſticis inhibentes, quibuſcumque viſitatoribus ſupra nominatis (exceptis hactenus, & pro tempore deputatis) etiam ſi patriarchali, Archiepiſcopali Epiſcopali, aut quauis alia dignitate Eccleſiaſtica fulgerent ne prætextu quarumcumque facultatum & cõmiſsionum in genere, vel in ſpecie viſitandi eis conceſſarum & factarum ſe de Monaſterijs locis perſonis & ordine prædictis intromittere quomodolibet præſumant. Ac decernentes, exnũc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, &c. Et pro cõſeruatoribus omnes Eccleſiarum prælatos, ita vt quicunque fuerit requiſitus, d fenſionis efficacis præſidio aſsiſtant, ita habetur in præfato ordinis libro. c

c In eod li. & to. priu. no. fo. 133.

ARTICVLVS. X.

Qua pœna puniantur viſitatores ſingulis annis non viſitantes.

REſpõdeo dicendo non eſſe dubium viſitatores teneri prouincias ſibi cõmiſſas viſitare, prout definit Concilium Tridentinum, a & ad earum viſitationem ſingulis annis faciendam obligari, prout ex Concilio Tridentino b in noſtra ſumma c confeſſorum probauimus, & ideo Innocentius VIII. in priuilegio primo allegato in articulo ſuperiori hoc prælatis ſub obediẽtiæ præcepto mandauit ſingulis annis faciẽdum, quòd ſi non adimpleuerint excõmunicationis ſententiam ipſo facto incurrant, quam pœnam declarauit Innocentius d VIII. in bulla quæ incipit, *accepimus literas veſtras, &c.* Data anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono ad petitionem capituli generalis ordinis Ciſtercienſis non comprehendere niſi negligentes, & rebelles, dicens in hunc modum. *Et quia inter cætera nobis expoſuit, vos paratos eſſe literis noſtris ſuper viſitatione & reformatione monaſteriorum dicti ordinis ſingulis annis facienda emanatis obtemperare deuotionem veſtram plurimum in domino commendamus. Verum quia forſan contingere poſſet, quod aliqua ex monaſterijs & locis dicti ordinis propter aliqua impedimenta, & aliquã reſiſtentiam viſitare nõ poſſetis, ſecuritati conſcientiarum veſtrarum conſulere volentes declaramus ſententias cenſuras, & pœnas in dictis literis contentas non ligare, niſi negligentes rebelles & huiuſmodi viſitationem & reformationem impedientes, aut retardantes.* Pro quo eſt aduertendum, quod licet in alijs religionibus nõ ſit appoſita aliqua cenſura contra prælatos ſingulis annis non viſitantes, ipſos tamen ſi negligentes & rebelles fuerint in viſitationibus huiuſmodi exequendis à peccato mortali non eſſe immunes cum in re graui præceptum quoddam maximè neceſſarium frangatur.

a Sef. 25. de reg. c. 3.

b Sef. 7. de ref. c. 8. f. 11. de refor. c. 8.

c Summa in 2. to. intrac. de lorden. iudic. c. 1.

d Priu. 221. fo. 161. in 1. tom. 1. priu. huius ordi. impre. com piu.

QVÆSTIO LXXVIII.

De voto in duos articulos diuiſa.

¶ *Circa quam quæruntur duo.*

1 *VTrum Abbates Sancti Benedicti poſsint diſpenſare in clauſura.*

2 *Verum votum donatorum in ordine Sancti Benedicti ſit ſolemne.*

De voti materia quo ad eius commutationem diſpẽſationem & irritationem multa in primo tomo a latè diximus, & in tertio tomo etiam aliqua tractauimus cum de religione egimus, & perluſtret lector tabulas omnium trium tomorum, & multa ſcitu digna

a 1. to. q. 2

digna inueniet. Nunc autem pro complemento aliqua in præſentiarum proponam, per articulos diuiſa.

ARTICVLVS I.

Vtrum Abbates congregationis Sancti Benedicti poſſint diſpenſare in voto clauſuræ.

REſpondeo dicendo votum clauſuræ in congregatione Sancti Benedicti maximè eſſe commẽdatum, prout conſtat ex quodam priuilegio a eidem conceſſo, per Innocentium VIII. priori & conuentui S. Benedicti. Valliſoletani, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octuageſimo. At Martinus Quintus in priuilegio b conceſſo priori & conuentui Sancti Benedicti Valliſoleti, anno Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo octauo, in hoc voto diſpenſandum decreuit, dicẽs. *Sane pro parte nobis deſuper exhibita petitio continebat, quod licet prior conuentualis, & omnes & ſinguli monachi, & conuerſi monaſterij veſtri, pro tempore exiſtentes ſecundum eiuſdem Monaſterij conſuetudinem reclu ſi exiſtant, & tempore, quo inibi eorum ſinguli profeſſionem emittunt ſolemniter promittant perpetuam inibi ſeruare clauſuram, tamen nonnunquam pro neceſſitate, vel vtilitate dicti Monaſterij, aut ſingulorum veſtrorum plures caſus occurrunt, in quibus vobis expediret eiuſdem Monaſterij ambitus, vel ſepta exire, & an monachis & conuerſis licentia prioris ſuper hoc ab eo petita, & obtenta ſufficiat. priori vero præfato, pro huiuſmodi neceſſitate, vel vtilitate id liceat merito dubitatis, & nihilominus an monachos & conuerſos licentia, ac priorẽ præfatos vtilitas huiuſmodi ab obſeruantia eiuſdem ſolemnis promiſſionis excuſet conſcientia vos remordeat. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt prouidere vobis ſuper his opportune de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui vniuerſis Chriſti fidelibus conſcientiæ pacẽ & quietẽm pro viribus procuramus huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, pro priore Conuentuali, & ſucceſſoribus ſuis, ac omnibus & ſingulis monachis & conuerſis præſentibus & futuris dicti Monaſterij, videlicet, vt monachi & conuerſi ad Romanam Curiam pro ipſius Monaſterij, & vniuerſalis Eccleſiæ, ac principis terræ negotijs proſequendis, vel alias ad generalem Regni ſeu prouinciæ Synodũ celebrandum, aut funus mortalitatis, vel guerrarum temporibus, necnon ad fundationem, & reformationẽ quorumcunque dicti ordinis Monaſteriorum, prioratuum, & grangiarum faciendam, & ad omnes ordines recipiendos, & nihilominus infirmi debiles ſcandaloſi minus vtiles, ac ſenes ſeptuagenarij, necnõ electi, ſeu poſtulati, aut prouiſi, vt Monaſteriorum, prioratuum ſeu grangiarum, aut Eccleſiarum regiminibus præficiantur, & quoties veroſimiliter præſumeretur, quod niſi ipſi monachi, vel conuerſi pro negotijs, cauſis, & litibus ipſius Monaſterij proſequendis exirent monaſteriũ ipſum, aut religioſi eiuſdem nimiam iacturam in ſpiritualibus, vel temporalibus paterẽtur de præfati prioris conſilio & licẽtia, ac maioris partis conuentus prædictorũ prior, conuentualis verò prædictus pro tem-*

a Hab. in l. priu. huius ordin. denuo Valli. impre. fo. 126. priu. 65.

b In eod. li. pri. 33. f. 74.

tempore exiſtens de conſilio & licentia ad minus duarum partium conuentus eiuſdem Monaſterij præſtito prius per eum in capitulo illius capitulariter congregato, quod non exquiſito colore, ſed ex aliqua de cauſis prædictis vult Monaſterium ipſum exire corã notario, & teſtibus ſumpto ſolẽniter iuramẽto, ita tamẽ quod ipſe prior & Monachi prouiſi libere, electi vero, aut poſtulati de ipſius prioris dumtaxat licentia Monaſterium licitè exire valeant authoritate Apoſtolica tenore præſentium diſpenſamus, eiſque ſuper iis licentiã elargimur. Ac volumus, quod cauſa ſeu cauſis pro quibus Monaſterium ipſum exierint ceſſantibus, quam citius honeſtate ſalua commodè poterunt redire ad præfatum Monaſteriũ teneantur. Si vero aliquis ipſorum remanerit, vt præfertur ad Monaſterium ipſum redire, per Abbatem nunc & pro tẽpore exiſtentem Monaſterij Sancti Claudij extra muros Legionenſis prædicti ordinis, ſi hoc maior pars conuentus prædictorum viderit expedire ad id per cenſuram Eccleſiaſticam cõpellantur. Nõ obſtantibus, &c. Dat. Romæ apud Sanctos Apoſtolos, kal. Nouembris Pontificatus noſtri anno vndecimo.

Quod priuilegium extenſum eſt, per Eugeniũ Quartum, viuæ vocis oraculo, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octauo ad omnia Monaſteria huius congregationis regularis obſeruantiæ, non obſtante voto perpetuæ clauſuræ in eis emiſſo, prout refertur in libro a priuilegiorum huius congregationis impreſſo

a Fol. 95 priuil. 46.

vallifoleti.

ARTICVLVS II.

Vtrum votum donatorum in ordine S. Benedicti ſit ſolemne.

REſpondeo dicendo vt ſatis patet ex ſuperioribus, quod ad hoc vt aliquod votũ ſit ſolemne neceſſariũ eſt, vt fiat in manu prælati ſub regula religionis âſede Apoſtolica approbata, & quod tria vota ſcilicet obedientiæ caſtitatis paupertatis emittãtur. Et âdictis donatis fit hoc modo profeſsio dicendo. *Ego frater N. facio profeſsionẽ, & promitto obedientiã Deo omnipotẽti Beatæ Mariæ & Beato Benedicto tibique N. huius monaſterij N. Abbati vice N. monachorũ ordinis Sancti Benedicti Hiſpaniarũ generalis & ſucceſſorum eius canonice intrantium viuere ſemper, ſine proprio & in caſtitate ſecundum regulã Sancti Benedicti, vſque admortẽ.*

Ex qua profeſsione patet præfatos donatos ſolemne emittere votũ: profeſsio enim ſolemne votum continens, prout tradit D. Thomas a eſt promiſsio, qua quis efficitur monachus, vel religioſus promittendo ſeruare regulam, aut promittẽdo in manu prælati obedientiam ſecundum regulam, aut promittendo regulam viuendo in obedientia ſine proprio, & in caſtitate, prout idem Diuus Thomas b magis in particulari probat. Quæ omnia interueniſſe in profeſsione horum donatorum ſatis conſtat. Et ſic Gregorius XIII. c anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto, die decima Iunij Pontificatus ſui anno quarto, conceſsit congregationi Sancti Benedicti Valliſoletani, quod donati huius ſacræ congregationis attento, ipſos votum ſolemne emittere, & ſic eorum profeſsionem eſſe impedimentum etiam dirimens matrimonium fruantur omnibus priuilegijs conceſsis fratribus profeſsis huius ſacræ religionis, & quod generalis cum cõſilio capituli ſtatuat quomodo viuere debeant iuxta regulam Sancti Benedicti, & loco officij diuini iniungat eis recitationẽ, orationis Dominicæ, & ſalutationis angelicæ

a D. Tho. 2. 2. q. 188. ar. 7.

b D. Tho. vbiſu. ar. 9. & 1. quolib. q. 9.

b Hab. in li. priu. huius ord. priu. 95 fo. 194.

gelicæ toties quoties ei videbitur. Aduerte tamen, quod donati aliarũ religionum licet tria essentialia vota emiserint in manu prælati non sunt religiosi cum non promittant ea secundum regulam à sede Apostolica approbatam, prout supra in quæstione de oblatis diximus.

QVÆSTIO LXXIX.

De vnctione extrema in tres articulos diuisa.

¶ *Circa quam quæruntur tria.*

1 *Quis sit minister extremæ vnctionis.*
2 *Quibus sit hoc sacramentum conferendum.*
3 *Quibus sit hoc sacramentum negandum.*

ARTICVLVS I.

Quis sit minister extremæ vnctionis.

REspondeo dicẽdo, quod proprius parrochus est huius sacramenti Minister, prout habetur in quadam Clementina, *a* & tradit Soto, vnde si sacerdos simplex hoc sacramentum conferret sine licentia Episcopi, aut parrochi esset excommunicatus, vt in alia Clementina *b* definitur sacramentum tamen teneret, quia non requiritur proprius sacerdos de necessitate sacramenti, de essentia enim sacramenti solum requiritur, quod sit sacerdos, prout tenent omnes & Victoria. *c*

Et religiosi, qui clericis aut laicis sacramẽtum extremæ vnctionis ministrare sine speciali sacerdotis parrochi licentia ausi fuerint excommunicationis sententiam ipso facto incurrunt, quam solus summus Pontifex auferre potest, eosque hac causa excõmunicatos ordinarij locorum publicari pro excõmunicatis debent, donec de absolutione fuerit facta fides, nullo exemptionis priuilegio, aut alio in hoc attento, prout in præfata Clementina ordinatur, excipiuntur tamẽ illi religiosi quibus â Sede Apostolica fuerit concessum, vt familiaribus suis domesticis, aut pauperibus in hospitalibus suis degentibus sacramenta Ecclesiastica ministrare possunt, prout in eadem Clementina *d* conceditur. Quod Nicolaus Frãcus Apostolicæ sedis Nuncius in Hispanijs, cum potestate legati à latere concessit priori, & conuentui Sancti Benedicti Vallisoletani, & Abbatibus & prioribus totius congregationis, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringẽtesimo septuagesimo sexto, dicens, *quod si quin infra septa Monasteriorum ipsorum infirmati fuerint extremã vnctionem dare authoritate Apostolica, cuius legationis officio fungimur in hac parte tenore præsentium plenariam & liberam concedimus facultatem parrochialis presbyteri, vel alterius cuiuscunque Episcopi, vel superioris licentia, vel assensu nullatenus requisitis.* Ita habetur in libro priuilegiorum e huius sacræ religionis impresso Vallisoleti, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quinto. Quod priuilegium clare innuit familiares, aut peregrinantes in præfatis Monasterijs morientes posse à fratribus ipsorum extremam vnctionem recipere. Cum ipsum cõcedatur etiam pro his, qui in nostris Monasterijs hospitati non tamquã peregrini & pauperes, sed alio diuerso titulo, sunt infirmati, & quo ad familiares vide latè supra in secundo tomo cũ de familiaribus egimus.

Aduertendum tamen, quod non remanẽt excommunicati religiosi, qui hoc sacramentum in necessitate administrarent absente parrocho, sine eius licentia, vt post Sylvestrum *f*, & alios tradunt Soto, Ledesma, & Marcus Antonius Cuqus.

a Cle. dudũ desep. So. in 4. d. 23. q. 2. ar. 1.

b Cle. 1. de priu.

c Vi. in summa n. 220.

d Clem. 1. de priu. in fi.

c Fol. 124 n. 4.

f Sylu. v. vnctio q. 4. Soto in 4. d. 23. q. 2. ar. 1. ver vtrum vero Lede. 2. par. 4. q. 33. ar. 3. Cucus li. 5. maior. inst. ti. 9 de extrema vnct. n. 12.

ARTICVLVS II.

Quibus sit hoc sacramentum conferendum.

REspõdeo dicendo hoc sacramẽtũ esse conferendũ infirmis, de quibus timetur mors: secundo est dicendum senibus qui absque aliqua infirmitate senio ipso cõsumũtur, prout tradit Naua. *a* tertio potest dari adultis, qui statim post baptismum morti sunt proximi, prout tradit Sylvester *b* Armi-

a Nau in §. in Leuit. no tab. 30. n. 4.

b Sylu. v. vnctio q. 5 ver sic 3. Arm. n. 7. Vict. n. 22.

Armilla, *a* & Victoria, quarto poteſt dari vulneratis morti propinquis, vt poſt alios tradit Soto, *c* & Victoria & Ledeſma. Tenent enim omnes dandum eſſe infirmis ad mortem, vulneratus autem quamuis violenter iam infirmatur, vt bene probat Angles. *d* Quod cõtra aliquos eſt tenendum. Quinto mulieri in partu deficienti, quod in praxi vidiſſe ſeruari tradit Viual. *e* Sexto debet dari illi, qui infirmitate repentina præuentus priuatur omnino loquela & ſenſibus, ſi erat bonæ vitæ & famæ etiamſi nullum ſignum contritionis oſtenderet, vt bene Nauar. *f* & per conſequens debet conferri in tali neceſsitate religioſis cum ſecundum eorũ inſtituta ſint omnes bonæ vitæ & famæ, ſeptimo dandum eſt, etiam non potenti maxime ſi petere non potuit ob frẽeſim, vel alia de cauſa, quod Angelus, *g* Victoria, & Sotus videntur negare, ſed dandum eſt, ſi non infanit manifeſte in peccato mortali dum abſit irreuerentiæ periculum, cũ eo ipſo quod Chriſtianus eſt, & bene vixit cenſeatur virtualiter petere remedia ſibi vtilia, vt ſacramenta & indulgentias, ita poſt Paludanum tenent Siluester, *h* Armilla & innuunt Ledeſma, Sotus & Nauarrus expreſſe affirmat. Quod confirmat vniuerſalis Eccleſiæ vſus & conſuetudo vngendi tales & etiam in ſacro ſepeliendi licet abſque vlla confeſsione vel contritionis ſigno deceſſerint. Octauo conceditur illis, qui habent iudicium rationis ad recipiendam euchariſtiam, quia hoc ſacrum viaticum ſuccedit, ita Soto. Verum tamen eſt, quod ſi aliquis non eſſet communicandus ſi eſſet ſanus vſque ad duodecimũ vel quatuordecimum annum, in quibus iudicatur iudicium diſcretionis habere præſumitur, in articulo tamen mortis eſt optimum conſilium & a pijs viris ſimul, ac doctiſsimis practicarum etiam in decimo anno illi viaticum præbere, ac conſequenter ipſum vngi poſſe. Et aduertendum quod extrema vnctio finem, vitæ præſumptum tantum requirit, vt tenent omnes ſupradicti patres. Qui aſſerunt poſſe conferri etiam his de quibus dubitatur, an ſint mortui, ſub cõditione tamen ſi mortui non ſunt, ſi tamen in prima ſecunda & tertia vnctione morian tur non eſt vltra progrediendũ. Circa quod debet aduertere ſacerdos vngens, quod vocatus ad vngendũ infirmũ in agonia animã efflantẽ non ſeruet ordinẽ manualis circa ſolemnitatem, & præcedentes preces, ſed ſatim faciat eſſentialia ſcilicet vnctiones, ne ſine ſacramento infirmus decedat, finitis tamen diligenter vnctionibus poterit, quæ in principio omiſerat recitare & ſubſequentes orationes & benedictiones perficere, partes autem vngendæ, pro eſſentia ſacramenti ſunt quinque ſenſus & ſi vngatur cæcus à natiuitate debet vngi in parte proximiori oculo cæco, & ſi vngantur Epiſcopus, vel ſacerdos qui palmas manuum habent cõſecratas vngendi ſunt in ſuperiori parte manuum, prout habetur in aliquibus manualibus Eccleſiarum, & tradit noue Theſaurus K ſacerdotalis.

Aduertendum etiam eſt, quod parrochus & miniſtri huius ſacramenti non debent expectare, vt infirmus ſit in extremis, ſed debent miniſtrare illis de quorum morte timetur, & quibus ſacramentum ſine miraculo poſsit corporalem ſalutem præbere, & cum infirmus illud cum deuotione & affectu cordis ſuſcipere poſsit alias peccaret grauiſsime miniſter, vt tradit Catechiſmus, *l* Romanus, & tradit etiam Soto citans ad hoc Concilium Florentinum.

ARTICVLVS. III.

Quibus hoc ſacramentum eſt negandum.

REſpondeo dicendo, quod primo eſt negandum pueris ſacræ pænitentiæ incapacibus: ſecũdo amentibus à natiuitate & furioſis perpetuo, & etiã furioſis nõ perpetuo ſi timetur irreuerentia, maximẽ ſi habuerunt dilucida interualla neque perierũt: tertio intrantibus mare vel bellum peciculoſum. Quarto illis qui ſuſpẽdendi ſunt, vel decapitandi. Verum eſt tamen quod ſi ratione infirmitatis ſunt morti proximi eſt illis miniſtrandum, licet tunc furca ſint ſuſpẽdendi, vel decapitandi. Quod Viualdus, *a* ait ſe vidiſſe in vigilia Sancti Philippi, & Iacobi, anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, à quodam Epiſcopo fuiſſe collatum duobus ſuſpendendis ratione infirmitatis grauiſsimæ, qua detinebantur, quinto infirmis, qui grauiter ad mortem non laborant, prout dictum eſt in ſuperioribus. Sexto nec illis qui in notorio peccato exiſtentes incidunt in

c Soto in 4. d. 23. c. 2. ar. 2. Victo. vbi ſu. Ledeſ. 2. p. q. 34. n. 2. d Angle. in flor. 49. de extrem. vnct. 4. conc. 1 e Biual. incã dela. aur. ti. de extre. vnctio. n. 24. f Nau. c. 26. n. 17. & c 22 n. 13.

g Ang. v. vnctio. n. 4. Victo. nu. 222. Sot. in 4 d. 23. q. 2 a. 32. con. 3.

h Sil. v. vnc. q. 5. verſi. 2. Armil. n 7. Ledeſ. 2. p. q. 34. art 7. Sot. in d. diſt 23. q. 1. ar. 4. Naua. c. 22. n. 23.

i Sot. vbiſu. q. 2. ar. 2. verſic. quod ſi quæras.

K Theſaur. ſacer. de extrem. vnct. in fin.

l Cath. ca. 3. & 46. Soto vbiſu. q. 2. a. 2. verſi. nihi lomi.

a Viuald. in ſuo candel. aur. ti. de extrem. vnct. n. 41.

frœneſim apoplexiam, vel amentiam niſi prius aliquod ſignum contritionis oſtẽdãt. Septimo nec ſanis eſt conferendum: eſſet enim irritum hoc ſacramentum. Hæc omnia ſunt communia & tenent Victoria, *b* & Nauarrus, Sotus, & Catechiſmus Romanus.

b Vic. in ſũmanu. 221. Naua. c 22. n. 13. Sot. in 4. d. 23. q. 2. art. 2. cat. Rom. pag. 247.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum hoc Sacramentum ſit reiterabile.

REſpondeo dicendo, quod quoties infirmus peruenit ad articulum mortis etiã in eadem infirmitate eſt miniſtrandũ illi hoc Sacramenrum, vt v. g. ſi poſt vnctionem conualeſcat & poſtea reincidat in eãdem, vel aliam infirmitatem, ita quædam Gloſſa *a* tradunt Diuus Thomas, & Scotus, Ricardus Silueſter, Armilla, Victoria & Sotus & probatur â Concilio Tridentino, quare contrariam opinionem erroneam dixit Paulus Gryſaldus. *b*

a Glo. v. ſanctiſi. in fi. c. illud. 95. diſt. D. Tho. in 4. d. 13. q. 2. ar. 3. Scot. d. 23. & Ric. ibi Sil. v. vn. q. 8. Armil. n. 9. Vict. n. 214. Sot. in 4. d. diſt. 23. q. 2. ar. 3.
b Griſal. v. extrem. vn. n. 15.

QVÆSTIO LXXX.

De vnione monaſteriorum, in tres articulos diuiſa.

Circa quam quæruntur tria.

1 *VTrum duo monaſteria propter exigẽtiam reddituum poſſint vniri.*

2 *Vtrum vnionibus monaſteriorum iam facto aliquod præiuditium ex reuocationibus generetur.*

3 *Vtrum reuocentur propter dictam conceſſionem vniones nullæ propter defectum alicuius ſolemnitatis.*

ARTICVLVS I.

Vtrum duo monaſteria propter exiguitatem reddituum poſſint vniri,

a Habet. in lib. pri. huius ord. impr. Valliſol. an 1594. primi.

REſpondeo dicendo, quod circa hoc habemus quoddam priuilegium *a* conceſſum priori & conuentui S. Benedicti Valliſoletani Pio II. cuius tenor ſequitur.

*Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei dilecto filio priori & cõuẽtui monaſterij S. Benedicti Valliſoleti, &c. Exhibita ſiquidẽ nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod in nõnullis domibus eiuſdẽ ordinis diuerſarũ diœceſum præfato monaſterio, quo ad obſeruantiã ſubiectis propter inopiã redditũ vltra tres, vel quatuor religioſi nequeũt cõmode ſuſtẽtari, quo fit vt in eiſdẽ domibus regularis obſeruãtia ad plenũ vt decet obſeruari nõ poſsit, ſintque alia monaſteria dicti ordinis præfato monaſterio ſubiecta in aliquibus ciuitatibus, oppidis villis & locis quorũdã tẽporaliũ dominorũ, qui fructus, reditus & prouẽtus necnon alia bona ad ipſa monaſteria legitimé ſpectantia occupãt, & illa ſibi appropriãt, ac eiſdem monaſterijs alia grauamina inferũt & etiã quædã alia monaſteria, vt præferrur ſubiecta in tã ſterilibus & inaquoſis locis cõſiſtãt, quod religioſi in eis niſi cũ maxima difficultate viuere, & morari nõ poſſunt, vnde ſi duo, vel tria ex dictis monaſterijs, ſiue domibus dicti ordinis, in quib⁹ propter exiguitatẽ fructuũ reddituũ & prouẽtuũ, vt præmittitur vltra tres, vel quatuor religioſi ſuſtẽtari nequeũt inuicẽ vnirẽtur annectẽtur & incorporarẽtur, necnõ vni ipſorũ ſubijcerentur, profectò diuinus cultus ex hoc ſuſciperet incremẽtũ, ac etiã monachi ibidẽ altiſſimo diſeruiẽtes cõmodius ſuſtentari poſſent. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatũ vt vnionem, annexionem & incorporationem huiuſmodi fieri mandare, alias que in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque de præmiſſis certam notitiã non habentes huiuſmodi ſupplicationibus

nibus inclinati vobis de quorum prouidentia & circũspectione plenam in domino fiduciã obtinemus, si ita est duo, vel tria monasteria siue domus dicti ordinis in quibus propter exiguitatem fructuum reddituum & prouentuum tres, vel quatuor monachi sustentari nequeunt, Abbatum conuentuum dictorũ monasteriorũ expresso ad id interueniente cõsensu, vniendi annectendi & incorporandi, ac in aliquo ipsorum monasteriorũ, seu dominorum monachos vsq; ad numerũ duodecim constituendi & deputandi, ac alia monasteria in locis eorundem dominorũ temporaliũ, vel sterilibus, vel in aquosis existentia si secundũ Deũ hoc expedire videritis, de dictis oppidis, siue locis ad alia loca, vel oppida trãsferendi, necnõ fructus reddituus & prouentus prædictorũ omnium monasteriorũ, vt præmittitur vniendorũ quos pro expressis haberi volumus pro sustentatione monachorũ in magis arctõ modis domibus & monasteriis commorantium deputãdi plenã & liberam tenore præsentium cõcedimus facultatem. Non obstãtibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac nostris illa præsertim, qua cauetur, quód petentes beneficia Ecclesiastica alys vniri teneãtur exprimere verũ annuũ valorem, tãbeneficij vniendi, quã illius cui vniri petitur an quin vnio nõ valeat. necnõ fundatione donatione, trãslatione concessione, aut donatione alicuius ex dictis Monasterijs vniendis huiusmodi, etiamsi in illis expresse caueatur, quód in illi solitus monachorũ & monasteriorũ numerus nullatenus minuetur, & illorũ onera cõsueta supportentur, ac statutis & cõsuetudinibus monasteriorum, & ordinis prædictorum iuramẽto cõfirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis contrarijs quibuscunq; prouiso, quód in vnione, annexione & incorporatione huiusmodi, si illa vigore præsentiũ fiat, & effectũ cõsequantur debitis propterea nõ fraudetur obsequijs, accultus diuinus nullatenus minuatur. Sed in singulis sic vnitis, vel trãslatis monasteryis, siue domibus per vnũ idoneũ capellanũ, per priorẽ & cõuentum huiusmodi deputãdum, cui de fructibus monasteriorum huiusmodi necessaria congruè ministrãtur, deseruiat ac laudabiliter in diuinis, & ipsorum tunc vnitorũ monasteriorũ supportẽtur onera cõsueta. Et insuper ex nunc irrituũ decernimus & inane si secus super ijs per quoscunq; quauis authoritate sciẽter, vel ignoranter cõtigerit attẽtari. Dat. Tubire, anno Incarnationis Dominicæ 1473. 8. idus Septembris Pontificatus nostri anno sexto.

Circa quam concessionem est primo notãdũ quod vnio requirit authoritatẽ in eã faciendã, & solẽnitatẽ in modo faciendi & iusta causam ad id faciendũ, vt in multis iuribus *b* probatur. Et ille qui habet iurisdictionẽ Episcopalẽ aut quasi Episcopalẽ Ecclesias sibi subiectas ex iusta causa potest eas vnire, cũ ipse habeat iurisdictionẽ & vnire sit iurisdictionis, prout tradit Abbas, hoc tamẽ debet ac potest facere, sine cõsensu cãpituli, prout tenẽt aliquæ Glossæ, *d* & in iure probatur. Et in hoc primo constitit priuilegiũ, in hoc articulo relatũ, quód licet prior supradictus, qui nõ habet iurisdictionẽ quasi Episcopalẽ liceat facere prædictã vnionẽ intercedente monasteriorũ vniendorũ assensu, Constitit etiã priuilegiũ, in eo quod etiã nõ facta mẽtione valoris reddituũ præfatorum monasteriorum tribuatur dicto priori facultas ad vniendũ.

Cõstitit etiã priuilegiũ nã vnio facta per

b sicut vnire de excess. præl. iunct. Clem. 2. de reb. Eccles. nonalien. c. vnio. 10. q. 1. & Abb. ind. sicut vnire. *d* Glos. in fi. in d. & ibi Doct. & Abbas inc. cum dilect. quod met causae. sicut duo Epis. 16. q. 1.

Episcopũ est nulla fiat sine cõsẽsu & vocatione patronorum per iura citata, per Rochum; erat in præsentiarum conceditur dicto priori consentientibus solum monasterijs vniendis, vt possit duo, vel tria monasteria vnire & nulla fit mentio de vocatione & consensu ipsorum patronorum. Et quod dicto priori concedatur facultas vniẽdi monasteria ius patronatus habentia, patet ex præfato priuilegio, ibi, *necnon fundationẽ, dotatione, &c.* tria enim sunt, quorum quodlibet sufficit ad quærendum ius patronatus nempe traditio fundi ædificatio, & dotatio iuxta illum senarium Glossæ, f ab omnibus receptæ. Patronum faciunt, dos ædificatio fundus & tradit Abbas & alios allegans latè prædictus Rochus.

c Roc. de iu. pat. v. honori. n. 4.

f Glo. in ca. piæ mentis 17 q. 1. Ab. inru. de iure patro. Roc. vbi su. v. fundari q. 1

Notandum est etiam, quod nunquam Papa vult concedere priuilegium in alterius præiudicium & grauamen, vt colligitur ex traditis â Doctoribus præsertim ab Abbate g & Felino, inde in hoc priuilegio licẽt ad hanc vnionem non requiret consensum patronorũ, rem suam tamen agit concedendo præfato priori & conuentui facultatem ad eam faciendam prouisio, quòd in vnione debitis propterea non fraudentur Monasteria obsequijs & capellanus de redditibus cõstituatur, quo consueta onera reportentur. Quòd ex illo verbo prouiso comprobatur quòd ablatiuum, denotad absolutũ, inducens propriè conditionem, ita Baldus h cõmuniter receptus, prout asserit Iason Rolandus & Octauianus, & doctissimus Lusitanus Barbosa.

g Abb. in c. quæ in Ecc. n. 11. de cõst. & ibi Feli.

h Bal. in l. 1 n. 3 aff. de cõd. & mon. Iaf. in 5. rurs. n. 13. instit. de act. Rolãd. cõs. 90. nu. 10. l. 3. Octauia. in deci. Pedem. 145. n. 6. & 7 Barbos. in ruff. solu. mat. 1. par. n. 25. i conti. ind. l. 1. imp. Val lis. p. iu. 92. fo. 279.

Notandum est denique, quòd causæ ad huiusmodi priuilegium concedendum duę potissimum concurrerunt. Prima vt diuinus cultus ex hoc susciperet incrementum, secunda vt monachi ibidem altissimo deseruientes commodius sustentarentur, quæ ad præfatam vnionem faciendam satis sunt vt patet ex literis i datis â Pio IIII. ad petitionẽ inuictissimi Regis Philippi Secundi Hispaniarum, eidem congregationi.

i conti. ind. l. 1. imp. Val lis. p. iu. 92. fo. 279.

ARTICVLVS II.

Vtrùm vnionibus Monasteriorum iam factis aliquod præiudicium ex reuocationibus generetur.

a Hab. in li. priui huius ord. pr. 12. f. 36.

REspondeo dicendo, quòd circa hoc est quædam bulla Eugenij a Papæ IIII. cuius tenorem in præsentiarum referã

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam Ad Monasteriorum, ac religiosorum locorum, & in eis sub sacro religionis iugo, &c. Dudum siquidem ex certis ac diuersis tunc expressis rationabilibus causis animum nostrum mouentibus Sanctæ Iustinæ Paduanensis, ac Sãcti Petri Perusini, necnon B. Mariæ propè Cassen. muros ordinis S. Benedicti, & non nulla alia in diuersis partibus consistentia Monasteria, priorat us Ecclesias, ac loca Ecclesiastica, tã sæcularia, quàm regularia prædicti & aliorum diuersorum ordinum vnuersitati, seu congregationi Monachorum vnitatis alias de obseruantia Sanctæ Iustinæ nuncupatæ dicti ordinis Sancti Benedicti, sub certis modis & formis tunc expressis inter alia vniuimus concessimus appropriauimus & donauimus, prout in diuersis nostris desuper confectis literis, quarum tenorem hic haberi volumus pro sufficienter expresso plenius continetur. Nos igitur attendentes, quód monachi de congregatione huiusmodi â pluribus annis citra præsertim in Italiæ partibus eorũ Monasterijs ac locis sub regulari obseruantia vitæque castimonia ad laudẽ & gloriam Altissimi, ac populi deuotionis augmentũ laudabiliter viuentes varijs multiplicarunt & quotidie multiplicant virtutum meritis, & ne ad debitum literarum huiusmodi consequendum effectum quomodolibet impediri valeant prouidere volentes, Motu proprio non ad ipsorum monachorum, seu alicuius eorum nobis super hoc oblatæ peti-

petitionis instantiã, sed de nostra mera liberalitate, authoritate Apostolica & ex certa scientia tenore præsentum volumus, & statuimus decernimus, & ordinamus quod per quascunquè reuocationes cassationes seu annullationes quarumcunque vnionum seu incorporationum, annexionum & appropriationum de prædictis & quibusuis alijs monasterijs prioratibus ecclesijs locis ecclesiasticis per nos seu successores nostros Romanos Pontifices, aut eorũ aliquam etiam per literas seu constitutiones voluntates & ordinationes nostras aut Pontificum eorundem in genere vel in specie sub quibusuis formis vel verborum expressionibus de cætero forsan faciendis nullũ vniuersitati, seu cõgregationi monachorũ huiusmodi cũ prædictarũ eis concessarum, ac super similibus de alijs monasterijs Ecclesijs prioratibus, ac locis ecclesiasticis faciendis vnionibus incorporationibus appropriationibus & donationibus per nos forsan concedendarum literarum totalem & plenarium vigorẽ sortiatur effectum valeat, siue possit præiudicium inferri, sed illæ omnes etiam post reuocationes cassationes & annullationes prædictas in suo robore permaneant & permanere debeant perinde in omnibus & per omnia ac si quoad eas & ipsarum singulas reuocatio annullatio & cassatio prædictæ nullatenus emanassent, nisi alias ipsæ vnionum, concessionum appropriationum & donationum expeditæ & expediendæ literæ huiusmodi in reuocationum cassationum & annullationum literas constitutionibus & ordinationibus huiusmodi de verbo ad verbum inserrentur, ac in eis specialis expressa, & indiuidua de ipsis monasterijs & locis, ac dicta congregatione mentio contineretur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, statuti, constitutionis & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurũ Dat. Bononiæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſexto Nonas Iulij Pontificatus nostri anno ſexto.

ARTICVLVS III.

Vtrũm reuocentur per dictam conceſſionem vniones nullæ propter defectum alicuius ſolemnitatis.

RESpondeo dicendo certum eſſe, prout conceſſit Iulius Secundus ordini minorum, die vigeſima nona Martij anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptimo Pontificatus ſui anno quarto, quaſcumque conuentiones per quoſcunque dicti ordinis prouinciales & vicarios generales ſpeciales, ac quoſcunque alios fratres ſeu eorum procuratores vbicunque & quomodocunquè, & ſub quibuſcunquè clauſulis & formis factas concordatas, tranſactas & expeditas, quæ per generalem modernum, vel ſucceſ-

ſores ſuos dicti ordinis generalis Correctores ſeu capitulum generale dicti ordinis acceptatæ confirmatæ & ratificatæ non fuerint nullius eſſe roboris, & momenti declaretis, ſi & prout de iure fuerit faciendū, ita Iulius II. venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Granatēſi, & Epiſcopo Malaginēſi, ac dilecto filio vicario in Epiſcopatu Malaginenſi inſpiritualibus generali, & eorū cuilibet tanquā conſeruatoribus, prout refert Paraſſelus a in ſuo libro priuilegiorum, hac de cauſa & alijs multis contingit aliquando pacta & conuentiones perprælatos inferiores regulares inita eſſe nullius momenti & valoris, imo facta per ipſoſmet generales propter defectum iuris ſolemnitatis aliquando euenit eſſe nullius momenti, propter quod his vnionibus indulgens, *conceſsit Iulius Secundus, congregationi montis Oliueti quod ſi in ipſis vnionibus annexionibus, incorporationibus, receptionibus, ſeu reformationibus conuentiones pacta illicita, & quando apoſtolica confirmatione carerent expreſſe prohibita inuenirentur, interuenerint, illas tamen ratas & firmas fore & eſſe, ipſaque pacta & conuentiones obſeruari libere & licitè poſſe.* Ita refertur in Compendio b ordinis Ciſtercienſis. In quo etiam determinatur, *c conuentiones & pacta & modos huiuſmodi facta & facienda in forma publica redacta eo ipſo apoſtolico roborе communita eſſe prout ordinauerunt Leo X. pro Camandulenſibus & Pius Secundus pro congregatione montis Oliueti.*

(?)

a Paraſſ. fo. 43.

b Cōp. Ciſterc. titul. vniones §. 2. c. §. 3.

LAVS DEO.

TABVLLA

TABVLA LOCORVM Concilij Tridentini, qui in hoc volumine declarantur.

SESSIO V. *De Reformatione.*

SEſsio v.de reformatione capi.2.& ſeſſio 24.cap.4.de reformatione declarantur.pag.152.

Seſsio v.de reformatione cap. 2.§. ſiquis vero,& ſeſ.24.de reformatione cap. 4. declarantur pag 154.& pa.155.& pa.160

Seſsio v.cap. 2.§. ſiquis vero,declaratur, pag.161.& 162.

SESSIO VII.

SEſsio vij.cap.5.de teformatione explicatur,pag.116.

Seſsio VII.de reformatione cap.8. & ſeſ.25.de regularibus capi.20.declarantur, pag.465.

SESSIO XIIII. *De reformatione.*

SEſsio xiiij.de reformatione cap. 11.declaratur,pag.290.col.1.

Seſsio xiiij. de reformatione, cap.14. declaratur,pag.368.

SESSIO XXI. *De reformatione.*

CAput 1.huius ſeſsionis explicatur, pag.106.

SESSIO XXII. *De obſeruandis & euitandis in celebratione Miſſæ.*

DEcretum huius ſeſsionis explicatur, pag.15.co.1.

SESSIO XXIII. *De reformatione, & de reſidentia prælatorum*

SEſsio xxiij. de reſidentia prælatorum cap.10.explicatur,pag.105.col.2.

Seſsio xxiij.de reſiden.prælat.cap.12. explicatur,p.110.& pa.111.& pa.112.

